CONSVETVDINES INFRASCRIPTARVM CIVITATVM, ET PROVINCIARVM GALLIÆ:

BITVRICENSIS, AVRELIANENSIS, TVRONENSIS,

NICOLAI BOERII. PYRRHI ENGLEBERMEI. IOAN. SAISON.

LVCVLENTISS. COMMENTARIIS SINGVLAE ILLVSTRATAE.

Ex quibus quidquid ad obſcuriorum, difficilium, & controuerſarum, circa Statuta Municipalia, Quæſtionum explicationem requiritur, depromi decidique poteſt.

Cum INDICIBVS *locupletißimis & accuratiſſ.*



FRANCOFVRTI,
Ex officina Typographica Nicolai Baſſæi.
M. D. LXXV.



MAGNIFICO CLARISSIMOQVE VIRO DOMINO GEORGIO ROGGENBACHO, V. I. DOCTOri, *& inclytæ Reipub. Norinbergensis Aduocato præcipuo, &c. Domino suo obseruandißimo,*

S. P. D.



TVDIVM nostrum in promouenda Iuris ciuilis scientia, Georgi Roggenbache vir pręstantissime, quantum sit, satis opinor constare omnibus æquis rerum æstimatoribus, quiquidem animaduertere volent, quot illius disciplinę volumina nostra opera, diligentia & impensis in lucem prodierint. In eo autem me perseuerare declarant quę in pręsentia nostris prelis, in communem huius omnium disciplinarum principis, studiosorum vtilitatem emittuntur. Neque enim nostram hac de re solicitudinem ac curam iis putauimus finibus esse circumscribendam, vt quicquid ad libros Iuris ciuilis Romani illustrandos à viris doctis scriptum extaret, id nos liberaliter communicaremus (quod antea paucitate exemplarium ad multos non poterat peruenire) verùm ad exteros quoque mores, instituta & leges industriam nostram aspirare & peruenire nostri esse officij iudicauimus: nequid in hoc toto genere, quantum quidem præstare possimus, à studiosis desiderare patiamur. Imperator quidem ipse docet, quum Ius ciuile dicitur, nullo populi adiecto nomine, ius Romanorum intelligi, non aliter quàm poëtam quum audimus, Homerum aut Virgilium notari intelligimus. At idem tamen ait, non errare eum, qui Solonis aut Draconis leges, ius ciuile Atheniensium appellet: quippe quum non modò quod quisque Populus aut Ciuitas ius sibi constituit, id proprium ipsius sit, & inde appellationem sortiatur, sed multa etiam omnibus populis inter se com-

munia esse necesse sit, vt Ius ciuile à iure gentium ratione potius, quàm reipsa distinctum esse videatur. Quin & multis ante eum seculis grauissimus Philosophus Aristoteles, præter Græcarum Ciuitatum leges & constitutiones, aliarum quoque gentium mores recensere operæ-precium putauit, vt quæ apud Cretenses & Carthaginenses sit ratio administrandæ Reipubli. referret atque expenderet. Nos etiam eodem prorsus consilio adducti, post multa multorum virorum scripta, Latinis literis edita, ecce iam nonnihil tandem Gallicè scriptum, & Latinè tamen explicatum, edimus, vt ius ciuile Francorum, tanquam in tabulas relatum, nostro labore in lucem prodeat. Edita enim sunt à clarissimis quibusdam Iurisconsultis Commentaria in aliquot florentissimi Franciæ regni prouinciarum Consuetudines: quæ nunc longè nitidius & emendatius quàm antea impressa, studiosis communicanda curauimus: vt quicquid vsquam reperiri potest, quod ad honestissimam hanc disciplinam prouehendam, ad hominum animos in ea instituendos, excolendos, confirmandosque pertinet, id à nobis tam sedulò conquiratur, vt in ea re conatum nostrum omnibus bonis probatum iri speremus. Quo nostro labore & sumptu non hoc solum agimus, vt quod omnibus in commune studiosis vtile videatur, id quæramus & emittamus, verùm etiam, vt nonnullos è tanto doctorum numero delectos, proprio aliquo munere nominatim prosequamur, dum eis nostræ operæ & laboris fructum nuncupamus. Sic enim & nostræ industriæ patrocinium defensionemque aduersus maleuolos quærimus, & eruditorum virorum amicitiam non ingrato nec illiberali (vt quidem existimamus) munere nobis conciliare studemus, & doctrinæ illorum denique fama cæteros permotos, alacrius ad horum librorum lectionem accessuros putamus. Quapropter huic operi dum nostro more patronum cogito parare, vnus mihi inter cæteros, clarissime Roggenbache, occurristi, cui potissimùm in eo recudēdo, & quàm fieri potuit emendatissimè nostræ operæ desudarint, vtque ei nomen tuum præfixum, authoritatem & pondus afferat. Etenim cùm opus quoduis in hoc scriptionis genere tibi aptissimè quadrare, & te iure optimo decere arbitror, tum verò sunt in hoc quædam, quorum causa vix vlli conuenientiùs nuncupare quàm tibi istud potuerit. Nā Gallicæ linguæ peritiam summam habes, quam iam inde ab adolescentia tibi comparasti, quum in Gallia te ad Ius ciuile addiscendum contulisti. Ibi enim dum Iurisprudentiæ Athenas (quæ illic plurimæ sunt) adiisti, & earum Cratippos, quos doctissimos & permultos habebat, diligentissimè audisti, hoc etiam ὅλου πάρεργον pro mira ingenij felicitate consecutus es, vt linguam ipsam pulchrè calleres. Qua etiam ratione effe-

ctum

ctum est, vt postea ad grauissimas legationes in ipsa Gallia obeundas, & maxima negotia tractanda, pro tua singulari in rebus politicis gerendis administrandisque prudentia, sapientia, & vsu, non rarò ab amplissimo Senatu Norinbergensi, aliisque adhibitus sis: & quidem, vt in ipsa Regia, cum magna dignitate ac gratia versari, & in Procerum Regni summorumque virorum notitiam atque amicitiam venire tibi, diuinò quodam munere concessum sit. Te enim ortu Germanum, lingua non minus Gallum, quàm si vel Lutetiæ prima habuisses incunabula, meritò omnes certatim sunt admirati & amplexi, neque te illic vt hospitem peregrinari, sed tanquam indigenam notissimum inter se versare, arbitrati sunt. Ita quæ adolescens acutissimo ingenio didicisti, tenacissimaque memoria condidisti, ea non desiisti postea e locupletissimo penu deprompta, ad virilem & senilem ætatem progressus, in maximum inclytæ Norinbergensis ciuitatis commodum & ornamentum conferre. Nam raræ istæ tuæ animi dotes, te adeo amplissimo Senatui Populoque commendarunt, vt Aduocatum diligentissimum, integerrimum & acceptissimum iampridem habeat: quo in munere quum te egregium incomparabili vitæ integritate, modestia, candore & humanitate tot annos gesseris, non mirum si à tuis valde diligeris, & eis maius indies ornamentum, eorum amore prouocatus, afferre pergis. Sed neque huius loci, neque mearum virium aut facultatis est: tuas virtutes commemorare, quarum testimonium certum & luculentum in vna celeberrimæ ciuitatis commendatione & studio positum esse potest. Has tuas virtutes eximias & omni oratione superiores, quum audirem prolixè atque honorificè cùm ab aliis, tum etiam sæpe à Dn. Ioanne Fichardo, Reipubli. nostræ Aduocato, I. V. Doct. eruditissimo & integerrimo viro, prædicari (cuius ego primùm hortatu & consilio, ac potius authoritate, ad bonos authores recudendos adductus fui) vehementer ad tui amorem, admirationem & obseruantiam illius oratione, raptus sum atque incensus. Ad postremum igitur te quoque cum hoc nostro munusculo adire decreui, quo te, si non pro tua celebritate & dignitate, pro nostra certè voluntate & alacritate afficerem. Etenim hoc summi beneficij loco duxi, si ea ratione, quæ tuo vitæ instituto maximè congruere videbatur, tibi innotescerem: idque maximæ mihi laudi fore existimaui, si virum à laudato viro laudatum, aliqua officij testificatione demereri possem, atque ista ratione egregium grauissimi testis de te elogium, mea qualicunque approbatione subsequerer. Effice ergo, vir ornatissime, vt quicquid hoc est exotica lingua descriptum, tua authoritate in ciuitatem nostram susce-



ptum, nostratibus Lectoribus gratum sit: vt quam è Gallia gratiam retulisti, ei in Germania impertiri ne recuses: animumque nostrum, qui se qua potest declaratione prodit, æqui boniq; consulas. Bene vale, Francoforti ex ædibus nostris, Calendis Augusti.

Anno Domini 1575.

M. Excel. T.

deditissimus

Nicolaus Bassæus Typographus Francofortensis.



SENSVYVENT LES COVSTVMES DE LA VILLE ET SEPTAINE DE BOVRGES PAR RVBRICHES,

Et premierement.





Des coustumes & vsaiges, des droictz de lestat des personnes.

§. 1.

PAR la coustume la ville & septaine de Bourges est terre frāche & les habitans & demourans en ladicte ville, & septaine sont francz, *a* & de franche condition sans tache de seruitude. Et en ladicte ville & septaine nul seigneur ne personne quelcōques ne peult & ne doit prendre aulcune suyte *b* de gens serfz habitans & demourans dedans les fins & mettes de ladicte ville & septaine de Bourges: ne sur iceulx exiger aulcun droict a cause de la personne & du corsaige diceulx manans & habitans, ne daulcū deux ne iceulx mortallier ou prendre mortaille sur eulx ne aulcū deux.

Par la coustume. Sont francz. *a*

IN nomine domini nostri IESV CHRISTI, amen. Hæc consuetudo comprobatur iure naturali, quo omnes homines nascūtur liberi. vt l. quòd attinet. ff. de Reg. iur. secus de iu. gent. & ciui. approbato. vt ibi. & l. ex hoc iure. & Doct. ff. de iust. & iu. & Insti. eod. §. ius autem gentium. & de iure perso. in princ. & vtrobique per Christoph. Por. Io. Fa. Io. de Pla.* & Ang. Aret. liberi enim homines replent mundum, non serui, secūdum Bald. l. si quis seruo suo. in fi. C. communia de manumis. & Alexand. in consil. 56. colum. 2. ver. & videlicet, lib. 4. & facit tex. c. ius gentium. 1. distin, vbi glo. & Cardi.

* *Adde tex. in l. fi. §. pe. ff. de bo damna. ibi, cū ampliari imperiū homi*

num adiectione, &c. & in l.2. C. de indict. viduit. ibi. etenim magis nostrã Remp. Vnde Homerus interrogatus, quod maximum esset ornamentum ciuitatis, Pueri, inquit, turres per pueros numerositatẽ significãs. & idẽ Bar. Soci. in cõsil. 139. col. 6. ver. vltra ostenditur volu. 1. & contra destruitur ciui. si homines inde eo proposito discedant, ne amplius reuertantur. l. pen. 1. respon. ff. de colle. illi. & Bal. in c. 1. in prin. col 3. ver. sed hic dubitatur an damnata ciuitate. de pac. Constantia.

Cardi. & Alexan. dicunt quòd primò seruitus fuit à Noe introducta propter ebrietatẽ: vt 35. distin. sexto die. hinc capti in bello à populo Romano imperatore, vel rege Franciæ indicto serui efficiuntur, vt no. Bart. Bal. Angel. & Franci. de Aret. in l. qui à latronibus. §. fi. ff. de testa. ample. Bart. in l. hostes. & ibi Alex. in addi. ff. de capt. & l. hostes. ff. de verb. sig. tamẽ secundũ moderni temporis & consuetudinis obseruantiam inter Christianos quo ad personas hominum iura captiuitatis & postliminij non seruantur: sed solum quo ad res & bona. nam immobilia efficiuntur principis. l. si captiuus. §. si de ca. mobilia verò, capientiũ: vt l. si quid in bello. & ibi Bart. eod. tit. & not. Angel. Aret. & Io. Fab. Insti. de iu. na. §. ius gentium. & in §. item ea quæ, de re. di. & Fely. in c. excommunicamus, de hæret. Abb. & Doct. in c. sicut, de iureiurand. & gloss. in prag. ti. de pacific. posses. §. excepto. in ver. impedimenti. Alex. in l. 1. in prin. col. 2. ver. quæro ex isto tex. ff. de acqui. posses. vbi facit mentionem de prẹda per Veronenses in territorio Mantuanorum facta: vt ibi & talis consuetudo est obseruanda. l. postliminium ff. de capt. Et tenet Bart. in d. l. in fin. de capt. & Bald. in §. si ad hostes. in fi. & ibi Ang. Aret. Insti. qui. mo. ius patri. potest. quod inducit Bal. ibi contra dominum Paduanum, qui dicebat nobiles Lombardiæ captos per eum in bello ecclesiæ seruos suos esse, quod obtinere non potuit. & idem tenet Bald. in repeti. l. 1. col. 11. in 12. q. C. de sacrosanc. eccle. & Iaso. in dict. l. ex hoc iure. col. 4. in fi. ver. nota tamen quòd licet. & ita obseruant Galli de facto, qui à captis ransionem duntaxat capiunt. Et qui possunt indicere bellum, vide iura, & Docto. suprà alleg. & Ias. in d. l. ex hoc iure. colum. 4. ver. 2. habes ex glos. seq. vbi dicta ponit singularia. & Petr. Iacob. in ti. de præiudicia. qua quæritur, an quis sit liber. & Paris à Puteo in tract. syndicatus. ti. de excus. & Lucas de Penna in l. 1. C. vt armo. vsus. lib. 11. & in l. deuotissimos. de meta. & epidem. lib. 12. non dicit Io. Fab. in d. §. ius autem gentium. quòd rex Angliæ nõ potest indicere bellum regi Franciæ pro rebus quas tenet ab eodẽ, si rex Franciæ velit sibi ius facere in sua curia, per no. in c. olim. per Inno. & Hostien. de restitu. spo. & in c. 1. in fi. & ibi. Bal. de vassa. qui cõtu. est, nec eius vasalli, qui sunt de regno, debent ipsum iuuare, vt no. Spec. ti. de feu. §. quoniam. ver. 15. & seq. & idem dicit & sequitur Anto. Cor. in suo eleg. tract. de pote. regia. q. 91. pro quibus est glo. in c. dominus. 23. quæst. 2. De seruitute verò reali dicam infrà, de præscriptio. §. 5.

b *Suyte.*] Similis consuetudo est Romæ quòd serui confugientes ad eam fiunt liberi: vt in authen. vt lib. de cete. §. fina. col. 6. & l. vrbe. glo. & Doct. ff. de statu ho. gl. dicit quòd Romæ est quædam porta, quæ liberũm porta vocatur. & idem tenet Ias. post Albe. de Ros. & Fulg. in l. Barbarius Philippus col. 1. versi. pondera primo. ff. de offi. præto. pro qua facit quòd no. Bal.* in c. 1. §. dominus. de forma fideli. vbi quærit, an domini terrarũ possint sine causa expellere mercatores forenses: & tenet quòd non. Mundus enim est communis patria, tamẽ venturis ad patriam alienam bene potest interdici ingressus. argum. ff. de serui. rust. præ. l. diuus. sed postquam venerunt, & ingressi sunt, sicut reliquus populus sunt: & tam contra naturalem æquitatem, quàm contra bonum publicum est, si expellantur: vt aut. de quæsto. column. 6. post prin. dum dicit, ciuitas populosa, & c. vbi dicit textus sing. quòd nomine popularium continentur aduenæ habentes incolatum, quod alibi non reperitur, quod facit secundum Bald. ad multa statuta terrarũ. vt hæc facit quòd postquam quis ingressus fuerit hanc ciuitatem, non potest inde extrahi. & Bald. in l. cunctos populos. & ibi moder. C. de sum. trinit. & Bar. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict. & relega. & Io. Bap. in repeti. l. omnes populi. fol. 14. col. 2. ver. item quæritur, vtrũ ciuitas. cum q. sequen. ff. de iust. & iur. & quę no. Fely. in ca. 1. colũ. 14. de consti. & ratio est, quia dominus ciuitatis debet suã ciuitatem ampliare, non autem minuere, secundũ Bald. in l. si quis seruo. per illum text. ibi ampliandum. C. communia de manumi. & pari Ciuitas Tholosana gaudet cõsuetudine, licet de iure non videatur procedere: quia dominus vbique potest seruum suum fugitiuum prosequi, & perquirere in domo & loco alieno inuito domino: de licentia tamen iudicis vt tenet gloss. & Bar. in l. is qui fugitiuum. ff. de ser. fugi. & Cy. Bar. Bal. Ang. & Sali. in l 2. C. eo. tit. & Alex. ibi in add. ad Bar. & Paris à Puteo in tract. syndi. in ver. familiaris. c. officialis, quia dominis fuga seruorũ esset damnosa, quod esse nõ debet, vt l. 1. & ibi gl. Cy. Ioh. Fab. Bar. in fi. Bal. & seq. C. eo. tit. Et non potest præscribi in fuga persistens, vt ibi dicitur, dominus potest agere contra detinentẽ scienter seruum, vel etiam ignoranter ad pœnam statutam in l. quicunque. C. eo. tit. & no. Ang. Aret. & Io. Fab. Insti. de rerum diui. §. feræ. Nam seruus fugitiuus dicitur offendere dominum, tex. & Doct. præcipue Ludo. Bolog. in secundis interpre. in l. si pecuniam. §. sed si acceperit. ff. de condi. caus. data. & adde, quæ not. Spe. tit. de instru. edi. §. nunc videndum. ver. pone instru. & Bal. in authent. ad hoc per illũ tex. C. de Lat. lib. tol. vbi Bal. dicit, quod sicut licitum est domino propria auctoritate seruum suum capere, & plagis mediocribus castigare: idem licet nobilibus de hominibus suis, facit in argu. secundum Alexan. ibi in addi. l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alie. & l. 1. C. de emend. propin. vnde * contra hanc consue. videtur inoleuisse contraria consue. generalis, quæ hic & vbique terrarum seruatur, quòd homines liberi ad seruitia, & artes mechanicas addiscendas, & ad alias operas se ad tempus obligant, quòd est species seruitutis.

**Bal. Adde Bart. in l. omnes populi. hic alleg. & Sali. in l. mercatores C. de cõmer. et Bar. Soci. in consil. 272. in prin. lib. 2. vbi ponit an domini possint in eorũ territorio, quòd subditi eorũ non possint ire, nisi ad eorum molendinũ nouiter cõstructũ: & Petrus de Anch. in cõs. 9. quod fuit Baldi.*

** Vnde Adde Bar. Soci. in cõs. 196. ver. 3. ista opi. vol. 2.*

tutis.vt in l.antiquitas.gloss. Cy. Bart. Bald. Ang.Sali.Pau.de Ca. C.de vsu & habit.& Insti.de vsufru.§.1.& ibi Ioh.Fab. & Ang. Aret. & l.3. §.1. ff. eo. dic quòd quando ad tempus fit locatio, quod valet, nec est seruitus. secus, si in perpetuum, vt dictis iuribus. Quamobrem postquam hanc intrauerint ciuitatem, vel Tholosanam, & intra easdẽ, vel etiã suburbia earum faciant residentiam & moram, non possunt inquietari de cætero à dominis super seruitute: quia appellatione ciuitatis continentur suburbia, sicut appellatione vrbis.vt c.si ciuitas,& ibi Pe.de Anch.& Dominicus de San.Ge.de sent.excom.li.6. & l.2. & ibi Bar.& Alex.in addi.ff.de verb.sig.& l.qui in continentibus: & l.ædifica. & eod.tit.maxime in materia fauorabili, vt hic. scilicet libertatis adipiscendæ.& vide Ioh.An.in addi. Spe.vbi.suprà.§.nũc aliqua.ver.quid si testator.& Ang.Are.Insti.de rerũ diui.in fi. prin. & glo.vlti.& ibi Bar.& Bal. in l. sed & reprobari.§.fi.ff.de excu.tut.& Bar.in l.si finita. §. ex hoc edicto.& ibi Imol.& Ias.ff.de dam.infe. & Bald. in l. §. 1. ff. de offi. præfect.vrb.& Lud.de Ro.in d.l.finita.§.de vectigalibus: & ibi Lud.Bolog. in secundis interpre. & gloss. Cy.Bart.& Doct.in l.respublica.C.ex quibus caus.ma.& Pet.de Ancho.in ca.felicis.in fine. de pœnis. lib.6. & ample Feli. in ca. Rodulphus.post Abb.Sic.& Bar.de rescrip.& Frãci. de Pauinis in suo tract. de potestate Reg. sede vacante.in q.10.& Cepol.Veronen.in cõsi.19. col.2.post medium,& Bal. in consi.346.lib.1. & Cardi.Alexan.in c.ego Ludouicus.63.dist. & Abb.Sic.in consil.52. col.2. vol.2.& Ludo. Bolog.in secundis interpre.in l.vxorem.§.legauerat.ff.de leg.3.& Bar.in consi.59.in quibus locis * reperies, an appellatione ciuium cõtineantur comitatẽses, vel econtra: & Frã. de Are.in consi.77.& Io.Bap.in repe.l.omnes populi.fo.30.col.1.ver.tertio vtrum.ff.de iusti.& iure.Et quę dicatur ciuitas, villa, castrũ, & rus, vide Bart. in extrauag. qui sunt rebel. super verbo Lombardiæ,& l.1.§.siue autem: & ibi Alexand.& Iason,ff.de noui oper.nuncia. & Lud. de Pana.in l. 1. C.vt rusticani ad nullum obse.li.11.& Archi.in c.statutum.de rescrip.lib.6.glo. Bar.& Doct.in l.si hæres.ff. de le.1.& gl.in c.vno.de collatio. super verbo villis, in prag.san.vbi dicunt, quòd in Frãcia appellamus ciuitatem villam, & rus villagiũ: & per Bald.in cons.277. ver. licet comitatus. lib.3.& Io.de Pla.l. vna. C. de metropo. Berito.lib.11.& aliquid.l.si in patria, de inco.li.10. & Ang.Are.Insti.de excu.tuto.in princ. col.3. Et etiam reperies, an comprehendantur muri antiqui, siue anciani vel noui. & per Abb.in c.1.& ibi de Bellenzi.in addi.de priuileg.

* Adde Bart. Soci. in cõs.288. versi. confirmantur ista. lib.2.

§.II.

Item que les enfans mariez ayans pere naturel, & legitime par mariage sont reputez emancipez, & hors de la puissance de leur pere naturel & legitime a. Et aussi les enfans non mariez ayãs pere apres ce quilz sont agez de 25. ans sont reputez emancipez. Adueniente dicta ætate. Et sont hors de la puissance de leurdit pere.

Enfans mariez. Legitime. a

a ¶ De iure enim hæc consuetudo nõ procedit.vt l.si vxor.C.de condi.inser.& nota in l.1.& fina. C. de bo. mater. & l.1. de bo. quæ lib.& Insti.de pa.po.§.ius autem potestatis.& ibi Christo.Porcus & Ange.Are.& l.3.C.eod. titu.& l.si longius. §.1.& ibi Bald. Angel. & moder. ff. de iudi. & Docto. in l.1.§.1.ff.de rei vendi. sed de consuetudine regni Franciæ secus est, de qua facit mentionem gloss. in d. §. ius autem potestatis: super verbo Romanorum, vbi dicit quòd Francigenæ non habent liberos in potestate: sed prorsus absolutos. Et idem tenet ibi Angel. Are. & Ludouicus Bolog.in primis interpreta.& Alexand. in addi. ad Bar.in l.placet.ff.de acqui. hære. & in l. fina.C.de inoffi.testa.etiam Bald.in c.1. §.1. de duobus fratribus de nouo benefi. inuesti.in fi.extendendo illam glos.ad filios Britonum. Et idem dicit Bald.in c.1.circa fi.an mari.succe.vxor in benefi. & Ludouicus de Ro.in l.fi. & ibi Alexan. columm. fi. ver. fallit secundo. & Iason col.4.ver.2.limita. C. qui testa.facere possunt. & pro ipsa generali consue. facit tex. celebris in lib. patre furioso. Ibi ius patrię potestatis moribus receptum est.ff.de his qui sui vel alie.iur.sunt. quem singularẽ allegat Alex.in d.l.placet.in 3.limitatione, pro statutis & cõsuetudinibus disponentibus filios non esse in potestate parentum. & dicam in §.sequen.in glo.1. Et hæc consuetudo habuit bonum rationis motiuũ: vt tolleretur omnis patriæ potestatis effectus, qui est multiplex: vt notat gl.& Ang.Aret. in d.§.ius autem potestatis.& glossa & Doct.d.l.1.§.1. de rei vẽdi. ad quos recurre caussa breuitatis. Nã licet filiusfa. de iure nõ posit esse in iudicio sine auctoritate patris.l.fi. §. necessitate: & ibi omnes scriben. C. de bonis quæ libe. nec etiã testari, etiã cũ auctoritate patris, intellige regulariter.vt l. qui in potestate: & ibi Bar. & Bal. & illustr. Doctor Franc.de Are. ff. de testa. & Insti.qui testa.facere possunt.in prin.& ibi Io. Fab.& Ang.Are.& Docto. in c.licet.de sepul. lib.6.nec codicillari.vt l.conficiuntur.§. codicilli.ff.de iure codicil. & pulchre per Alex. in consil.17.volumin. 2. & Calder. in consil. 10.titulo de testa. tamen de consuetudine generali regni Franciæ filiusfamiliarius vel maior.25.annorum potest sine auctoritate patris esse in iudicio, & etiam testari, & codicillari, ac contrahere, cum reputetur emancipatus: vt tenet Bal.in d.c.1.§.1.in fine, de duob. fratribus & Alex.d.l.fi.qui testa. face. & dixi in addi. ad Dy.in regula, cui licet, in addi. 2. de reg. iur. libr. 6. Et idem tenet Iason in l.

a Adde an valeat consue. vel statutũ, quòd liberi vxorati in omnibus habeantur, vt sui iuris Barto. l.si maritus.§ legis Iuliæ. ff. de apel. Et quomodo intelligatur, ibi vide, nam valet consuetudo, vt quod cum filiofami. actum fit, valeat ac si sui iuris esset: vt tenet Bar. Soci.in consi. 23. colũ. 3. versic. & quod facit. lib.1.sic.n. videtur quod minor 25.anis qui per consue. vel statutũ reputatur maior in aliquo actu. quod non restituatur in integrũ contra illũ actum, pro quo videtur tex. & ibi.gl. Ioã. de Pla. & Luca.à Pẽna. l.professio.C.de muneri.patri.lib.10. vbi dicitur, quòd minor legũ doctor non potest petere restitutionem. & tex. & gl. in l. si sine har. §. Lucius.ff. de admin.tuto. vbi minor teneatur obseruare consuet realẽ. et ita tenet Bal.in an-

thent. si captiui. C de episc. & cle. & in l. fi. C. qui legit. perso. & Bart. in l. omnes populi, & ibi per moder. ff. de iusti. & iure. Et Guil. & Doct. i l. de quib. ff. de leg. & in s. in authen. sacra puberum. C. si aduer. vendit. & istã Vlti. tenet dominus meus cãcellarius qui minoribus vxoratis non concedit literas rescissorias cõtra actuũ. quod not. tamen est gloss. in contrariũ in l. vna in glos. 2. C. si de momenta. possesso. fuerit appel. sed tene primã.

cunctos populos, col. 9. versi. vnde si statutũ. C. de summa trinitate: imo si cõsuetudo, vel statutum diceret, quòd filius nõ possit contrahere sine expressa patris licentia: tamen si filius rem aliquã vẽdiderit, & emptor eã diu tenuerit patre patiente: præsumitur licentia patris præcessisse, licet aliter non appareat: vt tenet Bal. l. filiusfami. C. de peti. hæred. & Andre. Barba. in l. sciendum. col. 26. in fi. versi. & adduco. ff. de verb. oblig. vbi ad corroborationem adducit Bal. l. post mortem. ff. de adoptio. dicen. quòd si filiusfami. per 20. annos vixerit seorsum à patre negociando, vt emancipatus, quòd præsumitur emancipatus: & idem voluit Bal. in l. 1. C. de pa. pot. & quæ dicam infrà, eo. §. 4. in glo. 4. vult Bart. l. fi. §. 1. ff. de verbo. oblig. quem ibi sequuntur Doct. insuper Alex. quòd filiusfa. maior 25. an. potest esse in iudicio, agendo, defendendo sine auct. patris in actione personali & criminali, & tenet Bal. d. l. si longius. §. 1. & cons. 84. col. 3. l. 1. & Alexan. consi. 59. vol. 2. & Pe. de Anch. consil. 73. & Francis. Areti. consil. 138. incip. super 1. puncto. & deci. Gratio. Delph. quæst. 54. vbi dicit ita teneri de cõsuetudine, & stylo curiarum Delphinalium, & idem in causa spirituali. c. si annum 14. & ibi Archi. Pe. de Anch. & Domi. de Lud. lib. 6. quia in his, quæ sunt publici iuris, nõ curatur patria potestas. l. nam quòd. ff. ad Trebelli. vel potest alia assignari ratio. In illa enim ætate præsumitur sapiens, vt notatur l. 1. qui ętate se excu. C. li. 10 & l. 2. ff de mino. & l. 2. C. de in integ. resti. secus est in minore, qui non potest sapientum iura tractare. l. fi. & ibi Alexan. & Iason. de testa. mili. & c. ex ratione, de ætate & quali. & decis. cape. Tholosa. 185. & quæ dicam infra. titu. proximo §. 10. in gloss. 1. nisi cum auctoritate curatoris. l. clarum. C. de auctoritate præstan. & Bal. & Sali. §. necessitate l. fi. C. de bonis, quæ lib. Et fortius voluit Bal. l. 3. §. sed vtrum. ff. de minori. quòd si filiusfa. *a* de consensu patris se obligauerit, & postea sit in iudicio vigore dictę obligationis, quòd non requiritur consensus patris. *b* Et idem tenet Alex. in consil. 61. col. 2. versi. præterea posito, vol. 5. Et idem si pater, & filius simul agant, vel defendant: secundum Abba Sic. c. cum in veteri. col. 3 ver. nota tamen, de cle. vel si pater & filius sint in eodem instrumento obligati. Et idẽ in vxore & viro simul in iudicio existen. vel in eodem instrumento obligatis: licet non dicatur talis filius vel vxor de consensu patris vel mariti sui, tamen illud intelligitur, & valet obligatio & contractus. no. Ang. & Imol. in l. is qui hæres. §. fi. & Pau. de Cast. & Alex. in secundo notabi. ff. de acquir. hæredi. quòd not. pro consuetu. infrà eod. §. 4. contract. & tenet Bar. in l. cum pater. §. libertis. & Alexand. in addi. ff. de lega. 2. & vltra Doct. allega. per Alex. ibi vide Ang. Are. in d. §. ius autem. col. 2. de patria potestate. & de tutel. in pri. & qui dari tuto. possunt, in prin. col. 2. & de inutili. stip. §. pupillus, colũ. 2. &

a Adde Pau. de Castro in cõs. 254. incipien. super primo dubio lib. 3.

b Adde Bar. Soci. in cõs. 200 ver. Et hoc etiam confirmat vol. 2. Adde Bar. Soci. in cõs. 200 etiã confirmat. vol. 2. Ad le Bar. Soci. in consi. 298. versic. ista conclu. lib. 2.

Bald. consi. 84. col. 4. ver. vtrum. lib. 1. & Francis. Areti. consi. 160. col. 10. ver. venio ad octauam, quod nota. Et etiam potest esse filius in potestate constitutus in iudicio in omnibus rebus & casibus, in quibus patri nihil quæritur secundũ Doctores suprà allega. & per gl. & Abb. c. ex parte. de resti. spolia.

§. III.

Item que le pere naturel & legitime, qui a en sa puissance paternelle les enfans non mariez, mineurs de 25. ans, par ce quil a sesdictz enfans en sa puissance: ne gaigne point, & ne faict pas les fruitz *a* siens des biens, & heritaiges de sesdictz enfans quil a en sa puissance: iasoit ce quil ait ladministration *b* desdictz biens appartenans a sesdictz enfans: mais sil a faicte aulcune despence pour sesdictz enfans, il la peult cõter sur les biens desdictz enfans si bon luy semble: ainsi que pourroit faire vng aultre administrateur des biens. *c*

Item que le pere. Les fruictz. *a*

¶ Hæc cõsuetudo est cõtra ius digest. quia quicquid acquirebat filius in potestate patris constitutus, ipsi patri in totum acquirebat. l. placet. & ibi Barto. ff. de acqui. hæ. & etiam quoad vsumfru. in omnib. aduentitiis. C. de bo. mate. & de bonis quæ lib. per totum. & Insti. & per quas perso. nob. acqui § igitur. & ibi Ioh. Fab & pulchrè Ang & Alex. fallit. 1. consi 184. vol. 5. Sed limita primo non habere locum in filiis Francigenarum, qui nõ sunt in potestate parentum: vt suprà §. proxi. dictum est. Ideo sibi, & non patri, omnia etiam quoad vsumfructum acquirunt: & tenet Alex. d. l. placet, postquam fingitur emancipatus, & sui iuris, vt §. præterea: & ibi Ioh. Fa. Ang. & Are. Insti. qui. mo. ius pa. po. so. vnde consuetu. pater non habet vsumfructum in aduentitiis: vt hic. Fallit secundo in rebus sibi per Imperatorem, vel Augustã, vel regem Franciæ, aut reginam donatis. l. cum multa, & ibi Doct. C. de bonis, quę lib. & tenet Alex. l. fi. ante fi. C. qui testa. fa. pos. & Car. Alex. c. 1. § 1. de duo. fra. qui de nouo inuesti. Fallit etiam in aliis decem casibus notatis per gloss. & Doct. authen. idem. C de bo. quæ libe & authen. vt licet mat. & auię. in prin. super ver. parentibus. colum. 8. & in d. §. igitur, per quas perso. in verb. vsumfructum. Fallit in filiis Iudæorum, qui filij effecti sunt Christiani. c. Iudæorum 28. quæst. 1. quia in hoc, non sunt in potestate parentum Iudæorum, nec habẽt vsumfructum in bonis filiorum, & tenet Alexan. consi. 31. col. 1. lib. secundo. Fallit in filio patris furiosi: cui nihil per filium quæritur: licet sit in potestate. l. cum hæres: & Bar. Bald.

Bald. Pau. Castren. & Alexan. ff. de acqui. hære. & Bald. dict. l. placet: in vlti. colum. & ibi Alexand. in addi. Sed limita hanc consue. & prædictos casus fallen. quòd licet patri non acquiratur vsufructus, tamẽ pater habet, seu habere potest commoditatem illius, vt l. plenum. §. quanquam, & l. filiofami. in fin. ff. de vsu & habita. vbi dicitur, quòd si filio sit relictus vsus qui cohæret personæ filij, & pro indigentia filij tantummodo: nihilominus pater habebit commoditatem illius iuris: licet illud ius patri nõ acquiratur: quod no. & dixi in addi. ad Dy. in regula. indultum: in 3. addi. de regu. iur. lib. 6. tamen consilium est, quòd pater priuetur illa commoditate iuris, videlicet quòd expressè prohibeatur ne aliqua commoditas patri quæratur: tunc nihil habebit, vt pulchrè dicit Angel. Aret. d. §. igitur: col. 2. Cardi. & Alex. d. c. 1. §. 1. & quæ dicam infra, tit. proxi. §. 11. in glos. 1.

Adde Bar. in disputa. sua incip. Quidã relinquit, vel donauit rẽ monacho.

b *Ladministration.*] Pater non solũ de consue. habet regimen & administrationem, sed etiam de iure. vt l. 1. & ibi Ioan. Fab. Cy. Bart. Bald. Ang. Sali. & Alexan. in addi. ad Bart. C. de bo. ma. Et hoc intellige verum si pater voluerit, secus si noluerit: quia non potest cogi, cum nihil quæratur: sed dabitur curator bonis, & non ipsi filio: vt est textus celebris, & ibi glossa, & Bart. in prin. & Doct. suprà allegat. in l. fin. §. si autem pater. C. de bon. quæ lib. & Spe. titu. de actore. §. primo. col. 9. ver. sed & filius: in versi. in præmissis. & vers. sed nunquid: & quæ dicam. infra eo. §. 6. in glo. 2. Sed an pater possit constituere procuratorem in causa filij sine eius consensu: gloss. & omnes scriben. l. 1. de bon. mate. & Ang. Aret. §. pupillus. col. 2. Institu. de inutili stip. & §. actiones, de peculio. column. 3. de act. & deci. Capel. Tho. q. 105. Et an pater agens pro filio caueat de rato, & cautionem iudicatum solui præstet, vide gloss. Cy. Bart. Alexand. in addi. & scrib. d. l. fi. §. vbi autem. de bo. quæ lib. & Spe. & ibi Ioan. And. in addi. ti. de syndi. ver. sed quæritur. & Dy. in regula, ratum quis. & ibi dixi in addi. de reg. iur. lib. 6. Sed an * pater teneatur præstare cautionem filio pro administratione bonorum, & in fine reddere rationem, & reliqua, dic quòd non, l. cum oportet. §. non autem. & ibi gloss. Cy. Bart. & Alexan. in addi. & §. fin. & l. fi. §. hoc proculdubio. ver. paterna reuerentia excusante, & à ratiociniis, & ab aliis omnibus, &c. & ibi Bal. Angel. & Sali. C. de bo. quæ lib. & Doct. in l. iubemus. C. ad Trebel. & per Bart. & ibi Alexan. Paul. de Castro, & Ludo. Bolog. in secundis interpret. l. imperator. ff. eod. tit. & tenet Bald. l. si superstite patre. C. de dolo. & l. filiæ. column. vlti. C. fami. hercis. & Bart. l. si quis. §. fi. C. de secundis nup. & Alexan. consi. 119. lib. 5. & Ioan. Bertach. à Firmo. in tract. suo de episcopo in 6. parte, lib. 4. q. 29. vbi vide, quid in matre, & quæ requirantur in redditione rationis.

** Adde Bar. Soci. cõs. 2. ver. est ei regulare, etiam consil. 34. vol. 1.*

c *De biens.*] Text. est quem menti tenere commendant ibi Bart. & Alex. in addi. l. 1. C. de bon. mat. vbi pater potest facere expensas litis de fructibus bonorum filij. & l. fi. §. vbi autem voluntas, de bo. quæ libe. vbi etiam dicitur, quòd pater potest vẽdere bona filij pro solutione debitorum eiusdem, de quo per Bal. in auth. excipitur. col. vlt. eod. tit.

§. IIII.

Item que la femme mariee est par la coustume en la puissance de son mary, iacoit ce quelle ait pere: & nest mie en la puissance de son pere. *a* en telle maniere quelle ne peut estre en iugement sans lauthorite de son mary *b*, excepte, en cas dexces *c*, & diniures. Et aussi en cas de marchandise, quant la femme est marchãde publicque *d*, selon le contenu au stille des adiournemẽs es sept & huict articles: & aussi elle ne peut donner *e*, quiter *f*, ne faire aucun contract ne obligation, sans lauthoritate de son mary, se elle nestoit marchande publicque, & du fait *g* de sa marchandise seulement comme dict est.

Item que la femme.

a ¶ Hæc consue. quòd vxor sit in potestate viri, est generalis in toto regno Franciẽ, secũdum Io. Fab. l. 1. C. de bo. mat. & l. non fine. C. de bo. quæ li. & Insti. ad Tertul. in princ. quæ approbatur de iure diuino. vt Gen. 3. vbi dicitur: In dolore paries, & in potestate viri eris. Et 1. Pet. 4. Mulieres sint subditæ viris, & 1. ad Cor. 11. a. quæ scribuntur. c. hæc imago. 33. q. 5. vbi dicitur fœminas viris esse subditas, & caput * mulieris est ipse vir. caput autem viri Christus. Nam quæcunque vxor nõ subiicitur viro, hoc est capiti suo, eiusdem criminis rea est. c. cum caput. ea. causa, & q. Et Hiero. tractans illud verbum Apostoli dicit, Admone adolescentulas esse subditas viris, vt non blasphemetur nomen Dei: mulierẽ constat subiectam dominio viri, & nullam authoritatem habere. vt c. mulierem. ea. causa, & q. ca. infamis. 3. q. 7. Alligata est vxor legi viri, quandiu vir eius viuit: eo verò defuncto soluta est à lege viri. 7. q. 1. sicut. In huius exemplum legitur Gen. 6. de Sarra quæ virũ suum dominum vocauit in signum reuerentiæ: an ecõtra vir teneatur vocare vxorem dominã. vide Bar. l. donationes. C. de dona. inter vir. & vxo. * Rex an Reginam, & reginæ an regẽ, qui tenet quòd non. & idẽ. l. si post. §. fi. q. pe. ff. de bo. pos. contra tabu. & Abb. Sic. c. ex parte. in fi. & ibi Fely. colum. 1. in 4. limitat. de fo. compe. licet Ang. consil. 144. in princ. dicat, quòd vxores nostras dominas domus appellamus propter eminentiam, quã eis in domo conce-

a Adde Bar. consi. 6. col. 5. & consil. vlt. col. 4.

** Adde Angel. l. si quis in metallũ. in fi. C. de pœnis & gl. Abb. & Fely. in c. dilecta. de maio. & ob.*

** Adde Angel. in auth. sed hodiè. C. de adul.*

concedimus.vt infrà dicam. Et debet esse capite velata, cum nõ sit imago Dei. sed vt viro ostẽdatur subiecta.c.mulier.ea.causa, & q. & glos.Insti. de pa.po.in ver.nuptiæ.& ibi Ang. Are. dicit, quòd mulieres nostri tẽporis non obseruãt.& per Io.Pet.à Terra. Parrisi. in forma libelli, quo vxor agit ad dotẽ.in ver.vxor. in prin.& Luca.à Penna,l. fi. C. de incolis.li. 10.& l. quicunq̃, de re milit. lib.12. Et etiam probatur de iure & consue. Lombardorũ secundum glo.& Bal.l.velles.C.de reuo.dona. & Bald. & Card. c. 1. an maritus succe. vxor. quia filia † nupta nõ videtur esse de domo patris, per ea quæ no. Bar. Ang. & Ioan. à Pla. l. quoties.C.de priui.scholarum.lib.12. vbi dicunt, quòd priuilegiũ cõcessum patri pro se, & filiis masculis & fœminis, non extenditur ad filias nuptas: sed an istud dictũ sit verum, vide Feli. c.super eod.in 2. & col.1. de testi.& Philip.Cor.consil.55.in litera e. volu.1. & in consil. 41. in litera a & g. volum. 4. & Francis. de Zaba. consil.91. column. 2. in princ. licet secus de iure Romanorum: quia non est in potestate viri, sed profecto sui patris. l. si vxo. & ibi. Ioan. Fa. Bart. Bald. & Alexand. in addi. ad Bart. C. de condi. inser. & Ioan. Fa. l. 1. C.de bo.quæ lib. nisi qui ad debitum carnis, & ad operandum, vt no. gloss. Bald. Christop. Porc. & Angel. Aret. Insti. ad Tertul.in prin.& gl.Bar.& Doct. signãter. Imol. l.rei iudicatæ §.fi.ff.solu.ma.& Bart.l.1.§.fi. ff.de iniur.Bald.l.si inuita. C.de nup.& Abb. Sic.c.mulieres.& ibi Feli. col.1.de senten.excom.gl. & Doct.c.quod deo.32.q.5. & gloss.l. sicut.ff.de oper.liber. & Alex consil.57.col. 2.& 3. & consil.133. lib.4. tamen hodie vxores vbique in regno Franciæ super viros dominantur, & sic verificatur dictum Angel. d. consi.144. quia mariti sunt causa causæ: ideo fatui & bestiæ. & vide quæ dicam. infra de consue.matri.4.in gl.1. in prin. col.3. Dicunt Cy.& Ange.l.8. C. de his qui paren. vel libe. occid. quòd sunt multi ita tristes & miseri, quòd nesciunt sibi extrahere Sarabulas, nisi mandato vxoris. Item vxor est subdita ad alia viri seruitia: puta custodire res mariti, & hoc bene faciunt: quia genus *a* earum auarissimum.l.sed si ego. ff. Ad Velle. & etiã lauare caput, & pedes viri, cõmestiones, & similia parare vt no.Ioan.And. c.literas.& ibi Abb. Sic. col.6.de resti.spoli.quod limitat ibi Abb. verum nisi esset vxor nobilis: quia tunc non est astricta ad hæc vilia faciendum: vt ibi. Et idẽ Cardi. Francis. de Zaba. consil.130.& Anto. Cor.in suo tract. de potesta. regia. q. 30. in fi. est enim ordo naturalis in omnibus, vt seruiant fœminæ viris. 33. q. 5. c. est ordo. & per Anto.Cor.in suis sing.in litera vxor. Ang.consil. 85.& consil. 142. Sed de sponsa de futuro quid dicendum? an sit in potestate viri? & an appellatione vxoris contineatur? & breuiter dic, quòd non, maxime in odiosis: vt hic. & l. non sine. & ibi Bald. & expresse Io. Fab. C.de bo. quæ libe. secus in sponsa: *b* de præsenti non cognita, secundum gl.in prag.sancti.de concubinis.c.1.§.& cum omne. in verb. vxorem,& Hippoly. de Marsil. in suo sing. C. 6.& per Pet à Fer.vbi supra col.2.& Ang. Are. Insti.de pat.pote.in prin.col.2.& latius, §.fuerat.col.18.ver.quæro de q.& Bald. l. Deo nobis,& ibi Pau.de Cast.in fi. C. de epis.& cleri. & Salic. l. cum in te. C. de don. ante nupt. & Abba.Sic.c.ex publico. de conuersa. coniug. Ioan.Lupi.in tract. de mat.& legi.§.2. & Bar. l.nihil.ff.rer.amota. Abb. & Feli. in rubr. de spon. colum.1.& 2.& in c.tertio loco.de præsump. & quæ dicam. infrà de consuetu. matri.§.1.& Georg. Nat.in repeti.c.quanuis. colum.38.versic.5.quæro. de pac. lib. 6. & Sign. de Ho.consil.145. Sed an maritus possit castigare & verberare vxorem glo.c.quemadmodum.in fi. de iureiu. tenet quòd sic. & eam ponere in vinculis, ac ieiunare facere. c placuit. 34. quæstio. 2. & c. duo. ea. causa, & q. 3.& Cardi. Franci. de Zaba. consil.9. & Abb. c.2.de cleri. percusso. sed dictum ca. placuit, loquitur in clerico vxorato, adeo quòd glos. ibi dicit illud non esse ad vxores laici extendendum. & per Sign. de Hom. consil. 63. vbi vide vnde glos.d.c sicut, dicit maritum posse castigare vxorem, non tamen debet eam verberibus affligere, quia illa debent esse aliena ab ingenuis.l.consensu. C.de repud. & etiam potest incarcerare, secundum Ioan. Fab.§.sed hoc tẽpore, col.1.Insti. de his qui sui vel alie. iu.& Ias.l.fi. col. 31. ver. ego addo. C. de iure. emph.& Paris à Puteo in tract.synd. in versi. captura.sed Gof. & Host.d.c.quemadmodũ, limitant, nisi ex magna causa fiat, verbera sint leuia: illa videntur marito ex causa permissa, aliàs si sine causa enormiter verberaret, teneretur, vt auth. se nouo iure. C.de repu. quod sequitur Abb. d.c.quemadmodum, quòd possit corrigere vxorem secundum qualitatem culpæ: ita quòd non procedat ad sæua. Illa enim sunt iudici relinquenda. Et boni *c* mariti rarò hoc faciunt. Quanto enim nobiliores sunt, tanto vxores magis diligunt.l.si vxor. §. planè.ff.de adul.& tenet Oldr.cons.105.col.2. Nam amor vxoris est cæteris præstantior secundum Luca. à Penna.l. quicunque. C. de cohabi.lib.12.Re non diligit vxorem plusquã filium suum, secundum Ange. d. consil.144. in prin.l.generaliter.C.de insti.& substi. & l. cum acutissimi. C. de fideicommi.l.isti quidem. ff. quod met.cau. licet magis quàm patrem, vel matrem: quia scriptum est, Relinquet homo patrem, & matrem & adhærebit vxori suæ.& tenet Ang.consil.109.columnn.fi. & dicam §.de consue.ma.§.fi.hinc dicit Hiero. quòd sapiens debet amare iudicio coniugem, non affectu: vt refert Ioan. And. ca. diuersis fallaciis. & ibi Docto. de cle. coniug. non enim Deus de pede fecit mulierẽ: ne omnino videretur famulanec de capite, nec censeretur domina: sed de costa, vt collateralis esset. vt not gloss. c. vltim. 32. q. 5. Et mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmi-

† Adde Bal.Pau.de Cast. & Ias.l.Voluntas. in 1. C. de fideicom. & Bar. Soci. consi.227. col.3.vers. quibus suppositis argui.2.& Fely c.nouit. col. 1. de iudi. & Zeuerli.in extraua. gan.2. 22. in Versi. si ijs.

a Adde quòd clericorum auarissimũ est genus. Vide gl. in c. si pluribus. in verbo maiori.de præben. & in c. nonnulli de cleri.nõ resi.et Bar. Soci.in consil.15. col. 5.vers.debuit ergo. li.1.et intellige quòd meretrices sunt magis tenaces quam aliæ secundum Bal.in l.Virum.ff. de cura.furio.

b Adde

Nicolaũ de Vbal.in tractã.de successio.ab intesta. in 4. parte. col. 2.

c Adde quòd nobiles quãdoque tenent Vxores ab ipsis separatas. vt not. gloss. sing. l. nihil. ff. rerũ amota. quòd seruant principes, & reges Franciæ, excepto domino meo rege Ludouico. 12.

infirmitate sexus minus ausuras cõfidimus. l.quisquis.§.ad filias.C.ad l.Iuliam maie.de quo per Alexan. consil.115. colum.1. volum. 4.& Ludo.de Ro. in suo singu.4.incipi.licet vxorem.

b *De son mary.*] Consuetudo, vel statutum ciuitatis,vel loci, quòd vxor non possit esse in iudicio sine consensu mariti, valet,vt not.Paul.de Cast.consi.204.vol.anti.quia in iudiciis quasi contrahimus,l.3. §. idem scribit.ff.de pecu. Nam postquã in potestate mariti est,requiritur eius consensus & authoritas. ar. l.fi.§.necessitate.C.de bo.quæ li.& l. 1.§.fi.de auth.tut.Et etiam *a* valet consuet.q; non possit contrahere sine mariti autoritate, vt tenet Pet.de Ancha. consi.384.& Signo. de Ho.consil.166. Baldus consil.444.libr.3. vbi dicit, similem consue.esse Papiæ.& Abb. Sic.consi.40.vol.2.dicit pariter esse in ciuitate Senensi.Et illustr.Doc.Franc.Areti.recitat consil.54.esse in ciuitate Tortonæ: & est de verbo ad verbum huic similis,vbi eum vide, quamquidem Ioan.à Imol.consilio 74.dicit esse contra ius commune.l 2.C.de pact conuen.& est strictè intelligenda:tamen non est, quia non est introducta in fauorem mulierum,secundum Bart. & Iaso.l.qui exceptionem.ff.de condi.indeb.& Francis.Aret.consil.2.colum.4. & Paul.de Cast.consil.91.col. 2.versicu.sed aduertendum.& consilio 184. incip.In causa.colum.2.vers.præterea obstat. & col.vlti.versi.nec obstat.vol.antiq.vbi dicit, hanc consuetu.debere intelligi de noua & voluntaria obligatione, & non de obligatione descendẽte ex statuto & consue. de Gabellis *b* soluendis, & aliis iurib.debitis,quia pro dictis iuribus vxor sine authoritate viri potest se obligare.l.2.ff.de reb. eorum. quod not.& quod sit fauorabilis Alexan.cons.106. col.vlti.in fin.lib.1.& Bald.Alexand.Paul.de Cast.& Ias.l. transactionem.C.de transact.& est ratio secundum ipsos ad tollendum doli, vel mentis suspitionem, vel ne mulieres propter fragilitatẽ sexus decipiantur, & no.Bal. l.2.in fi.C.de adop.Et licet vigore consuetu. vel statuti non possit contrahere sine cõsensu mariti, vt hîc, vel in aliis pluribus locis sine consensu duorum propinquorũ: tamen videtur, quòd possit quasi contrahere,vt est adire hæreditatem, quia adeundo quasi contrahimus.l.apud Iulia.§.pupillus,Et ibi hoc tenet Bart.& Alexan.in addi.multum singu. ff.ex quib.caus.in pos.eatur.quia adire non est propriè contrahere,sed quasi : consuet.& statuta debent accipi in propria significatione.l.7.§.hæc verba. ff.neg. gest. & istud tenet Bal. Ang.& Imol.l.mutum.§.1.ff.de acquir. hære. & Raph.Fulg & Alex.in l.more.eo.ti. & Paul.de Cast.d.consil.91.& Abbas Sicu.& Præpo.Mediola.nunc Cardi.Alex.qua fronte,de appella. sed Bart. d.l.more.tenet quòd non possit adire.quem sequitur Iason, l.Barbarius Philippus. col.1.in fine,versi.Item diligenter not.ff.de offi.præto. cum limitatione,tamen quòd quãdo hæreditas est opulenta & lucrosa,possit sine cõsensu mariti illam adire,& sequitur de Bellenzi. in add. Abbas d.c. qua fronte.quod dictum fuit domini Alexan.d.§.si pupillus.pro quo facit quòd no. Bal l.neq; tutores.C.de contrah. & commit. stipul.commendans illum tex. esse menti tenendum ad statuta & consuetud.contractus mulierum sine consensu mariti, vel propinquorum factos annullantes, quod intelligatur de contractibus damnosis, & non de vtilibus.Idem dicunt Ange.Imol. Pau.& sequa. d.l.mutum.§.1.& Ias.vbi suprà col.3.& Raphael.& Alexan.d.l.more. & in dict.§.si pupillus. Bald.& ibi Ange. Aret.col.4. & Iason col.5.cum seq. §.omnium autem actionum. Insti.de act.& Matth. Matth.in suo sing.incipien.no.quòd est differentia: an statutum.& gloss.Bald.Pau.de Cast.& Moder.l.quanuis. C.de fideicommis.& Lud.de Ro.consil.12.& Abbas consil.51.in 1. dubio. volum.1.& Angel.consil.306 & consi. 318.vnde dicit Abbas c.relatum. in 1.colum.6.de testament.quòd stante consuetudine, contractus mulierum non valeat, nisi seruata certa forma, *c* quòd cõtractus factus cum muliere, dummodo sit factus sine fraude valet, quanuis forma statuti non sit seruata. & tenet Iason l. post diuis. col.3.versicu.ad idem. C. de iur.& fac.igno. Et sic notat quod contractus cum vxore sine authoritate mariti in eius fauorem, & commodum factus valet,& non cõtra. & hoc tenet Angel. l.2.per gloss.ibi singu.ff de accep. Andr.Barba.l is cui bonis.col.6 versicu adduco quod voluit.ff.de verbo.obligat.quem vide cum sequen col. & Paul.de Castr.d.l.2. de accepti.& Signor.de Hom. consil.165.vbi dicit similem esse consuetudi. Mediolani.Et idem est dicendum in iudicio,vt sententia lata pro vxore quæ sine authoritate egit,vel se defendit, valeat: argu. l.non ideo minus.C. de procurato.tamen de consuetudi.generali regni & maximè huius ducatus Biturigum, vxor non potest contrahere, nec etiam quasi contrahere: cùm hæc consuetudo dicat,quòd non possit contrahere, donare,nec obligari. quæ consuetudo comprehendit secundum Alexandrum , dicto §. si pupillus. contractum, & quasi contractum , & hoc tenet Angel.Areti. §. consequens.Institut.de suspect. tutor.quia talis obligatio debet intelligi de omni obligatione. *d* argu.l.in fraudem.§.fi. ff.de testa.milit & tenet Bald. doct.d.l.multum.§.1. Fallit in casib. hic exceptis.Fallit,si maritus esset absens, quia tunc non requiritur eius consensus in iudicio, vel contractibus,argumen. l.si longius.§.1.ff.de iudic.Et istud tenet expressè Baldus dicto consilio 564. quia maritus se sic absentando facit ad præsentia alienum.l.si alieno.§.1 ff de fideico.liber. Nam consuetudo, vel statutum debet intelligi *e* de eo viro,cuius pŏtest haberi præsentia,quia est in eodem domicilio,vel loco in quo possit requiri. Absurdũ enim esset quòd

a Adde Bal.cõs.20 incipi. Verus maritus lib.4.

b Adde Bal.i Nou. in tract.de dote.in 48. priuil.fol. 22.Vbi idẽ dicit de filio se obligãte gabellis & dote.

c Adde [illegible] c. §. 5. [illegible] col. 6. & in addi,

d Adde Mattha.de Matth. in eius singu. incipi. not. quòd est differẽtia. fol.7.cõ.3. & Bar. Socin. consil. 172.libr.2.

e Adde Ludo.Pro.cõsil. 36. qui idẽ tenet.

& Io. Campe. in tract. de dote. in vlt. parte. quaest. 89.

quòd si immineret vtilitas, vel necessitas, mulier non possit contrahere, vbi per eum. & l. turpia. ff. de legat. 1. & ibi Rapha. Angel. Alex. & Iason & Bart. & Alex. l. Stichum. col. 2. eod. titu. & Angel. Aret. d. §. consequens. in fin. & c. 1. §. finali. cum sua glos. & ibi Petr. de Ancha. & Domi. ne sede vacan. lib. 6. & Bald. l. 1. & ibi Alex. colum. 2. C. vnde vir & vxor. & Ioan. Fab. §. fuerat. colum. 1. cum sequen. Institut. de actio. vbi facit mentionem de hac consuetudine. vnde secundum Bal. d. l. transactioné: consilium erit, quòd loco mariti absentis adhibeatur auctoritas iudicis, & hoc sequitur ibi in fi. Pau. de Cast. qui ita de facto accidere vidit. Sed an quo ad personã se obligare possit? videtur quòd sic. l. in copulãdis. & ibi Bal. in fi. C. de nupti. & facit l. fina. §. 1. C. de episc. & cle. & gl. celebris. 1. l. 2. §. voto. in verbo, filiusfamilias. ff. de pollici. quæ dicit, quòd licet filiusfamilias non possit donare etiam piis locis. tamen potest intrando religionem obligare suam personam sine auctoritate patris: dic tamen, quòd secus est in vxore, vt per totum, de conuer. coniug. & c. manifestum. & ibi pulchra glo. 33. q. 5. & dicam infrà in gl. pe. Sed quando aliquid debet fieri cum consensu, vel consilio alicuius ex dispositione legis, vel consuetudinaria, vt hoc in vxore sufficiat requiri, vel sequi, vt obseruetur, vide Barth. in l. impuberibus. ff. de suspect. tuto. & Ange. d. §. consequens. in glossa necessariorum. & Barth. & Alexan. in addit. l. 1. §. si plures. ff. de exercit. act. Anto. de But. & Abba. c. cùm olim. de arbi. & Abba. c. cùm in veteri. de elect. Quid *a* si vxor in præsentia mariti iacentis contrahat, an valeat? videtur quòd non: nisi expressè consentiat. pro hoc facit quod notat Bartho. & Alexand. l. 1. §. fina. & l. etiam. ff. de aucto. tuto. & pulchrè Paulus de Cast. Alexan. & Iason. in l. 2. §. voluntate. & ibi Bart. Soci. in 1. notabili. ff. solu. matr. vbi Socin. alleg. l. 1. §. hoc interdictum. de cisterna. ff. de fonte. & Angel. de Peru. §. in amphiteosim. in Auth. de non alien. iur. emphy. & Bar. l. quid ergo. in prin. ff. de his qui nota. infa. Sed idem Ange. in consilio 183. colu. 2. quòd per solam præsentiã mariti videtur auctorizata. Et not. *b* quòd sufficit ante, vel post cõtractum requirere, & habere consensum. d. c. cùm in veteri. & l. 1. §. prodest. in 2. respon. quorum leg. & Franc. de Cur. consilio 1. colum. 7. Quid si vxor contraxit sine consensu mariti, qui post decennium dicit contractum nullum ob defectũ auctorizationis, an propter *c* lapsum decennij præsumatur talem inuenisse solennitatem consuetudinis. vide Bald. Ange. vtrunque. Imo. l. qui in aliena ff. de acqui. hære. & Iaso. l. si certis annis. colum. 3. ver. 9. facit. C. de pact. & in hac quæst. doc. sunt varij. quia Bal. Ang. & Imol. d. l. qui in aliena. tenent quòd sic. Bal. & Sali. l. si filius. C. de peti. hære. & Bald. l. 2. C. de legi. hæredi. & Alexand. consi. 17. colum. 2. ver. confirmantur. libr. 4. tenent contrarium. vi-

a Adde Io. Campe. in tract. de dote. in 5. parte. q. 81.

lationi defertur, secundum gl. in c. 1. §. quoque. in verbo, iniustè. in fine, de friuolis appellatio. in pragmatica sanct. exceptis causis recredentiarum beneficiorum: & prouisionalium ac summam 25. librarum Turonens. non exceden. secundum ordinationes regias, vt ibi vide. ¶Hæc consuetudo est contra formam iuris communis, quia compensatio in quacunq; parte litis, & ad executionem sententiæ vsq; inclusiuè opponi potest, vt est tex. in l. 2. & ibi Ioan. Fab. Cy. Bar. Ang. & Sali. C. de compensa. & in l. si cum mili. §. fin & ibi Bart. & ibi Bal. in antiq. lect. & Ludouic. Bolog. in suis primis interpretationibus. ff. eod titu. & per Alex. in consil. 95. col. 1. in fin. vol. 4. & Ange. in consil. 132. & in consil. 258. & Tyndarum in suo tracta. de compensatio. tamen compensatio differt à reconuentione, vt not. Bart. in l. cùm Papinianus. in fin. C. de senten. & interlocu. omnium iudi. Nam compensatio deducitur per modum exceptionis, reconuentio verò per modum actionis. Et idem tenet Bald. in d. l. cùm Papinianus. in vlti. quæstio & Alexan. in additio. ad Bart. in Auth. & consequenter. eod. titu. licet compensatio sit species reconuentionis, vt l. neque. & ibi gl. Bart. & Bald. in l. eius. & in l. si constat. colum. vlt. C. eod. titu. Et nota, qui compensat, agit. vt not. in l. 2. colum. vlti. & ibi Alexand. in additio. ff. de except. & Alexand. in consil. 24. colum. 1. volu. 1. & in consi. 12. colum. vlti. versicu. præterea. lib. secundo. Et in materia compensationis, vide Ioan. Fab. Ang. Are. & Iasonem de Mayno, in §. in bonæ fidei. Institut. de act. & decisio. Parlam. Grationopoli. Delphi. quæstio. 477. & Alexand. in consil. 74. volum. 5. & in consil. 150. colum. 1. & 2. libr. 2. & d. Tyndar. in dicto suo tractatu de compensatio. Et an hæc consuetudo habeat locum, & se extendat in causa appellationis, dic quòd sic. quia hic dicitur, *En ladicte ville & septaine de Bourges, par deuant aucun iuge, &c.* Sed extra ciuitatem & iudices eius bene posset opponi in causa appellationis, vtpote coram dominis de Parlamento Parisi. Quia compensatio potest opponi in causa appellationis, vt tenent Doc. in l. per hanc. C de tempo. appella. & Bald. in consi. 132. vol. 3. Spec. in tit. de appel. §. penultimo. col. vlti. versi. sed nunquid in causa appellationis, vt d. decis. Parlamen. Delphin. q. 567. in fine. & Ange. in consi. 282. licet decisio Capellæ Tholos. q. 93. teneat quòd non possit opponi in causa appellationis. Et nota, q; vbi compensatio de consuetudine vel statuto non habet locum, tamen suppleri potest ex retentione, secundum Philip. Corn. in consil. 61. in litera enim, ad fin. volum. 3. quòd est singularis limitatio ad hanc consuetudinem. Et ad prędicta vide amplè Innoc. Abba. Sicu. & Fel. Sandeum. colum. 2. ver. exceptio. in c. suborta. de re iudi. vbi etiam ponit Felin. de statuto prohibente opponi contra instrumentum omnem exceptionem, quòd non intelligitur de exceptione compensationis. Et vide Fel. in c. cùm inter. col. pen. & in c. dilect. col. 6. cum sequen. de except. & in c. ex transmissa. col. vlt. de præscript. & Ioan. de Imol. in consil. 42. in fin. & Cæpo. Veronen. in cautel. 121. & Ludo. Bolog. in suis primis interpretationibus. in l. 1. C. quæ sententiæ sine appella. rescind. & Abb. & Fel. col. 1. in c. cùm Ioannes. de fide instrumentorum.

§. VIII.

Item & que recompensation ne aussi reconuention [a] ou reconueniāt nont point de lieu eu ladicte ville & septaine de Bourges par deuant aucun iuge lay ou seculier. Et ne doibt aucun estre receu a obicer recompensation ne a vouloir faire reconueniāt pour labreuiation des proces.

Item & que.

a *Reconuention.*] Et pariter istud est contraius commune, vt l. cùm Papinianus. cum. sua autem. & consequen. vtrobique per Cy. Bar. Bal. Ang. Sali. & Alexan. in addi. ad Bart. & Bal. C. de senten. & interlocu omni. iudi. & in c. 1. & 2. & ibi Inno. Bal. & Abba. Sicu. de mutuis peti. & in c. dispendia. & ibi Petr. de Ancha. & Domini. de sancto Geminia. de rescrip. li. 6. in quibus locis vide amplè de materia reconuentionis, & qualiter, & de quibus fieri debeat. & glo. in c. 1. de contro. inuestit. & ibi Bal. col. 2. & in c. 1. §. fin. in 3. col. de prohi. feud. ali. per Frederi. vbi dicit habere locum in feudo. & idem tenet Io. Bap. in c. 1. vers. decimanona regula, & in vers. sexta concord. de feud. cog. & vide Bald. in consil. 36. incipien. quidam Bart. col. 2. versi. modo veniamus. libr. 1. & decif. Capel. Tholos. q. 93. & gl. quam ibi facit singularem Lud. Bolog. in secundis interpretati. in l. est receptum. ff. de iurisdi. omni. iudi. Et licet, vt dictum est, hæc consue. sit iuri contraria: tamen consuetudo fori derogat iuri scrip. vt tenet Alex. in cons. 36. col. 6. versi. sed ita est. vol. 2. & Cy. & Doc. in l. 2. C. quæ sit long. consuetudo. & quæ dico infra eo. §. 11. col. 3. Et similiter de stylo & cōsuetud. curiarum secularium & ecclesiasticæ Biturigum exceptio non numeratæ pecuniæ, non habet locum, nec potest opponi. vide quæ dixi in addi. ad Dyn. in regu. locupletare. in fin. de reg. iu. lib. 6. vbi aliqua dixi in materia exceptionis, non numeratæ pecuniæ, singula not. dilig.

a Adde Bart. Soci. in consi. 38 & in consi. 12. lib. 1.

§. IX.

Item & iacoit ce que le temps passe mondit seigneur le bailly & preuost de Bourges & leurs lieuxtenans ayent accoustume de donner & ottroyer commissions nommees vulgairement

gairement admonitions de recreance a ceulx qui les requeroient en iurant & affermant eulx estre en possession & saisine, ou droit & chose dont ilz se disoient estre despouillez par force dicelluy droit ou chose. Et en baillant caution suffisante de la valeur de cedont ilz demandoient auoir recreance qui estoit chose tresderaisonnable *a* & dont sen ensuiuoient plusieurs grans inconueniens & dommaiges, est ordonne que doresnauant telles commissions de admonitions de recreance en ladicte ville & septaine de Bourges ne se octroient plus pour lesditz iuges,& ne vsera on plus dicelles admonitions de recreance: pour ce que selon raison aucun ne doit estre creu en son fait *b* ne estre tesmoing en sa cause: *c* mais bien au cas dessusdict se pourront pourueoir les parties par complaincte en cas de nouuellete, si bon leur semble.

Item & iacoit.

Adde Bar. Soc. in consil.32. Ver. quantum. lib.1.

a *Chose tresderaisonnable.*] Vt est text. in propriis terminis in c.1. & ibi Abba. Sic. Bal. & sequaces, de causa posses.& proprieta.& l. fin.& ibi Ioan.Fab.& Docto.C.si per vim, vel alio modo.& in ca.ex literis.de in integrum restitut.& probatur 2. Reg. 16.cap. quòd Dauid ad accersionem Sibe.adiudicauit sibi hereditatem Miphiboseph. & male, vt dixit ibi Nico.de Lira, nam postea reuocauit eius sententiam, vt habetur in seq. cap.17. vbi vide & Pari. à Put. in tractat. de syndic. in verbo, iudex. c. si aliquis.& in verbo, captura. cap. an si potestas. quia nemo priuandus est sua possessione, nisi primo citetur, vt tenet Ludoui. de Rom. in consil.158. in princi. & pulchrè Hippol. de Marsil. in suo sing.195. vbi pro hoc adducit multas authoritates volens secundum Abb. Sic. in c. quia clerici. in 2. no. de iure pat. q; si quis notoriè teneat ecclesiam iniustè, nō est necessarium, q; Episcopus eum vocet in iudicium: sed potest ipsum spoliare de facto, sicut in facto se ingessit. *a* & idem tenet Felin. in c. qualiter & quando. in col.9. ver. pro illa glo. de accu. qui allegat Inno. in c. querelam. col.2. de elec. & hoc per gl. in l. minor. in verbo, Seius. ff. de euic. & quæ no. Fel. in c.2. col. 3. de spon. & in c. dilectus. col.2. ver. inquantum. de rescri.& Ias. in l. si certis annis. col.3. ver. facit q; not. Bal.& Ang. in col.4. ver.7. limita. C. de pact. Et istud obseruant episcopi: suffraganei ecclesiæ Metro.& principalis Bituricen. quòd not. pro his quæ dixi in addit. ad Dynum in reg. beneficium. de regu. iuris. l.6. tamen tex. est in contrarium in c. licet.& ibi Philip. Franc. de præbend. libr.6.& in ca. coordinarij. de offi. ordin. eod. lib.& dixi in addit. mandago, titu. de electi. c.56. in verbo, priuati. fol.49. & vide Franciscum de Zaba. in consil.54.& consil.74.& Ioan. de Imol. in consil.128. colum.1. Imò Princeps vel Papa non posset contra partem inauditam & non citatam diffinire, quia esset tollere defensionem, quæ est de iure naturali, vt in Clement. pastoralis. de re iudicata.& not. Barto. in extrauagan. ad reprimendum. colla.11. in verbo, & figura. versi. quæro igitur vtrum Abb. in d. c.1. de causa possessionis & proprieta.& Bart. in l. filiusfam. ff. de donatio.& in l.2. ff. de administratio. rerum ad ciuitatem pertinentium. Et Felin. in c. cùm olim. de re iudicata.& Hippol. de Marsil. in suo singulari 75. & Cald. in consi.8. titu. de re iudic.& Luc. de Penna in l. exemplo. C. de decuri. lib.& Abb. Sicu. in consi.3. versic. ad octauam q. volum. 2.& Anton. Corse. in suis sing. in litera, princeps.& Angel. in consil.187.& Franc. de Are. in consi.62.

a Adde Bart. Soci. consi.12. in quo ad primam q. li.1. et in cōs. 154. Versi. sequ. & in Versi. 2. ex parte. et in consi.226. Versi nun quid in dubiū. et in cōsi.158. Versi. primū est quòd tale li.2. et Ant. Barbat. in consi. lib.1.

b *En son faict.*] Quia iniquum est aliquem suæ rei iudicem fieri, *b* vt l. Iulianus. in 2. ff. de iudi.& l. qui iurisdictioni præest. ff. de iurisd. om. iud.& l. pen. ff. de arb.& tam in Rubri. quàm in nigro. C. ne quis in causa sua iudi. Et hoc verum, nisi in aliquibus casibus, vt in iudicibus non recognoscentibus superiorem, scilicet Papa, Imperatore, & in rege Frāciæ: quia ipsi possunt cognoscere & iudicare, secundum Bar.& Bald. in l. vna. c. ne quis in causa sua, est in tex. in l. proximè.& ibi Bart. & Moder. post glos. ff. de his qui in testamen. delen.& in l.& hoc Tyberius. ff. de hæredi. instit.& Cæpol. in consil.26. colum.2. vbi vide. Et Alexand. in consil.79. colum.2. versicu. quis igitur.& in consil.135. colum.1.& 2. lib. 1.& pulchrè Bart. de Firmo in tracta. de episcopo. in 5. part. lib.4.8. quæst. cum sequent. & in ca. cùm venissent.& ibi glossa. Abba.& Felin. colum.2. versi. vtrum quis, de iudi. vbi Feli. ponit regulam cum pluribus limitationibus, ad quem recurre.& vide glo.& Abba. Sic. in c.1. de maledi.& Cardi. Alexan in c.1. & 2. de inuesti. in maritum facta. Et quando quis posit esse iudex familiæ suæ, vide Abb. in c. cùm contingat. de foro compe.& Feli. in c. causam quæ, de offic. delega. vbi ponit regulam cum 8. fallentiis.& Luc. de Penna in l. generali de decurio. lib.10.

b Adde Bart. Soci. in cons.96. Vers.3. qui ibi. Itē Vol. 1. et in cōs. 231. Vol. 1. quia tunc est Verum lib.2.

c *Tesmoing en sa cause.*] Vt in l. omnibus. & ibi Ioan. Fab. Cyn. Bald. Ang.& Salic. C. de test.& in c. insuper. c. cùm nuncius.& c. in literis.& vbique per Abb.& Feli. de testi. vbi reperies, an quis posit esse testis in causa propria. Et quid de subditis & familiaribus domesticis procuratore, aduocato, *c* personet à venditore cedere vxore pro marito, vel econtrà.& fratre pro fratre.& sic de aliis posint esse testes, vide Barto.& Alexand. in additio. & Fran.

c Adde ad ōīa hic Soci. in cons. 67. Versi. Circa quā

q.cũ verſi. ſeq. vbi ponit, an frater pro fratre in cauſa matrimoniali ſit idoneus teſtis, & c.li.1. & in cõſ. 20. verſic. nec obſt. eod. volu.

& Franc. de Aret. in l. qui teſtamento. §. quæcunque. ff. de teſtamen. & deciſ. Capel. Thol. q.3. & ſeq. & Bart. in l. deferre. §. item decreuerunt. & ibi Alexan. in addi. ff. de iure fiſc. & Spec. in tit. de teſt. §.1. ver. & pe. vbi in §.1. quid ſi aduerſarius tenet quòd de cõſue. ſubditi poſſunt eſſe teſtes pro domino ſuo, & tenet Mart. Laud. in tracta. de prin. q.320. & vide Bal. in l.2. C. de teſti. & Flo. de ſancto Petr. in l. idonei, cum ll. ſeq. ff. eod. titu. & Alexan. conſi.18. & conſi.70. volum.1. & deciſ. Parla. Delph. q.45. & Bart. de Firmo in tracta. de epiſcopo. in 5. parte, libr. 4. q.47. & Barto. & Bald. & alios Docto. in tract. de teſtibus, qui ponuntur inter trac. domini Bar. & vide Bal. in conſi.205. & in conſi.216. lib.2. & Ioan. Fab. Chriſtopho. Porc. & Angel. Aret. in §. teſtes. Inſtit. de teſta. & Ioan. de Imol. in conſi.57. & conſi.107. a Et aduerte quòd licet ſupradicti ſint ſuſpecti ad teſtimonium ferendum: tamen ſi vnus omni exceptione maior cũ vno ſuprà nominatorum inhabilium producatur, dictum & depoſitio talis inhabilis ſuppletur per habilem, vt not. Bal. in l. ſi quis. §. quid enim, in prin. & ibi Ludouicus Bolog. in ſecundis interpreta. & Alexand. & Iaſ. ff. de edend. & Angel. in conſilio 1. & Hippol. de Marſil. in ſuo ſingul.96. in fin. & quæ dixi in addi. ad Dy. in regula, vtile. de regu. iur. libr. 6. & idem tenent Alexand. & Bartho. Socin. in l. Gallus. §. vltimo. ff. de libe. & poſthum. & Iaſon in l. cunctos populos. colum.12. verſic. iſtam regulam ponit Baldus, &c. in 2. electio. C. de ſumma Trinit. & Alexan. in conſil. 56. col.5. verſicu. ſecundo poteſt. & conſ.212. libr.2. & text. & ibi Abba. Sicu. in cap. fin. de procurato. Ioan. Baptiſt. in l. omnes populi. chart.20. colum.1. verſi. tertio generaliter. ff. de iuſti. & iure. Nã propter cõmunionem & ſocietatem inhabiles gaudent priuilegio habilium, vt eſt tex. in l. ſi cõmunem. ff. quemadmodum ſeruitus amit. & tenet Geor. Nat. in repet. c. quamuis pactum. colum.4. verſic. 18 facit, de pact. libr.6. & pulchrè Hippol. de Marſil. in ſuo ſingu.180. & Abba. Sicu. in cap. ad audientiam. de præſcript. & amplè Andr. Bart. in repet. c. Raynaldus. chart. pen. vſq; ad fin. de teſta. Et vnum b not. rogo te, ſingulare ſecundum Hippol. in dicto ſingulari, quòd ſi plures ſimul ſunt capti & inquiſiti à iudice ſeculari, quorum vnus eſt clericus qui petit ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticum. iuxta c. iudex. de ſenten. excom. lib.6. quòd omnes laici debent remitti, per d. l. ſi communem ne continentia diuidatur. & ne ſequatur abſurdum ſi in eadem materia variæ ſententiæ ferrentur. & fortè contrariæ. & alleg. Anton. de Prato vereri in l.1. in fin. ff. ſententiæ ſine appel. reſcinden. & tenet Maria. Socinus in c. 2. colum.4. verſic. 8. fallit. de mutuis petit. & Felin. in ca. placuit. colum. 4. circa medium, de præſcrip. vbi eum vide in 3. colum. vſque ad fin. & iſtud nunquam fuit practicatum. ¶ Sed an c duæ ſemiplenæ probationes, videlicet vnus teſtis cum fama iungantur. vide Bart. in l.1. §. item Cornelio. ff. de quæſtio. & Abb. Sic. in c. cum cauſam. & ibi Feli. colum. 4. ver. gl. fin. de prob. & Sal. in Authen. rogat. C. de teſti. & Fel. in c. veniens. in 1. fin. de teſti. & Bald. in d. l. ſi quis. §. quid tamen. & Alex. in conſil.19. colum.2. ver. ſubſequenter. & in conſi.65. in fin. & conſi.13. colum. vlt. ver. ſolum enim. & conſi.32. colum. vlt. in conſi.53. col. fin. libr.1. & in conſi.11. col. pen. in princi. & conſil.19. col. pen. circa fin. & in conſil.21. col.1. vol.4. & tenent quòd ſic.

a Adde Bart. Soci. in cõſ.228. ver. accedat quòd eorum vol.2. & Andre. Bar. in cõſi.7. lib.2.

b Adde quod tamẽ Barto. in l. ꝑcipimus. §.1. C. de appel. licet dicat ĩ l.3. de collegiis illis, quod ambo ſcilicet ſecularis & eccleſiaſticus ſimiliter debeant cognoſ. ſed primum verius ſecundũ doc. hic alleg. et Mat.

de Matt. in ſuo ſing. in ci. no. quod ſi in cum indiuidua. fo.6. col.3. ex Andre. Barbat. in conſil.83. vol.3:

c Add Barba. in conſ. 7. lib.2.

§. X.

Item que les biens des manans & habitans de ladicte ville & ſeptaine de Bourges: ne daucun deulx ſoyent meubles ou immeubles, ne cheent point en confiſcation & ne peuuent eſtre confiſquez par quelconques delictz ou forfaiture ou cas de crime que ſe ſoyt. Soyt de leze maieſte ou hereſie: ou aultres quelconques commis & perpetre par iceulx manans & habitans: ou par aulcun deulx tant par priuilege deſdictz bourgeoys que ſelõ raiſon, a & par la couſtume, vſance & cõmune obſeruance notoirement gardee & tenue eſdictes ville & ſeptaine de Bourges de anciennete: & de tel & ſi long temps quil neſt memoire du contraire.

Item que les.

a *Et par la couſtume vſance.*] Hæc conſuetudo habet locum de iure, præterquam in damnato de crimine læſæ Maieſtatis, vt Authen. bona damnatorum. & ibi Cy. Bal. Ioan. Fab. & Sali. C. de bo. damna. etiam in crimine hæreſis, vt Auth. Gazaros. C. de hære. & c. cum ſecundum leges. & ibi gloſ. domi. & Pe. de Ancha. hære. lib. 6. & c. vergentis. ibi Abb. eo. tit. in antiq. & Mart. Laud. in tracta. de fiſco. q.5. Sed an hęc conſue. etiam ad bona exiſtentia extra territorium, idem extra ciuitatem & ſeptenam Biturigum extendatur? dic ꝙ ſic: quia intelligitur vtiliter. arg. l. deportatorum. C. de pœ. & econtrà, vbi bona confiſcantur, intelligitur de omnibus vbiq;, vt d. l. deportatorum. & l. tutelas. §. pe. ff. de c. dimi. quia fiſcus non ſe diuidit, ſed eſt vbiq;, & in omni territorio eius cuius ſit: puta Papæ vel Imperatoris vel regis Franc. ſe extendit, vt tenet Bal. in cõſ.240. vol.4. licet teneat contrarium in l. ſi pater. §. in arroga. ff. de vulga. & pupil. ſed primum tenet Alex. in conſil.31. col.2. lib.1. & Io. de Imo. in conſi.35. col.7. & 8. & Ant. de Butri. in conſi.58. & in conſil.61. & Frã. de Are. in conſi.10. col.1. ver. & ſi, & Pe.

de

de Anch. in consi. 163. & Mart. Lau. in d. trac. de fisco. q. 24. secus si sint distinctæ iurisdictiones. & tenet Geor. Nat. in c. quanuis. col. 61. ver. 6. facit de pac. li. 6. & Ang. Are. in trac. malefi. in gl. & eius bona publica. vbi multa notabilia dict. circa hanc materiam cõfiscat. reperies. & ibi Bart. Land. & Ange. in addi. & Alb. de Gand. in trac. malefi. tit. de bo. malefa. & Lud. Bol. in 1. interpre. in l. quicunq. §. vniuersi. C. de hære. & in c. 1. §. si verò. de pace tenenda. vnde si Bituri. delinquat in loco, vbi de iure vel consue. propter delictum confiscantur bona, q bona hic Bituris existẽ. confiscabuntur. Et non solum propria bona mariti delinquentis, sed etiam conquestus facti cõstante matrimo. cùm dñs illorum sit & de illis possit disponere & alienare inuita vxore, vt §. 2. inf. de consue. matri. secus est in do. vt l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. & tenet Paris à Put. in tra. sing. in ver. publicatio bonorum: & Alex. in consil. 23. colum. 2. versi. 3. per hoc lib. 1. vbi reperies, an dos ob delictum mulieris confiscetur. & Cy. Bald. Ange. & Sal. in l. si quis posthac, per illum tex. C. de bo damna. & text. gl. Bart. & Alexan. in addi. in l. quinq; legibus. ff. eod. titu. vbi sing. recurre quando quæritur, *a* an executio possit fieri in bonis dotalibus pro debitis vxoris: & textum in l. quamuis. & ibi omnes Scriben. insuper Alexand. ff. soluto matri. vbi concludunt quòd non inuito marito. & idem in decis. Parlam. Delphin. q. 447. & Bald in l. constante. C. de don. & in l. fin. C. quæ res pig. oblig. possunt. & ad supradicta, vide Benedi. de Plumbino. in repeti. & Bald. Paul. de Castr. Alexand. & Iason in l. 1. C. qui testa. facere possunt. & Bartol. & ibi Alexan. in additio. in l. 1. ff. de bon. damna. vbi dicunt quòd *b* hodie circa publicationem bonorum sunt consuetudines & statuta ciuitatum, per se vt hic vides: & illa sunt seruanda: limita hanc consuetudinem. & d. Authen. bona damnatorum, non habere locum nisi in pœnis capitalibus, & non in pœnis pecuniariis, quas nos Galli vulgariter vocamus emendas, vt not. Bald. in l. data opera. colum. 11. C. qui accusa. non possunt. & Alexand. in addit. ad Bartol. in d. l. 1. de bon. damnato. in verbo, præterea. quod not. & in materia vide Petrum de Terra. in vlt. glo. sui operis. & decis. Capel. Tholos. quæst. 150. & Bald. & Aluero. in d. c. 1. §. si verò, de pace tenenda. & illustr. Doctor Francis. de Arc. in l. eius. §. si cui. colum. 2. ff. de testamen. & Ioannes de Pla. in l. eorum. C. de iure fisc. Et ibi Luc. de Penna, lib. 10. & in l. si vacantia. & ibi Ang. in repe de bo. vacan. eod. lib. & Doct. in §. proxi. allegat. & Felin. in c. ad deliberandum. de Iudæis. & in c. cum nobis. de prescr. *c* Et quando consuet. & statuta sint seruanda in castris & villis subditis etiam de nouo acquisitis, & extendant vires extra ciuitatem & populum statuentem, vide pulchrè Card. Alexand. in c. ius ciuile. 1. distinctio. colum. 2. ante fin. & Cyn. Bald. & Docto. in l. etiam. C. de iure dot. & Bart. in tract. Tyberiadis. q. de insula. ver. quæro illę gentes. & quę dixi sup. in §. 5. in gl. vlti. de consue. iur. sta. & Paul. de Cast. in consi. 140. vol. antiq. vbi mentionem facit de Aretinis subditis Florentinis, & in consi. 129. eod. lib. loquitur etiam de Pisanis præfatis Florentinis subditis. & in consi. 60. secundum verum numerum, & nouis incip. in casu præsenti. & Io. Bap. in rep. l. omnes populi. car. in col. 3. vers. illud est expeditum. & versicu. huic applicatur. ff. de iusti. & iure. & gl. celebris. & Cardi. Alex. in c. illud. 12. dist. & Albert. de Rosa. in 1. parte statu. q. 116. & gl. sing. in l. ex ea. & ibi Bart. Bald. & Ludo. Bolog. in secundis interpret. ff. de postula. quæ gl. incip. sententiam dixit. arg. quòd consuetudo ciuitatis etiam in castris sub ea ciuitate positis tenet. & fortè seruat Episcopus, licet maior sit quàm potestas qui decretum induxit quòd not. pro his quæ in §. proxi. dicam. & gl. & Lud. Bolog. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infect. & Lud. de Ro. in consi. 61. & Bald. in consi. 62. & consi. 103. lib. 1. & Phil. Cor. in cons. 296. inci. circa, in litera. c. cum sequen. volu. 4. *d* & an deficiente speciali consue. loci sit currendum ad consuetudinem vicinorum locorum, vel ad ius commune, vide gloss. Bald. & Abb. Sicu. in c. cùm olim, de consuetudini. & in cap. pastoralis. in prin. de offic. ordin. in gl. d. c. illud. & Luc. à Penna in l. 1. C. de priuileg. vrb. Constantino. lib. 11. Sed hæc consuetudo videtur ligare fiscum & dominum terræ, de quo vide Ioan. Fab. in §. ex non scripto. colum. 8. versic. sed an ligat. Institut. de iure natu. vbi dicit semel fuisse de facto in ducatu Britannię, & per Cy. Bald. & Doct. in Auth. quibusdam. C. de episcop. & cleri. & Barto. in l. Lucius Titius. ff. l. 2. de fideicom. liber. & Alexand. in l. cætera. §. 1. & ibi Ias. ff. de leg. 1. & Archid. & Doctor. in c. vt animarum. de constitu. libr. 6. Ludo. de Rom. in consil. 419. & Paris à Put. in tract. syndi. in verbo, iudex. cap. 1.

a Adde Io. Campe. in trac. de do. in 2. parte quæst. 65.

b Adde Capol. Verronen. in cõsil. 8. col. 5. in fin. cum sequ. quod est singulare.

c Adde Bart. Soci. in con. 74. ver. 3. probatur li. 1.

d Adde Bart. Soci. in cons. 81. ver. his tamen nõ obstant. cum versic. seq. col. 1.

§. XI.

Item voire soyent iceulx manans & habitans condemnez & conuaincuz desdictz delictz, forfaiture, cas de crimes de lese maieste, de heresie, ou daultre par mondict seigneur le bailly de Berry, ou preuost de Bourges, ou leurs lieutenans: ou par quelconques autres iuges soyent deleguez, ou iuges ecclesiastiques, *a* ou seculier selon lesdictes coustumes, vsance & commune obseruance notoires.

Item voire.

a *Ou iuges ecclesiastiques.*] Quæritur an statuta & consuetu. laicorum ligent clericos, & de-

& debeant in curia episcopi seruari. Cyn. tenet quòd non in l. 2. col. vlt. versicu. 3. quæritur. & ibi Ioan. Fab. in fi. C. quæ sit long. consue. & idem Azo in Summa de consuet. §. de veritate. sed Bart. in l. 1. col. 9. ver. 5. quæritur. C. de summa Trin. dicit quòd vbi tale statutum vel consue. non tendit cõtra libertatem ecclesiæ vel personas ecclesiasticas, *a* & ea quę in eis in priuilegium sunt concessa, dum tamen iusta & honesta sint, seruanda sunt in foro episcopali, pro hoc allega. text. in c. cùm venissent de eo qui mitti. in posses. & in c. constitutus. & ibi Abb. col. 2. versi. 5. no. de in integ. resti. aliàs secus, vt Aut. cassa. & ibi Doct. C. de sacrosan. eccle. & c. nouerit. & ibi Inno. & Fel. col. 2. de sent. excõ. vnde hæc consuetudo non est contra libertatem ecclesiæ, vel personas ecclesiasticas, sed iusta: ideo in vtroque foro seruanda: sed consuetudo de qua infrà de præscri. §. 1. non videtur iusta, imò contra priuilegia ecclesiæ personarum & rerum ecclesiasticarum, ideo an seruanda sit, ibi dicã. Et reuertendo ad materiam, vide Alexand. in additio. ad Bart. in d. l. satis amplè, & Ioan. de Imol. in consil. 112. colum. 2. qui sequitur Barto. licet Ioan. Cald. in consilio 11 titu. de constitu. teneat contrarium, per tex. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & c. ecclesia, vt lite penden. & idem tenet Bald. in d. l. 1. colum. 5. versicu. sed hic vlterius quæritur, de quo per Bald. in consil. 16. in fin. & in consil. 147. volum. 1. & in consil. 31. libr. 3. & Iaso. in d. l. 1. in vtraque lectu. Paduana & Papien. de summa Trinitate, & Alexand. in consilio 121. per totum. lib. 2. vbi in fine dicitur opi. Bart. seruari in practica. & allega. Ioan. de Imol. in c. præsentia. de prob. ita tenere, & tenet Alexand. in consi. 210. cum sequen. volum. 2. & in consil. 22. colum. 3. versic. nec etiam obstabit statutum, lib. 4. & in consi. 93. titu. 2. & Francis. de Aret. in consi. 25. & Nicol. Mili. in litera consuetudo. & Georg. Nat. in c. quamuis pactum. colum. 55. versicu. 16. quæro. de pact. lib. 6. & Ioan. Bapt. in repet. l. omnes populi. chart. 12. colum. 4. ver. fuit etiam. & colum. seq. ver. aggredior. ff. de iust. & iure. & amplè Sicu. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. ibi Felin. qui ponit regu. cum quatuor limitationibus & pluribus declarationibus ad quem recurre. & in c. quæ in ecclesiarum. eod. titu. & per Cardi. Alexan. in c. 1. col. pe. & fi. 10. dist. & Io. And. in addit. Specu. titu. de feudis. §. penul. ver. 41. vbi dicit, quòd de consuetudine regni Franciæ bona mobilia clericorum damnatorum applicantur episcopis, & immobilia dominis temporalibus, à quibus illa tenent. & ad hoc alleg. plura iura. & idem Pe. de Anchar. in regula, ea quæ fiunt. de reg. iur. lib. 6. & Oldrad. de Laude, in consi. 17. & decis. Capel. Tholos. q. 150. & Pau. de Ca. in cons. 340. incipi. curator post princ. in antiq. secundum verum numer. & Henr. Bohic. in c. de famulis. de seruis non ordi. & Hippol. de Marsil. in suo singulari 29. & decisio. Capel. Tholos. q. 153. & Abbas Sic. in c. quòd clericis. de for. comp. & Fel. in c. excõmunicamus. in princ. de hære. & Abbas in consi. 13. & consil. 33. volum. 2. & in consil. 63. libr. 1 & Cæpol. Veronen. in consi. 15. & Bald. in consil. 333. col. vlt. lib. 1. & in consil. 421. volum. 3. & Abbas Sic. in consil. 83. colum. 1. volu. 1. & ibi vide quæ dicantur statuta & consuetudines contra libertatem ecclesiasticam dicens ibi Abb. fortius quòd talia statuta & consuetu. etiam in fauorem ecclesiarũ non valent quando prouident disponendo, mandando, vel pœnam addendo, & Paul. de Castr. in consi. 96 in nouis. & Bald. & Card. Alexand. in c. 1. de statu. & consuet. contra liberta. ecclesia. in vsi. feu. & Bald. pulchrè in cons. 468. ante fin. colum. 2. vbi tenet quòd ecclesia & clerici tenentur stare consuetudini reali & generali. pro dicto est gl. quam ibi facit singula. Lud. Bolog. in l. ex ea. in verbo, ad sententiam dixit. ff. de postu. gl. quam posui suprà, §. proxi. in fi. Et etiam stare consuetudinibus ordinem iudiciarium concernentibus, secundum Bald. in consi. 14. colum. 3. ver. 2. principaliter. lib. 1. & Inn. in c. Raynuncius. de testa. & Bal. in Rub. de consue. in antiq. col. 3. de quo ibi per Ioan. And. Pet. de Anch. in consi. 18. & Bar. Bal. Sal. & ibi Ias. col. 5. ver. secundũ membrum Bar. in l. cunctos populos. in lectura. C. de summa Trinita. & idem tenet Francisc. Zabar. in consi. 144. & adde Signo. de Home. consi. 22. & Philip. Corn. in consi. 114. vol. 2. quia si clericus conueniat laicum, debet sequi in omnibus statuta & consuetudines fori dicti laici. & idem tenet Bald. in consi. 171. incip. nunquid clericus. libr. 2. & Ange. de Claua. in sua summa. in verbo, iudicare. §. 6. & Ang. consi. 161. col. fi. ver. viso quid iuris. & vide Francis. de Are. consi. 45. & Pe. Iaco. titu. de condi. ex l. omnimodo. quòd legi. filio. & Paris à Put. in tracta. de syndica. in gloss. consuetu. col. 1. ver. iudex *b* & Cardin. Alexan. in c. illud. 12. distin. post gl. ibi celebrem. & facit ad q. Pau. de Cast. & Alexand. in l. si ita stipulatus. ff. de verbor. obliga. & Abba. in d. c. quòd clericis. colum. 2. & in cap. fin. post Innocen. de Feriis: quia in curiis secularibus regni Franciæ non seruatur iudiciarius ordo, vt dicit Spec. tit. de appel. §. nunc breuiter. quod no. bene secũdum eum, vt ibi vide, sed Bal. dicit in Rub. de consue col. 3. in anti. vers. consuetudo. ꝙ consuetudo potest remittere quemlibet iudiciarium ordinem, secundum Inn. in c. 1. de lib. obla. & Paridem à Puteo, in tractat. synd. in verbo, sententia. c. dicitur quòd iudex. col. 2. & Luc. à Penna in l. 1. colum. 5. ver. omne hominum genus. C. de conducto. & procurato. lib 11. Et quæ dicam infrà eod. §. 21. in glo. 2. & Paulus de Castro in consilio 140. & in consilio 424. in anti. & Alexand. in consil. 5. colum. 3. vol. 5. & Felin. in c. ad nostram. col. 1. in 1. notabili de probatio. & in c. 1. col. 5. de sponsali. & Paulus de Cast. in consilio 158. secundum verum numerum in nouis inci-

a Adde Bar in consi. 187. inci. domini priores. et Andre. Barb. in Rub. de reb. eccle. non ali. nã & in repe. c. Raynaldus. chart. 7. co. 3. per totũ. de testam. & in cõsi. 23. col. 13. vol. 1. & in consi. 14 et 54. et 59 vol 2. et vide ad istã q. an valeant ll. disponentes imperatiue in fauorē ecclesiarum & piorum locorum. Ioan. An. et Ab. Sic. in c. 2. & ibi Feli. col. pe. ver. 2 quod leges. de præscri. et Ab. Sicu. in c. inter alia. de immu. ecclesia.

b Adde Mattha. de Mat. in suo sing. incip. no. lucrosam & vtilem doctrinam. fo. 5. col. 1.

uis incipien. ad primum quęsitum. Sed an econtrà episcopus possit cogere laicos ad obseruandas consuetudines ecclesiæ, vide ample Fel. in c. ad apostolicam. de symo. & Ang. consil. 74. incipien, quoniam.

§. XII.

Item & pource lesdictz biens de telz delinquens quant ilz sont executez par iustice, & quilz meurent pour leurs delitz, desmerites, & forfaicture *a* viennent a leurs successeurs *b* ex testamento vel ab intestato en droicte ligne ou collateraulx tout ainsi que silz nauoient point commis ne perpetre lesditz crimes & delitz.

Item & pource que.

a *Viennent a leurs successeurs.*] In Authen. vt nulli iudi. §. fi. & ibi Ang. col. 9. & in Auth. bona damnatorum. C. de bo. damnat. & per Doc. suprà in duob. proxi. §. §. alle. vbi reperies. & Alb. de Ros. in 2. parte statu. quæst. 18.

b *Ex testamento.*] Per hoc patet quòd damnati ad mortem possunt testari, vt Authē. sed hodie. C. de dona. inter vir. & vxo. sed in contrarium videtur text. in l. eius. §. si cui. ff. de testa. & ibi hoc tenet Bar. per illum tex. quia damnatus ad mortem statim efficitur seruus pœnæ, vt l. qui vltimo. & ibi Bar. ff. de pœ. nec obstat d. Authen. sed hodie. quæ loquitur in damnatis qui viui remanent, vt in deportatis & relegatis. & idem tenet Bald. in d. §. si cui. di. quòd testa. talis ad mortem condemnati, etiam pro anima non valet. alleg. Io. And. ita tenere, sed non alleg. vbi. sed eum vide in c. quanquam. de vsur. lib. 6. & in addi. Spe. tit. de instru. edi. §. nunc aliqua. versi. 15. & Bald. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. & in l. fi. col. vlt. C. si non ad compet. iudi. & illustr. DD. d. Francis. Are. in d. § si cui. colum. 5. in prin. & Bal. singul. in consilio 330. vol. 3. & in consil. 380. eod. lib. & in c. 1. § Imperialis. versi. an ergo, de pace constan. & Paul. de Castr. in consilio 435. vol. 1. anti. & Abba. Sicu. in consi. 63. col. 2. versi. 2. principaliter. lib. 1. Pet. de Ferrar. in vlt. libel. & gl. fin. col. 2. ver. nunquid. & quæ not. Bart. in l. post contractum. ff. de dona. & Gandi. de male. tit. de bo. malefa. col. 2. vers. item pone quod aliquis, &c. & gl. Ioan. Fab. & Ange. Aret. post Christoph. Porc. in §. fina. Insti. quibus non est permis. facere test. & tenet Alb. de Rosa. in 3. parte. q. 22. Sed bene est dare remedium quòd testari possit, non obstante etiam consuetudi. scilicet ꝙ appellet ipse, vel eius hæres: quia non censetur retro mortuus fuisse seruus pœnę, etiāsi iniusta fuisset appellatio, vt tenet Bald. in l. vna. col. 4. C. ex delict. defuncto. per text. in l. furti. §. 1. ff. de in fa. & in l. 3. col. 1. C. si penden. appella. mors interue. & tenet Alex. in addi. ad Bart. in d. §. si cui, Et idem est, si non appellauerit. sed sit infra tempus appellandi secundū DD. suprà alleg. & idem tenet Bald. in c. veniens. de iureiurand. qui allegat glos. quam omnes Docto. communiter allega. pro celebrit. in l. ex iudiciorum. Et ibi Dyn. & Alexan. in addi. ad Bart. ff. de accusa. quæ gloss. dicit quòd tantum operatur tempus datum ad appellandum, quātum ipsa appellatio interiecta: pro qua est tex. in c. non solum. de appellat. lib. 6. & tenet Anton. Corse. in suis singularibus in litera appellatio. & Ioan. de Imo. in c. 2. col. 9. de testa. Et ideo valeat testamentum, & bona transeunt ad hæredes, vt not. Bald. per illum text. celebrem, in l. si quis filio. §. hi qui. ff. de iniusto rupt. testa. & Alber. de Ros. in 3. parte statu. q. 23. per quæ ego decidi semel q. quam habui de facto, & ipsam inserere volui hic. Cōsuetudo *a* est in loco *de lourry*, quòd superstes coniux liberis stantibus non potest donare, nec disponere de proprietate bonorum etiam propriorū in præiudicium filiorum. Itē est alia consuetudo ibi ꝙ nobilis perdens ob delictum sententia mediant. corpus, perdit bona: & applicantur fisco: modò quidam nobilis filius fuit condemnatus ad mortem, à qua condemnatione appellauit, & penden. in suprema Parlamenti Parisiis curia appellatione, mater eiusdem donauit omnia bona sua cuidam nobili viro domino *du Crotet*. sub conditione, quòd ipse donatarius teneretur prosequi appellationem dicti sui filij. Et si dictus filius euitaret mortem & absolutus fuisset, quod teneretur restituere eius filio dicta bona. Qua donatione sic facta & pendente dicta appellationis causa mater, decessit: ad cuius decessum præfata curia pronunciauit male appellatum & bene iudicatum. modo quæritur vtrum dicta donatio per matrē facta, visa prima consuetudine valeat. Et si non valet, an filius fuerit capax succedendi ratione appellationis. Et per consequens ratione alterius consuetudinis fiscus ei succedat. plura sunt argum. pro vtraque parte non parum difficilia. Et primo videtur dicēdum in hac ardua & difficili, quæst. ꝙ mater non potuit donare stante prima cōsuetudine quę est iuri consona: quia de iure pater vel mater omnia non potest donare superstite filio vel filia: imò reuocatur tanquam inofficiosa, vt l. 1. & 2. & l. si totas. C. de inofficio. donatio. Et filius censetur esse quasi dominus in vita patris vel matris: vt leg. in suis. & ibi Barto. & Docto. ff. de libe. & posthu. Et etiam ius habere in illis, vt leg. 1. §. impuberi. ff. de collatio. Bolog. & notat Bartho. & Docto. in leg. post emancipationem. ff. de liber. leg. & Bald. in l. 3. C. de iuris & fac. igno. & Angel. Areti. in §. si quis in fraudem. colum. 11. Institu. de actio. Et licet dictus filius fuisset iam condemnatus tempore dictæ donationis factæ: tamen pendente appellatione per quam sententia & eius executio suspenditur, vt l. 1. §. fina. ff. ad Turpil. videtur capax. Et etiam per eādem appellatio. retinet iura & statum ciuis

a Adde Sig. de Homedeis in consil. 119. quod est singu. ad istam quæstionem.

ciuis Roma. vt tenet Bald. in Rubri. C. de appella. & in dict. c. veniens. & Anton. Corset. vbi suprà. & est text. in l. qui à latronibus. §. fi. & l. si quis post. ff. de testam. vbi damnatus ad mortem pendente appellatione habet testamenti factionem actiuam & passiuam, vnde potest succedere matri. ergo non valet dicta donatio. facit tex. in l. si quis filio. §. hi autem. de iniust. testamen. & in l. furti. §. 1. ff. de his, qui not. infa. vbi damnatus ex furto vel crimine famoso non est infamis appellatione pendente: imò text. glos. Bart. & Doct. vbi dicunt, quòd infamia non oritur ex prima sententia confirmata: sed ex confirmante. & idem notat Angelus Aret. Instit. quib. mo. testa. infirman. §. sed si quid priore. Et Cy. Bar. Bald. Ange. Salice. Ioan. Fab. & Modern. in l. eos. in prin. C. de appella. & Bald. in Authen. si quis litigantium. C. de episco. audi. & quæ no. Ioan. And. in c. licet. de sententia excommunicationis. libr. 6. Item facit tex. in l. inter socerum. §. fin. ff. de pact. dota. vbi est expressum ex generali confiscatione conditionalia iura in fiscum transferri. ergo ista successio materna quæ dicto filio delata est, debet applicari ipsi fisco. *a* Item dicta consuetudo prohibet fieri matri superstiti alienationem in preiudicium filiorum, que seruãda, vt tenet Bald. in terminis. in l. velles nécne. C. de reuocan. donatio. & Paulus de Cast. in consilio 437. secundum numerum antiq. sed secundum verum est 432. incipien. pro declaratione eius, volum. antiq. & Calder. in consi. 20. titu. de constitut. & Petr. de Anchara. in consilio 41. incipien. prima facie. Felin. in cap. 1. col. 15. post princip. versi. & ideo dicit Calde. de constitut. & Abba. in consilio 63. vbi recitat, quòd Fredericus Imperator fecit constitutionem in ciuitate Massanensi regni Sicil. videlicet, quòd viri & vxoris bona omnia à quacunque parte proueniant, natis filiis confundantur, & vnum corpus efficiantur, &c. quod consil. facit pro §. infrà, de consuetu. matrim. & doerij post princi. In contrarium facit: & ita est veritas, quòd dicta donatio facta per matrem valeat, & quòd vires ex sententia confirmante capiat: vt suprà dictum est. & in l. qui ætate omnibus. l. fi. ff. de testa. in glos. fin. Nam dicta consuetudine præsupposita quòd nobilis perdens corpus ex sententia perdat bona: est etiam pendente appellatione incapax. & perdit testamenti factionem per not. per gloss. in dicta l. qui à latronibus. §. fina. de testamen. vbi dicit glossa, quòd in casibus in quibus debent fisco applicari, vt in crimine læsæ Maiestatis & repetundarum, & aliis casibus not. in l. ex iudiciorum. ff. de accusat. pendente appellatione non potest testari. licet Bartol. ibi reprehendat illam glossam, per text. in §. per contrarium. Instit. de hæred. quæ ab intesta. deferuntur, vbi dicit tex. quod mortuo reo in crimine læsæ Maiestatis accusatione pendente filius efficitur sibi hæres suus ipso iure: sed secuta condemnatione desinit esse suus hæres: & hoc sequitur Ioannes de Imol. in d. l. qui à latronibus. §. fina. quòd testamentum interim valeat, sed rescinditur secuta condemnatione. & idem tenet Paulus de Castr. ibi. Sed in casu nostro siue esset capax appellatione pendente secundum Bart. & sequen. vel incapax secundum glossam, ex quo bona veniunt confiscanda, vbi corpus perditur de lata filio condemnato pendente appellatione secuta confirmatione primæ sententię per iudicem ad quem habentur, ac si non essent seu fuissent delata ipsi fisco, & per cõsequens remanent donatario. Et prædictam sententiam sequitur Francis. de Areti. in dicta lege, qui à latronibus. §. fina. & in propriis terminis huius quæstionis decidunt Guiller. de Cung. & Barto. per illum textum in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. quòd si filius viuente patre fuerit bannitus & eius bona confiscata: deinde pater moriatur, inte status non potest venire fiscus ad bona paterna ad quæ venisset filius, si bannitus & confiscatus non fuisset: quia fiscus loco filij hoc casu non habetur, cùm in ipsum non transeant *b* iura conditionalis. imò per confiscationem absorbentur & extinguuntur, vt l. quotiens. in fin. ff. de noua. & ibi gloss. & Ioannes de Imol. & glos. Bartolus in l. non ad ea. ff. de condit. & demonstrat. & tenet Bald. sequendo Bartol. in l. 1. colum. vltim. & ibi Salicet. in septima quæstione. C. de hæred. institu. & Bald. singul. per illam glossam. in l. 3. C. ad l. Falcid. & tenet Ludoui. de Roma. in consil. 247. *c* Nec etiam venit substitutio futura in publicatione bonorum, vt est casus in l. ex facto. §. fin. & ibi Bald. & Docto. ff. de vulgar. & pupil. substit. Nec etiam veniunt bona futura: sed tantum præsentia, vt l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. mandati. & ibi Baldus allegat text. rotundum, iudicio meo in hac materia meliorem de corpore iuris in l. eius. §. 1. §. de testamen. vbi text. inquit bona quoque quæ nunc habuit, cùm damnaretur, publicabuntur: & sic publicatio bonorum que fit ex crimine capitali, non extenditur ad bona quæsita post sententiam, sed tantum ad ea quę habebat condemnatus tempore sententiæ primæ, ex qua oritur actio, vt d. l. furti. §. 1. & hoc tenet Cyn. & ibi singulariter Francis. de Are. in 1. notab. & Ang. Are. in suo tracta. maleficiorum, in glos. & eis bona publicamus col. 3. Bart. in l. 1. ff. de bon. damna. de quo videtur text. pro hac decisi. in l. si in metallum. ff. de his qui pro nõ scrip. hab. & Cy. & Bald. in l. si quis posthac. C. de bo. damna. & Bald. in l. fin. C. quæ res oblig. possunt. in fi. & Bald. notabiliter qui ponit hanc quæst. formaliter melius quàm aliquis, maximè in l. 3. C. de priuil. fisci. & Bal. in l. lata. C. de appella. & facit quæ not. Ang. Aret. Insti. de hæredum qualita. & diffe. §. in extraneis. & Ioã. Pet. de Ferra. in suo vltimo libello in glo. fin. col. 1. Paul de Castr. in consilio 56. in antiq. &

a Adde no. per gl. Bar Ang. vtrũque Imo. et Iaso. in l. si ita quis. §. ea. le. ff. de verb. ob. et Cy. Bal. & Sali. in ea. l. C. de condi. ob cãm. & Imol. Abb. Sic. et An. Barb. in c. raynucius. de testa. et Bar. Soc. in cõs. 43. vol. 1 et q̃ dixi inf. de testa. §. 2. col. 2. & an statutũ vel consue. quòd mulier habẽs filios nõ possit disponere vltra quartã possit existen. filia tẽpore mortis ad pias causas disponere, vide Bart. Soc. in consi. 116. inci. non potest, volum. 1.

b Adde Bar. in consi. 116 co. 2. ver. super. 3. & And. Bar. in re. c. Raynaldus chart. 27. col. 2. de testi.

c Adde ad hoc Bartho. Soc. in consi. 75. ver. sed circa p̃dicta ibi nã regula lib. 1. et singu. in cõsi. 275. col. 11. vers. prætérea etiam respondeo. vol. 1.

Alex. in consi. 75. c. 5. versicu. inquantum autem. lib. 1. & in consi. 15. colum. vlt. in fin. eo. lib. & in consi. 88. vol. 3. Ergo ius quod habebat filius in bonis matris ipsa viuente ratione suæ legitimæ, erat conditionale si mater præmoreretur filio, integro statu filij permanente, conditio tempore primæ sententiæ latæ & confiscationis pendebat. Et non transmittit ad fiscum: sed ipso de medio sublato velut mortuo fit locus sequenti in gradu vel aliis veniétibus ab intestato, vt est casus in d. l. si qua pœna. quam Bar. sic induxit. & facit text. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. vbi institutio facta de filio qui postea deportatur, ad irritū deducitur, & ab intestato succedit nepos, qui tenet locum suitatis: sicut ergo mortuo patre vel matre filij confiscati veniunt sequentes in gradu, vel alij venientes ab intestato qui non habent expressam voluntatem defuncti, sed tacite tam excluso fisco & etiam filio condemnato & confiscato secundum Guliel. & Bart. in d. l. si qua pœna. per text. in l. necem. §. si deportatus. ff. de bo. libe. ita & alij voluntatem expressam habentes ab ipsis parentibus: & multo fortius siue per actum vltimæ voluntatis: siue inter viuos, cùm debeat esse melioris conditionis, vt l. Ticia Seio. circa fin. ff. de leg. 2. & l. si filius. versi. præsertim de vulg. & pupil. *a* Et si donatarius & alij quicunq; causam habentes preferuntur venientibus ab intestato, ergo fisco: vnde habet locum regula, si vinco vincentem te, à fortiori vincam te, vt l. de accessionibus. ff. de diuersi. præscripti. vnde dicit Baldus singulariter in d. l. si qua pœna. quòd si filio præterito succedat fiscus propter dictum, quòd fiscus non potest ex persona filij dicere testamentū patris nullum. & idem tenet Franciscus de Cremato. in suo singulari 12. & 89. & Ludouicus Bolo. in suis interpretationibus secundis, in l. fin. C. famil. hercisc. dicens ibi fortius per gloss. ibi, in verbo, pares. quam ibi facit Bald. singul. quòd filius condemnatus ad morté non potest succedere patri nec matri, prout ibi videtur. Et in propriis terminis huius quæstionis consulit Paulus de Castr. in consilio 214. incip. omisso ordine supra scriptarum in nouis. & Alexander in dicto consilio vigesimo quinto, libro primo. Et Albertus de Rosa. in tertia par. stat. quæstione vigesimaquarta. *b* Item dictus filius non adiuit hæreditatem quod requiritur, vt not. gloss. Bald. & Doctores, in l. cùm miles. ff. ex quibus caus. maio. & Instit. de hære. qualita. & differen. §. sui. & l. in suis. ff. de liber. & posthu. igitur illam non potuit transmittere ad fiscum. de hoc dicam infrà latius, de testament. §. penulti. in principio. Item dicta donatio fuit facta sub conditione, quòd dictus donatarius tenetur prosequi deliberationem & largitionem filij dictæ donatricis, vsque ad summam ducentarum librarum turonen. & casu quo liberaretur dicta donatio, esset nullius mométi & efficaciæ quæ sic facta valet, vt est textus celebris. & ibi notat Baldus in Authen. si captiui. C. de episco. audi. Et posito quòd pleno iure bona donata per dictam matrem spectarent, & pertinerent ad dictū filium, quòd illa bona potuit donare vel vendere pro redemptione filij. textus est singularis, & ibi notat Bartolus & Baldus in vltimo notabili in dicta Authentica, si captiui. & allegat textum in l. etiam si præter, in fine. ff. de donatio. imò ille qui non est dominus, potest alienare seu donare rem domini etiam sine mandato pro redimendo eum de captiuitate, & dominus cogitur habere ratum. textus est celebris, in § final. in Authentica, vt cum, de appellationibus cog. colum. 8. & ibi gloss. in verbo, debitis. quæ computat hoc pro vno mirabiliter quinque mirabilib. quæstio. ex illo textu elicit. Et istud tenet Bartho. de Bellenzi. in additionibus. Abbas in capitulo primo. in postilla magna in fine prope fin. de appellatio. & in simili facti contingentia consuluit Paul. de Cast. in consil. 422. incipien. ad confirmationem eorum. & in consilio 425. sed secundum verum numerum est 444. incip. viso puncto volu anti. Et iura loquentia de redemptione captiuorum intelliguntur, & habent locum in captiuis pro maleficio, vt est gl. singul. & ibi Lud. Bolog. in suis secundis interpretatio. in c. sacrorum. 12. q. 2. vnde statutum vel consuetudo dicens q minor nō possit contrahere, nisi seruata serta solennitate non habet locum, cùm minor contrahit, vt se haberet à captiuis. vt tenet Ludo. de Ro. in consi. 315. ¶ Item omnis mala interpretatio contra fiscum est facienda. & in dubiis contra est eum pronunciandum, vt l. non puto. & ibi Alex. in additio. ad Bart ff. de iure fisci. Et Ang. Are. in §. fin. Instit. quibus modis testa. infir. §. Deo gratias, amen. Boerij.

a Adde an & quando bona feudalia ob delictū confiscātur. Hēri. Bohi in c. in quibusdā. de pæ. & ar. & omnes in l si finita. §. de vectí. ff. de dam. in fe. & Bar. Soc in con. 266. col. 7 ver. postremo omitto. Boerij.

b Adde Bar. in cōs. 157. et Ange. in cons. 307. incip. dominus Greg. co. 3.

§. XIII.

Item par la coustume vng chascun peult & doibt estre receu par mondit seigneur le bailly de Berry ou preuost de Bourges: ou par leurs lieutenans a soy faire *a* partie formelle pour iniure reale a luy faicte s'il y a grande effusion de sang: ou enorme machure: ou par cas de crime qui requiert detention de personne contre celluy qui a faicte ladicte iniure ou ledict cas de crime.

Item par la coustume.

a *Partie formelle.*] Nota quòd de iure iniuriatus *c* vel vulneratus non potest partem formalem facere: quia assertioni ad mortem vulnerari non creditur, nisi aliter probetur mors illata, vt est tex. sing. Dyn. & Bart. in l. si quis in graui. §. 1. ff. ad Senatuscon. Sylleian. & istud de iure diuino probatur, vt Genesis 18.

c Adde qua nota Bar. in li. ßpu incip. iudex maleficiorū in con. 20 incipi. ... processu ... cto contra bonum.

a *Dedans quarentè iours.*] Similis est consuetudo in ciuitate Parisien. & in ducatibus Burgundiæ & Borbonens. quòd vasallus intra 40. dies post homagium, per eum præstitum, tenetur domino tradere declarationem rerum feudalium, aliàs punitur, vt infrà, §. 16. Et quòd vasallus vel emphiteota teneatur denombrationes tradere, tenet Bald. in l. instrumenta. colum. 1. C. de fideicom. per gloss. in l. 2. & ibi Ioan. de Pla. colum. 3. versi. 7. no. & Lucas de Penna C. quando & quib. quar. pars. li. 10. & hoc quando fatetur se esse vasallum secundum ipsos : & tenet Iaco. de sanct. Georg. in suo tract. feud. in gloss. dictiq; vasalli. colum. 4. ver. insuper quæro. & versi. nunc quæro. fol. 36. & Spec. in titu. de emphiteosi. §. nunc aliqua. versic. 59. & versic. 76. & Bart. Bald. & Alexand. in addi. ad Bart. in l. Titius hæres. per illũ tex. ff. de actio. empti. vbi venditor tenetur emptori instrumenta, per quæ iura fundi declarantur, ostendere. & idẽ tenet Bal. in cons. 250. in fi. vol. 1. & Hostien. tit. de feud. §. quibusdam. ver. quid si vasallus. & Bal. in consi. 195. lib. 3. & in c. vasallus. colum. 2. ver. 5. quærit. & ibi Card. Alexan. colum. 3. versic. format hic. Iaco. si de feud. fuerit controuer. inter dominum & agna. & Alber. de Rosa. in l. si certis annis. Cod. de pact. & in l. plures apochis. C. de fide instru. & Bald. in c. 1. de vasal. qui contra constituti. Lotha. feud. alle. & in c. 1. §. insuper, de prohib. feud. alie. per Frede. & Angel. in l. si in rem. ff. de rei ven. vbi dicit quòd si vasallus non det declarationem, nec de ea faciat fidem, quod dominus poterit illum expellere. quod not. tamen de consue. non potest dominus vasallum expellere, vt d. §. 16. infrà. eod. & §. 2. infrà. de reten tio. rerum feu. sed quando de iure feudorum possit dominus expellere vasallos, vide Bald. in ca. 1. §. fi. col. vlt. de pace iura. fir. & in c. cæterum. columm. 4. de iudi. & Iaso. in prælud. feud. col. 17. ante fi. versi. ex hoc infertur. Et si dubitatur an pro parte res esset feudalis, an verò tota, in dubio præsumitur tota feudalis, vt tenet Bald. in d. consil 195. & in cap. 1. §. cum autem. de controuer. inuestitu. & in d. c. vasallus, & ibi Cardi. Alexand. & idem tenet Alexand. de Imo. in consil. 136. columm. 2. in fine, cum sequen. libr. 1. Sed an iste nouus vasallus teneat primam cõcessionem seu infeudationem de dicto feudo prædecessoribus & auctoribus factam ostendere ad hoc, vt secunda valeat ? Ioan. An. tenet quòd non in addi. Specu. titu. de feud. §. 1. in gloss. incipien. instrumentum. per l. ex hac scriptura. ff. de dona. & per alias rationes quæ originales fuerunt Oldra. de Laude. in consil. 121. colum. 2. versi. ad secundam quæstionem. Sed an econtra vasallus inuestitus possit compellere dominum, vt ostendat sibi feudum, & fines illius, & quam partem debeat tenere gloss. in cap. 1. §. illud. de prohibita feud. alie. per Frederi. tenet quòd sic, per dict. l. Titius. & ita tenent Bald. & Card. Alexand. in d. §. aliud. colum. 2. sed tamen secundum eos melius faceret vasallus quòd poni faciat in instrumento inuestituræ quid & quãtum, quia si fiat postea sibi controuersia, dominus posset ostendere modicum terræ, & dicere, hoc est feudum tuum. ideo sis cautus *a*. Quid si vasallus vel emphiteota denegat soluere censum vel pensionem, nisi dominus ei prius ostendat quare sibi soluere teneatur: Spec. tit. de emphi. teo. §. nunc aliqua. versic. 63. dicit quòd si dominus est in sua quasi possessione percipiendi, tuendus est, vt c. querelam. de elec. sed si neget se vasallum, vel tenere in emphiteosim, vel censum, absoluendus erit, nisi dominus de iure suo doceat: vt c. peruenit. de censi. nisi secundum Specu. ibi & versic. sequen. emphiteota longo tempore soluerit pensionem vel censum. quo casu contradicere non poterit præscriptione longi temporis obsistente. vt Cod. de agri. & censi l. litibus. libr. 11. & ibi Bartol. Ioan. de Plat. & Luca. à Penna. & idem tenet Ioan.

Ioan. Pet. de Ferra. in titu. quo agitur ad ficti præstati. in verbo super solutione. in prin. vide Barto. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & omnes Docto. insuper Iason colum. 3. & 4. in l. si certis annis. C. de pact. quòd intellige quando allegatus est titulus, & ad illius probationem probauit possessionem decennalē: vt d. l. litibus. aliàs requiritur præstatio triennalis: vt ibi vide Francisc. de Zaba. in consil. 118. 2. colum. 3. & Ioan. de Ana. in consi. 35. & Pet. Iaco. titul. de condict. ex l. Cod. de iure emphit. & multum facit confessio possessoris feudo detentoris: quia confessio in realibus facta etiam parte absente valet, Bart. in l. nō solum. §. si liberationis. ff. de lib. leg. & Anto. de But. in c. fina. de confes. & Fran. de Are. in consil. 36. columu. 2. versi. 2. principaliter, & Feli. in ca. si cautio. colum. 9. versi. fallit 8. in reali. de fide instrumen. & Bald. in dict. l. si certis annis, in fin. & ibi Iason in vlti. verbis. C. de pact. pro quo vide text. in l. censualis. & ibi Bald. ad hoc. Cod. de dona. & Pet. Iaco. in titul. de rei ven. versicu. 10. quæ confessio non solum confitenti, sed etiam successoribus nocet, secundum Francis. de Areti. in dicto consil. 36. colum. 2. ver. 2. dic, &c. licet Pet. Iaco. contra ibi.

§. XIII.

Item & pour default de foy & hommaige non faictz, & aussi de droitz & deuoirs de rachat non payez, le seigneur feodal peut assigner par la puissance de son fief, ou faire assigner par son varlet seruiteur ou commis à la chose feodale pour la tenir & posseder prendre & leuer les fruictz, proffitz & emolumens, & les faire siens iusques à ce que foy & hommaige soyent faictz, & les droitz & deuoirs de rachat payez *a*. Et auec ce il peut en confortāt la main, mettre la main de iustice par apposition de brandon ou autrement se bon luy semble, & le faire signifier pour la cause dessusdicte aux possesseurs & detenteurs de lheritaige: mais en cas dopposition ou contredit loppofant ou contredisant demeure en sa ioyssance, & doibt estre conserue en son entier par son apposition *b* ou contredict. Et si aucune chose auoit este leuee ou prinse lesditz fruictz & proffitz par icelluy qui faict ou faict faire lassignation, il sera rendu audict opposant pour en iouyr pendant le proces: excepte au regard du Roy qui est souuerain, qui doibt iouyr de son assignation, pource quil est fonde de droict commun iusques à ce que par iustice aultremēt en soit ordonne.

Item & pour default.

a *Deuoir de rachat payes.*] Et not. quòd dominus directus ob defectum præstationis homagij & fidelitatis ac solutionis rachatus & aliorum iurium, eidem domino fortè singulis annis debitorum, non potest priuare vasallum, sed solùm potest de iure & consuetud. ad manum suam ponere feudum & fructus ac prouentus, quousque dicta iura præstauerit, vel se opposuerit facere suos: vt §. 16. & §. 24. infrà eod. & tenet Ioan. Fab. in §. præiudiciales. column. 9. versicul. quid dices de vasallo. Institut. de actio. & Spec. titul. de loca. §. nunc aliqua. versicul. 85. & Domi. de sanct. Gemi. in ca. ad apostolicæ. de re iudi. libr. 6. & Iaco. Aluaro. in cap. 1. §. sed nec est: quæ sit prima causa benefi. amitten. & Alexand. in consilio 9. volum. 4. dicit hanc esse communem opi. pro qua facit text. in capitu. 1. §. licet. si de feud. defuncti fuer. contro. & tenet Iaco. de sanct. Georg. in suo tract. feu. in gloss. & cum pacto, quod dicti vasalli in princi. fol. 17. & Iason in l. 2. column. 10. versicul. 4. quæro. Cod. de iure emphi. vbi vide. & etiam Cardi. de Zaba. in consil. 92. colum. 4. Et hoc intellige post lapsum 40. dierum. Nam antè non posset dominus de consuetu. feu. assignare: vt suprà colum. 6. & 7. in prin. dictum est. licet videatur ibi loqui, quando feudum venit alicui ex successione & titulo lucratiuo, tamen idem dicendum est, quocunque modo etiam oneroso feudum alicui proueniat. vt habeat 40. dies ad homagium & fidelitatem domino præstandam. vnde ipsis non lapsis, non potest dominus ad manum suam per se, aut eius seruitorem rem feudalem ponere, nec fructus suos facere. Et si dicatur *a*, quòd consuetudo debet intelligi prout iacet: nec sit expendenda vltra casum suum specificatum, vt notat Bald. in consilio 7. post princ. versicu. vnde non absque dubio. libr. 3. & Francis. Curt. in tracta. feu. in 1. part. chart. 4. column. 3. item dubium feudorum relinquitur interpretationi consuetu. vt not. glo. Bald. Cardi. Alexand. in ca. 1. §. fin. quid sit inuestit. & Bald. consi. 143. col. vlti. versic. porro. volu. 1. & Henri. Bohic. in ca. cum tanto. de consuetu. & Abba. in ca. quod translationem. de offic. legat. & Innoc. in capi. fi. de offic. archi. & in ca. dilectus. de capel. monach. & maxime ius cōmune dispo- nit in contrarium: vt l. de quibus. ff. de legat. & Francis. de Aretin. in consilio 47. sed dicta consue. §. 6. & 7. loquitur in illis qui ex successione collaterali, vel etiam ex recta linea capiunt feudū, quòd habeant 40. dies: & non loquitur de aliis. ergo dominus potest in aliis incontinenti capere ob defectum præstationis fidelitatis & aliorum iurium non solutorum.

a Adde an consue. vel sta. recipiat interpretat. Bar. Bal. et oēs Moder. in l. omnes populi. ff. de iu. & Ang. Are. ī §. 1. Instit. eo. & text. ī l. 1. §. quæ operas. ff. ad Tertul. & Bar. Soci. in consi. 32. et ī consi. 152. ver. 6. lib. 2. & Bar. in consil. 6. col. 9. li. 1. et Alē. de Imol. in disputa. ī. cip. Sigismundus in 5. q.

rum. Igitur dico illam consue. esse generaliter intelligendam, vt in omnibus habeat locum: & ita obseruatur prout de facto vidi per vita functum bonæ memoriæ magistrũ Guil. de Cameraco Bituricen. archiepiscopum cõtra suos vasallos obseruari. Vnde feudum alicui concessum, dicitur concessum secũdum consue. loci, in quo situm est: vt notat Bald. in cap. I. §. si qua controuersia. versi. not. de pace Constan. Et similis seruatur consuet. Parisiis. tamen consue. seruatur in aliquibus locis, ꝙ dominus potest, si vult per tantũ tempus feudum retinere, & fructus suos facere sine homine, quandiu vasallus tenuit sine domino, & dicitur quod seruatur Parisiis.

b *Par son opposition.*] Pro quo videtur tex. in ca. I. si de inuestit. inter do. & vasall. lis oriat. vbi interim pendente processu quiete debet vasallus rem feudalem possidere & tenere, & idem tenet ibi Card. Alex. colum. 2. ver. no. ibi in aliis, &c. & Bart. in l. litibus, per illum text. col. I. versi. ex hac litera apparet. C. de agri. & censi. libr. II. & ibi Ioan. de Plat. secus in rege, ar. l. 3. ff. de obseq. patro. præsta. Sed quid si vasallus dicat se alteri domino homagium & fidelitatem præstitisse: & petat garandum, an sit sibi dandus? Dic quòd sic, vt per totum. C. & ff. de euict. & etiam de stylo & communi curiarum obseruantia, & ita fuit per curiam parlamenti Parisiis pronunciatũ pro Hugone Alligret, notario regio, & scriba causarum criminalium præfati parlamenti contra dominum ducem Borbonij, anno Domini 1452 Sed quid postquam *a* alter dominus, cui vasallus homagium fecerat, garandum suscepit pro dicto vasallo contra dominum qui feudo assignauerat & manũ suã opposuerat, vasallus in iudicio & dictorũ dominorum seu eorũ procuratorum præsentia obtulit facere homagiũ, cui debebit & pertinebit in fine causæ, an talis vasallus debeat habere manũ leuatã & interim gaudere feudo: Faciunt supradicta iuncta hac consuetudine, quòd pendente processu debet vasallus gaudere feud. hoc tenet expresse Bart. in l. litibus. in fin. C. de agri. & censi. li. II. & ita fuit per arrestum curię parlamenti Parisien. iudicatum inter thesaurariũ & canonicos sacræ capellæ Biturig. & religiosos abbatem & conuentum de Masseio in Bituria: anno Domini 1453. Et quando vasallus recognoscens aliũ in dominum noceat vero domino: Et plures quæst. in hac materia, vide per Iacobinum de sancto Georgio in suo tractatu de feudis in gl. dictiꝗ vasalli, charta 36. & quæ dixi suprà de iurisdictione omnium iudi. §. 3. in gloss. I. Et nota quòd si vasallus aduohet regem Franciæ in dominum, licet non sit, non perdit feudum de cõsue. Secus si alium dominum, negando suum verum dominum, vide quæ dixi suprà §. II. in fi.

a Adde quid si sententia feratur contra garendũ, an sentẽtia posit executioni demandari contra vasallum: dic quòd sic, vt tenent Cy. & Io. Fab. Bar. Bald. Ang. Paul. de Cast. & Alex. in additio. ad Bal. in l. 1. C. Vbi in rẽ ac. & Bar. in consilio 219. incip. agitur contrariolum. & Doct. suprà alleg. ĩ l. Vẽditor. ff. de iudi. quòd not. quia pluries consului, Boerii.

§. XIIII.

Item & si audit cas, auquel le Roy nostre sire iouyst de son assignation, non obstant lopposition de lopposant est trouue en la fin de cause, que lopposant se soyt bien oppose, il sera tenu & deura rendre & restituer audit opposant, tous les fruitz & emolumens quil aura perceu de la chose empeschee de puis ladicte assignatiõ: Et aussi si audict cas: ou que lopposant par son opposition iouyst de la chose a laquelle lon assigne comme dit est, ou precedãt article est trouue en fin de cause, que ledit opposant se soyt mal oppose, il sera tenu de rendre au seigneur feodal, qui a faict, ou fait faire ladicte assignation, tous les fruictz quilz aura receu, ou perceuz de la chose feodale, depuis ladicte assignation: & auec ce si lopposant en soustenant la dicte opposition a desnye le fief, *a* il pert son fief: car par la coustume, qui fief desnye, fief pert.

Item & si audit cas.

a *A desnye le fief.*] Ex hac consuetud. habes quòd licet pendẽte oppositione per vasallum aduersus assignationẽ & manus domini oppositione formata, debeat vasallus interim re feudali gaudere, & in suo integro custodiri: vt suprà, §. proxi. dictum est, tamen si in fine causæ reperiatur male se opposuisse, tenetur ad fructuum restitutionẽ, nisi feudum negauerit: quia vltra fructus & prouentus perdit feudum, argumen. Authen. Item possessor. C. qui potio. in pign. habe. & Authent. cõtra qui propriam. suprà de nõ numera. pecu. & tenet Pet. Helie in suo tracta. de iure emphi. super §. lex itaque. in Authent. de non alienan. col. 2. quia vbi est dare pœnam, secundum eum, cum re principali veniũt fructus. & idem tenet gl. Card. Alex. in cap. I. §. aliàs est Rubrica de Vigno. similiter in fin. de conten. inter domi. & vasallum de inuestitu. & qui feudũ negat, feudum perdit. tenet Innocen. in capi. cæterum quo iure. 8. distinct. & leg. fina. ff. de rei vendi. & idem tenet Abba. ibi cum distinctione. columnn. quinta. 2. versic. not. si. & Feli. columnn. quinta, ver. Abb. hic, de iudi. & est expressum in capitulo vasallus, in prima & tertia. si de feu. fue. controuer. & vtrobique per Baldum & Cardin. Alexand. in capitu. si fuerit, de lege Cora. & Bald. in l. secunda. columnn. 2. versicu. sed nunquid dominus. C. quomodo & quando iudi. Et Iason in prelu. feud. columnn. 24. versicu. vnde secundum Bald. quia secundũ ipsos occultator veritatis æquiparatur, tenet deci. Parla. Delphi. q. 436. versicu. 69. & Bald. consil. vlt. colum. pen. ver. Item ciuis qui iurat. volu. I. tamen Feli. in d. ca. cæ-

ca.cæterum,limitat hoc dictum & hanc consue. quatuor modis.primo,quòd nõ habet locum, si vasallus negando careat dolo vel lata culpa : quia tunc non priuatur feudo.& not. Bald.in d.c.vasallus. colũ.1.per illum text.in verbo ex certa scientia.& idem tenet ibi Cardi.Alexan.colum.1. & Bald.in l.ea quæ. C.de condi.indebi.& Alexand.in consilio 14.libr. 2.Et Ludo.de Ro.consi.70.colum.3.vers.quo ad tertium. & Bald.in d.c. vasallus. in 2. per gloss.illam de pupil. §. hoc autem. ff. de noui oper. nuncia. vnde inquit Bald.illam gloss. multum commendat Io. Pogliarens. primus Doctor meus.alius enim Doctor meus qui rerum singularium habebat memoriam, fuit dominus Fran.Tigri.de Pisis:sed ille qui multum contulit meo ingenio,fuit Bar. de Saxoferrato,quos longo tẽpore audiui, & discẽdi studio rarò me ab eis separaui.dicebat autem mihi Bar.ꝙ illud quòd suum fabricabat ingeniũ,erat lectura Cyn. & verũ dicit Bart. quia Cy.de Pistorio fuit præceptor domini Bar.vt ipsemet Barto. in l. quidam cum filium.ff.de verb.obli.recitat.præceptor Cyn.fuit dominus Dy. de Mugello. nam in plerisque locis Cy.vocat Dy. præceptorẽ suum. & vide quæ dixi in addi.ad Dy.in fi.de reg.iur.libr.6. sed Bald.in c.1.in prin.col.vlt.de succes.feu.dicit de Bart.fuit enim Bart.subtilis homo & Doctor meus : tamen semper tenebat opi. multũ placentes laicis.fuit Bar.præceptor Ange. de Vbal.fratris Bald.vt recitat Ange.in con.185. & in consi.207.colum.vlt.& in l.1. C.de iudi. vide quæ dixi in quodam consil. in fin.huius Operis posito, & dominũ Clau. de Seysello. magistrum requestarum in sua elegan.repe.l. vt vim.col.vlt.versicul. postremo.ff. de iusti. & iur. Et de laudibus Bald. Angel.& Pe. Perusinorum fratrum & plurimorũ aliorum Doct.& de morte ipsorum,vide Ioan. Bap.de sanct.Seue.in tract.suo de modo studendi, & in quadam episto. posita in 1. volumi. consil. Bal.vbi etiam reperies epitaphium quòd positum fuit super sepulchrum Bal.Papiæ sepulti.& Bal.fuit præceptor Paul. de Castr. vt ipse Pau.no.in cons.165.secundum verum numerum correctum in prin.in nouis attestans ibi Bald. *a* longo tempore vixisse : sed Bart.viuebat ad pondus,vt haberet intellectum pariter dispositum, & nunquam alteratum secundũ Ludo.de Roma.in suo singulari,incip.quæro à te.fol.20.colũ.2. secundo limitat Feli.si ante litis contesta.pœniteat negasse.vt not.glos. in l.Neratius.§.nec actio.ff. ad l. Aquil. licet Bar.contra in l.cum qui in prin. ff.de iureiu. tamen alia opi.contra. Bart.est communis secundum Feli.& tenet Ludo. de Ro.in d.cons. 70.versi.2. principaliter quæro.sed Cardina. Alexan.in d.c.vasallus.col 2.vers.an vasallus possit pœnitere. dicit quòd potest pœnitere vsque ad sententiam, nisi deliberatè post terminum eidem præfixum negauerit: quia tũc non poterit confessionem emendare, vt not. Bal.in d.Authen.contra qui propriam, & ibi Sali.& Alex.in d.l.eum qui.ver.infert Barto. hic.& vide Io.Fab.Angel.Aret. & Ias. in §.ex maleficiis.Institu.de acti.& quæ dixi in §.22. de iurisdi.omnium iudi.in 1.gl.& Ludo.Bolog.in c.1.de contro.inter Docto.& tempo.in suis primis interpreta.& Abb.Sicu. in consil. 3.in 3.q.volu.2. Et aliàs duas limitationes vide per Feli. vbi suprà. Quid autem si vasallus dubitauerit iusta dubitatione, an amittat feudum? dic quòd non : quia iusta dubitatio habetur pro ignorantia : vt l.fin.Cod.de condi. indeb.tamen secundum Docto.suprà allegat. potest cogi deliberate respondere in termino sibi dato,vt ibi vide. Sed quid *b* si vasallus negat partem feudi,vtrum perdat totum feudum, si de parte negata conuincitur? Bald.in d.cap.vasallus.in 1.col.tenet quòd non. & idẽ in ca.1.§.1.qualiter feud. alie. po. & maxime de æquitate canoni.vt nota. Io.And.& Docto. in c. 2. de feu. in antiq. & Iason l.3.colum.37. in princi.versicu.3. quæro. C.de iure emphit. quia pœna non debet excedere delictum : vt ca. omnium de pœni. & remiss. & idem tenet Ioan.Fab.in §.si vero. Instit. de leg.& Bald.in consil.208. libr.2. & ca.1.§.callidis : de prohi. feud.alie.per Fred.& plene Cardi. Alexan. in d.c.1.§.1.qua.feu.alie.pote.columna.2.ver.secundò quæro, & ista videtur multùm æqua opi.quam sequitur Francis.de Aret.in consi. 14.col.2. quòd est singu. in materia feudorũ, & Cardina.de Zab.in consi.92.colum.2.licet multi teneant cõtrarium,vt ibi vide per Cardin.& Pau.de Cast.in consil 306.in nouis : & Oldra.in consi.28.vbi dicit quòd emphiteota cessans in solutione partis, cadit à toto : secus est in censu,& per Alex.in consil.99. col. vlti. lib.5. Sed quis tenetur probare quòd sint feudalia : an dominus vel vasallus? vide Alexan. in consil.126.columna.3.libr.1.vbi tenet quòd dominus qui alleg illa esse feudalia : vt l. ei. ff.de prob.de quo per Card.Alex.in c.1.col.4. & 5.quæ sit inuesti.& in dict. c. vasallus, si de feu.fue.controuer.

a Adde elegantia Bald. per Pet. de Ancha. eius di scti. i proœ. 6.

b Adde quid si emphi. soluit partem & i alia parte cessauit per triennĩũ : an in totũ possit expoliare emphi. Spe.in tit. de iure emphit. §. nũc aliqui. ver.29. tenet quòd sic & i seq. versi.tenet contrariũ, sed primũ quòd in totum priuetur, tenet Oldr.de Laude i cõsi.29.et plenè Iasõ in l.2.col.15. versic. 16. quæro. C. de iure emphi et Bar. in cons.36. col. vlt. li. 2. Et quid de inquilino & conductore ac plurib.heredibus, quorum alter soluit canonẽ pro parte sua, & alter nõ ibi cum se q. & de haredi. vide per Bar.et Docto.in l. fraudati. ff.de publi.

§. XV.

Item par la coustume iacoit ce que le seigneur de fief par son assignation, ait tenu la chose feodale par 20. ans, ou autre plus long temps. *a* Et quil ait pris & parceu,& fait siens les fruitz, & emolumens de la chose feodale, par ledit temps, pour default de foy non faicte, & rachat non payez. Neantmoins le vassal, quant bon luy semble, doit rauoir & recouurer la chose feodale:& est tenu le seigneur feodal, la luy rendre & restituer en luy faisant la foy, & payant les droitz & deuoirs de fief. *b*

Item par la coustume.

a *Plus long temps.*] Adde quæ d[illegible]i suprà de præscrip. in §. 2. in glo. 2. vbi est fin[illegible]lis in tex. & infrà, eod. §. 25. tamen vltra ibi notata, vnum nota profectò singulare, quòd possesio in feudis est adeò fauorabilis, quòd facit præsumi pro possessore, vt nota. glo. Bal. & Cardi. Alexan. An. in cap. 1. §. si quis de manso. de contro. inuesti. & gloss. in cap. 1. de contentio. inuesti. feud. ibi tenet Ludou. Bolog. in suis primis interpre. Ex quo elicit Bald. in d. §. si quis. quem sequitur Cardi. ibi colum. 1. quòd præscriptio longissimi temporis, quæ in aliis est odiosa, vt not. gloss. & Docto. in l. fin. C. de edicto diui Adria. tollen. est in feudis fauorabilis: vel saltem non odiosa: quia gratia vtriusque subinfertur, scilicet vasalli & domini, ar. l. statu liberos. §. seruus annua. ff. de statu libe. & vide quæ dixi in additio. ad Dy. in regula, Possessor. in 3. addi. ver. Adde Barto. in l. naturaliter. in princip. & c. & tenet Ludo. Bolog. in suis secundis interpreta. in d. l. fi. de edic. diui Adria. non tamen potest dominus contra vasal. vt hîc, aut vasallus contra dominum præscribere. vt d. §. 2. & 3.

a *Les droitz & deuoirs de fief.*] No. quòd licet de consuetudine *a* vasallus non priuetur feudo ob defectum præstationis homagij & fidelitatis ac solutionis rachatus, & aliorum iurium, vt patet per discursum huius tit. tamen potest priuari feudo aliis de causis, de quib. in iure fit mētio, quæ multæ sunt, vt in capitu. primo. & per totum. quibus mo. feu. amit. & ibi per Bald. & Cardi. Alexand. & in capitu. primo. in princi. & § porro. & ibi per Bald. & Doctor. quæ fuit prima causa beneficij amitten. & Pet Iaco. titul. de caus. ex quibus feud. amittitur. & titul. sequen. & Alexand. in consilio 103 in fine. column. secunda. versicul. quinimmo. volu. secundo. Nam ex causis quibus filius potest à patre exhæredari: ex eisdem vasallus potest à domino feudo priuari, vt ibi. & tenet Bald. in l. solo. C. de liber. caus. Et similiter dominus ex eisdem causis perdit proprietatem, vt not. Cardin. Alexand. in dicto capit. primo. column. prima. quib mo. feud. amitti. & Francis. de Are. in consilio 14. column. vltim. in fin. & Bald. in capit. 1. §. domino committente, in verbo. ad vasallum. si de feu. fue. contro. inter do. & agnat. & Hippoly. de Marsi. in suo singu. 121. Et nota quòd postquam est aperta via domino feudi ex natura feudi, nunquam redit ad vasallos, vt capi. ille qui interfecit fratrem domini sui, & tenet Baldus in 1. libro, column. vltim. versicu. & not. Cod. de operi. liber. Sed quando vasallus priuatur *b* feudo, an requiratur sententia, vide Bald. consilio 118. in fin. in consilio 136. libr. 1. & text. & ibi Bald. & Cardi. Alexand. in ca. quicunque. aliàs est §. de pace tenen. & Bald. in consilio 190. & in consilio 456. column. 6. versicu. qui iurat. vel 1. & text. ibi Bald. in fi. & Cardi. Alexand. in cap. 1. §. publici latrones. de pace tenen. & eius violato. & Iason & Docto. in §. sequen. in 2. additio. allega. & Ioan. de Ana. in consilio 7. & Francis. Curt. in 4. part. sui Ope. feudorum.

a Adde quòd sunt 41. cau. priuationis feudi, quas colligunt Docto. Hic allega. & plene Frā. de Curt. in tracta. feu. in 4. parte per totū. et an habens ī feudū castrum qui male tractat homines castri, possit illo priuari Bart. Soci. consi. 272. col. 5. vers. 6. ista conclusio vol. 2. & Bal. & Car. Alex. c. 1. §. quinque de pace tenen. & iur. fir.

b Adde, an valeat pactū inuitū inter dominū & vasallū, quòd vasallus non priuetur feud. propter feloniam ab eo commissam, vide Bal. in l. 1. ī 3. q. ff. de rerū diui. & in ca. si cautio. col. vlt. de fi. instru. et Ias. in l. fi. col. 5. C. de pactis. et Pau. de Cast. in consi. 160. & Feli. in c. prudentiā de offi. deleg. & Bal. in l. fi. Cod. de fruct. & litium expen.

§. XVI.

Item le seigneur de fief peult empescher & assoupir par sa puissance de son fief la chose feodale, & la mettre en sa main pour default de nommee & de nombrement *a*, a luy non baillez dedans le temps deu. Iacoite ce que foy & hommaige & deuoirs de fief luy ayent este & soient faitz & payez. Mais par tel empeschement le seigneur du fief ne doibt leuer les fruitz & emolumens de la chose feodale, ne les faire siens. Aiens seront leuez lesditz fruitz a la requeste des parties, ou lune dicelles se elles le requierent: ou si nō officio iudicis par sequestre, qui sera ordonne par le iuge ordinaire, *b* ou la chose feodale est assise. Et ladicte nommee, & denombrement baillee le sequestre rēdra au vassal lesditz fruitz deduitz les impenses & salaire dudit sequestre.

Item le seigneur de fief.

a *Et denombrement.*] Licet tā de iure quàm ex consuetudine vasallus cogatur specificare nominatim res feudales & infra 40. dies dare domino: vt §. 12. suprà, eodem dictum est, tamen ob defectū traditionis feudum solum sequestratur: nec in alio punitur, licet de iure feudorū debeat feudum amittere: vt no. Bal. & Cardi. Alex. in cap. 1. §. vasallus, si de feud. fue. controuer. inter dom. & agna. & d. §. 12. dictū est, & vltra ibi allegata. Idē tenet Abbas Sicu in cons. 74. col. 1. in 1. dubio. vol. 1. & Bal. in l. prætor ait. §. 1. ff de eden. vbi dicit quòd si emphiteota non exhibeat instrumentū quod præsumitur emphiteosis extincta & finita: & poterit emphiteota expelli. vt ibi vide etiam per Docto. Moder. & Bartol. & Ioan. de Pla. in l. 1. Cod. de conduc. & procu. prędiorum fisc. lib. 11. & Iason in prælud. feu column. 17. versi. an autem rex vel princeps. vbi tenent quòd rex vel alius princeps non potest conuenire vel citari facere baronem suum, vt sibi ostendat iura quæ habet in Castris quæ tenet in feudum. alioquin quòd eum priuabit, quod limi. secundum Bal. in l. 2. col. 2. vers. sed nunquid dominus feu. C. quomodo & quando iud. & Iaso. vbi suprà. & Ioan. de Plat. l. 1. C. de admi. rei publicæ. lib. 12. tamen huic consuetudini est standum: vt c. 1. de feu. cog. & supr. titu.

tit.proxi.§.2.in gl.51.dictum est. Quia cõsuetudines locales sunt, & dicuntur ius cõmune in ipso loco, vt tenet Bald. in c.1.§.Imperialis.versic.quæro vtrum, &c.de pace Constant. Et consuetudines proprias potest vnaquęque ciuitas habere, vt dicit Bald.in d.§.Imperialis.ver.secundum. Et no.in hac materia vnum, quod dominus potest denombrationes & instrumenta retinere quousque fuerit sibi satisfactum de vẽtis seu laudimiis, ac aliis suis iuribus, secundum DD. suprà alleg.& in d.§.12. Et si vasallus fraudulosè omittat in ipsis denombrationibus aliqua feuda ponere, priuatur eisdem. & similis consuetudo etiã obseruatur in ciuitate & Vicecomitatu Paris. Sed qua pœna punitur vasallus qui non obstan.arresto per dominum apposito vtitur re feudali, & rumpit arrestum: dic, quòd per consuetudinem generalem in regno Francię obseruatam debet 60.solid Tur.& etiam re integrare & restituere quicquid post dictum arrestum acceperit, licet in aliquibus locis fiat differentia in arrestis ruptis inter nobiles, qui in 60. libris Turon. & ignobiles qui in 40. solidis Turonen. puniuntur.

a *Par le iuge ordinaire.*] Quando in materia feudi est contentio inter dominum & vasallum, vel vasallum & agnatum: vel inter ipsos vasallos, quis cognoscat & sit iudex: an dominus, vel pares curiæ, aut iudex loci, vbi feudum est situm? Vide amplè Innocenti. Abb.Sicu. Bald. & Felin. in cap.cæterùm. de iudi. & in cap. verum. de foro competen.& Bald.& Cardin. Alexand.in cap.1.de inuestitura in mari facta. & in cap.1.de controuer. feu.apud pares terminanda. & Alex.in consil.1.colum.1.ver. tamen præmissis.circa fin. col.cum sequen.& in colum.3.ver.alia ratione, libr.5.& Bald.in consil.83.ante fin. versic. super vi.& in consi.159.colum.3.ver.item de generali. libr.1. & in consil. 193. in fin.& in consilio 383. in princip. post casus narrationem.& in consil.368.colum.2.versi.sed quo ad personas. & in consil. vlti.colum.penult. versicu.item apud alios.eod.lib.& amplè in consil. 322. colum.2.versi.5. quæritur.libr.3. vbi dicit. & etiam in aliis locis suprà allega. quod in materia feudorum ista est diffinitio, quòd quando est quæstio de feudo inter dominum & vasallum, pares curiæ, id est, alij vasalli debent istam controuersiam terminare: vt in c.1.de contro.inter vasal. & episcopum.& in cap.1. de mili.vasal qui contumax est.& in c.Imperialem.§. si vero inter dominum & vasallum. de prohib. feud. alien.per Frede.& tenet pulchrè Alexand.in consil.79. per totum.libr.1. Et an hoc etiam videtur verum, cùm causa vertitur cum persona ecclesiastica, & super rebus ecclesię, vide Doct.vbi suprà, maximè Alexan.in d.consi.79.& Bald. in d.c.1.& ibi Cardin. Alex.de contro.inter vasal.& episcopum.& ad prædicta vide Bald. & Cardi.Alex.in c.1.an apud iud.vel curiam dñi quæstio feud.debeat terminari, & Abb. Sicu.in consi.82.libr.1.& Oldrad. consi.272. & Bald.in l.liberti.col.vlt.C.de ope. liber.& Bart.& ibi Alexan. & Ias.in l.1.§.& post operis.ff.de no.ope.nũn.& Cald.in consi.2.titu. de iudi.& Ias.vbi suprà, colum.18.ante fin.& Cardi.Flo.in Clemen.pastoralis.§.denique. in 4.quæstio. de re iudica.& Iacob.de sancto Georg. in suo tracta. de feud.in gloss.& dicit vasalli.chart.39.vbi refert in 4.colum.secundum Bertran.Caprioli.in cap.1.§.1.de feud. guardiæ: quòd iudex Aurelianensis ratione castri de Burgensatio habet multos vasallos, & ibi est vnus iudex causarum feudalium, &c. & Ioan. de Ana. in consi.32.& ibi Ludo. Bolog.in addi.& Fran.Curt.in suo tract. feu. in vltima parte multum amplè.

§. XVII.

Item par la coustume si aulcune chose tenue en cens du cens du roy est vendue, ou alienee a cause de ce ne sont deux aulcuns accordemens, loz, ne ventes, au roy. Mais seulement sont deuz par la coustume, par lacheteur, ou nouueau seigneur, a qui la chose est alienee double cens a au Roy, car selon icelle coustume les cens deuz au Roy en la ville & septaine de Bourges, ne sont pas accordables en mutation de seigneurie: Mais audit cas sont seulement deuz doubles cens.



Item par la coustume.

a *Doubles cens.*] Aduerte pro intellectu huius consuetudinis & totius tituli, quòd census præstatur à subditis aliquando gratia & in signum subiectionis, vt c.2.de cens. & facit l.1.& 2.C.de censi.lib.11.& in hoc casu census æquiparatur tributo. Nam lex censum tributum & publicam pensitationem pro eodem recipit: vt ff. de censi. l.ætatem.in principio. vt not. Ioan. de Plat. in Rubrica, de anno. & tribu.libr.10.& amplè gloss.& Ioan.de Plat. in Rub.de censi.lib.11.& glo. in l.1.§.1.in verbo, pendant.& ibi Bartol. & Alexan.in addi. ff. de publi.& Ioan. Fab. in §.adeo. col.pen. de loca. & hoc verum quando ad fiscum: sed quantum ad priuatum, cui debetur census, vel annua præstatio, est differentia, prout videri poterit per Ioan. de Platea, in d. Rubri. de anno.& tribu. quia quantũ debetur census priuato, ecclesiæ, vel ciuitati, vel annua pensio, siue sit conductor, vel emphyteota, si non soluit, cadit à iure suo: vt leg. 2.& ibi Docto.C.de iure emphyt. Et contractus censualis dicitur, quando quis concedit omne ius quod habet in re: licet debeat sibi præstari certa pensio. Sed quando reseruat sibi aliquid iuris, est emphyteosis, secundum gloss.Innocen.& Abb.in cap. constitutus. de

religiof.do.& Bart.in d.l.1.§.1.de pub.& per Alexan.consi.117.colum.penul. vsque ad fin. lib.4.& in consi.14.col.4.in princip.lib.2.& Ioan.Fab.in d.§.adeo.& Pet.Helie in suo tra cta.de contract.census, & Ioan.Pet.de Ferra. in forma libel. quo agitur ad ficti præsta.in glos. in verbo, fictum. col.2.vbi etiam ponit, quòd census aliquando præstatur in signum perceptæ libertatis. Et aliquando in signum assumptę solius protectionis, de quibus vide glo.in c.accepimus. in verbo, libertatis.cum seq.& ibi Abbas post Innocen.in fin.& ibi de Bellenzi.in addi.de priui. Vnde ex alienatione rei censualis de censu. fisci, existentis secundum consuetudinem non debentur accordeméta siue laudimia, sed duplices césus pro primo anno. nam si debentur quinque quolibet anno, tenebitur emptor primo anno soluere domino 10. sol. qui dicuntur duplices census. Et idem secundum Pet.Helie. vbi suprà, & in tracta.tribut.quòd dominus pro introitu nouæ traditionis rei censualis, id est, quando nouiter tradit rem in censum annuum, non potest aliquod exigere, vt l.fin. & ibi Ioan.de Plat.in princip.C.de censi.lib. 11.& Ioan.de Plat.in l.fin. C.de fide instru.& iure hastæ fisca.libr.10.& in l. qui agros, de agrico.& censi.lib.11.

§. XVIII.

Item mais si aulcune chose tenue en cens daultres que du Roy, soyt de gens laiz, ou deglise est vendue ou alienee, en sont deuz seulement accordemens par lacheteur a, ou nouuel seigneur du cens. Cest assauoir aux gens deglise seigneurs du cens a cause de leur eglise deux soulz tournoys. Et aux gens laiz 20. deni. tournoys pour chascune liure que est vendue la chose tenue en cens, ou celle nest vendue : mais aultrement alienee pour chascune liure, qui vault & est estimee arbitrio boni viri, la chose tenue en cens alienee, ou regard, au temps du contract de la vendition ou alienation.

Item mais si aulcune.

a *Accordemens par lacheteur.*] Pro hac consuetu.in hoc & sequen.& §.24.infra, eod.est tex.in l.fin.cum ibi not. per omnes Scriben. C.de iure emphyt. & quæ dixi suprà eod. §. 5.& tenet Ioan.Fab.Instit.de empti.in princ. vbi dicit, quòd de consuetudine regni Franciæ debentur ventæ domino censuali, quando res censualis venditur, & alibi vocantur vendæ & accordamenta: vt hîc, & alicubi laudimia: vt in lingua occitana. & in solutione accordamentorum seu laudimiorum attenditur consuetudo : vt l. domini prædiorum. & ibi Ioan. de Plat. C.de agrico.& censi.lib. 11.& tenet Bald.in Rubr.de consuet.in antiq. col.4. Et videtur ex hac consuetudine, quòd si ex quacunque causa mutatur dominium, in alium debeantur accordamenta seu laudimia dum dicit, *ou celle nest vendue*, vsque ad fi. Et sic siue ex donatione, legato, vel permutatione transferatur dominium, debeantur accordamenta. Patet in donatione & legato per tex.in d.l.fin.& ibi tenent Doct. maximè Salic.col.3.& Ias.col.13.versi.10.quæro quando res.& Bald.in c.literæ.in pen.colum.de dila. vt facit tex.in l.2.C.ne rei domi.vel temp.ibi vel alio pacto, &c.& tenet decisio Parla.Gratia. Delphi. q.46.& q.48.licet Specu.titu.de iure emphy.§.nunc aliquam.versi.107.teneat quòd non. quia non interuenit precium, & idem tenet in versi.110.& Petr.de Aureliaco, de act.in rem, circa fin. Sed ex pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem secundum ipsos non debentur accordamenta seu laudimia.& tenet Paul.de Castr.in l.1.col.1. C. de pactis. inter empto. per gloss.fin.in l.1. C.quando liceat ab empti.disce.Sed.d.decis. dicit esse verum, nisi sit consuetu.quòd non debeantur ex donatione vel legato. sicut de consuetudine patriæ Delphi. quòd solùm soluuntur dimidia laudimia pro rebus donatis.& vide decisi.Capel.Tholo.quæst.279. & quæ nota, Abba.in consil.74.colum.1.versic.circa secundum.lib.1. Sed an ex venditione rei vel redditus facta cum pacto recobrij, siue de retrouendendo, debeantur accordamenta ? Vide quæ dixi in quodam consilio quod ponitur in fi.tract.domini Dy.de reg. iur.libr. 6.incipien.Iaquelina *du moulin*, ante fin. vbi teneo quòd sicut non habet locum in pacto l.commissorię vel adiectionis in diem. vt ibi vide quod not.pro §.sequen.& §.4.suprà eo. quòd si vendantur redditus super re feudali vel censuali cum pacto de retrouendendo, non debentur rachatus vel accordamenta : quia intelligitur de redditu perpetuò super re feudali vel césuali vendito, aliàs deberentur duo accordamenta, quod not.vt ibi vide. licet Paulus de Castro teneat contrarium in l.1.C.de pact.inter emp. quod intelligunt quidam quòd emptor teneatur soluere laudimia quæ à venditore postea recuperante rem venditam vigore pacti poterit recuperare, quod verum non est.quia ipse non tenetur soluere. Sed primam sententiam ꝙ non debentur à venditore, nec ab emptore, tenet Ioan. Fab. in l. fin. colum. vlti.C.communia de leg.& in dict. l. 1.quando liceat ab empt.Et an ex permutatione siue cambio debeantur ventæ siue laudimia. Tenet Albe. de Rosa.in 1.parte stat.q.110. quòd non.& idem tenet decisi. Gratiano. in d.q.48. & latius in q.92.& Ioan.And.in addi.Specu.de contrah. empt §.nunc dicendum.in verbo, quemadmodum.post princ. & Bald. in l.si domus.§. fin. ff. de lega.1.sed si res permutaretur cum alia maiori, & pro maiori precio seu valore

detur

detur pecunia: tunc debet attēdi animus contrahētium, vt dicatur permutatio vel venditio, ad hoc vt debeātur laudimia, quia si principaliter intendunt permutare, erit permutatio: licet accessoriè pecunia accedat, vt perueniatur ad ęqualitatē, secundum Io. And. in c ad quæstiones. & ibi Abb. Sic. col. 2. ver. ex his. de rerum permu. & tenet Bald. in prælu. feu. col. 4. vers. & dicimus in simili quando, & ibi Ias. de May. col. 10. versi. nota tamen inter cætera, & Bar. & Doct. Moder. in l. Aristo. ff. de donati. Et si non apparet de animo contrahentium, recurrendum est ad coniecturas. Si enim maius precium sit, quàm res data, præsumendum est quòd sit emptio: sin autem res sit maioris valoris, quàm sit pecunia, erit permutatio. de quo vide per And. Barba. in d. c. ad quæstiones. & Lud. Bolog. in l. 1. C. de rerum permuta. in primis interpret. & Alexan. in addi. ad Bart. in d. l. Aristo. & Ias. in §. actionum. col. 21. versi. vlt. Institu. de act. & in l. 1. in fi. col. 3. versi. an autem lex. ff. de rer. permu. Sed secundum hanc generalem consuet. iuri consonā, dico ex permutatione pura, vel partim cum pecunia facta, esse accordamenta domino debita, quicquid Doct. suprà alleg. teneant: quia sub correctione ponderauerunt tex. in d. l. fi. de iure emphyt. & in l. 2. ne rei domi. vel templo. Nam hæc consuetudo est fundata super d. l. fin. versi. & quinquagesimam partem precij vel vel æstimationis, &c. & exponit ibi glos. precij quando venditur: vel æstimationis quando alio modo transfertur: & in verbo, transponere exponit, scilicet permutando. & hoc tenet ibi Ioan. Fab. super illo verbo æstimationis exponendo, scilicet si permutauerit, & sentit Hippoly. de Marsil. in suo singul 105. & decis. Capellæ Tholos. q. 27. quia permutatio parum differt ab emptione, vt l. 1. de contrah. empt. licet nomine differant, de quo per Ang. Aret. in d. §. actionum. colum. 35. & ibi Iason. col. 21. versicu. vltimo. & Iason in d. l. 1. de rerum permuta. & pro ista parte facit tex. in l. sciendum. §. emptorem. ff. de ædilit. edict. vbi dicitur, quòd edictum quod datur emptori, extenditur ad permutantem. a Et pono tex. d. §. emptorem. cuius verba sunt hæc. Emptorem eum accipere debemus qui precio emit. sed si quis permutauerit, dicēdum est vtrunque, emptoris & venditoris loco haberi posse, & vtrunque ex hoc edicto experiri, &c. Et facit quod not. Io. Fab. in d. §. actionum. col. 5. versi. per ista potest terminari quæst. modò de consuetudine debentur ventæ seu laudimia ex contractu venditionis & permutationis in aliquibus locis, & in aliis non. Quidā dedit domum suam Sempronio pro decem sextariis frumēti, quæ promittit dictus Sempronius in bonis locis & competentibus assignare, vel pro decem carteriis prati, quæ promisit tradere in tali riparia, an debentur ventæ vel laudimia, & tenet quòd non, quia non est permutatio; sed cōtractus do, vt des,

a Adde Bart. Soci. in con. 141. versi. præterea cum sibi. vol. 2.

cùm non sit certa species quæ ex altera parte detur. & idem tenet ibi Angel. Areti. col. 36. versicu. in ea. gloss. ibi, quando. secus si pro 10. promisit dare 10. corbes frumenti, secundum Alb. de Ros. in prima parte statu. quæst. 178. quia est venditio. & debentur laudimia. & ita fuit iudicatum secundum eum, licet contrarium teneat in secunda parte statu. q. 221. per ea quæ not. Bartol. in l. si pupillus. in prin. ff. ad leg. Falc. sed vbi fieret commemoratio in statuto vel consuetudine de precio solum, tunc verbum venditio verificatur in venditione vulgari sumpta: vt tenet Abba. Sicu. in c. 1. in princi. de his quæ fiunt à præla. & est text. in l. secunda. C. de prædiis decuri. lib. 10. & hoc casu non comprehenderet donationem vel permutationem. & tenet Bald. in d. l. 1. ver. quid si statutum dicit. C. de rerum permutatione. & in consil. 65. libr. 4. & Spec. in tit. de empto. §. nunc dicendum. ver. sed pone statutum. &c. vnde prohibitus vendere sine certa solennitate, ne decipiatur in precio, potest donare vel permutare, secundum Abba. vbi suprà sine solennitate: vt d. l. fin. de prædiis decurio. & ibi hoc tenet Ioan. de Plat. & Luc. à Penna, vbi dicunt, quòd stante consuetu. de qua infrà de consuetudine retractus, quòd proximior rem venditam retrahere possit, tamen si permutetur, non habet locum retractus, an sit verum ibi dicam, & idem tenet Ioan. de Platea in l. 1. col. 3. C. de fundis patrimonia. libr. 11. sed vbi fit commemoratio precij & æstimationis, vt hic in fine. & in dict. l. fin. de iure emphyt tunc verbum venditio. & alienatio comprehendit in se omnem cōtractum, per quem transfertur dominiū: vt l. statuliberi. ff. de statuliber. & l. 1. C. de fundo dotali. & l. alienationis. ff. de verborum significatione, & l. fin. C. de rebus alienis non alienandis. & in cap. nulli. versi. alienationis. & ibi omnes Doctores, de reb. alien. non alienan. & hanc sententiam tenet Dyn. & Iacob. de Aret. & seq. in l. 1. §. si quis in fraudem. ff. de his quæ in fraud. patron. & Iaso. in dict. l. fina. colum. 39. versicu. pro clara. ergo & in versic. nunquid autem appellatione venditionis. & Bartachi. in suo tract. de gabellis, in septima parte, & Alexand. in l. 2. in princi. colum. fina. ff. si certum petatur. & idem tenent Ioan. And. & Innoc. & Abb. Sic. in ca. potuit. colum. 2. ver. adduco, de loca. & gl. Bal. & Lud. Bolog. in secundis interpretationibus. in l. apud Celsum. §. si cum legitima, per illum textum. ff. de dol. except. sed ne erres, reperies Ludouicum Bologninum. post titulum de reg. iuris. & tenet Paulus de Castro, in consil. 92. colum. 2. volumi. antiquo. & Felin. in procemio decreta. colum. 4. ante finem. versic. & adde. & in Rubri. de fide instrumento. col. 2. versic. non obstat. Igitur q; ex permutatione debentur laudimia seu accordamenta nulli non patet. & facit tex. in §. 23. infrà, eo. dum dicit, quòd ratione mutationis dominij debentur accordamēta, de quibus

quibus hic dicit text. & iſtud tenet Bald. & Ange. in l. cùm hi. § ſi cui. ff. de tranſact. nam hęc conſuetu. non eſt exorbitans à iure communi, ſed eſt profectò ſecundum ius commune: vt d. l. ſi de iure emphyt. vnde verbum alienationis comprehendit permutationem. gl. eſt in d. l. ſi. dè reb. alie. non alienan. quam ibi ſequitur Bald. & ſeq. & Franciſ. de Are. in conſil. 124. col. 2. ver. ad ſecundum principale, & quæ dico infra de conſuetu. retra. §. 3. & quòd debeantur laudimia, tenet pulchrè Iaſ. in l. fin. col. 2. ver. intellige tamen. cum ſeq. ff. de condi. cauſa dat. quam vide: tamen de conſue. Pariſ. ex permutatione: vel etiam ex venditione non debentur rachatus vel accordamenta: niſi ex ſucceſsione, cuius contrarium hic obſeruatur, vt vides. Sed an debeantur *a* accordamenta ex vēditione nulla, fortè fuit reſoluta, vide Iaſo. in d. l. fin. colum. 3. verſ. 9. quæro. de iure emphy. & Iacob. de ſanct. Georg. in ſuo tracta. de feud. in gloſſ. & cum pacto. de non alie. in princ. fol. 18. & quæ dicam infrà, de conſuet. retract. §. 2. in gloſſ. 1. col. 3. ver. ſed quæritur: vel quia precium non *b* interuenit. Quia venditio ſine precio eſſe non poteſt: vt l. 2. ff. de contrahen. empti. & §. precium. & ibi Ioan. Fab. in prin. & Ang. Aret. & in §. item precium. Inſti. eo. tit. etiam vbi teſtes dicerent venditionem fuiſſe factam, & non deponerēt de certo precio quòd non valent, vt tenet Alexan. in conſi. 28. col. 2. verſic. ad hoc. vol. 2. & in conſi. 39. colum. 3. ver. pręterea precium eſt. & col. fin. lib. 5. & Hippol. de Marſil. in ſuo ſingula. 37. & Lud. de Rom. in conſil. 91. colum. 3. verſi. videndum. & melius in conſilio 355. col. 2. verſic. 2. Idem probat & Bald. in l. 1. colum. 1. verſi. denuo quæro. C. de rebus alie. non alien. & Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. niſi ſecundum Bald. & Lud. de Rom. in d. conſi. 91. teſtes deponentes dicerent precium fuiſſe ſolutum, ſed ꝙ de illo non recordantur. Quia precium duorum numerum ſignificationem habet: ſed iſtud reprobat Alex. in addit. ad Bald. in d. l. quia emptio licet poſsit fieri vno nummo: tamen non valet: vt l. ſi quis ante. & ibi Bart. ff. de acquir. poſſeſsio. & teſtes debent interpretari contra producentem. Et idem eſt dicendum in inſtrumento narrante venditionem prædij, & non conuentionem precij, ꝙ non probet venditionem quòd not. quia bis obtinui per ſententiam, de quo per Spec. in tit. de teſte. §. nunc tractandum. verſ. quid. & per Doct. in l. ſciendum. ff. de verbo. obligat.

a Adde Bal. in l. 2. C. de epiſc. audien. & Frā. de Crema in ſuo ſing 112.

b Adde quid ſi egi cōtra te ad fundum, quia vendidiſti. et probo vēditionem et ſolutionē precij: tamen non de tēpore, an obtineā. Bal. tenet quod non in l. 1. ad ſi. C. ad plures vna ſententia: et Fran. de Cre. in ſuo ſing. 109.

§. XIX.

Item & ſemblablement ſeu alcune rente, ou charge eſt vendue ou alienee *a* en & ſur aulcune choſe tenue en cens, & eſtant du cenſif daultre que du Roy: en ſon deuz les accordemens par la couſtume au ſeigneur du cens en la maniere deſſuſdicte.

Item & ſemblablement.

a *Vendue ou alienee.*] Et intellige hanc conſue. prout dixi ſuprà eo. §. 4. & §. proxi. pręceden. Sed quæro, aliquis accepit locū quendam modici valoris in feudum vel in emphyteoſim vel cenſum, ſuper quo ſunt ædificia magni valoris per accipientem conſtructa: puta vna magna domus vel alta turris, ſi poſtea vendatur, an dominus debeat habere laudimia ſeu accordamēta æſtimationis turris ſiue alterius ædificij: an verò ſolum modici valoris loci tantum. Iſtam q. firmat Odofred. in l. fin. de iure emphy. Et poſt eum Alber. de Roſ. ibi in vltima columna. qui determinant, quòd dominus debet habere accordamenta ſiue vendas loci, & etiam ædificij: quia ædificium ſolo cedit: vt l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperfici. & idem tenet Iaſ. in d. l. fi. col. 11. verſ. 4. quæro, &c. in feudo tamen non habebit, niſi reuenutum anni vnius, vt ſup. eo. §. 5. dictum eſt, & in cenſu vel emphyteoſi dominus habebit de conſue. 20. denarios pro libra precij rei venditæ, ſi eſt laicus, ſi verò eccleſiaſticus, duos ſolidos Turon. vt §. ſuprà, proxi. Sed quæro incidenter, tu ſcis ꝙ vaſallus ob defectum fidelitatis & homagij non pręſtitorum, non priuatur feudo: vt ſup. eodem §. 6. & 7. & 13. & 16. dominus tamen in conceſſione ſeu donatione feudi ſtipulatus eſt ſibi dare quotannis vnum equum, aut certas vini corbes in electione ipſius dominij: modò vaſallus non dedit equum nec vinum: iam ſunt multi anni ex eo quòd nunquā dominus petiit. *c* Et pro parte ipſius domini allegatur, quòd dictus vaſallus non ſeruauit pactum: ideo venit priuandus. & econtrario per vaſallum dicitur, quòd ipſe dominus non elegit, quid iuris? Bald. in conſil. 191. lib. 1. tenet quòd non priuatur vaſallus, per plures rationes: ſecus eſſet ſecundum eum, ſi dictum fuiſſet, quòd vaſallus haberet tenere dictum equum ad honorem præceptum & ſeruitium ipſius domini, tunc priuaretur: quia obligatio non eſſet alternatiua, ſed diſiunctiua: vt ibi vide per eum, & in prælud. feud in 7. diuiſ. & ibi Iaſon & Iacob. de ſancto Georg. in tractatu feudo. in gloſ. in feudum, in 2. diuiſione.

c Adde ... domi. ... ſit oper... quas ... annuatim debet vaſallus vel ... mo ſuu ... ſtari fac... re alter... per ipſ... vaſallu ... ad ipſu ... ſtādū ce... vide Bar... in l. ſi n... ſortē. §. ... bertus. co... pe. ff. de c... di. indeb... qui te... quòd ſic, ... qua ibi p... Iaſ. & Ia... de S. Geo... in ſuo tra... de homag... tit. de re... dis ſeu o... ris, in pr... vbi pon... plures ſin... gula. q. ... quē recur... re circa ... natas qu... habent do... mini i ſuo... homines.

§. XX.

Item que ſe aucune choſe tenue en cens dautre que du Roy aduient a aucun par ſucceſſion en lignee collateralle ſont deuz par la couſtume au ſeigneur du cens accordemens par iceluy a qui elle eſt aduenu. Mais ce ceſt par ſucceſſion en droicte ligne, *a* aucuns en ſont deuz. Excepte au regard des femmes mariees auſquelles aduient durant, & conſtant

leur

leur mariage par succession en droicte ligne aucune chose tenue en cës: car leurs maris a cause delles par la coustume sont tenuz payer les accordemens au seigneur du cens.

Item que se.

a Adde Par. Soci. in consil. 64. Ver. C. scilicet his non obstantib. li. 1. & Dy. & quæ ibi dixi in addi. in regula ratihabitionẽ fo. 35. de regu. iu. li. 6.

vtriusque. ita probantem præscriptionem statutarium, vel consuetudinariam currere cõtra minorem, sicut ibi, vbi agitur de lucro captando: vt hic est, & idem tenet Bart. in l. Æmilius. ff. de mino. & Bald. in d. l. fin. in quibus cau. in integr. re. & ita intelligitur dict. c. constitutus. & tenet Bald. in dict. §. porro. & decis. Parlamen. Gratio. Delphin. in d. quæst. 257. colum. 2. versicu. an illud tempus, tamen iste minor restitutus tenetur ad expẽsas, quas emptor fecit: vt l. intra vtile. §. 1. ff. de minori. & tenet decis. Gratio. quæst. 31. Et de præscriptione contra minorem dixi suprà. de præscript. §. 1. a Sed quid si post venditionem mouetur quæstio inter emptorem & venditorẽ, quæ longo tempore durauit, an currat interim proximiori tempus 14. dierum, vel aliud tempus consuetudinarium ad retrahendum concessum? Videtur quòd sic, per tex. in capitu. quoniam. & in ca. eam te. & c. cũ propter. & ibi Abb. & de Bellenci. in addi. de iure patro. vbi patrono litigante super iure patronatus currit tempus præsentandi, si non præsentauerit. sed Cy. in l. contra maiores. columnn. 2. C. de inoffic. testa tenet secundum Iacob. de Ra. ibi quòd non currat: quia eius scientia debet esse certa & firma, quæ est post iudiciũ. argu. l. quandiu. C. qui admitti ad bo. posse. po. & venditio non est perfecta. & idem tenet Bald. & Paul. de Cast. in dict. l. contra. & deci. Parla. Gratio. Delphi. in d. quæst. 256. in prin. & Abba. Sicu. in consi. 94. colum. 4. versi. non obstat. libr. 2. vbi di. emphiteota excusatur à cessatione solutionis canonis pendente lite, eidẽ à tertio de re emphiteoticaria mota, per tex. in d. l. quandiu. Sed iuxta præmissa quæro, quia suprà, de consuet. rerum feu. §. 18. & titu. proxi. §. 1. dixi & plures casus narraui in quibus dominus directus non potest retinere iure prælationis rem venditam, videlicet quãdo permutatur, donatur, legatur aut venditur cum pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, vel de retrouendendo: an habeant locum in proximiore agnato volente retrahere in re permutata, donata & legata? Non est dubium, quia non potest retrahere, vt suprà, in locis alle. tenui; & ideo cõsilium est quòd quando quis dubitat rem posse retrahi per proximiores, quòd faciant in instrumento apponi, quòd res sibi donatur vel legatur, aut causa permutationis cum alia re fecit excambinum. Sed hic essent duæ fraudes, vna ad proximiores retrahere, & alia dominum retinere volentes ad pariter laudimiis & accordamentis frustrandos & priuandos: vide quæ dixi suprà, de cõsue. feu. §. 18. & in Campania est consuetudo, quòd retractus non habet locum in rebus permutatis. Quid si permutans vendit rem permutatã, an habeat locum retractus, vt proximior, vnde res processit, possit eam retrahere? Dic quòd non: & intellige quòd non habet locum retractus in re permutata, si sit eiusdem qualitatis: secus, si non sit eiusdem qualitatis: quia res immobilis permutatur cum marca argenti, vel panno scarlate, vel alia re mobili. tunc habet locũ consuet. retractus. Item non habet locum retractus in vsufructu legato, vel donato: nec etiam in re data ad vitam alicuius, cum non sit in perpetuum data: & quòd in casib. prædictis non habeat locum retractus, tenet d. Gerald. Bagoilly in dicta sua quæst. & in re permutata tenet Alber. de Ros. in 1. parte statuto. q. 110. & in 2. part. q. 2. versi. & an habeat. Sed quando venditur, cum pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, vel de retro uendendo, dubitatio non est modica, an currat proximiori à tempore factæ venditionis, vel à tempore perfectæ venditionis. i. pacti finiti: & prædicta faciunt, quòd non currat, propter pactum adiectũ, argumen. d. l. quandiu: & ita videtur tenere Iaco. de Ra. in dict. l. contra maiores, sed decis. Parla. Delphi. in d. quæst. 257. tenet contrarium. & adducit text. in l. 2. §. biduum. quando appel. sit. appellatio enim nedum tendit ad suspensionem sententiæ: sed etiam rescisionem: vt l. 1. C. de post. & l. furti. §. 1. ff. de his qui no. infa. & l. tale pactum. §. qui prouocauit. & ibi amplè scriben. ff. de pact. & dixi suprà de iurisdictione omnium iudicum. §. 12. in gloss. 2. colum. 2. cum seq. Sed sic est, quòd si sententia diffinitiua proferatur sub cõditione, debet appellari statim infrà biduum à tempore sententiæ: & non expectare conditionis euentum, quia si expectaretur euentus, sententia transiret in rem iudicatam, & non valeret appellatio. Idẽ ergo dicendum est in isto casu. nam cum talis consuetudo sit rescissoria contractus, quòd tempus 14. dierum, vel vnius anni currat à tempore contractus passati. nec suspenditur per pactum adiectum. quia in actu conditionali tempus statim currit: vt d. §. biduum. multo magis statim currere debet in actu purè & perfectè celebrato. ar. Authẽ. multo magis. C. de sanct. eccle. Et finaliter concludit, q. nisi infra tempus à consuetudine præfixũ faciat diligentiam protestando de iure consuetudinis: vt l. si fundum. C. de rei ven. & l. fin. C. de anna. except. quod currat sibi tempus: & ita intelligitur d. l. quandiu. quia ibi petens possessionem, fecerat diligentiam. ideo non currit sibi tempus: & istam opinionem videtur tenere Io. Fab. Instit. de contrahen. emp. in prin. columnn. 2. vers. item non obstant alia iura. in fin. & dicit quòd ipse expertus sit: licet contrarium seruatur de consuetudine in multis locis. & illi standum est, secundum eum. Et licet hæc opinio videatur satis æqua: tamen pro prima parte faciunt multum ea quæ supradicta sunt secundum Iaco. Cy. Bal. & Pau. de Castr. qui dicunt quòd quis nõ dicitur scire alienatum esse ex eo quòd non habet scientiam certam & firmam ante exitum adiecti pacti. Et si dicatur quòd tempus hic currit tam contra scientes quàm ignorantes, verum est quando cõtractus est purus & simplex: sed in casu nostro contractus est in pendente.

a Adde quæ no. Ange. in l. fin. C. de adul. in fin. ver. vlt. no.

dente, quia pactum seu conditio resolutiua fuit ab initio apposita. Ideo fingitur non contractum, ac nullum ius incõmutabiliter fuisse emptori quæsitum secundum Guillel. de Cung. Bald, Alb. de Rosa. & Ias. colum. 2. versicu. vltim. not. in l. ab emptione. ff. de pact. & Iason in l. 3. q. 20. & sequent. Cod. de iure emphit. & tenet illustr. do. Francis. de Aretin. & in consil. 11. colum. 1. & Bartol. in l. rem Titio in annos. ff. ad l. Fal. in terminis ita tenent. & dixi in quodam consilio incipi. Iaquelina, in fin. tracta. domini Dy. de regu. iur. libr. 6. igitur si præsumatur venditionem nõ esse propter pactum adiectum, perfectum non habebit locum retractus. & istam partem tenet Geraldus Bagoilli in dist. sua. quæst. versi. sequitur in quæst. infrà, & in versic. quæro hic secundo quando venditio, &c. quòd currat à tempore euentus cõditionis & non à tempore celebrati contractus: vt l. cum notissimi. §. illud. C. de præscript. 30. vel 40. anno. & idem tenet Alber. de Rosa. in prima parte statu. q. 97. & Iacob. Butri. in l. 1. C. de pact. pign. vbi dicit quòd aliud est vendere, & aliud facere pactum de vendendo. & tenet Ant. Corset. in suis singulis, litera, statutum. nam natura dictorum pactorum est talis quòd illis resolutis res redit ad venditorem absque aliqua retraditione: vt est glos. quam celebrem faciunt ibi Bartol. & Ludouic. Bolog. in primis interpreta. in l. 1. ff de donatio. vide Alexand. qui ita tenet in consilio 28. column. 3. versicu. plus etiam. libr. 2. & in consil. 92. colum. 1. versi. tamen posito, libro primo, & hoc intelligunt Doctor. esse verum in pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem & non in pacto de retrouendẽdo. & idem tenet Paul. de Cast. in l. 1. colum. 1. C. de pactis inter emp. licet cõtrarium & bene teneat in l. si cũ venderet. ff. de pig. acti.

a *Car au dit cas.*] Nota quòd in conquestibus non habet locum consuetudo retractus: quia de ipsis potest quis melius disponere quàm de illis quæ sibi ex successione proueniunt, vt Authent. presbyteros. C. de episco. & cleri. Fallit in aliquibus casibus secundum aliquos: primò, si vnus fratrum emerit ab alio partem rei, quæ eidem fratri venditori ex successione paterna euenerat. Et sic ipsi fratri emptori erat conquestus, si postea vendat extraneo, dictus venditor frater non obstante venditione per eum prius facta, poterit retrahere. *a* Quia retractus est introductus in fauorem generis: & conseruationis nominis agnationis quę absque diuitiis non conseruatur: vt l. ab omnibus. circa princip. ff. de lega. 1. & l. 1. §. seruus. ff. de ventre inspic. quib. grauissimum & iniuriosissimum esse dignoscitur, domus progenitorum suorũ sorte, &, si in quibus antiqua est agnationis fama, ius: & nomen videre ad extraneos esse deuolutas: imagines maiorũ suorũ: hoc est, arma sua & insignia videre reuulsa. argumen. C. de administratio. tuto. l. lex quæ tutores. Et text. cum

a Adde tex. in l. 1. §. largius ibi in honorẽ sanguinis. ff. de successorio edi. & tex. in l. libertus ibi velut si prædia aliqua ex bonis liberti in quib. maiorũ patroni sepulchra sint et magni æstimat patronus. ff. de bo. lib. & in l. qui cum maior. §. si patris. ibi si affectione & periculo paterna substan. eo. tit. & per Cy. in l. publi. C. de adul. & per And. Barba. in cons. 17. col. 7. et per totum cons. vol. 2. & in cons. 4. in princ. volu. 1. qui allega. tex. in l. 1. ff. de cust. reo.

sua gl. in l. si minor. & ibi Bar. Bal. & Ange. ff. de minori. & pulchrè tenet Ang. in consil. 68. col. 1. versic. 1. quidem. cum sequen. col. quod consil. fuit domini Bald. & idem in consil. sequen. & in consi. 99. colum. 2. & in consil. 3;9. column. 2.

¶ Secundò, quòd si quis retraxerit rẽ venditam, & illam tenuerit tribus aut quatuor annis: & postea vendat alteri, tunc habet locum retractus. Idem est, si maritus acquirat aliquid de genere vxoris & postea contingat illam alienare, quòd liberi ipsorum coniugũ poterunt retrahere: quia de consuetudine matrimonium conseruat ius lignagij.

b *Qui ont ignore.*] Quãdo præscriptio currat ignoranti, vide Barto. in l. genero. ff. de his qui nota. infam. & Bald. Sali. & Alexan. in dicto ca. primo. §. porro, qualiter feudum alie. pote. & Angelum in cons. 196. in fin. tamen de consuetudine in casu præsenti currit contra ignorãtem, vt tenet Gerald. Bagoilli in d. sua quæstio. Paris de Puteo in tracta. Synd. in verbo instante. ca. pone quòd extat statutum, & Francis. de Curt in suo consil. 8. feudorum. *b* Sed quid de vxore, quæ de consuetu. non potest agere sine auctoritate mariti, vt suprà de consuetudine, & iurium statu. personarum. §. quarto dictum est, an sibi currat tempus? Ioannes Fabri. in lege 1. de bonis mat. tenet quòd sic. & idem in filio. vt ibi vide, sed maritus vel pater possunt retrahere ex persona vxoris, vel filij, vel ambo simul. cum sit actio realis, vt tenet dict. Gerald. Bagoilli in sua quæst. Et econtrà filius potest retrahere rem venditam per patrem secundum eum, etiam si sit adoptiuus vel naturalis, vt ibi.

b Adde Bart. Soci. in cõs. 121. lib. 1.

§. II.

Item & si le plus prochain parent *a* du vendeur ne vient au retraict, son autre parent & lignager en subsequẽt degre de lestoc & ligne de la chose vẽdue, peult venir par ladicte coustume audict retraict dedans ledict temps de 14. iours.

Item & si le plus.

a *Prochain parent.*] Consuetudo, vel statutum admittens fauore agnationis proximiorem, excludit alios eiusdem agnationis, successiuè tamen post ipsum proximiorem. facit gloss. si quis aliquem testa. prohi. l. 1. Et econtra. *c* Excludens fauore agnationis proximiorem, excludit omnes sequentes in eodem gradu coniunctos. & pulchrè nota. Bal. in consilio 286. & in consilio 316. lib. 1. & Angel. in consilio 210. column. 2. versicul. præterea. vbi dicunt quòd stante consuetudine vel statuto, quòd filiæ non succedant quandiu supersint filij, quòd etiam liberi filiarum non succedunt, cũ filiæ, quæ proximiores sunt, excludãtur: de quo vide Alexandrũ in con-

c Adde Bar. Soci. consi. 31. co. 2. versi. 4. probatur. lib. 3.

in consi.80.colum.3.versic. item si statutum, lib. 1. Et aduertendum est, qui dicantur proximiores ex linea seu prole venditoris, vt habeat locum hæc cõsuetudo. Et dicendum est secundum Baldum in consil.271.libr.3. quòd duæ sunt lineæ, videlicet recta & inflexa seu transuersalis.& recta linea est duplex: scilicet ascendẽs, & descedẽs,& ista est clara.Et transuersalis est similiter duplex, scilicet superior, vt patruus,amita,auunculus & matertera: & descendens seu procedens,vt frater,fratris filius,soror,sororis filius. Sed appellatione p̃lis,soli descendentes cõtinentur, vt C.de naturali.liber.Authen.licet.cum similibus, & Pet.de Ancha.in consil.95.& Ioan.Bapt.in repet.l.omnes populi chart.34.colum.2.vsque ad fi.ff.de iusti.& iure.& Fran.de Zaba.in ca. nulla.in 3.not.de conceff.præben. & dum hic & in toto vol.harum consuetu. fit mentio de proximis parentibus alicuius, est intelligendum de linea recta, & non inflexa, vel obliqua.argumen.ff. de vulga. substi. l. qui liberis. §. hæc autem verba secundum Bald. vbi suprà.& Barto.in consi.10. & ibi singu.Bernard. Landria. in addi. quòd not. & recurre ad arborem consanguinitatis.vnde dicit Bal. in consil. 28. incipi. dominus Thomas libr.3. quòd proximior est, quem nemo præcedit: licet sint alij in eodem gradu, vt Institut. de legi.agna.succes.§.proximus.Et ibi Angelus Aret.in princip.& Ioan.Pet.de Ferra.in forma libe.pro hæredi.ab intesta.de lata in glos. in verbo iure proximitatis, & Bald. Odofre. Salicet.& Albe.in l.dudum.C.de contrahen. empti.*a* Sed quæritur. Hic dicitur,quòd proximior præfertur. quid si sint plures proximiores? quia vnus ex tribus fratribus vendidit: & quilibet ipsorum vult retrahere,an omnes admittantur, & sibi faciant partẽ per concursum.facit text. quòd sic. in l. si finita. §.si plures.ff.de damno infec.& l.si fundum. §.si duo pariter.ff.de pig.& leg. hoc articulo. & quæ ibi not.Bart.Bald.Ioan.de Imol.& Alexand.in addi.ad Bald.ff.de hæredi. institu. & dict.§.proximus,& ibi Angelus Aret.& in §.si plures.eo.tit.& ibi Ioan.Fab.mouet hanc quæstio.& ita tenet: si sint vtrinque coniuncti consanguinei, vel ex eis descendentes, sed si non sint consanguinei,tunc illi qui attinẽt, & tenet Paulus de Castr.in consil.195.secundum verum numerum, aliàs secundum antiq.est 191.incipien.viso statuto cõmunis Florentiæ.volu.antiq. & do. Gerald. Bagoilli in sua quæst. per quæ iura etiam dicunt Docto. in simili, quòd si edicto principis vel statuto ciuitatis caueatur,quod qui primus castrum aliquod intrauerit, vel brauium attigerit, habeat centum. & plures castrum intrauerint, vel brauiũ attigerint: quòd faciunt sibi partem per concursum: licet verba edicti, vel statuti sint in hoc secundum ipsos ponderanda, vt ibi vide,& amplè per Feli.in c.capitulum. colum.11.versi. de concursu duorum, de rescriptis.& Alexan.in consi.15.lib.4.& Alber. de Rosa.in prima parte statu. quæst.106. & quæst.seq. Et intellige, quando simul veniũt antequam alteri ipsorum sit deliberata ex vi consuetudinis retractus: quia si iam esset per vnum retracta: alij eiusdem gradus non possunt retrahere, prout sentiunt ibi Doct. sed si res commode diuidi nõ potest, & proximiores etiam non possunt inuicem concordari: quia quilibet vult per affectionem rem habere,tunc debet sorte dirimi, per ea quæ singulariter decidit Feli.in d.c.capitulum.colum. 18.versicu.sed an sortibus,vsque ad finem. & tenet Ludou. Bolog. in suis primis interpret. in l.1.C.vti possi.in quib.locis reperies quando res possit sorte dirimi: quia in istis & similibus casibus,vbi non est quæstio iuris, sed solum in facto potest res sorte dirimi, vt l. si duobus.& ibi per Bald. C. communia de leg. *b* Sed quid si vnus tempore venditionis erat proximior, postea nascitur alius magis proximior ante retractum factum,& ambo concurrunt,quis præferatur? Dicit dict.Gerald. Bagoilli, in dict.sua quæst.quòd iste, qui natus est ex vi consuetudinis generalis, dicentis proximiorem ad retractũ admitti & præferri. Sed quid si venditor fuit deceptus vltra dimidiam iusti precij: & post retractum factũ per proximiorem petit iuxta l.2.C.de rescinden. vendi. quòd contractus venditionis annulletur. Quæritur vtrum possit, Ioan.Fab. in dict.l.2.tenet quòd sic: quia esset iniquum, ꝙ suo iusto precio frustraretur. *c* Sed quid si duo coniuges vel alij socij vendiderunt certum redditum super eorum hæreditagio certo precio, & obligauerũt se in solidum, & renunciauerunt Authent. hoc ita si debitor. C. de duobus re. modò venit vnus de genere venius venditoris & offert precium, venit & alius de genere alterius, qui pariter offert precium. quæritur quis eorum admittatur? vel ambo simul, Ioan. Fabr.in §.fin.in vlt.quæst. Instit. de duobus reis, mouet hanc quæst. & arguit pro & contra, tamen non decidit: sed Alber.de Ros.in 1.parte statu. quæst.98. decidit quòd neuter admittitur, neq; proximior de genere mariti: licet vendat: nec etiã proximior de genere vxoris: quia ipsa non vendit. Sed quid si res detur in feudum, vel emphiteosim, an proximior possit retrahere? vide glossam & Baldum & Card. Alexan. in ca. 1.§.1.per quos fit inuestitura. vbi concludunt quòd non: nisi in fraudem fieret, & Alber.de Ros. in 1. parte statu. quæst. 92. Sed quæritur stante consuetudine, de qua suprà, tit. proxi. quod dominus iure prælationis retineret: & hic, quòd proximior potest retrahere rẽ venditam, an ex sola vẽditione absque aliqua inde secuta traditione, rei venditæ quæratur domino & proximiori ius? Ioan. Fab. Instit. de contrahen.emptio.in prin.tenet quòd nõ: vt ibi vide, quia requiritur quòd transferatur dominium in ipsum emptorem, & hoc sentit Spec.tit.de iure emphi.§.nunc aliqua. versi.95.& Ioan.Fab.in l.1, C.quando licet ab empti.

a Adde tex sing.in l.fin.C.de agrico. & manci. do. lib.11.

b Adde quid si proximior erat absens causa reipu. tempore quo alium ita primum retractus res vendita, ... quòd si ... l. sepulchri ff. de sepulchro viola. si quas ... ti.ff.ex qui bus ca. ... io.

c Adde Bal.in l. ... suprà. ... quas per ... no. atque & in l. ... ditorei. ... 3.q. C. ... pig. & ... Campe. ... tract. de ... te, in 4.par te.q.28.

empti. disce. & in l. si duobus. col. 2. C. communia de leg. imò, si tradidisset, & incontinenti recuperasset, non haberet locum dicta consuetudo. pro hoc facit quod not. Spec. vbi supra, versic. 96. vbi in dictis duobus versiculis tenet quòd res non cadit in commissum, si vendatur & non tradatur. vel etiam si tradatur, & incontinenti recuperatur. Sed in feudo videtur esse secus. vt in titu. quid iuris, si post aliena feud. vasal. illud recupe. cap. 1. de quo ibi per Baldum & Cardi. Alexan. & Bart. in l. sequitur. §. Item Labeo. in fin. & ibi Alexand. in addi. ff. de vsucap. & in l. 1. §. si rem. ff. de pos. & Ambro. Oppiso. in repe. *a* §. diui. l. filiusfamilias. column. 3. versic. & an prohibitus. cum sequen. versicu. ff. de leg. 1 & Iason in l. fina. column. 37. versic. 19. quæro. C. de iure emphiteo. vbi communiter tenetur contra Bartolum. & tenet Franciscus de Areti. in consi. 14. colum. 2. versic. & est aduertendum. & Card. Alexand. in cap. 1. §. an si libella. quibus modis feudum amit. & Iason in l. vbi pactum. column. 7. C. de transactio. & pulchrè Paulus de Castro in consil. 75. in nouis incip. in causa mota per dominam Doroteam: quia venditio ficta & simulata, non est venditio. vt l. nuda. ff. de contrahen. emptione. & sic dicta consuetudo non habebit locum *b*. Et hoc verum antequam aliquis ex proximioribus obtulerit precium emptori pro ipso rachatu, secundum Albericum de Rosa. in prima parte sta. quæst. 83. Item cōsuetudo vel statutum volens certum quid solui pro gabella ex contractu, debet intelligi de contractu valido, secundum Baldum in l. non dubium. column. 2. & amplè ibi Iason column. 3. versicu. 5. not. C. de legi. & Andre. Barba. in l. prima. §. fina. colum. tertia. versicul. nota ex isto text. ff. de verborum obliga. Feliu. in ca. ex tenore. column. tertia. versicul. non præstat. de rescrip. & dixi in regula, Non præstat. in addi ad Dynum, de regulis iuris. libro sexto. Sed quid? an remotiores de genere possint instare & cōpelli facere proximiorem: vt teneatur deliberare ante lapsum temporis consuetudinarij, vtrum velit retrahere, & iudex possit ei terminum assignare *c*. Cyn. in l. manifestissimi. column. penult. versicul. vlterius quæro. C. de furtis. tenet secundum Iacobum de Aretio quòd sic: & si non deliberet infrà tempus à iudice præfixum, poterunt remotiores de genere retrahere. argumen. l. prima. ff. de cur. bon. dando & quæ not. Petrus de Ancha. in capitu. si. col. 1. per illum textum, de cōsuetudi. lib. 6. vbi dicit, quòd quando plures admittuntur ad idem ordine successiuo: præfigitur priori terminus, infra quem repudiet, vel acceptet: per l. quandiu. ff. de acquiren. hæred. & idem tenet Geral. Bagoilli in dicta sua quæst. versic. quæro quando proximior. in secunda conclusione, & Albericus de Ros. in prima parte Stat. quæstio. 90. quod nota. *d* Sed ponamus quòd proximior semel renunciauit iuri retrahendi, & sic est locus sequenti in gradu, postea vult admitti, quia solus forte est, vel cum alio: an possit? d. Geraldus in dicta sua quæstio. tenet quòd non: quia semel renunciauit iuri, vt l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædili. edic. Sed an post istam renunciationem detur sequenti in gradu solum residuum temporis ad retrahendum, an verò aliud integrum ipsis 14. dierum vel anni. d. Geral. tenet quòd detur solum residuū temporis, quod proximiori supererat, quia non debet extendi in infinitum: vt l. fideicōmissa. §. si quis de rem. ff. de leg. 3. & tenet Franscisc. de Zaba. in consil 27. & in consil. 104. column. 4. in princip. Sed quæro, emptor statim vendit rem alteri secundo infra tempus retractus, à quo est retrahenda? Dicunt quidam quod ab vltimo possessore, nisi ante venditionem primus fuisset adiornatus in materia retractus. quia tunc non potest alienari cum sit litigiosa: vt Authent. litigiosa. C. de litig. Et idē tenet Geral. Bagoilli in dicta sua quæst. Sed ponamus quòd iste emptor secundus, & etiā proximior ignorauit rem litigiosam, quę fortè durauit per annum, & tandem proximior retrahens obtinuit contra primū emptorem qui vendiderat rem litigiosam, & vult vti re retracta: secundus emptor se opponit in materia nouitatis & saisinæ, quis debet obtinere? Dic quòd proximior nō debet vti dicta via possessoria, sed debet adiornari facere primum & secundum emptorē ad summationem & requestā, & petere contractum secundū declarari nullum, & talis declarabitur, cum res esset litigiosa reseruata actione secundo emptori pro precio & interesse, aliàs succumberet dictus proximior in dicta materia possessoria. Sed quid proximior fecit adiornari emptorē in materia retractus: tamen proximior nō comparauit, & emptor obtinuit defectum & contumaciam contra proximiorem: an postea audiatur? Quidam dicunt quòd non, etiam si fuerit contumax facta petitione. quia videtur fateri emptorē possessorem & dominum esse, cogita.

a Adde Francisc. de Curt. in tract. feu. in 4. part. q. 13. cum seq. & q. 20.

b Adde Andr. Barba in repet. c. Raynaldus. chart. 25 col. 3. Versi. dicamus de test.

c Adde quæ dixi in additio. ad Mandag. in capit. 4. in Versi. præsentes. de elec.

d Adde bonam gl. in l. 3. §. si. in prin. ff. de sepul. vio.

§. III.

Item & a lieu ladicte coustume de retraict, la ou lacheteur nest point lignagier du vendeur: car sil estoit lignagier & parēt du vendeur de lestoc & ligne *a* de la chose vendue retrait ny a point de lieu.

Item & a lieu.

a *De lestoc & ligne.*] De iure tamen admittitur proximior ad retrahendum rem vni de genere venditam prout clarissime consuluerunt Petr. de Anch. & Flo. de sanc. Petr. quorum consil. ponuntur volum. consil. Pet. de Anch. in consil. 370. cum se. & Bald. in consil. 28. incipien. dominus Thomas. lib. 3. & Iaco. de sancto Georg. in suo tracta. feud. in gloss. & cum pacto de non alienando. colum. 5. versic. sed si

ſed ſi fieret alienatio. & Bald. in cap. 1. de vaſal. qui contra conſti. Lotharij. pro qua facit textus in l. pupillus. ff. de auto. tuto. Et in Campania eſt conſuetudo cōtraria huic. Sed quæritur an hæc conſuetudo retractus habeat locum, quando res datur alicui in ſolutū? Spe. tit. de emptio. & vendit. §. nunc dicendū. ver. ſed pone, ſtatutum eſt in aliquo loco, &c. tenet quòd non, dicens ita fuiſſe iudicatum. & idem tenet Io. And. ibi in addi. & Bal. in conſil. 108. volu. 3. & Ludo. de Roſ. in conſil. 107. & Alexand. in conſil. 52. colum. 2. verſic. quid igitur. li. 1. maxime ſecundum eum, ſi decretum a iudicis interuenerit: vt tenet deci. parlamen. Gratian. Delph. q. 257. in fi. & d. Geral. Bogoilli in ſua dicta quæſt. & Luc. à Penna in l. fin. column. 2. verſic. item qui non poteſt. C. de prædiis cur. lib. 10. & hoc videtur Albert. de Roſa. in 1. parte ſtatu. quæſt. 88. tenere. & Alexan. in addi. ad Bart. in l. litis. ff. pro empt. ſed contrarium tenet Ioan. Fabr. in l. ſi prædium. per illum tex. C. de euict. Nam ſecundum Paul. de Caſtr. in conſil. 16. ſecundum verum numerum, aliàs ſecundum antiq. eſt 188. incipien. viſis & ponderatis in nouis. colum. 2. verſicu. 2. videtur quòd datio in ſolutum eſt ficta ſolutio: finguntur enim bona in ſolutum per prius vendita ei cui data ſunt: & ab ipſo pecunia nomine precij recepta: & deinde loco ſolutionis eidem pro ſolutione debiti reddita & reſtituta. & pro hoc facit text. celebris in l. elegāter. in prin. ff. de pig. actio. quòd quando datio in ſolutum fit pro pecunia de re certa, reſultat contractus vtilis emptionis, & oritur vtilis actio ex empto. & ita tenent ibi Barto. & Bald. ideo quicquid dicitur de emptione & in donatione in ſolutum, habet locum: vt not. Cy. Bald. & Sali. in l. libera. C. de ſenten. & Ioan. de Imo. in conſil. vlti. verſicu. circa tertium tempus. & Bald. in conſil. 157. volum. 1. & Ioan. Petr. de Ferra. in titu. in forma reſpon. in actio. hypo. in gloſſ. ſatisfacere. quæſtio. vlti. & quæ no. Cy. in l. 1. in vlti. quæſtio. C. de præto. pig. & tex. & Doctor. in l. precij cauſa. C. de reſcin. vendi. vnde dicit Bald. in l. à Diuo Pio §. ſi pignora. quem ibi ſequitur Alexand. colum. 5. ff. de re iudi. quòd ſicut non valet emptio & venditio, non ſtatuto certo precio: vt §. precium. Inſtit. de contra. empti. ita nec valet datio in ſolutum. & idem tenet illuſt. Doct. Franciſ. de Aret. in conſil. 32. column. 2. verſic. nec obſtat. & ſingul. in conſil. 160. column. 5. verſicu. venio ad quartum. & in verſic. circa quintum. & quaſi per totum. Et maximè, quia hæc conſuetudo retractus eſt fauorabilis. & ſecundum ius commune & diuinum, vt ſuprà §. 1. & 2. dictum eſt, ac etiam introducta, ne res exeat de genere. vt in d. §. 2. & ſtatim in q. ſeq. dicam, & conſuetudo datius in re proximis, vt tenet Ioan. Fab. in §. ex non ſcripto. column. 6. verſicu. circa quartum. Inſtitu. de iure natu. & dixi ſuprà, titu. proximo. §. fina. in prin. Præterea ſtatutum, vel conſuetu. quæ non eſt exorbitans à iure communi, diſponens de venditione, habet locum in datione in ſolutū, vt tenet idem Franciſ. de Areti. in conſi. 124. colum. 2. verſicu. concedo æquiparationem. facit quæ dixi ſuprà de conſuetu. feu. §. 18. ante fi. Et pro hac opi. quam teneo, facit quòd dicit Bald. in capi. 1. in prin. column. 4. de prohib. feud. aliena. per Frederi. quòd ſicut emphiteota non poteſt vendere de iure rem emphiteoticariam, irrequiſito domino: vt l. fina. C. de iure emph. licet ſecus de conſuetu. vt ſuprà de conſuetu. feudo. §. 1. & 2. dixi: nec etiam dare in ſolutum & pagamentum, niſi talis datio fieret per iudicem: quia tunc dicitur alienatio neceſſaria. & idem tenet Iaſon in d. l. fina. de iure emphite. column. 32. verſicu. quæro. & in l. voluntas. column. 1. C. de fideicommiſ. licet in feudo ſit ſecus, quia nō poteſt dari in ſolutum etiam per iudicem, ſecundum Baldum & Iaſon. vbi ſuprà, & tenet Franciſc. de Aretin. in conſil. 14. column. 7. in fi. cum ſequen. incipien. viſo & diligenter conſiderato. Et ſic verbo emptionis & venditionis continetur & comprehenditur datio in ſolutum, ac alia omnis alienatio: vt tenet Barto. in l. filiusfami. §. diui, Seuerus. colum. 4. quem ibi ſequuntur Doctor. inſuper Alexand. colum. 6. verſi. inquantum. & Ambroſius Opiſon. in ſua eleganti repetitio. ff. de lega. 1. & Bald. & Iaſon in d. l. voluntas. vbi eſt text. pulcher, & tenent Cy. Bald. & Salic. in l. fin. C. de pac. inter emp. & Iaſon in Authent. res quæ ſubiacent. column. 1. & 5. verſic. nunc ſuccedit. C. communia de leg. & Alberi. de Roſa. in ſuo dictiona. & ibi Io. Bapt. in addi. in litera venditio. & Cardi. Alexand. & Bald. in ca. 1. per illū tex. de controuer. inter domi. & empto. feu. & Bar. in l. ſicut. §. venditionis. per illum tex. celebrem. ff. quib. mo. pig. vel hypoth. ſoluitur. & in l. 1. & ibi Alex. in addi. C. de vſuca. pro empt. & tex. in l. ſtatu liberi à cæteris. §. fi. ff. de ſtatu lib. Et pro hoc faciūt, quæ no. Io. Fab. in §. precium. in princi. & in §. item precium. Inſtit. de contra empt. quòd ſi debitor concedat alicui rem hoc pacto, quòd ſatisfaciat creditoribus, & debita ſint certa & ſpecificata, quòd eſt venditio, & debentur laudimia & vētæ domino. igitur, &c. Et licet verba ſtatutorum & conſuetudinis ſint proprie intelligenda. c. in noſtra, & ibi Inno. de iniuriis. & l. 3. §. hæc autem verba & ibi Bart. ff. de nego. geſt. tamen recipiunt intellectum à regulis iuris cōmunis: vt c. cum dilectus de conſuet. & lege ſi ſerui veſtri. C. de no. & dixi ſuprà. de reſcri. §. pe. in gloſ. vlti. & Feli. in Rub. de ſpon. col. 1. & Iaſo. amplè in l. non dubium. col. 6. ver. pro declaranda. C. de legi. Sed datio in ſolutum & venditio nō differunt, ſed cōueniunt, vt dictū eſt. igitur hæc conſuetudo retractus habebit locum in datione in ſolutum, ſicut in vēditione. pro quo dicit Barto. quem ibi ſequuntur Bald. Alexan. Barth. Soci. & Iaſon in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de libe. & poſthu. quòd vbi ſtatuto vel conſuetudine

a Adde quòd partes poſſunt petere à iudice vt confirmet contractum ab eis factum, ſed eorum conſenſus ſufficiat et ad hoc faciendū iudex tenetur, tex. eſt ſin. & in l. ſi quis & ibi Bar. C. de em. lib. 10. vbi dicit Bart. ſe nunquam vidiſſe niſi modo. & eſt vtile ſecundū eū in omnibus caſibus, in quib. quis dubitat quòd alius poſſit petere contractū infringi. quòd poteſt petere confirmari. operatur n. decretum ſi quis poſſit conqueri de deceptione vltra dimidiam iuſti precii: vt quis nō poſſit conqueri de dolo vel metu. & idem ſi fiat in præſentia amicorū & cōſanguineorum. vt no. pulchrè Bar. quem

ibi ſequ tur Ioan Pla. & glo ca. à Pen in l. 1. C prædiis ra. lib. ... dut reſti l. ſi qui & ibi Bar. Bal & Sali de pra mino. decret ſet ... eſtima res ... gl. & l. aut tor. in ... premiſ tur. ſ. minor ... vide & Barb ſil. 48 conſil. & 61 2.

suetudine cauetur de aliquo, tantum fit extensio ad alium ex identitate rationis: vt l. illud. ff. ad l. Aquil. vt si loquatur de filio quòd comprehendatur nepos & pronepos. & tenet Albe. de Rosa. in 2. parte statu. quæst. 107. vel si fiat mentio de auia, quòd extendatur ad auum, non dico ex vi seu proprietate nominis. quia Doctores ibi contra Barto. innuunt: sed ex identitate rationis, sic in præsenti casu fit extensio ad dationem in solutum: vt tenet Iacob. de sancto Georgio in suo tractatu feu. in gloss. & cum pacto de non alienando. in princip. fol. decimooctauo per textum singularem in l. apud Celsum. §. auctoris autem dolus. ff. de exception. doli. & in l. fin. ff. ex quib. cau. in possessio. eatur. & Petr. Iacob. titu. de actio. ex empt. reddi. colum. I. & Signo. Ho. in constitu. 72. column. fi. & hanc sententiam tenet Alberic. de Rosa. in secunda parte sta. quæstio. 2. versicul ex prædictis, nisi esset data in solutum per iudicem cum causæ cognicione. quod intelligo, si fiat secundum l. vltim. C. de iure domi. impetr. quia si in cantu publico & subhastationib. præhabitis tradatur, tunc non habet locum retractus, secundum Alber. nec contrarium: sed in dic. quæstio. 88. suprà allegata. quia non figit pedem, sed remittit se ad dictam quæstionem 2. Et istud tenet pulchrè Iason in l. senatus. quam legit cum l. cætera. infrà, si parauerit, versicu. octauo nota. cum sequen. ff. de leg. I. Et sentit a Antonius de Butri. in consilio II. volens quòd sententia lata super datione in solutum potest rescindi per appellationem, licet per statutum inhibeatur appellatio à mera interlocutoria, si debitor est deceptus vltra dimidiam iusti precij. & tenet Ioan. de Imol. in consil. 72. & in hoc conueniunt omnes Doctores suprà allegati, si bene intueantur: & idem Philip. Cor. in consi. 165. volum. 2. & ista quæstio est nunc de facto inter honestam ac nobilem mulierem Iaquelinam de Gauney, vxorem nobilis viri Stephani de Cambray auunculi mei, qui certa hæreditagia dederat in solutum prædictæ suæ vxori pro summa mille librarum Turon. in contractu matrimonij donata ex vna: Et nobiles etiam viros, magistrum Robertũ & Michaelem de Cambray fratres & consobrinos meos retrahentes. Et ad prædictam quæst. ex propriis terminis quæstio. supradictorum auunculi & consobrinorum, vide Bald. in consil. 323. quod est singularissimum. & in consil. 414. volum. I. imò dominus b etiam potest retinere rem per adiudicationem iudicis factam secũdum additio. Petr. Iacob. in titul. de causis ex quibus feud. amittitur. in l. addit. quod not. & istud seruatur in loco de Lorry, secundũ consuetudinẽ illius. Sed an hoc ius retractus quod competit proximiori, vel ius retẽtionis quod competit domino, possit alteri cedi? Cy. Bal. & Angel. in l. ad officium. C. communi diuidun. tenent quòd non, secundum Pet. & ibi Luca. à Penna in l. fina. columu. 2. versicul. an autem tale ius. C. de prædiis curi. libr. 10. & Signo. de Ho. in consil. 81. column. 2. versicul. præterea. c Vna ratio inter alias est, quia proximior admittitur ne res exeat de genere, argumen. ff. de lega. 2. in l. cum pater. §. libertis. Sed si proximior cedere posset, tunc fieret cõtra rationem consuetudin. igitur. Et idem est in domino, vt non possit ius prælationis alteri cedere, vt suprà, titulo proximo. §. I. dixi, & in vtroque casu tenet decis. parlamen. Gratia. Delphina. quæstio. 411. & Henri. Bohic. in cap. sanè. de priuil. Ioan. Fabr. Institutio. de acquisitio. per arroga. column. 3. licet Ludou. de Roma. in l. I. §. vsufructuarius. ff. de noui operis nunci. teneat contrarium. sed primam partem tenet ibi Iason, colum. 3. versicul. item circa istam materiam. & Alberic. de Rosa. in prima parte Stat. quæstion. 62. & quæst. 89. & Baldus in capitu. primo. §. I. de pace iura. firm. quia consuetudo vel statutum intelligitur, quòd per se & non per alium retrahat vel retineat. & tenet Alexand. in dict. §. vsufructu. colum. 2. versicul. 3. not. argumen. secundum Bart. cum sequen. & Paulum de Castro in consilio I. in nouis. Et maximè, si sint alij proximiores: secus est, si non supersint alij consanguinei, quàm ille volens cedere, quia tunc potest d cedere, sicut res prohibita alienari extra familiam, si non superest, nisi vnus de familia: ipse potest vendere, quia non superest qui alinationem possit reuocare. Et etiam Docto. suprà allegati, in d. §. diui. Et isto modo videtur limitari debere determinatio Doctor. supradictorum: scilicet quando supersint alij proximiores de linea, vt non possit cedi: secus si non supersint. & istud videtur esse de mente. §. 2. suprà eod. titu. Et idem e tenet Paul. de Cast. in iure pacti de retrouendendo, quod possit cedi. prout in d. consi. vide. Et est alius casus secundum Paulum de Cast. in l. apud antiquos, in vltim. q. C. de fur. quia si statutum sit, quòd si duo habeant, est commune quòd alter non possit vẽdere partem suam irrequisito socio. Et si de facto vendat, possit cõpellere emptorem ad sibi reuendẽdum pro eodem precio. Et tu & ego habebamus rem communem: tu vendidisti partem tuam Titio, me irrequisito. Ego postea vendidi partem meam Gaio Titio irrequisito, & cessi Gaio ius quod habebam ex statuto vel consuetudine contra Titium, vt Gaio loco mei reuenderet. Titius nunc agit contra Gaium, qui à me emit, ipso irrequisito: quia res erat communis inter me & ipsum, &c. concludit quòd iste Titius requiri potest, & quòd ius cessum factum Gaio valet: vt ibi vide per singulares rationes: quia licet non possim cedere illud ius, vbi partem meam non vendo nec alieno, tamen competit ratione partis, quam habeo, & vendendo partem meam possum cedere simul cum illa. sicut in simili de ascriptitio qui non potest vendi sine prædio: sed cum prædio sic: vt l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. II. & tenet

a *Adde Bart. Soci. in cõsi. 76. vol. I.*

b *Adde quæ dixi suprà de cõsuet. rerũ feud. §. 7. col. 4. & in addit.*

c *Adde glo. I. §. & quotiens. i. l. sum i ver bo alio. de colls. in prag. Sac. fo. 71.*

d *Adde quid si requisitis illis de genere & nolentibus retrahere, Bart. & Doctor. Moder. i l. qui Roma. §. cohæredes. ff. de ver. obli. et Paul. de Mõte Pico. in repe. §. diui. l. filius. ff. de leg. I. & Bar. Soci. i consi. 225. 2. colũ. 5. vers. 2. fortius. in fi. lib. 3.*

e *Adde, an Barb. i consil. 51. colũ. 23. vol. I.*

tenet pulchrè Pau. de Castro in consi. 429. incipien. circa secundum quæsitum, in nouis. Et idem dico quòd si essent duo fratres communes, quorum vnus vendat partem suam: & alius pariter infra tempus redimendi vendat partem suam cum iure retractus, quod sibi ex cõsuetudine competebat, Titio, quòd iste Titius poterit retrahere partem per aliũ fratrem venditã: & pro hac decisi. allegat ipse Paul. vbi suprà plura iura quæ per eum vide. ¶ Est & tertius casus & limitatio quam ponit Paulus de Castr. in l. ad officium. in fin. quòd licet non possit cedi ius retractus extraneo: tamen bene consanguineo, quòd not. perpetuo. ¶ Sed quid an proximior agnatus qui reperit donationem vel venditionem feudi pro se & alio agnato remotiori præiudicet sibi in iure prioritatis retractus? dic quòd sic. Nam si dicto remotiori solũ fuisset facta venditio, non posset proximior retrahere per istũ text. de quo vide Bald. in consil. 459. li. 4. Sed quæritur, vnus habet vsumfructum, & alius proprietatem. vsufructuarius emit à proprietario ipsam proprietatem, quo casu vsufructus fuit consolidatus, vtrum proximior possit infra tempus retractus retrahere proprietatem cum vsufructu: & emptor perdat vsufructum, vel vsufructus iterum separetur? Et videtur quòd proximior possit retrahere, & vsufructuarius perdat vsumfructũ. quia fuit consolidatus, per l. si tibi vsufructus. ff. quib. mo. vsufruct. amit. sed Cyn. in l. si maritus. C. de inoffi. test. tenet secundum Pet. ibi quòd vsufructuarius non perdat vsufru. & respondet ad l. si tibi, vt ibi vide. licet Iaco. de Areti. secundum Cyn. ibi distinguat: Aut dictus vsufruct. emptor sciuit talem consuetudinem esse: & tunc perdit vsufruct. nec potest recuperare, sed secundum Bal. ibi Guliel. de Cug. tenet indistinctè quòd non recuperat, per l. cum filius. §. dominus. ff. de lega. 2. quid dicendum. Bald. ibi distinguit aliter: quòd aut consuetudo disponit rescindendo, aut transferendo ius emptoris: primo casu potest vsufructus per emptorem retineri. Quia rescissa causa, rescinditur effectus: vt dict. l. si maritus. Secundo verò casu non potest retineri: vt d. §. si dominus, nisi fortè propter iustam causam ignorantiæ: vt l. propter veneni. §. neptis. ff. ad Sillei. ergo videtur secundũ hanc consuetudinem, quòd vsufructuarius amittat vsufruct. si illam sciebat, cum transferat ius emptoris in proximiorem retrahentem: vt §. sequen. in fi. dum dicit. *par laquelle consignation ainsi faicte droit est acquis.* Et Francisc. de Crema. in suo singul. 57. in fi. sequitur Bal. vbi suprà. & idem tenet Alber. de Rosa. in prima parte Statu. q. 91. sed Pau. de Castr. in dict. l. si maritus. tenet simpliciter quòd reuiuiscit, & sibi restituitur vsufructus: vt l. dominus. ff. de vsufructu. & ista est magis æqua, ideo tenenda. Sed quid? Quidam post venditionem rei decessit: proximiores consanguinei, qui eidem venditori successerunt, volunt retrahere. quæritur an possint? dominus Gerald. Bagoilli in sua disputat. q. retractus. in princip. arguit pro & contra. & in fine concludit quòd sic etiam tanquam hæres. quia antequam esset hæres, vel hæredes, eis competebat ius retractus contra emptorem, quod tamen non perdunt, licet sint hæredes: vt l. Seia. ff. de euict. & l. cum à matre. Cod. de re vendi. tamen distinguit in fi. post plura per ipsum alleg. aut testator fecit mentionem de retrahendo: & tunc ad hæredem transmittitur: aut nullam fecit mentionem, & tunc non. argu. l. posthumus. §. fi. cum sequent. ff. de inoffici. testamen. licet Ioan. Fab. in §. econtrario. in fin. Institu. de leg. tenet quòd hæres non admittitur ad retrahẽdum. quia res peruenit ad eum casum, à quo incipere non potest: licet secundum eum multum faciat cõtra dict. leg. posthumus §. fin. sed mihi videtur quòd dominus Gerald. non intelligebat quæst. prædictam. nam sua distinctio contrariatur sibi. *a* Nam si defunctus erat venditor, & tunc non potest retrahere ex persona defuncti, per regulam, quam de euictione tenet actio ipsum agentem repellit exceptio: vt l. exceptione. C. de euict. & sic non est necesse quòd testator faciat mentionem de retrahendo. Aut defunctus erat proximior, qui volebat retrahere, vel iam super retractu mouerat processum, & hæres est extraneus. tunc habet locum sua distinctio. Nam si hæres erat de suis, transit ius retractus secundum Ioannem Fabr. sed quando hæres successit venditori, an tanquam proximior possit, & non tanquã hæres retrahere? Dico quòd sic. quia ius erat sibi quæsitum ex venditione facta per defunctum: vt suprà dictum est, secundum Bagoil. de quo vide gloss. in l. scimus. §. in cõputatione. in fin. & ibi Cyn. & Doctor. Moderni. C. de iure delibe. & Alberic. & de Rosa in secunda parte Stat. quæst. 192. Quid si filius vendiderit rem patris, & postea successit: & an possit retrahere. vide Bartol. post Dy. in l. filius. ff. de solut. & in l. cũ dominus. de verbor. obligat. & Paulus de Castro in l. filius. C. de pactis.

a Addi[...] quæ dixi addi. ad Dy. in reg. ratũ in [...] tepen. [...] di. de re. iur. li. 6. in q. an [...] pso quid quis succe[...] dit vendi[...] rt, [...] tur ha[...] ratam [...] [...] defun[...] factã, [...] & t. x. m[...] 3. et ibi Bal. & Sal. [...] de reb. alie. non alie. nan.

§. IIII.

Item & si lachapteur est voyant, & refusant, ou delayant de receuoir le pris de la vente: le parent & lignagier venant au retraict, le luy doit presenter & offrir: & en son refuz, de le prendre & receuoir: le doit cõsigner & deposer *a* en main de iustice. A ce present, on appelle lachapteur, auecques les frays, & loyaulx coustemens, arbitriò boni viri, par laquelle consignation, & depositiõ ainsi faicte, droit est acquis par la constume au parent, & lignagier venant au retraict.

Item

Item & si lachapteur.

a *Le doit consigner & deposer.*] Tu habes suprà titul. proximum. §. fina. quòd dominus directus, volens retinere iure prælationis, & similiter proximior volens retrahere, debent consignare precium rei *a* venditæ, quando emptor recusat recipere. Et hoc, si sciat precium certū, quo res fuit vendita: sed si ignoret, vt plurimū contingit, sufficit quòd consignet & deponat certas pecunias pro precio rei venditæ, ac etiam impensis & frediis. Et offerat perficere, si maiori precio reperiatur fuisse emptam: vel offerat fideiussorē pro illo residuo, si quod reperiatur præstare. tex. est sing. in l. statu. liber. rationem. ff. de statu liber. Quem textum induxit Ang. in l. 4. §. ait prętor. ff. de re iudicata qui etiam allegat aliā legem sociam, in l. si seruus. si hæredi. §. fi. ff. de statu liber. quòd quando debitum non est liquidum. exemplum in eo, qui est iussus reddere rationem per iudicem vel arbitrū sub pœna: & infrà certum tempus seu terminū. & rationes sunt intricatę, vel vt mercatorū: quia non poterat condemnatus videre an esset debitor vel creditor. Nam tunc sufficit quòd idem condemnatus compareat, & dicat quòd calculatis & visis rationibus dico me esse debitorem in vno denario, & ecce illum: & si appareat me plus debere, ecce fideiussorem pro residuo: & sic debet deponere vnum denariū, & præstare fideiussorem de residuo, & erit securus. & idem tenet Ang. Bald. & ibi Alex. in additio. ad Bald. in l. si residuum. C. de distra. pign. & Bal. in c. 1. §. 1. col. 4. ver. sed quid si arbitrator præcepit, &c. de l. Conra. & in consi. 353. lib. 3. & Pau. de Cast. in l. 2. quam legit, cū l. 1. col. 2. & in l. si à te. C. de pact. inter emptor. & Ioan. Fab. in l. acceptam. C. de vsur. & Ioā. de Plat. in l. apparitores. C. de exact. trib. li. 10. & Cępol. Veronen. in cautel. 51. vbi ex prædictis colligit, quòd si aliquis promisit, vel est cōdemnatus alicui soluere, illud quod debet infra certum tempus sub pœna: si debitum non est liquidum, dicat se esse debitorem in vno nummo, & illum offerat in iudicio deponendo, & pręstet fideiussorem de soluendo omne id, in quo apparebit ipsum esse debitorem, & petat quod eligantur arbitri vel calculatores. quo facto etiam si labitur tempus solutionis, non incidit in pœnam, donec debitum fuerit liquidum, quod no. & idem tenet Alexan. in d. §. ait prætor. qui allegat Ang. & Imol. ità tenere in l. prætor. §. si quis paratus. ff. de noui oper. nunci. & ibi hoc tenet Ludoui. de Rom. vbi dicit se obtinuisse de facto in palatio potestatis. & etiam Ias. in fi. & Bart. in l. credito. ff. de distr. pig. & pulchrè Alex. in l. si mora. ff. soluto matrimonio. vbi ponit sex limitationes: & in d. §. ait prætor. ponit duas limitationeş, & vna ex dictis limitationibus est singularis, scilicet quòd prædicta conclusio est vera, si debitor est inops, aut suspectus, aliàs autem videtur quòd vbi debitum nō est liquidū, & debitor est idoneus facultatibus, tunc sufficit sola verbalis oblatio absque exhibitione fideiussoris, per d. l. si residuū. iuncta sua gl. & per gl. in l. obsignatione. C. de solu. & tex. in l. quicunque. C. de fund. patri li. 11. per quem tex. dicit Bar. quòd vbi ex forma statuti quis tenetur satisdare antequam acceptum aliquod officium. quòd si est idoneus facultatibus, stabitur soli cautioni suæ cum hypotheca bonorum, absque fideiussore. & pro hoc allegat Alex. tex. in l. de creationibus. ibi, ita vt siquidem & cætera. C. de episco. audi. Et idem dicit esse in eo qui à carceribus mediante cautione fideiussoria venit relaxandus: vt suprà, de iurisd. om. iudi. §. 14. in gl. 2. dixi. quod sufficiat cautio iuratoria cū obligatione bonorū, si est idoneus, &c. Sed quid an emptor iste teneatur, restituere proximiori fructus quos percepit, Ioan. Fabr. in § actionum. col. 3. versi. & ista faciunt, &c. de acti. tenet quod non: quia facit fructus suos propter bonā fidem & titulum: vt l. si fundum. & l. certum. C. de rei vendi. & tenet Alber. de Rosa. in prima parte statuto. q. 97. & deci. parlamen. Gratio. Delphin. q. 257. col. 2. versic. nonne. & Geral. Bagoilli in d. sua q. Et hoc verum secundum Ioan. Fab. nisi fuerit in mora: nam tunc vt interesse veniunt à tempore moræ, scilicet à tempore cōnsignationis, vt pars rei. Et ità fuit iudicatum per dominum Locumtenentem Balliui, contra Simonem Babon, notariū emptorem, ad vtilitatem Alani Boutet, aliàs Boys retrahentis. Et ecōtra proximior de iure: & hac consuetudine tenetur soluere emptori expensas, misias, & accordamenta siue laudimia, in & pro medio tempore factas: vt l. in summa. C. de pig. & tenet Angel. Areti. in l. 1. §. fi. ff. de noui oper. nuncia. & decis. Gratio. in d. q. 257. Bald. in consi. 250. lib. 3. & Geral. Bagoilli in d. q. Et hoc intellige verum nisi expensas fecerit, postquam esset in mora, quia censetur malefidei, nisi essent valde necessariæ: vt l. domum. C. de rei vendi. & §. certe. & ibi Ioan. Fab & Angel. Areti. Insti. de rerum diuisio. & ad supradicta adde text. sing. in l. de ædili. edicto *b*. & tenet pulchrè Alexā. in consi. 24. colum. vlti versi. posset etiam dici, lib. 4. & Alber. de Rosa. in 1. parte Statu. q. 95. per text. in l. intra vtile. §. vendentibus. & ibi Iacob. de Aretin. ff. de minori nam si in venditionę interuenit mediator seu proxeneta, cui emptor dederit aliquid pro pœnis, quod non ceperit, si ex voluntate: secus si ex necessitate dederit: vt d. l. debet. & l. 2. ff. de proxenet. & tenet Ange. Are. in §. in duplum. col. pe. Insti. de acti. & Geral. Bagoilli in d. sua q. versi. sequitur in quæ. defuncti ¶ Sed quid cum proximior vellet retrahere, dedit sibi 10. ne retraheret: nunc sequens in gradu vult retrahere, attento quod præcedens noluit retrahere, quod potest: vt dictum est suprà, eo. §. 2. tamen non vult restituere nisi preciū, & non dict. 10. quę dedit emptor primo proximiori, ne retraheret: An teneatur iste retrahens dare emi-

a Adde quòd si aliquis debet offerre aliquid alteri ad finē vt cōsequatur actionem, vel vt nō incidat in moram, vel illam purget, requiritur oblatio realis. l. qui. 10. §. idē responsum. ff. de solu. et Barto. & Ias. i l. prætor. §. si quis. ff. de noui ope. nuncia. & Io. Fab. in l. 2. in verbo. oblatam. & ibi Moder. C. de pactis inter empto. & vendit.

b Adde tex. in l. 2. §. si quid publici. ff. de hæred. vel ac. ven.

re emptori dict. 10. do. Gerald. in d. sua q. in fi. tenet quòd sic, non virtute consuetudinis: sed iure retentionis. ff. de rei vendi. l. emptor. & de ædilitio edict. l. cum autem. §. Iulianus. & §. fiscum. l. seq. Sed quid, clericus emit rem aliquam, qui pro eo quòd erat clericus & immunis se excusauit à solutione iurium, & collectarum domino debitarũ, quæ solui debebãt ex illa re quæ postea à proximiore retrahitur. tamen præfatus clericus vult habere quantũ solui debuisset pro collectis, tributis, & aliis iuribus, vtrũ possit? Cy. in l. neq; per se. C. de hæredi. instit. tenet quòd sic. & idem tenet Alber. de Rosa. in 1. parte Stat. q. 94. sed Bald. in d. l. neque per se. tenet contrarium ꝙ nihil possit petere. Tamen not. vnum quòd si pendente tempore retractus emptor scinderet arbores aliquas: quia fortè syluam, & nemus emerat: quod si retrahatur, tenetur restituere ipsas arbores, cum censentur pro hæreditagio, nisi esset sylua cædua, & felicia, & particæ, quæ venissent tẽpore quo scindi debuissent. Et idem dicendum est in stagno vendito, quòd si tertio anno & vltimo vendatur, possit piscari per emptorẽ: secus si in primo anno vel secũdo piscaretur, & ante debitum tempus piscandi. adde quæ dixi suprà de cõsuetudine rerũ feu. §. 5. quod intellige prout suprà dixi. Sed quæro, domus vendita quam retrahere volebam, fuit combusta. quæritur de duobus, an emptor teneatur ad ęstimationem rei. Secundo an possit retrahere aream? Quo ad primã quæst. dixit d. Geral. Bagoilli, ꝙ si facto emptoris, & post oblationem precij fuerit combusta, ꝙ emptor tenetur ad ęstimationẽ, & interesse: quia constitutus est in mora: igitur ratione moræ tenetur ex periculo: vt l. si ex legati causa. & ibi Doct. ff. de verbo. oblig. & in regula, Mora. & ibi dixi in addi. 1. de reg. iur. lib. 6. aliàs non. Quo verò ad secũdam quæstionem, dicit idem Bagoilli, quòd nõ possum retrahere aream: quia domus destructa amplius non est domus, nec pars domus: vt §. vlt. Instit. de vsufructu. imò secundum eum, si domus esset refecta ex eisdem cementis, & materia, nõ esset eadem domus: vt l. qui res. §. aream. ff. de solu. & l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligationibus.

§. V.

Item & par la coustume, le lignagier & parent du vendeur venant au retraict, est a preferer au seigneur a du fief, ou du cens, voulant venir audit retraict.

Item & par la coustume.

a *Preferer au seigneur du.*] Stante hac consuetudine generali, & illa de qua suprà titul. proxi. fit mentio, quando dominus directus & proximior consanguineus concurrunt inuicem circa rem venditam retrahendã, quis debet præferri. Bal. in l. imperator. colum. 2. ff. de pactis. tenet quòd dominus debet præferri secundum Gulielmum de Cug. ibi, per l. cum dotem. §. fin. ff. soluto matrimonio: quia cõsuetudo generalis, vt admittatur proximior, non vincit l. specialem: quia dominus ex lege speciali retinet: vt l. fin. C. de iure emphi. Et species derogat generi: vt ff. de vulg. subst. l. coheredi. §. qui patrem. Et in regula generali, Per speciem, etiam quæ ibi dixi in addi. ad Dyn. de reg. iur. libr. 6. & idem tenet Angel. & Alber. de Rosa. in d. l. imperator. & Bald. in consi. 250. volu. 3. & Iason in d. l. fi. colum. 4. versic. iuxta prædictum notabile. de iure emphiteot. Item vltra legem specialem est generalis consuetudo quòd dominus potest retrahere: vt suprà, titu. proximo. Istud est verũ, vbi consuetudo non transit ad specialitatem. sed hic transit, vt vides, ad speciem, vt proximior agnatus concurrens cum domino, præferatur ipsi domino. & tenet Io. Fab. Institu. de emptio. in prin. quia si reperitur aliquis de lignagio venditoris, præfertur domino. & in feudo est expressum in ca. 1. §. porro & ibi Bald. & Cardi. Alexand. qualiter feud. alie. pote. & tenet do. Geral. Bagoilli in sua q. Et similis consuetudo est in ducatu, Burgundiæ, & ciuitate Parisiens. Sed quid? emptor soluit domino directo accordamenta, proximior postea retraxit ab emptore, & soluit eidẽ dicta iura, an teneatur proximior soluere iterum domino directo laudimia? Et dico quòd sic: quia videtur noua vẽditio. pro quo facit tex. in l. si seruus. §. cum igitur. cum versi. sequen. secundum Alber. de Ros. in prima parte statu. q. 25. & q. sequen. ff. de euictio. vt suprà dixi, §. prox. colũ. 3. & ita de consuetudine sequatur. ¶ Et idem dicendum est ꝙ debeatur laudimium, si dictus proximior non retraxit, sed ius suum retractus eidẽ emptori quitauit mediãte pecunia: quia emptor iterum tenetur per ea quæ not. Cyn. in l. 1. in 2 q. C. de fideius. minor. vbi dicit quòd si minor vendiderit, & dederit fideiussores, cum pœna, & postea minor petat emptori suppleri quòd deest de iusto precio, quòd licet res non exiuerit de manib. emptoris: vt d. §. cum igitur. tamen pœna committitur contra fideiussorem: quia videtur per suppletionem precij nouam esse venditionem. igitur, &c. Et ita dicunt aliqui Doctores seruari de cõsuetudine regni Franciæ. Sed quid si plura feuda, vel res aliæ immobiles, vno & eodem precio vẽdantur, & proximior vult solùm retrahere vnam ex his: quia facultas sua fortè non se extendit ad omnes retrahendum. Et vult soluere pro rata precij: quæritur an possit? & dicendum est quòd non, per ea quæ not. Bald. in l. 2. in fin. ante vltimum nota. C. de pactis inter emptorem, vbi dicit, quòd si plures res communiter vno precio vendantur cum pacto de retrouendendo, & vnus venditorum velit recuperare partem, vel vnam rem ex ipsis, quòd emptor non tenetur reuendere, nec contractum diuidere: secus si separatim, & diuersis

preciis,

pretiis, quia tunc potest vnâ luere & redimere. Et hoc tenet Bar. in l. cui vsufructus. per illum tex. ff. de vsufruct. leg. vers. vlti. facit vbi dicit se *a* ita consuluisse. & idem tenet in l. si quis aliam. ff. de solutio. & Paulus de Castro in cons. 341. incipien. in hoc passu duo sunt volumina antiqua. & facit text. in l. quod autē. §. fin. ff. de in diem adiecti. igitur idem erit in hoc casu, & pro hac decisione facit textus singularis, & quæ notat ibi Bal. in l. cum eiusdē. & l. seq. ff. de ædili edict. vbi pluralitas constituti pretij facit plures esse cōtractus, quod est notandum, secundum eum pro statutis dicentibus, quòd pro quolibet cōtractu debeat solui certa gabella. Et aliquis vendidit plures res, & pro qualibet constituerit certum precium, quòd debent solui plures gabellę: quia sunt plures contractus. & facit l. scire debemus. ff. de verb. oblig. & ibi tenet And. Barba. col. 5. ver. notat quòd nominatio, cū sequente. & col. 10. in fi. cum sequen. col. 10. ac 7. post principium, ver. item opponit, secundū Bart. Et hoc est verum secundum Baldum, si res vendantur diuersis preciis: secus si vniuersaliter vno precio, vndę Baldus ibi in antiquis lecturis induxit ad quæstionem. quòd si emphiteota plurium rerum ex vno contractu & vna re male vtatur, quòd cadit ab omnibus: quia vna est emphiteosis: secus si ex diuersis cōtractibus, per quæ dicitur ad quæstionem: de qua feci mentionem suprà, titul. prox. §. 1. in quarta fallen. quòd si sunt duo domini, quorum vnus velit retinere rem iure prælationis, & alius non: sed vult laudare quòd dicti domini non possunt facere, quia emptor non tenetur diuidere rem nec cōtractum. Et licet decisio. parlamen. Gratia. Delphi. quæstione 411. in fi. tenet: vt in d. §. 1. suprà, titul. proximo, dixi, quòd quilibet dominorū potest vti iure suo: verum dicit, si alter dominorum velit retinere totam rem, & soluere partem accordamentorum seu laudimij: secus si non totam, sed partem rei velit retinere. pro hoc facit textus in l. *b* quod si vno. §. finali. & ibi Bald. ff. de in diem adiecti. vbi vnus venditorum potest totàm rem, vel omnes res, si plures fuerint venditæ, redimere: vt notant Doctores suprà allegati. & Barto. & Alexand. in additionibus in d. l. cui vsufructus. vbi dicit idem in vno, & pluribus hęredibus totam rem redimere volentibus, quòd ei permittitur, aliàs non.

a Adde Bart. eius consi. 95. incip. Angel. & Bar. Socc. in consi. 200. col. 3. ver. 2. dicitur vtilitatem. lib. 2.

b Adde adistā l. qui de duobus do. Oldra. de Laude. in cons. 24. qui idē tenet.

Des coustumes concernans hypotheque.

§. I.



Es detenteurs des heritaiges chargez de rentes perpetuelles, peuuent estre, selon la coustume, conuenus a cause des dictes charges & rentes, & des arreraiges dicelles comme detenteurs diceulx heritaiges auant que les principaulz obligez, *a* ne leurs heritiers, pleiges, ou respondans, soyent conuenus, poursuyuis, ne executez, sans ce quil soit besoing, ne que aucun soit tenu sur ce, ne astrainct a garder lordre du droit escript.

Les detenteurs des.

a *Les principaulx obligez.*] Istud est de iure antiquo, quòd creditor poterat agere hypothecaria contra possessionem expresse obligatarum detentores: vt l. distractis. & l. persecutione. Cod. de pign. tamen non necessitabatur: vt hic, sed erat in eius electione, an vellet agere personali contra debitores principales, an hypothecaria contra possessores: vt ibi. & l. est in arbitrio. C. de act. & obligat. Et ideo huic consuetudini standum est, secundum Alber. de Rosa. in prima parte quæstio. 103. quæ expresse derogat iuri communi. licet secundum aliquos Doctores antiquos, dicta iura antiqua per Authent. de fideiusso. §. sed neque. column. 1. & in Authent. de litig. §. si autem hoc si debitor. column. 8. non corrigatur. sed gloss. iuris ciuilis, quam Cyn. in dict. l. persecutione. & Ioan. Fabr. Bartol. *c* Bald. Angel. & Salic. in Authent. sed hodie. Cod. de actio. & in locis suprà allegatis, sequuntur, tenet contrarium, quòd hodie per iura Authent. corrigantur iura Codicis, vt ibi videre poteris. & per Barto. in l. Moschis, ff. de iure fisci. & Paulus de Castro in consilio 176. secundum verum numerum, in nouis, incip. ad primum quæsitum, clara est responsio. & decis. parlamen. Gratia. Delph. quæst. 432. multum singulariter. & Ioan. Fabr. Angel. Aretin. & Iaso. in §. item Seruiana. Instit. de acti. item propter tributa non soluta habet locum hæc consuetudo, quòd primo possessores & detentores hæreditagiorum possunt conueniri: vt l. cum possessor. §. finali. ff. de censi. & l. Imperatores. & ibi Doctor. ff. de publi. & l. prædiis. ff. de iure fisci. Sed aduerte quòd hæc cōsuetudo non habet locum in sola obligatione personali, cum solum loquatur de oneribus, siue chagiis, redditibus, & arreragiis: quia tunc debet seruari ordo iuris. De primo principalis conueniatur ante fideiussores: vt Authentic. præsente. & ibi Cyn. Ioannes Fabr. Bartol. Bald. & Salice. C. de fideiussori. nisi in casibus, ibi per Doctor. nota. quos per te vide. & Bartol. & Alexand. in l. decem. ff. de verb. oblig. & sing. Ioan. Pet. de Ferra. titu. de actio. hypothe. in verbo exceptionem excusionis. & ibi Franc. de Curt. in additio. in quibus locis reperies casus plures. in quib. detentor potest de iure ante principalem non discussum, conueniri. Sed quæritur, plures sunt possessores & detētores hæredita-

c Adde hic Alexā. Imo. in suo tract. & de disputa. incip. Sigismundus Romanorum imperator, &c. i 5. q.

lus possit dare in testamento vltra tertiam partem bonorum, sicut est in partibus. Engolismen. Xantomen. & Pictauien. Et quis de facto vltra tertiam donet, dicendo, non obstante tali consuetudine, adiiciendo etiā pœnam hæredibus, si contraueniant: quòd hæredes contraueniendo non incidunt in pœnam Et idem dicit esse quòd si consuetudo dicat, ꝙ proximior de genere admittatur ad possessionē bonorum alicuius defuncti non obstante contraria dispositione testantis: vt est infrà, de consu test. §. pe. & testator dispo nat quòd proximus non admittatur & adiiciat pœnam, non tenet pœnæ adiectio: vt ibi vide: sed Iason dicit in d. l nō dubium. quòd licet actus sit nullus: siue lex simpliciter prohibeat, siue procedat vltra annullando: tamē primo casu, quando simpliciter prohibet, ꝙ consensus partium potest aliquid operari. igitur secus est in secundo. sed dic quòd hic in perpetuò prohibitis, per l. seu consue. vbi nihil operatur consensus partium, vt tenet Ias. in 2. limitatione, per gl. in Clem. 1. in verbo, inhibentes. de iure patro. quæ est singula. sed si donatio esset facta in contractu matrimonij, bene valet, not. Bald. & Sal. in l. fin. C. de dona. ante nupt. & in l. 1. ff. de don. & tenet Oldra. de Laud. in consi. 5. & Ludo. de Rom. post Imol. in l. si socer. §. Lucius. ff. solu. matrimo. vbi etiam a dicunt, quòd talis donatio tenet vbi essent desponsati per verba de præsenti, dum tamen matrimonium non sit con summatum: nec sponsa traducta ad domum viri, secundum Azo. in summa. C. de donat. ante nup. per l. pe. §. 1. ff. de dona. inter vir. & vxo. Sed Cyn. Bal. & Sali. in l. cum in te. C. de donat. ante nup & Alexan. in d. §. Lucius. in fin. tenet contrarium, per tex. in d. l. pen. §. 1. de dona. inter vir. & vxo. & gl. & Doct. in l. 1. C. ne fideiusso. dot. dentur. & tenet Barto. in l. si donatæ. §. si sponsus. eod. titu. vbi dicit, quod secundum consuetudinem Italiæ spon salia contrahuntur per verba de præsenti, & est vxor: & ita obseruatur in tota lingua occitana, de quo vide And. Barba. in l. si diuortio. colum. 2. ff. de verbo. obliga. & sic non valet donatio, facta inter sponsos de præsenti, nisi in ipso contractu fuisset facta pro ipsa consuetudine, per quam sponsalia per verba de præsenti contrahi possint. texr. & ibi Abb. Sicu. & Cardin. Alexand. olim Præpositus Mediolanen. in c. penul. de spons. quòd facit ad quæst. An pactū, quòd vxore prædecedente in matrimonio sine liberis, vir lucretur di midiam partem dotis: habeat locum in muliere desponsata per verba de præsenti, nondum traducta ad domum mariti, nec cognita? Vide Bald. & Sali. in d. l. cùm in te. Barto. in l. nihil. ff. rerum amot. & Ang. Aret. in d. §. fuerat. colum. 20. versi. de quæst. quotidiana. & quæ dixi suprà de consuetudine iur. stat. personarum. §. 4. in glos. 1. colum. 2. & Doct. in l. non fine. per illum text. celebrem. C. de bonis quæ libe. & amplè Felin. in Rubric. de sponsa. colum. 1. & sequen. & Bald. in consil. 123. lib. 2. & Paul. de Cast. in consi. 330. in antiq. & Felin. in proœm. Decret. colum. 4. post princip. & Abb. in consi. 79. libr. 2. & Paul. de Cast. in consil. 155. incip. Super primo quæsito. in antiq. & Bart. in tractatu differen. inter iud. canoni. & ciuil. num. 74. in Pragm. Sanc. titu. de concubi. §. & cum omne, in verbo, vxorem. vbi dicit, quòd idem est dicēdum de consuetudine disponente, quòd mulier non potest se obligare sine cōsensu mariti. de qua suprà, de consue. iur. stat. perso. §. 4. Et similiter esset de consuetudine disponente, quòd bona mobilia & conquestus sint inter virum & vxorem communia. de qua in §. sequen. ꝙ habeat locum in sponsa de præsenti. & huic decisioni conuenit hæc consuetudo: tamen per curiam parlamenti Parisiis fuit in contrarium iudicatum, contra quendam nobilem, nomine Matthæum sponsum de præsenti, qui habere volebat ratione consuetudinis Campanę bona mobilia, quæ lucrantur mariti nobiles: vt infrà, eod. §. fina. Sed si fiat pactum inter coniuges: vt plerunque nunc fit in contractu matrimonij: quòd maritus sibi, reseruata quod poterit donare eius vxori constante matrimonio: vel in testamento: vel quòd poterit eam in bonis suis pro cætera parte associare, & communem in bonis facere, si marito placeret. Et econtrà, quòd vxor poterit donare viro postea constante matrimonio, vel in vltima voluntate, an valeat? text. videtur quòd non, vt l. quod sponsæ. & ibi Bald. in vtraque, noua & antiq. lectu. C. de denot. ante nupt. sed Imol. in d. §. Lucius. tenet quòd d. l. quòd sponsa. habet locum, quando maritus non donat de rebus suis, sed facit pactum de non petendo dotem sibi promissam per mulierem, quod reprobat ibi Alexan. colum. 2. Item si donaretur in tempus mortis, non valeret: vt l. vbi ita donatur. & ibi Docto. ff. de donatio. causa mortis. Sed dico, quòd si reseruatum sit, ꝙ vir possit donare vxori vel econtrà: quia talis donatio traditione rei & morte donantis confirmabitur, vt l. donationes. 1. C. de donatio. inter virum & vxorem, & tenent Cyn. Bald. & Angelus in l. 1. C. de donatio. ante nupti. quia interuenit in contractu simplex promissio, animo donandi, seu conuentio de donando, quæ valet secundum ipsos, per illum textum, iuncta glos. 2. Et sic debet intelligi d. l. quòd sponsæ. quia licet paria sint, aliquid fieri tempore prohibito, vel conferre in tempus prohibitum: vt ibi, tamen morte & traditione rei confirmabitur, secundū ius commune per illam reseruationem factam animo donandi. & ad prædicta vide Henric. Bohic. & Abba. Sicu. in cap. donatio de donatio. inter virum & vxorem. & tenet Abba. Sicu. in c. super eo. in fin. & ibi Felin. col. 2. de testi. Et maximè quando ille, qui donat, vel qui reseruauit posse donare, erat inferior a-lio coniuge: quia nō videtur donasse intuitu libidinis

et An. Barba. in rep. c. Raynaldus. chart 24. colū. 2. Ver. et plus de test. Im. & Ab. post gl. in c. dilecto. de præben. et Fel. in c. cū accessissent. col. 3. Ver. tertia declaratio de constit.

a Adde Bart. Soci. in con. 123. in pri. Vsq; ad fi. lib. 1. & in cons. 123. li. 2. Et nota quod in sponsalibus siue de spōsationibus assistentes & ibi de præsentes solēt se inuicē pugnis percutere & verberare, vt no. gl. sing. in l. fin. in verbo, rapismata. et ibi Ang. C. de emanc. lib. qui dicit esse verum desponsantib. virgines quæ pulsantur pugnis per parentes et amicos qui secundum gl. & Ang. ab illa pulsatione se subtrahūt & rapinăt quàm citius possunt, quod vocatur rapismata quæ fit ad ostendēdū lætitiam, quæ locum non habet in vidua, quæ debet ire de nocte et non de die, secundum Ang. et ita seruatur Perusii vbiq; ... rarum ... vidua ... sponsa ... ante ... ram & ... tum ...

libidinis seu coniugalis affectus: sed vt acquireret sibi illum honorem & parentelam alterius. Puta, *a* si plebeius diues accepisset nobilissimam pauperem, vel senex adolescentulam: quia tunc non est simplex donatio, imò constante matrimonio facta valeret de iure: quia est remuneratoria: ideo valet, vt not. Bart. in l. si ita stipulatu. §. si tibi nupsero. & in l. diuortio. ff. de verbo. oblig. & Abba. Sicu in cap. de illis. de condi. appoli. & in cap. gemina. colum. 3. de spon. & cap. cùm in ecclesiæ. de simo. & glos. & ibi Barto. & Doct. in l. si voluntate. C. de dotis promis. & tenet Bartho. Socin. in l. 1. col. 15. ff. solu. matrimonio. & Iason in l. hoc iure. colum 12. versicu. tertius effectus. ff. de iustit. & iure. & consuetudo istud seruat secundum Iasonem & Bal. in l. 1. 2. §. fina. ff. si certum petat. & Iaso. in l. si non sortem. § libertus. colum. 2. versicu. secundus effectus. ff. de condit. indeb. & Franciscus de Curte, in suo consilio 6. feudo. colum 17. quod est singularissimum ad istum §. Item hæc consuetudo hoc sentit, dum dicit, *Et aultrement contracter selon disposition de droit commun.* Igitur debet consuetudo ista regulari, & intelligi secundum ius commune: vt not. Bartol. & Docto. in l. 1. ff. ad legem Falcidiam. & Ioan. de Platea in l. C. de prædiis tamiacis. libr. 11. & dixi suprà de præscriptioni. §. penult. in glossa secunda. & Alexan. in consilio 37. colum. 5. versicul. facit etiam. volum. . Iason amplè in l. præscriptione. colum. 3. versicu. not. C. si contra ius vel vtilit. public. quod not. Et aduerte, quòd omnes contractus qui possunt fieri inter alias personas, regulariter sunt permissi, & possunt fieri inter virum & vxorem: excepto contractu donationis, vt pulchrè notat Alexander in consilio 86. libr. 5. qui enumerat ipsos contractus, prout ibi vide, & Bald. in l. quod autem. §. si tibi. ff. de donatione inter virum & vxorem. in antiq. lect. vbi dicit, quòd omnis contractus inter virum & vxorem celebratus, præsumitur verus, & non simulatus. & probatur ibi in text. secundum eum. & Alexand. in dict. consil. & Angel. in dict. consilio 181. & Georg. Natt. in repetitio. c. quamuis pactum. colum 11. versicu. secundo nota. de pactis. libr. 6. Quid si vitricus, vel nouerca dederit priuigno, de iure valet: vt l. censualis. & ibi Baldus. C. de donatio. & etiam de consuetudine, nisi in fraudem esset facta. Sed quæro de quæstione, quam sæpe contingit fieri hic inter coniuges: quòd in contractu matrimonij est conuentum, quòd si vnus ab humanis sine liberis decedat ex eorum proprio corpore procreatis: quòd bona prædecedentis perueniant ad superstitem, an valeat? Et videtur quòd non: quia tale pactum factum inter paganos non valet: vt leg. licet. & ibi Bartolus, Baldus, & Salicetus, Paulus de Castr. Alexand. & Iason, C. de pactis. quia est pactum de futura successione, quòd non valet: vt l. pactum quod dotale, & l. fina. C. de pactis, & l. stipulatio. hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio. & tenet Abba. Sicu. in consil. 48. libro 2. vbi dicit, quod mutua donatio facta inter coniuges, constante tamen matrimonio, etiam iuramento firmata non valet: & pro hoc facit textus in dict. l. vbi ita donatur, & ibi Alexand. in additionibus ad Bartolum. ff. de donatio. causa mortis. & in consil. 28. libr. 3. sed ipsemet Alexan. in d. §. Lucius. tenet contrarium. & ibi reperies plures quæst. in hac materia, & quòd valeat donatio mutua facta inter coniuges, etiam constante matrimonio. tenet Oldra. Lauden. in consi. 139. inci. ad habendam aliquam notitiam, vbi dicit, quòd si duo fratres fecerint dictum pactum inter eos, quod valet: quia vicissitudinaria, vt not. gloss. in dict. l. licet. & in l. prima. ff. de donationib. & Ioan. Andre. in addit. Specu. de instrumen. ædit. §. porrò. colum. vlti. versicu. fuit alia quæstio. de facto duo fratres, &c. & Alber. de Rosa. Salice, & Iason colum. 3. versicul. quartò, limita. & colum. penulti. in l. fina. C. de pactis. & Alexand. in dict. l. licet. & in consilio 84. colum 6. versicul. venio ad secundum. & Ludoui. de Rom. in consilio 26. colum. 1. & Angel. in consili. 179. & in propriis quasi terminis tenet Oidrad. in consilio quinto. & Calderic. in consilio 1. titu. de donatio. & sentit Bald. in l. ille autem. ff. de hæredi. institu. & Georg. Natt. in repetitio. c. quamuis pactum. colum. 41. versicu. huic dicit Baldus de pact. libro sexto. & Franciscus de Curte in consilio primo, colum. septima, posito post tractatum feudorum. *b* ergo à fortiori valet dictum pactum in contractu matrimonij factum. Nam inter virum & vxorem tempore contractus matrimonij potest opponi pactū de tota dote lucranda si vxor præmoriatur, vt tenet Alexand. post Imol. in dict. §. Lucius. colum. 3. versicul. secundo casu principali. maximè in casibus, in quibus iura permittunt, vt in casu l. 2. quæ est singularis. ff. de pact. dota. in l. 1. & ibi gloss. melior de corpore iuris. & Barto. ff. de dote præleg. Et etiam profectò valet, si mulier esset minor. vt est textus in l. prima. & ibi hoc tenet Bald. in 2. notabili. C. si aduersus dotem. & Ange. Aretin. §. fuerat. colum. 24. versicu. quæro, vidimus. Institut. de actio. & Barto. in consil. 126. incipiente, Titius maritauit, &c. & Barthol. Socin. de Senis, in l. secundo. colum. secund. versicu. secundo limita. ff. solut. matrim. Et in præiudicium mulieris valet tale pactum, vt tenet Ludouic. Bolog. in suis secundis interpretationibus in l. quòd scitis. C. de bonis quę liberis. Ergo à fortiori, si sit reciprocum siue vicissitudinariū, in quo nullum fit mulieri præiudicium. sed ne vagemur per meditaria suffragia, hanc quæstionem ponit Cynus formaliter in l. si pater. C. de inofficio. testamen. vbi tenet quod valet, & ibi eum sequuntur Baldus, Salicetus, Paulus de Castr. in fin. & Iason multum amplè qui confirmat

hanc

a Adde Ias. ī l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi. hic alle. et Bal. nouel. in tra. de dot. par. 10. colu. 4. vers. quid autē. si talis & Ias. in l. diuortio. colū. 4 in princi. ver. quærit Bar. hic alle. Adde quid si minor 25. annor. faciat hāc donationē sine autoritate curatoris, & decreto iudicis, maximè quando donat immobilia vel redditū perpetuum in contractu matrimonij, quia de mobili veluti bagnis, catenis, et aliis iocalibus cū moderamine, & non excessiuè donare pōt vt no. Bar. in con. 70. in prin. & dixi infrà eo. §. 3. & pro hoc est tex. & ibi Bal. in l. 1. C. si aduersus dōa. sed de ī mobili sunt opin. quas vide per Alex. ī l. si cōstāte col. 9. ver. itē in quantum Bar. ff. sol. mat. & ī l. itē quia et ibi plenè Iaso. ff. de pact. & Io. Fab. Ang. Are. et Ias. in §. itē Seruiana. de acti. Ias. in §. fuerat. col. 12 eo. et cōcluditur quod nō. et per gl. Cy. Bal. Ange. & Sal. ī l. si. C. de legi. tut. Et hoc verū, nisi interueniat iuramentū, per auth. sacramenta puberum. cū ibi not. per Ias. C. aduer. vend. quod not. ita cōsului de facto, et per Bal. no. in tract. de dote in 43. priuilegi. char. 22.

b Adde, an pater teneatur dotare filiam q̄ sine consen. patris cōtraxit matrimoniū, vide gl. & Bar. in l. obligamur. § 1. ff. de ac. & obli. & Bar. Bald. Ang. Sali. Pau. de cā. ī Auth. res quæ. et ibi Ias. co. 7. q̄ro. C. cōi. de le. Ang. Are. et Ias. ī §. fuerat. Inst. de act. et Bal. in l. nec filiū. C de nu. & ī l. fin. C. de spō. et Ale. in cō. 7. co. pe. ver. imo fortius vo. 2. et in con. 33. col. 2. lr. 4. Ab. lo. de An. et Ma. So. in c. pē. de rapta. et Ab. in c. accedens. de proc. et ī c. 1. de adult. & gl. in c. de rapta. et ibi Archi. 36. q. 1. et ī c. hoc factū 32. q. 2.

hanc conclusionem per plures rationes, etiam si cõstante matrimonio esset facta, & Hippoly.de Marsil.in suo singula.l. & plenè Iaso. in l.hoc iure. colum.12.versicu.tertius effectus est.ff.de iusti. & iure.& Andreas Barba. in l.diuortio.colum.2.ff.de verborum obligationi. Vnde secundum hanc consuetudinem talis donatio reciproca facta in contractu matrimonij est valida & firma: cùm hæc consuetudo permittit ante solennizationem matrimonij, secundum dispositionem iuris communis, vt suprà dictum est, donationes fieri inter virum & vxorem.l.si Gaudentius, & ibi Doctores. C. de contrahen.emptione. & Authent.sed hodie. versi.de pactis dotalium instrumentorum. C. de adulte.nam potest induci consuetudo, vt valeat pactum appositum in contractu matrimonij, vt hîc & capitu.primo.§.filij nati.& ibi Bald.& Cardinalis Alexand. si de feud.controuer.fuer. inter domin.& agna. & pulchrè Cæpola Veronens. in cautel. 155.ita seruatur Parisiis,& præcipuè quo ad vsumfructum, etiam constante matrimonio vir potest donare vxori vsumfructum,& econtrà. Et in pluribus *a* locis regni Franciæ donatio vsusfructus constante matrimonio facta valet, de quo vide Franciscum de Curte, in consilio 8.colum. 4. titu.de feud. ideo serua consuetudinem. Quid de quæstio. quæ mihi fuit sæpe proposita, maritus secretè inter viuos in vltima voluntate donauit vxori certam pecuniæ summam: de qua donatione non apparet: vtrum vxor posſit in foro conscientiæ & animæ retinere? quia hæredes aliquando impetrant monitiones contra reuelantes. Et videtur, *b* quòd non, per glossam primam, quam Bald. ibi colum. 1. dicit non esse alibi. in capit. quæ in ecclesiarum.de constituti. quæ dicit quod consuetudo vel statuta sunt seruanda, etiam in foro conscientiæ. Sed ista consuetudo prohibet fieri donationem quouismodo. & facit quod in simili not. Bald. & ibi singu. Iason colum. 2. versicul. ex ista consuetudine.l.si post diuisionem. C. de iur. & fact. ignoran. Felin in cap.1.colum.11.versic. fallit, seu potius declaratur regula, de constit. vbi recurre ad ipsos. Sed quid, pater *c* in contractu matrimonij promisit filiæ & genero nomine dotis mille. Et mater vltra promissionem patris in alio instrumento ad partem promisit inscio eius marito certã summam. quæritur an talis donatio facta per matrem, valeat? Ista quæstio contigit bis hîc Bituris inter defunctum Iaquelinum de Molisson, & eius sororẽ, & similiter hoc anno quingentesimo sexto suprà mille, inter honestam mulierẽ Perretam Charriere relictam defuncti Io. Girar. Pelliparij, & Lambertum Amours eiusdem viduæ generum, domini nostri Francorum regis vltra montes thesaurarium. Et videtur quòd sic per supradicta. ad hoc est text. in l. si constante matrimonio.& ibi tenent Iac. Butriga.& Cyn. C. de donatio. inter vir. & vxorem.& Cald. in Auth. ex testamento. colum. 3.versicu.tertium capitulum. C. de collat.& text. & quæ nota. ibi Barto. Bald.& Doctor. Insuper Iason repeti. in Auth. res quæ subiacent. C. communia de leg. vbi prohitus alienare, donare, vel obligare, non videtur prohibitus dare in dotem.& textus in l. Marcellus.§.res.& ibi Alexand.& Bartho. Socin.ff. ad Trebellian. tamen contrarium tenui per glos.in d.l.si constante. quam sequitur Bald. ibi, & in l. filiæ cuius.colum.2.C.famil.herciscun. & Iason in repetitio.l. frater à fratre. in vltima quæst. ff. de conditio. indebiti. vbi tenent quòd mater non potest donare filiæ, vel filio in potestate constitutis: quia statutum, vel consuetudo prohibens mulierem non posse se obligare sine auctoritate mariti vel propinquorum, intelligitur de omni obligatione, secundum Bald. & Doct. in l. mutum.§.1.ff.de acquiren.hæred.arg.l. in fraudem.§.fin.ff.de testam.mili. & dixi suprà, de consuetu.iur.statu.personar.§.4.in glos.5.& faciunt quæ not.in additio. Barto. in l.apud Iulianum.§.fina.ff. ex quib.causis in possess. eat. Et in propriis terminis huius quæst. consuluit Bald. eius consil. 75. incipien. refutatio.in fin.volum.4. vbi ita tenet, sed consuetudo, de qua in d. §. 4. quòd vxor non potest sine auctoritate mariti donare, neque promittere, nec aliter se obligare, nisi modo & forma in d. §. 4. conten. hoc verum, si constante matrimonio conueniatur ex dicta donatione, sed si soluto matrimonio conueniatur, videtur esse dubium: sed vide quæ dixi in dict. §. 4. in gloss.5. Quia voluntas *d* contrahentis regulatur, secundum dispositionem statuti vel consuetudinis, vt not. Georg. Natt. in repetit. capitu. quamuis pactum.colum. 36.versicu.8.facit de pactis, libro sexto. Quid si vxor *e* velit instituere socerum, vel consanguineos, an videatur esse prohibita de iure & hac generali consuetudine? Dic quod text. in l.3. §.non tantum.ff.eodem titul.& tenet Franciscus de Curt. in consilio 6.colum.5.vbi eum vide, quod not. propter fraudes, quæ circa hæc fiunt. tamen nota quòd si vxor donauit viro aliquam rem, quam maritus pro cõmuni filia in dotem dedit præsente, & non contradicente vxore, q̃ talis donatio valet. text. est celebris in l. siue vxor.& ibi Bart. ff. de dona. inter vir. & vxo. vbi dicitur, quòd licet prima donatio sit nullius momenti, tamen ex seq. consensu valet dotis donatio.& idem tenet Franc. de Crem. in suo sing. 4. per tex. in l. neque. in fine. C. de iure dot. Et idem dico, si ambo coniuges dent in dotem rem vxoris, quòd not. Quid si in contractu *f* matrimonij pater vel mater, vel alius donauerit omnia bona sua, vel medietatem bonorum eorum communi filiæ vel consanguineæ, an dicta donatio reuocetur propter liberos postea susceptos, per l. si vnquam. C. de reuocan. don. vide Bart.& Moder. in l. Titia.§.Imperator. ff. de lega. secundum Bald. Ange.

& Ioan. de Ana. in cõ. 89. col. 2. et Bar. Soc. in cons. 246. col. 6. Ver. qui imo po tius. Vol. 2. & Fab. de Giochis in rep. Auth. nouissima, char. 12. co. 4. C. de in-off. test. & Bal. nouel. in tract. de dote, 1 Ver. priu. char. 13.

a Add. quo modo debet intelli-gi consuet. quod maritus nõ pos-sit relin-quere vxo-ri præter v-sumfructũ. Vide Fran. de Curt. in cõs. 7. feu. colu. 4. Vbi Papiæ est si milis con-sue. secun-dũ ipsum, & per An. Barb. in cõ si. 12. col 9. lib. 1.

b Adde q̃ not. Andr. Bar. in re-pe. c. Ray-nal. chart. 41. col. 3. cũ seq. Versi. Venio nũc, de testa.

c Adde, quid de le-gato pro do te facto fi-liæ vel alte ri mulieri, an possit statim, id est, ante nupt. vel post nupti-as petere Bar. in con si. 200. & per totum. C. quando dies leg. ce dit. & Ioã. Campe. in trac. de do. in 1. par. q. 29.

d Ad... Bar... de g... An... in c... colu... con... 5... 43... 19...

e Ad... Bar... in c... circ... lib...

f A... Bar... in c... Cep... ... lib...

Angel. & Salic. in d. l. si vnquam. & Bald. in l. si cum vel in vtero. C. de testa. mili. & Oldra. consil. 173. Ludoui. de Roma. in consil. 269. colum. 3. & Alexander in consilio 163. libr. 3. & in consilio 40. colum. quarta. versicu. circa tertium, & in consilio 143. colum. 2. versicul. confirmantur prædicta, volum. 2. & Iason in dict. l. ex hoc iure. colum. 14. versicul. 16. effectus, & in l. si non sortem. §. libertus. colum. quinta, versicul. 15. effectus. de condi. indeb. & Barthol. Socin. in l. 2. colum. 1. versicul. ex quo inferunt. ff. solut. matrimo. & Bald. in consilio 461. libro 2. & Ludoui. Bolog. in dict. l. si vnquam. in suis primis interpreta. & Bald. in l. 1. in vlti. quæst. C. de inoffic. testa. & Pau. de Castr. in consi. 426. secundum verum numerum incip. respondeo per ordinem, colum. 2. volum. antiq. Quid si vxor quæ est consuetudine in potestate viri, est emancipata, an maritus possit sibi donare, vel econtrà? Dic quòd non, quia esset per obliquum donare contra hanc consuetudinem, quod not. quòd secus esset in patre. l. si emancipati. C. de colla.

§. II.

Item aussi par la coustume homme & femme mariez sont vngs & cōmuns en tous biens meubles, debtes, & credites mobilieres quelconques. Et en tous conquestz *a* immeubles faitz, & acquis par ou lung deulx durant & constant leur mariage: sil ny a conuenance au cōtraire, mais le mary durant & constant ledit mariage peult disposer desdictz biens meubles & conquestz ainsi quil est dit & mis dessus en la primiere rubriche: au cinquiesme article.

Item aussi par la coustume.

a *Et en tous conquestz.*] De hac consuetudine, vt vxor sit communis in bonis mobilibus & conquæstibus, constante matrimonio factis, facit mentionem Ioan. Fab. in Auth. in donatione. C. de secundis nup. & Iac. de Are. in l. cunctos populos, & ibi Cyn. col. pe. versic. iuxta hoc quæritur. & Doct. Moder. C. de summa Trin. pro qua allego tex. celebrem in c. significauit. & ibi Abba. in secundo nota. & Prępposit. Medio. nunc Cardi. Alexan. de don. inter virum & vxorem. nam re vera *a* inter virum & vxorē, est quædam societas, & quidam vsus promiscuus: vt l. 1. & ibi Barto. ff. rerum amota. & Bald. in l. nuda. in 1. q. C. de iure do. & tex. in l. aduersus. C. de cri. expila. hære. & l. 1. ff. de rit. nupt. quia societas etiam omnium bonorum inter virum & vxorem consistere potest de iure: vt l. alimenta. §. fin. de ali. & ciba. leg. & l. ex diuerso. versic. item Proculus. cum gl. & ibi Bald. quem ver. legit Bal. cum § socero quoq. l. iudicatæ. ff. solut. matr. vbi etiam dicit. q. societas quæ est inter virum & vxorem, non est minus priuilegiata, quàm expressa societas, quę fit inter alios: vt vult ille tex secundum eum, & idem dicit Bal. in l. si vxorem. C. de cond. inser. & Alex. in consi. 56 col. 1. lib. 4. & in consi. 86. vol. 5. & Signo. de Hom. in consi. 64. col. 2. ver. 2. & vocantur hæ coniugum societates siue communitates in lingua occitana *astrayr*, amenta secundum Ioan. Berberij in sua iuris viatorio. titu. de societa. in princ. & col. 7. in princ. ver. quia suprà. nam societas potest contrahi cum omnib. mulieribus, secundum Bal. & Alex. in d. §. socero. quod facit ad quęst. fratrum simul habitantium cum sororibus facientib. omnia cōmuniter: sicut faciunt rusticæ quæ ligonisant, & omnia faciũt sicut masculi ideò debent habere partem lucri secundū Bal. & Alexā. ibi. Et hæc consuetudo in pluribus locis, & ciuitatibus regni Franciæ seruatur. Et similis est consuetudo in ciuitate Tergesti, secundum Petr. de Anchar. in consi. 102. & Fran. de Zaba. in consi. 14. & seq. Bald. in consil. 103. libr. 1. *b* vnde Freder. Imperator fecit quandam constitutionem, quam habet & seruat ciuitas Missanen. regni Siciliæ, quæ idem statuit secundum hanc consuetudinem, prout refert Abb. Sicu. in cons. 63. Et de hac consuetudine facit mentionem Pet. de Ancha. in cons. 143. colum. 1. vbi dicit eam obseruari in partibus Gallicanis, seu in regno Franciæ. & Oldrad. in consil. 248. dicit esse Paris. & Ioan. Andr. idem dicit in additioni. Specu. 2. de instrumen. edit. §. compendiosè. in verbo, opponunt. Cyn. in fin. Nam valet consuetudo vel statutum, quòd vxor in bonis mariti certum quid habeat, vt c. Raynun. de testa. vt infrà, eo. §. 4. dicam, vel quod succedat viro in bonis mobilibus, iuribus & actionib. secū dum Doctor. ibi: & idem tenent domini de Ro, tit. de consuet. in nouis decis. & in antiq. eo. tit. decis. 466. Et dicuntur conquæstus, & acquisita quæ ex opera, solertia, vel industria per alterum coniugum constante matrimonio quæruntur. vnde res donatæ, vel relictæ alteri ipsorum, non dicuntur conquæstus: vt l. coiri societatem cum l. sequen. ff. pro socio. & tenet Abb. Sicu. in d. c. cap. significauit. & Henric. Bohic. in cap. donatio. in vlti. quæst. eodem titu. & Bald. in d. consil. 103. & Ioan. Fab. in procemi. Instit. in verbo, Iustinianus. vbi fortius dicit, quòd si quis acquirat illud, quod erat sibi ex successione venturum, non censetur cōquæstus. quare alius coniunx partem non habebit, & idem tenet gloss. sing. in Prag. San. tit. de concubi. §. quia verò. in verbo, conquæstus. & Ang. in consil 112. & Bal. in d. l. coiri. in antiq. lect. Et per prędicta *c* videtur idem dicendum, si alter cōiugum vendat hęreditatem quam habebat, & pecuniā illius in alio hæreditagio conuertat, quum non dicatur cōquæstus: cùm non sit acquisitio. arg. l. si cum iudicio. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau-

a Adde Bart. Soci. in consi. 9. et Bar. So. in con. 286 versi. 2. rō. vol. 2.

b Adde Bal. in tra. de stat. ... in prin. ... ver. ... quæ. lib. 1. ... et in 3. parte, col. 4. ver. sed scio, etc. vbi facit mentionē de hac consue. Adde bo. text. in l. 2. ibi lucris et quæstib. ... C. de ... pro. li. 12. & in nouel. consti imperati. de parti. lucri inter virum & vxo. coniugandis. cap. 1.

c Ad. quod istā primā partem tenet Bal. in consil. 96. col. 2. ver. et prædicta sunt vera, libr. 3. per tex. in l. ... ditor. ff. de har. vend. sed Bar. Soci. in consi. 224. ver. ... ibi ... ciuiter seq. li. 2. secundū opi. eius dom. de Rota in decis. seq. post illam alleg. quia si maritus nō emat, vxor habebit in illis pecuniis partē. Ideo necessaria ē protestatio vel renuntiatio vxoris.

cau. vbi dicitur, quòd res quę in locum alterius subrogatur, est eiusdẽ potestatis, & effectus cuius erat illa, in cuius locum est subrogata: & l. filiæ. §. Titia. ff. de condit. & demon. vt in terminis est text. in l. si donare res. §. si sponsus, & ibi Bal. in vtraque lectio. noua & antiq. ff. de donatio. inter virum & vxorem. In contrarium verò est tex. in d. l. coiri. ibi, si quod lucrum ex venditione, empt. locatione, & conductione, &c. & ita de facto obseruatur. Tamen dicunt quidam, ꝙ si maritus in præsentia iudicis, quando emit rem aliquam de pecuniis sui patrimonij declarauit expressè quòd vult, ꝙ res prędicta teneat locum sui patrimonij, aliàs nõ esset empturus, tunc nõ erit conquæstus, quòd licet: aliàs secus fit de consuetu. item secus: si permutaretur per ea quæ dixi suprà titu. 2. §. 1 Et intellige *a* hanc consuetudinẽ esse veram, nisi contraria conuentio fuisset in contractu matrimonij apposita, vt vxor nihil de conquæstibus, & bonis mobilibus habeat: tunc nihil habebit: quia conuentio seruanda est, vt tenet Ioan. Fabri. in l. de fideicõmis. C. de transactio. & in Rub. de nup. Insti. dicens, quòd vir debet esse cautus in contrahendo matrimonium, vt sciat quantum habeat vxor: ne si præmoriatur (cùm quibusdam mulieribus mors mariti sit lætitia: vt inquit gl. in l. fi. in verbo, tristiciæ, C. de iure non cogitur flere nec portare vestem nigram: vt l. decreto, & ibi Bal. Ange. & Pau. de Cast. C. ex quibus cau. infam. irroga.) filios suos spoliet. & de laboribus suis alium ditet virum, & istud est de mente consuetudinis, dum dicit, *si ny a conuenance au contraire*, &c. Et ideo hodie regulariter in omnibus conuentionibus & contractibus matrimonialibus ponuntur duæ clausulæ: quarũ prima non est apponi necessaria: videlicet, ꝙ post solennizationem & consummationem matrimonij erunt vir & vxor communes, & intrabunt in communitatem bonorum mobilium & conquæstuum, &c. quia de consu. sunt communes, vt hîc. Secunda clausula est, ꝙ si contingat vxorem prædecedere sine liberis, quòd vir illo casu tenebitur pro omni dotis restitutione solum restituere & soluere hæredibus Turonen. de Paris. dotis. vnde hæredes vxoris nihil de cõquæstibus, & aliis bonis mobilibus vltra Turo. petere possunt: & ita fuit iudicatum pro Simone Baboæ, notario contra hæredes eius primæ defunctæ vxoris: qui aduersus dictum Babon se manu teneri in omnib. bonis mobilibus & cõquæstibus fecerant: quòd no. aliàs vbi nõ esset talis cõuentio hæredes mulieris ad quos transit cõmunitas seu ius cõmunitatis: vt l. actiones. §. fi. cum l. seq. ff pro soci. Bald. & Salic. in l. mandatum C. manda. & And. Barbar. in l. in prin. col. 12. in fin. ff. de verb. oblig. haberent medieta. bonorũ mobilium, & conquæstuum. Sed quid, *b* stante dicto pacto & conuentione maritus concessit, & dedit vxori licentiam testandi: & de facto testata fuit vltra dotem suam in duplum, vel infra: & secundũ facultates dotis hæredes ipsius ex testamẽto, vel ab intestato dicunt maritum à dicto pacto & conuentione recessisse, per dictam facultatem testandi defunctæ vxori datam, & ideo ex testamẽto, vel ab intestato petunt iura cõmunitatis bonorum mobilium, & conquæstuum: maritus verò dicit ꝙ non, quid iuris? Bal. in l. si quando. in princ. C. de inoff. testa. videtur decidere hanc quæst. ꝙ si vir ex consuetudine debeat dimidiam partem habere in bonis vxoris, vel contra: vxor in bonis viri: & Imperator cõcesserit viro vel mulieri, vt possit liberè testari, ꝙ vir vel vxor debet testari secundum*: nam municipale seu consuetudi. vt dimidi. relinquere teneatur viro vel vxori, quia intelligitur quòd possit liberè testari, salua tamẽ portione statuti, vel consuetudinis. & tenet Fran. de Crem. in suo singu. 154. Sic in casu præsenti maritus videtur solum licentiam testandi dedisse vxori vsque ad summam, quam ipse ex pacto tenebatur hæredib. vxoris soluto matrimonio restituere, & non vltra alia ratione: quia tacitò per hanc licentiam concessam videretur vir donare vxori quod esset cõtra formam iuris, & huius consuetu. quòd not. quia dietim accidit. Et aduerte ꝙ aliquando in cõtractu matrimonij solet apponi, quòd coniuges erunt communes in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, factis & acquisitis ac etiam fiendis, & acquirendis durante & cõstante matrimonio, ꝙ virtute dictę conuentionis vxor habebit medietatem omnium bonorum mobilium & immobilium ante contractum matrimonij, & similiter constante matrimonio acquisitorum: licet quidam dicant contrarium, & malè: quia conuentum est, & non potest intelligi solum de acquirendis, cùm hoc etiam de consuetudine permittatur: sed etiam de iam acquisitis. Quia nihil etã naturale quàm ea quæ placuerunt, custodire & inter eos seruare: vt l. 1. ff. de pact. igitur.

¶ Sed quæro, maritus in fundo suo, vel vxoris ædificauit domum pulchrã: nunc soluto matrimonio morte viri vidua quę est cõmunis in bonis, petit ab hæredib. mariti mediã partẽ impensarum, vel econtrà, hæredes viri medietatem impensarum ædificij in solo viduæ constructi, vtrum possint? Et videtur ꝙ sic. textus est rotundus in l. sed si vir. §. si vir vxori aream donauerit, & ibi Baldus in noua lect. ff. de donatione inter virum & vxorem vbi dicitur, quòd si vir donauerit aream vxori, & vxor in eadem ædificauerit, quòd licet donatio non valeat, tamen vxor potest omnes impensas petere, & retinere ædificium quousque fuerit de dictis impensis satisfacta, ergo in hoc casu cùm communis sit, poterit petere medietatem impensarum: & ita tenet Alexan. de Imol. post Ludoui. de Rosa in l. 1. §. nunc videamus. in 4. & 5. fallen. ff. de noui ope. nunc. Nec obstat regula, Quicquid plantatur, seritur aut ædificatur, solo cedit, vt §.

a Adde d. Rot. i decis. 342. incip. cõsu. in an tiq. & per Beruar de Bisgueto, i sua decis. 2 tit. de pact. vbi voluut plus, quod vxor possit renunciare marito matrim. cõquæstus & bona acquisita, quod totidẽ Nic. de Vbal. in trac. de succes. ab intest. in 4. p. quæst. 6. c. mors morti. Add. gl. in Auth. de fid. instru. in princ. in ver. apparente. col. 1. & in l. pater suerit nou. ff. de cond. et de. et eidem in antiq. decis. 342. incip. consuet. & iõ sis tu cautus, quod si non fuerit conuentũ i cõtract. habeas renũciationem seu quit. in tũ de conquæstibus.

b Adde Bal. in l. fi. C. de fidei-

vt §. cùm in suo. §. ediuerso. Instit. de rerum diuisione. & l. secunda. C. de rei vendi. quia secundum Alexandrum non habet locum, quando ædificium per eum, qui non potest donare, nec etiam eidem donari: vt in hoc casu pro quo allega. gloss. fina. in l. si vxor filio. ff. de *a* donationi. inter virum & vxorem. & textus in l. Marcellus. eod. titu. nam esset per obliquum donare viro, quando in suo solo magnum ædificium construeret: vel si in solo & fundo vxoris maritus ædificaret, esset similiter donari vxori, vt est textus in l. senatus. §. Marcellus. & illic hoc tenent Baldus, Rapha. Fulgo. Francisc. de Aret. Lancello. Decius & Iason, ff. de lega. 1. quia habet in re sua siue in dotem data annum: vt l. doce ancillam. C. de rei vendicatione. aliàs esset contra mentem huius consuetudinis: vt §. 1 suprà eod. idem tenet Ioan. Fab. in dict. §. ex diuerso. in ea gloss. Institut. de rer. diuisione, per text. singul. in l. cùm vir aut vxor. ff. de doli mali, & met. except. tamen de consuetudine contrarium obseruatur, quòd totum solo cedit: sed illa consuetudo etiam inducatur: vt notant Cyn. Bart. Ioan. Fabri. & Salic. in 1. & 2. C. quæ sit long. consuetu. Bartol. & omnes Scriben. in l. de quibus. ff. de leg. Ioã. Fabri. Angel. Aretin. & Angel. Perusin. in §. ex non scripto. Instit. de iure nat. & per canonistas, in ca. ff. de consuetudiue. quare relinquo arbitrio iudicantis: quòd si reperiat hanc specialem consuetudinem bene probatam, secundum eam iudicet: aliàs à consu. generali, de qua suprà in dict. §. 1. & etiam à communi opin. Docto. non est recedendum, & quomodo probetur consuetud. vide Doct. d. l. 2. & l. de quib. & in d. §. ex non scripto. & Abb. Sicu. in consi. 42. colum. 3. in princip. volum. 1. & debet *b* probari per antiquiores, qui melius præsumũtur scire consuetudi. quàm alij, secundum Innocen. in c. dilecto. de offic. archi. & Angelus in l. interrogari. C. de quæsti. sed Ioan. Fab. in dict. l. 2. colum. 5. in princip. dicit, quòd secundum stylum curiæ Franciæ probatur per turbam, in qua requirũtur decem testes pro minori: vt l. 4. ff. vi bon. rap. & vnus pro aliis omnibus respõdebit, & idem tenet in d. §. ex non scripto col. 6. in fin. vers. item quæritur per quot testes. Sed stylus prędictus non seruatur in curiis spiritualibus, per quæ deciditur quæstio, quæ contigit hic de facto inter honestam & pulchram Iaquelinam du Molin, relictam defuncti Ioannis Pichonat olim grenetarij Bituricen. ex vna, & hęredes præfati defuncti: quia dicta vidua habuerat quandam medietariam ex successione patris sui, cum pacto tamen de retrouendendo per patrem eiusdem viduę venditori medietariæ: siue metariæ facto: euenit, quod dictus defunctus Pichonat dedit venditori qui facultatem reemendi habebat, quinquaginta libras Turonen. pro morcificando, & annullando dictũ pactum vltra summam, quam ex venditione habuerat, hæredes mariti petebant mediam partem dictæ summæ quinquaginta librarum Turon. & bene, quia illa facultas est de nouo acquisita. igitur. Sed quæro, aliquid prouenit marito, vel vxori per consolidationem, an dicatur cõquæstus? Verbi gratia: vir erat dominus directus plurium rerum feudalium, vel censualium quę ab eo, vel vxore tenebantur antequam nuberent, contingit, quòd durante matrimonio, vtile dominium consolidatur cum directo dominio, & redit ad dominum: vel etiam ex alia causa, quæritur an vxor vel maritus debeat habere partem in his consolidatis? Ioan. Fab. in §. si cui. per illum tex. Insti. de leg. tenet quòd sic, vbi dicitur, *c* quòd illa quæ consolidantur, non videntur acquisita illo iure, seu titulo, quo res cui consolidantur, tenebantur: quam ob rem cẽsentur alia à rei proprietate. ideo tanquam alia iudicanda sunt, & per se: vt l. Mæuius. §. fundo. ff. de lega. 2. & idem tenet Angel. Areti. in dict. §. si cui. per textum in l. non quęcunque fundus. ff. de lega. 1. & idem est dicendum in vsufructu consolidato cum proprietate, per tex. in dict. §. si cui. Quia quando vsusfructus redit ad proprietatem, dicitur acquiri ex causa lucratiua, & tenet Iason in addi. ad Christophorum Porc. in §. si eadem. in vlti. addit. quæ est ante dictum §. si cui. Sed quæro, an redditus acquisiti constante matrimonio, cum pacto de retrouendendo, dicantur & connumerentur inter bona mobilia vel immobilia. quia si computantur inter immobilia, & filij hæredes decedant sine liberis, non succedet mater in illis de consuetudine, vt infrà, de consuetud. testa. §. 3. Si verò computentur inter mobilia, ipsa in omnibus redditibus succedet de consuetudine. quia non est dubium. quin vxor, si communem secum hæredibus teneat, habeat medietatem dictorum redditu um, siue computentur inter mobilia, siue immobilia. sed dubitatur in successione filij: vt dictum est. & vide quæ dixi in quodam consil. incipien. Iaquelina: quod posui post tract: de regulis iuris. lib. 6. Et ibi etiam quid de pecunia ad emptionem prædiorum destinata, & vltra ibi allega. vide Franciscum de Aret. & Iason. in l. cætera. §. si paruerit. colum. penult. versicu. alibi etiam. ff. de leg. 1. & Iason amplè in l. sciendum. in princip. ff. qui satisdare cogan. & Cyn. in l. hac edicta. §. his illud. C. de secundis nuptiis. & Bart. de Firmo in tracta. de episcopo. in 4. parte, lib. 4. quæst. 44. versic. Item quæri potest. & Francisc. de Zaba. in consil. 65. col. 1. & Ioan. Fab. in §. fuerat. colum. 8. versic. quid si redditus, de acti. & quæ dixi suprà, *d* de consuetudi. feud. §. 4. licet Ioann. Fab. teneat contrarium in l. si certis annis. C. de pact. sed intellige, vt dixi in d. consilio. & per Alber. de Rosa. in l. ea demum. C. de colla. & in prima par. stat. quæst. 93. Quid de pensionibus domorum, an computantur inter immobilia vel mobilia? Vide Bal. in c. 1. in prin. col. vlti. in quæst. p. de pace

a Adde hic gl. Io. Fab. Ang. Are. & Iason. in § si de dote. Inst. de act. & Matth. de Matt. in suo sing. in ei. not. cũm & text. & Docto. in l. pro volun- tariis. ff. de impẽsis in rebus dot. factis.

b Ad quod notoria cõsue nõ eget probatione vt auth. iubemus. in verbo, moribus, consonantẽ & ibi Bal. P. a. de Cast. & Ias. C. de iudi. et Fran. de Curt. in tra. feu. in 1. part. qu. col. 3. ante fi. Et adde Barbat. in con. 37. co. 6. vol. 1.

c Ad quod portio accrescens sapit naturã eius rei cui accrescit. l. si ex toto. in prin. ff. de leg. 1. et per Bart. Soc. in con. 152 col. 4. ver. confirmatur etiam ratione. vol. 2.

d Adde Bart. Soci. in con. 101. vol. 1.

tenen. & ibi Card. Alex. & nota quod redditus & arrendamenta ad tempus de iure & etiam consuetudine censentur mobilia, vt pulchrè tenet Franc. de Are. in consi. 10. & Ange. in consil. 328. colum. 1. & 2. Sed quid, mulier contraxit matrimonium cum aliquo, qui eam dotauit de 20. libr. Turonens. tandem vir decessit nullis liberis relictis. mulier conuolat ad secunda vota, quæ & eius maritus composuerunt cum hæredibus primi mariti ad 10. libr. Turonen. perpetui redditus, an dicatur conquæstus? Quidam dicunt quòd sic: pro quo facit tex. in d. l. coiri societatem. per quam similem quæstionem de facto decidi. quòd maritus constante matrimonio certa sua hæreditagia dederat in censum & redditum, vel in emphyteosim perpetuam, quòd vxor in his redditibus & censibus habebat medietatem, quia sunt conquæstus: cùm sit datio imperpetuum facta. facit tex. & ibi Docto. in l. fin. C. de rebus alien non alienan. & in c. nulli. de rebus ecclesiæ non alie. Et an hæc consuetudo extendatur extra locum, vide Ioan. And. Oldra. Pet. de Anchara. in locis suprà, in prin alleg. & quæ dixi suprà de iurisdict. omnium iudi. §. 10.

a *Desdicts biens meubles & conquestz.*] ¶ Aduerte quòd in §. 5. suprà, de consuet. iur. stat. perso. nihil loquitur de marito, quòd possit alienare conquæstus: sed solum mobilia. vnde hic addit quod possit alienare cõquæstus. Sed an hoc sit de iure verum, stante hac consuetudine, ꝙ possit alienare, Bald. in d. consi. 103. tenet ꝙ non, plurib. rationibus, nisi constet talem consuetudinem communiter fuisse obseruatã. Et quod dicitur, quod vir possit alienare conquæstus, est intelligendum de parte sua, & nõ de parte vxoris. nam econtrà vxor non posset alienare partem viri. Et æquum est, ꝙ inter virum & vxorem seruetur æqualitas: vt l. si. C. de indict. vidui. tollen. & correlatiuè se habent, & correlatiuorum eadem est disciplina: vt l. si C. de cupress. libr. 11. & Iason in l. in eum. in si. ff. de in ius vocan. & Francisc. de Curt. in suo consil. 6. feud col. 3. & 7. & dixi post. Dyn in regula, Qui sentit onus. de reg. iur. lib. 6. sed Petr. de Ancha. in d. consil. 102. tenet indistinctè, ꝙ possit alienare & disponere: etiam si consuetudo vel statutum prohiberet alienationem, quòd est fortius: vt ibi vide. & tenet Fran. de Are. in consil. 15. & Ioan. Fab. in procem. Instit. in verbo Iustinianus. ver. & hæc faciunt pro consuet. & ita seruatur generaliter in regno Franciæ. Et nota quòd si mulier se cõmunem teneat, quòd ipsa tenetur pro parte sua ad debita de cõsuetudine hîc: sed secus est Parisiis de consuetudine ibi obseruata. quia hæredes de eorum parte tenentur integraliter persoluere, & pars mulieris non diminuitur. *a*

¶ Sed quid de legatis factis per maritum in testamento, an vidua communis teneatur soluere suam partem? Dic quòd non, quia hæc consuetudo non extenditur ad legata, quæ non sunt debita communia, sed hæreditagia.

a Add. tex. in l. 2. iure societatis. ff. pro socio.

§. IIII.

Item touteuoye aucuns demeurans beuuans & mangeans ensemble, ne sont pourtant vngs & communs en biens, car par la coustume communaulte de biens ne se acquiert point par demeurance que en face ensemble, s'il n'estoit par expres dit & accorde entre lesdictes parties, *a* ou si n'estoit entre homme & femme mariez comme dit est au precedent article.

Item touteuoye.

a *Accorde entre lesdictes parties.*] Quando *b* nõ apparet societatem initam expressis verbis, sed tamen per aliquos actus extrinsecos de præsumpta voluntate constat: vt quia simul habitauerunt. & omnia bona sua communicauerunt & communibus expensis sine computo vixerunt, & negocia sua promiscuè egerunt, tunc societas inter ipsos præsumitur contracta, vt tenet Ioã. Fab. Insti. de societ. in princip. Et maximè ita fuerunt per plures annos. C. de fideicommiss. l. 1. ff. de probat l. Procula. & pro socio. l. cum duobus. §. fin. & l. si fratres parentum. & ita secundum eum debet interpretari hæc consuet. & de ipsa potest intelligi. ff. eo. tit. l. societatem coiri in eo quòd dicit re & verbis, & c. quia hæc consuetudo loquitur solum de bibentibus & comedentibus ac simul commorantibus. sed non profectò de communicantibus bona, de quo per Bart. in l. Titium aut Mæuium. §. alt ro. ff. de admi. tuto. & in suo tractatu de duobus fratribus. & in l. si patruus. Et ibi Bal. & Sal. C. communia vtriusq; iudi. qui idem tenent. licet Bal. & Sal. videntur discordari. quando vnus communicat, & alter non: sed vbi ambo communicant lucra eorum, tunc, vt dictum est, societas præsumitur contracta: vt l. duo fratres. de acquir. hæredi. & tenet Ange. Aret. Insti. pro socio. in prin. in vlt. q. quia si inter se non communicauerint lucra & bona, non præsumitur contracta societas, *c* vt d. §. l. si fratres. & si hæc consuetudo conuenit & concordat cum iure communi. & idem tenet Bald. in consil. 227. in fin. l. 1. & in consilio 240. lib. 2. & Abb. Sic. in consi. 87. volum. 2. & pulchrè Bald. in consil. 230. incip. vnus videlicet Ioan. & in consil. 254. & in consilio 19. in consil. 154. lib. 3. & in consil. 105. quod est fingu. eo. lib. & Alex. in consi. 24. col. vlt. ver. super alio. & in consi. 48. col. 3. in princ. lib. 1. & in consil. 30. col. pe. in prin. & in consi. 78. volum. 2. & consil. 23. & consil. 37. & consil. 155. & in consil. 48. colum. 3. & in consil. 76. cum tribus sequen. lib. 4. & Pau. de Cast. in consi. 365. in nouis incip. omnipotentis Dei postulato. & Alexan. in cons. 132. colum. 5. ver. Item Bald.

b Ad. quod de presbyteris, clericis ... ecclesiæ parrochialis ... (margin cut off)

Bald.volu.5.& Pet.de Ancha. in consi.292.Et Franc.de Zaba.in consil.100.& Signo.de Ho. consil. 13.& Bald.& Salic.in l. mandatum.C. mandat.& Paul.de Castr.in consi.233.secundum verum numerum, aliàs est 236.incipi. videndum,in antiq.& in cons.341. bene computato incipi.ex die quo iste,&c.eod.volum. & Ludo.de Rom.in consil.29.& 43.& Ange. in consilio 85. & 112. Sed *a* an valeat pactum, quòd non liceat discedere à societate & communione,vide tex.in l.in hoc iudicium.§.si conueniant.ff.communi.diui.& Oldr.cons. 241.Paul.de Castr. in l.si non sortem.§.centum.& ibi Ias.col.2.ver. ad de prædictis.ff.de condict.inde.& Hippol.de Marsi.in suo sing. 10.& Alex.in consil.46.c pe.in fi.cum seq.li. 1.& in consi.18.& in consi.34.col.1.lib.2.& Ang.in consi.225.col.1.inci. punctus est talis. & Ang.Are.in §.quædam actiones.col.2.ver. in eadem gl.ibi,de anna.exce.& c.Inst.de act. & ibi Iason, col.7.ver.vlt.pro hac parte,quid si duo emant rem aliquam,an in illa re dicantur esse socij. vide causa breuitatis,tex.singu. & ibi Bart.& Flo.in l.2.in prin. ff.communi diuid.& text.in l.cùm proponas.& ibi glo.1. Bart.& Bal.C.pro socio.& Ias.in d.§.quædã. col. 2. ver.2.not.vbi tenent quòd sic.quod limitat ibi Ias.secundũ Raph. Cuma. in l.reos. in prin.ff.de duob.reis. esse verum,si animo cõtrahendę societatis simul emerint:aliàs secus,per tex.valde nota,in l.vt sit pro socio.ff. pro socio. & Ant.de But.in consi.7.in princi.

a Adde Bart.Soci. in con. 278 col.2. ver. circa ser. secundam prin.diffi cultã. volum.2.

§. IIII.

Item & si la femme suruit son mary, par la coustume elle est douee de douaire coustumier de la moytie de lusufruict des heritages, & biens immeubles appartenans au mary au temps de son deces & trespas, s'il ny a conuenances *a* au contraire. Excepte de conquestz immeubles faictz durãt & constant leur mariage, sur lesquelz elle na, & ne prẽt aucun douaire coustumier: mais seulement elle y prent la moytie par son droit de communaulte, comme *b* dessus est dict.

Item & si.

a *S'il ny conuenañces au contraire.*] Hodie in regno Franciæ pauci fiunt contractus matrimonij, in quib. vxores non dotentur, & quã plurimum mulieres super earum doerio seu donatione,ppter nuptias, vel & melius sponsaliorum largitate, vt l. fi.& per totum.C.de dona.ante nup.vt in Auth.vt sponsa.largi.insistunt. Et si non fuerint in contractu matrimonij dotatæ, non poterunt per maritũ constante matrimonio dotari, nisi de ipso doerio dando, & constituendo cautum fuisset, per ea quæ dicta sunt suprà, co.§.1.sed solum habebunt doerium consue. aliàs autem in lingua occitana, & patria *Aluer.* appellatur verqueria vulgò *verquerie*. Et valet *b* statutum seu cõsuetudo, ꝙ maritus vel vxor post mortem alterius lucretur certum quid, vt est Mediolani, ꝙ vir lucratur vxore prædecedẽte in matrimonio sine liberis tertiam partem dotis. & Papię est statutũ, ꝙ vir lucratur totam dotem, vt no. Bar. Bal. Sal.& insuper Ias.col.14. in prin.l.cunctos populos.C.de summa Tri. & idem est in ciuitate Placentiæ, secundum Ful.& Ias.ibi. Ex quibus constat Italicos esse dominos & vxores pœnæ, vt familias tenere, vt iuris postulat ratio.vt ca.hæc imago.33.q. 5.& suprà, de consuetu.iuris stat. persona.§. 4.in gl. prima dixi. & ista statuta sunt multũ honesta, propter onera infinita, quæ sustinet maritus, quæ valent.vt c. Raynutius.de testa. & Franciscus de Crema. in suo singu.154.in prin.sed effœminati Galli: vt c.alius.15.q.6. nihil lucratur de consuetudine: nisi ex pacto in contractu matrimonij inito, quia solent lucrari in casu restitutionis dotis mobilis. parum videlicet, quòd de Parisiensibus non tenẽtur restituere, nisi Turonen. Et istud pactum nunc transit in consuetudinem, quòd maritus lucratur de consuetu. de Turonen. Parisi. Sed quòd statutum, vel quæ consuetudo debet attendi: scilicet quando Papien. accipit vxorem Mediolani, vbi celebrantur nuptiæ: & instrumentum contractus matrimonij passatur: vel aliquis Aurelianen. Turonen. Niuernen. vel Papien. accipit vxorem Bituris: vel econtrà Bituricen. in ciuitatibus supradictis. Nam hic debet dotari de consuetudine. vbi aliàs in contractu matrimonij non fuerit dotata: solum de medietate vsusfructus hæreditagiorum mariti, vt hîc, & inter nobiles lucratur omnia mobilia. post contractum verò matrimonij traducitur ad locum & domum viri. vbi alia consuetudo vel statutum viget, quod maius habeat doerium vel quòd lucretur: vt Parisiis medietatem omnium bonorum, quæ maritus tẽpore contractus matrimonij & durante matrimonio habuit: secundum Oldra.de Laud.in consil. 248.& Pet. de Ancha. in consi.165.& Io.And. in additio.& Specul.titu.de instrum.edit.§. compendiosè.in verbo, opponunt Cyn. &c. vel fortè quòd nihil lucretur, vel quòd maritus possit donare vxori constante matrimonio, aut aliàs seruatur ius cõmune. Quæritur an consuetudo loci contractus matrimonij, aut loci domicilij viri debeat attendi? Concludunt Barto. Bald. Angel.& Moderni. in l.exigere.ff. de iudic.consuetudinem loci domicilij originalis ipsius viri esse attendendam.& tenet Bal.in c.1.§.final.& ibi Cardin. Alexand. de inuestit.de rebus alienis facta: & Abbas Sicu. & Fel.in c.1.colum.12.versi.circa secundum principalem articulum, & c.de sponsalibus. & Oldrad. in consil.prædicto. & Petrus de Anchar. & ibi suprà. & Bart.Salice.Paulus de Cast.& Iason in dict l.cunctos popu-

b Ad.quòd stante consue. vel statut.quod si vxor moriatur sine liberis, maritus lucretur dotem. vt est Placentiæ secũdum Signi. de Hom.in consil.9.de quo plenè per Io.Cãpe.in trac. de dote. in 5 p.per totũ, si ambo simul ruina cuiusdã domus decedãt. Sig. in d.consi. tenet quod nõ habet locum cõsue. per text.in l.cũ hic sta tus. §. si ambo ff.de dona.inter vi.& vxo. vide Doct. sup. in §.2 co.3 de cõsuet.retra. alleg.insus per Fel.in c.capitulũ. de rescr.et Bar.in cõ. 179.c.vlt. versi.2.est videre. & Bart.So i. in cõs.97. ca.1.versi. quĩ immo. dico.leg.1. sic.Frã.de Cre.in suo sing.52. tenet contra riũ,et alle. Bal.in l.si possessor.§ si eo.ff. de rel. et sũp. funerum qui nihil ibi scripsit. et vide bo. text.in l.si inter virũ. cum l.seq. ff.de rebus dubiis.

populos. & Bald. in l. si arrogator. colum. 10. & ibi pulchrè Iason colum. 16. verficulo, secundo principaliter. ff. de adoptionibus. ad quos recurre, & maximè ad Felinum, qui eleganti ordine procedit, ponens tres conclusiones circa hanc materiam. Prima conclusio est, circa solennitatem adhibendam in ipso contractu matrimonij, quando contrahentes matrimonium sunt diuersorum locorum, habentium diuersas consuetudines, vel statuta, quæ debeant seruari: & in ista concluditur, quòd consuetudo loci contractus debet attendi: vt ibi per Felin. colum. duodecima, & sequen. Nam de consuetudine linguæ occitanæ sponsus die nuptiarum non vadit quæsitum eius sponsam ad ipsius domum: vt eam ad fores ecclesiæ ducat, sicut fit hic in Francia. Et ideo ego & vxor mea, qui sumus extranei, hanc seruauimus consuetudinem: quia aduenæ & forenses illam tenentur seruare: licet non liget eos, secundum Felinum ibi. colum. 13. de quo per Bartolum, Baldum, & Doctores in l. cunctos populos, & ibi Iason, colum. quarta, versic. capio glossam. C. de summa Trinitate. Et capitulo illa. & ibi tenet Cardin. Alexad. colum. secunda. 12. distinctione, pro quo dicto adduxit Felin. quod peccaret vnus de Catalonia comedens carnes die sabbathi in studio Tholosano: licet non peccaret existens domi suæ propter consuetudinem, siue valere potest, vt cap. quia dies. de consec. distinctin. 5. & dicto cap. illa. & ibi Cardina. Alexan. qui allegat illud vulgare:

Cum fueris Romæ, Romano viuito more.

Et idem dicendum est de consuetudine Parisiens. quod peccarent Parisiens. si carnes hic Bituris comederent die sabbathi, à tempore natiuitatis Domini ad festum purificationis beatæ Mariæ virginis vsque. Et econtrà Bituricē. si Parisiis, iuxta consuetudinem illius comederent carnes in sabbatho non peccarent. c. 2. & ibi Abbas de obseruatio. ieiuniorum. Et similiter dicendum est de consuetudine Romanorum, quæ etiam inoleuit in monte Pessulano & Auinioni circa collationes serotinas, seu potius qui tempore quadragesimali, *a* & aliorum ieiuniorum de sero cum salatucie ex pinarciis & racemis, ficubus & aliis speciebus fiunt, quòd hic peccarent illas pingues collationes faciendo, pro qua est tex. in cap. ex parte. & ibi Abbas Sicu. & Bernardinus Landr. in additione pulchrè, de celebratione missarum. & gloss. singularis in l. secunda. §. inde citatum est, in verbo conferret ad comedendum ex consuetu. ff. ad legem Rhodiam. de iactu. quæ glossa etiā dicit, quòd omnia sunt communia tempore necessitatis: quia necessitas non habet legem, vt patet ibi eadem lege. & in secunda conclusio, secundum Feli. vbi suprà, colum. 14. in princip. quo ad solennitatem *b* obseruandam post consummatum matrimonium: & in ista attenditur locus mariti, cùm vxor sequatur domicilium viri: vt l. §. idem rescripserunt in 2. & ibi Bartol. ff. ad municip. & tenet Barba. consilio 343. colum. secunda, versicu. modo sequitur videre. & in consilio 412. colum. tertia, versicu. tertius articulus. libr. 3. & in consilio 337. libro 4. & Ioannes de Imol. in consilio 64. colum. vlti. versicu. sed circa prædicta. vt suprà conclusi. Tertia conclusio *c* est, si post contractum matrimonium maritus cum vxore mutet domicilium, & ibi decedat. & in ista attenditur consuetudo loci, in quo fuit contractus perfectus & destinatus, non autem consuetudo domicilij, in quo dissoluitur matrimonium, & idem tenet Iason in dict. l. cunctos. colum. 14. versicu. addo. per Salic. & c. & Ludoui. de Rom. in consil. 39. quod est singu. & Bald. in consilio 229. volum. 1. & ista est communis. licet Salic. in dict. l. cunctos. colum. 8. in fin. teneat contrarium. & Alexand. in consilio 101. lib. 3. *d* Item etiam lucratur vxor de consuetudine iocalia, bagas & vestes, ac de Turonen. Parisien. quo ad partem dotis mobilis, vt latè dixi in additio. ad Dyn. in regu. vltim. de regulis iuris. libr. 6. Sed an procedat de iure, vel remaneant hæredibus mariti, & quomodo intelligatur, vide Baldum in consilio 215. libro 4. & Alexand. in consilio 31. colum. penul. circa fin. lib. 4. & in consil. 42. colum. 5. circa fin. cum sequen. volu. 1. & Angel. in consilio 134. Barto. & Alexand. in l. in his. §. 1. ff. solut. matrimon. & Bald. in consil. 258. in fin. l. 2. & decisi. Capel. Tholos. quæstio. 337. & Bald. in cap. iurauit. colum. 3. versicul. item quod sponsus. de probat. vbi dicit, quòd vir non præsumitur donare: nisi ea quę donari consueuerunt, secundum morem ciuitatis: vt l. 1. §. officium. ff. de tutel. & rati dist. vel nisi vir sit magnæ potentiæ & nobilitatis: vel nisi dos sit magna, & fructus eius sint multum exuberantes, tunc in his casibus potius debitum naturale persoluitur secundum eum, quàm sit mera donatio, & tenet Ludouicus de Roma. in consil. 146. Et hoc est intelligendum secundum ipsos, si donatio iocalium fiat per maritum sponsæ de futuro: secus, si post contractum matrimonium & consummatum, quia ius ciuile canonicum, ac consuetudo generalis talibus donationibus repugnat: vt suprà, eod. §. 1. dictum est. & idem tenet Angel. in consilio 339. Et hoc si constet quod sponsus donauerit secundum ipsum, aliàs in dubio præsumitur quod commodauit sponsæ. vt magis ornata & compta ad domum eius ducatur: vt l. si vt certo. §. interdum. ff. commoda. & pulchrè tenet etiam Paul. de Castro in consil. 427. secundum verum numerum, incipi. viso supradicto, in nouis. & Anton. de Butr. in consil. 38. versicul. ad secundum. Petrus de Anchar. in consilio 131. incipien. in prædicto dubio. & Anton. Corset. in tractatu de potestate regia. quæstio. 44. in principio. & Franciscus de Zaba. in consil. 43. in princip. & Petr. Iacob.

a Adde, an comedētes carnes tēpore quadragesimali de licentia Papæ, peccēt. vide Card Alex. in c. denique. 4. di. et decis. Grat. Delphi. q. 3.

b Ad. Frācisc. de Cremo. in suo singu. 66.

Iacob.titu.rerum amo.versic.2.sententia.& Luc. de Penna in l.fina.colum.5.in princip. versi.& not.quod donatio.C.de incolis.lib.10.& decisio Rotæ,titu.de donat.inter vir.& vxo.per d.Bart.& de Signeto.& Pau.de Cast. in l.si stipulatus.ff.de verborum oblig. Et ita pluries fuit iudicatum contra nonnullas viduas quæ volebant lucrari cathenas aureas, & bagas maximi ponderis & valoris: tamen hodie regulariter in contractu matrimoniorum solet apponi clausula, quod vxor habebit vestes & omnia iocalia præcipua, seu de puro aduentagio: tamen adhuc dico, quòd illa preciosa iocalia & bagas non debent lucrari ex vi pacti prædicti, cùm in legato generali talia iocalia nõ veniant, quando eius conditioni & statui non conueniunt, secundum Barto.in l.quamuis.ff.de auro & argen.lega. vt dixi in dicta regula vltima, nisi in tali contractu matrimonij fuisset dictum, quod talia iocalia & cuiuscunque æstimationis & valoris essent, ipsa lucraretur, vt in casibus suprà notatis. Sed quid de donationibus seu strenis die nuptiarum vxori à parentibus & consanguineis ipsorum coniugum factis? Vide Bartol.in l.sed si plures.§.in arrogato. & ibi Alexander colum.3.versicu.successiuè.& Iaso.colum.2.versicu.prædicta omnia. ff.de vulg.& pupil.& Angel.Areti.in §.fuerat.colum.24.versicu.quid erit.Instit.de act. & Signo.de Ho.in consi.49.Angel.in d.consilio 339.versicu.non obstat.& decisio Capel. Tholosa.in dict.quæst.337. Et Paulus de Castro in dict.consil.427.post princip.versicul. idem dicendum. dic tamen quod de consuetudine ipsa lucratur. Et similiter vir de consuetudine lucratur omnia iocalia per morté vxoris, quia de ipsis est dominus, cum vita vxoris comite poterat disponere, vt tenet Angel.in d.consil.339.versicu.pro hoc, quia de ornamétis vir ad libitum suum testatur,&c. & suprà,de consuet.iur.sta.perso.§.5.in glo. 1.colum.1.dixi.& correlatiuè se habent: vt suprà,eod.§.2.in glos.2.Et statutum vel consuetudo priuilegians vxorem, habet locum in viro,& econtrà, quando dispositio non est pœnalis.secundum illust.Doct.Fran.de Are. in consil.130.nam priuilegium fori & canonis quod clericis conceditur, extenditur secundum ipsum ad eorum vxores: vt est clarus text.& ibi Doct.in l.2.in fin.C.de episco. & cler.& tenet gl.in c.clericum.11.q.1.& Bal. in Auth.hoc locum.ad si.C.si mulier secundo nup.& Franc.de Curt.in suo consi.6.feudorum.colum.4.versicul.vlti.confirmatur. Item habet a vxor doeriũ conuentũ vel consuetudinarium, nisi se portet communem: quia tunc non habet, nisi dictum fuisset in ipso contractu, quòd ipsa suum doerium haberet, siue communem, siue suis conuentionalibus matrimonialibus, seu in dote sua se teneret, prout sæpe fit: vt vidi. Sed quid, vidua se immiscuit in bonis quondam sui mariti,& cœpit certa bona mobilia, an videatur se communem portasse, & cõmunitatem elegisse, vt possit redire, nec eligere suas conuentiones seu dotem? Videtur q; sic: per l.post diem.& l.de commissoria.§.fin.ff.de leg.commisso. quia tacitè declarat se communem. Et solet in omni contractu matrimonij dari terminus vnius mensis, aliquando duorum ad deliberandum si velit se communem, b vel in suis conuentionibus tenere: quo tempore durante viuit expensis & sumptibus hæredum. Et si elegerit suas conuentiones, vsque ad annum, de iure debeat ali, si non habet aliunde, quàm ex dote se alere possit, & non vltra: vt l.prima.§.exactio.& ibi gloss.Cyn. & omnes Doctores.C.de rei vxor.actio.& tenet gloss.quam ibi sequuntur Barto.Bald. Paulus de Castro. Alexand.colum.3.in fine. & Iason pulchrè,colum.4.versicu.in eadem gloss.in l.diuortio.in princip.ff.soluto matrimonio. vbi Iason ponit quinque conclusiones.& tenet Angel.Aretin.in §.fuerat.colum.5.versicul.5.circa hoc.Institut.de actio. & Petrus de Ferra.in forma libelli,quo vxor agit in dotem in verbo,ac etiam alimentis,& Bart.in suo tracta.de alimen.col.vlt.versicu. quæro an maritus.& Abba.Sicu.in consil.39. & in consil.44.col.vlti.lib.2.& Franc de Zaba.in consil.78.in fin.& ista est communis opinio.& idem tenet dominus Alexand.de Imola in consi.27.volum.4.& Ange.Peru.in consi 142.& Bald.in cons.252.& in consi.258. volu.2.& in sua Margari.in versi.maritus.in 2.& decis.parlamen.Gratianopo Delphin. quæst.296.& Paul.de Castr.in dict.consilio 427.colum.2.versi.de alimentis, in nouis. Et infra c dictum annum debet operari hæredibus sicut marito secundum ipsos.vt l.sicut. ff.de operi.liber. Et pariter hæredes faciunt fructus dotis suos, quod not. Sed quod dictũ est quod debet lucrari vestes: vtrùm debeat habere vestem scissam nondum sutam, existentem penes sartorem? d vide text in l.& si non sunt.§.infecti.& §.fin quos Bartol.legit cum l.cum aurum.& in l.vestimentum.ff.de auro & argent.legato.& vtrobique per Bart. post Dynum, vbi tenent quòd sic.& idem Bart.in l.diuus.& ibi Alex.in addi.ff.de bonis damna.& in l.cætera §.sed si parauerit.& ibi Iason.in fine.ff.de legat.1.& Ba.in l.in legatis.C.de leg.& in l.ex facto.§.rerum.ver. fuit disputatum.ff.de hæred.institu. Et idem dicendum est de consuetudine quorundam locorum, quòd vxor habeat vnam vestem de melioribus defuncti sui mariti pro sua veste funebri seu lugubri: secundum Albe.de Rosa in secunda parte statu.q.205.post princip. per text.in d.l.vestimentum.& hæc consuetudo inter rusticos,& in prædiis, seu locis rusticis seruatur. Sed in ciuitatibus & villis est consuetudo generalis in toto regno Franciæ, quòd debet vestiri mulier pannis lugubribus,& velis, expensis hæredum viri, pro qua est text.& ibi tenent Angel.Bald.& Paul.de Castr.in l.decreto.C.ex quibus causis infa-

a Adde, an maritus possit cõstituere & assignare doeriũ vxoris: seu donationẽ propter nup.super feud. vide Bal.in c.1. §.donare. & ibi cap. ale.qualit. olim feu.alien.pote.

rat.et Frã. de Curt.in tra.feu.in 4.par.q.5.

b Adde quod eo ipso quod infra tempus conuentũ non renunciauit expressè communitati bonorũ videntur se portare & gerere cõmunes licet statim post mortẽ viri à domo viri recedant, nec possunt releuari per principem, quia esset derogare consuet.in §.2.suprà eod.contẽ. prout vidi pluries in cancellaria,&c.

c Ad quod et post annum debet ali, si stat per hæredẽ quo minus restituat dotem, quemadmodum si nulla dos ab initio per vxorẽ fuisset data secundũ Pau.de ca. in d.consil. 427.hic alleg.Ioann. Campe.in tract.de dote,in secunda part q.16.2.

d Adde Bart.Seci. in cons.121 c.1.volu.1.

irroga.& tenet Ange.Aret.in §.fuerat.col.25. versi.debet etiam ipsa mulier. Instit.de actio. aliàs hæredes viri non tenentur ad istam expensam secundum ipsos. Et idem tenet Bald. in sua Margarita, versi.maritus.in 2.& decis. Capell.Tholos.in q.302.in fi.& decis.Gratia. Delphi. in d q.216.ver.quod idem dicēdum, &c. Et idem dicendum est de consuetudine quà curati & rectores ecclesiarum parrochialium prætendunt lectum munitum, vel vestem nobiliū, & presbyterorum in eorum parrochia decedētium, quæ valet secundum Pau.de Cast.in consil.356.incipien.circa primum quęsitum, videtur mihi in antiq.secundum verum numerum, quod est singul.pro curatis petentibus pręferentias siue ius mettine.& pro hoc facit tex.in c.suam.& c. ad apostolicam. & vtrobique per Abba.& Felin. de Simon.& Feli.in c.veniens.& 1.col.2.ver. nota quartò.de testi.& Paul.de Leaz.in repe. c.in literis.col.7.versicu.contra hoc facit.de restitu.spoliato.& Hippoly. de Marsil.in suo singul.192.& Ioan.Fab.& Ange.Aretin.in §. aptum quoque.Institu.de rerum diuisione. & Bartol. in l.cum de in rem verso.ff.de vsu. & Ange.Bald.Paul.de Castr.Alexan. & Iason in l.si certis annis.C.de pactis.& Iason in l.de quibus. colum.18. versicul.& an valeat consuetudo.ff. de legi.& ad supradicta omnia, vide decisi. Capellæ Tholos. quæst.388.cum seq.& per aliquos Doctores in l. qui post.C. de leg.vbi etiam dicunt, quod si vestis, quam debet habere rector, fuerit vendita: hęres tenetur redimere: vel æstimationem ei præbere.per illū text. Vnde si nunc fieret statutum, vel pactum contra dictam consuetudinem, non valeret: cùm concernat bursas clericorum, secundum Felin.in d.c.1.colum.11.versic. quintò fallit. de spon. vbi etiam ponit an valeat ꝙ pro mortuariis, vel benedictionib. nubentium nō soluatur, nisi certum quid:& tenet ꝙ non. vt ibi vide. & probatur de iure diuino, vt Io.18.sicut mos Iudæis est sepelire.& per Doct.c.abolendæ.de sepul. Aduerte *a* quod vxor lucratur doerium suum, de consuetudine statim, ꝙ cubuit cum viro suo, licet non fuerit cognita. pro qua est tex. in l.denique.cum l.cum ideoꝗ. ff de ritu nupti. Et econtrà illud perdit, sicut dotem per adulterium, vel l.consensu.C de repud.& quæ dixi in addi. ad Dy. in regu.non debet.in vlti.addit.& Pet.de Ferr. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in verbo, vxor.col.1.versi.fallit.& Abb.in c.fi.de rebus eccle.non alienan. & in c.penul.in fi.de sepultu.& Ioan.Baptist. in repet.l.omnes populi.chart.14.versi.item quæritur. ff. de iustit. & iure. Sed ponamus *b* quod matrimonium fuit, quo ad thorum, separatum, alia causa quàm per adulterium, an possit petere doerium? Dic quòd non, nisi mortuo viro: vt not. Docto.in ca.plerunque, de dote post diuortium. Quid si *c* matrimonium fuit declaratum nullum & illicitum: an vigore cōsuetudinis, vel pacti de ipso doerio, vel etiam dote lucranda habeat locum? Dic quod non, secundum Bald.in c.iurauit. colum. vlti. de probationibus. & Hippol.de Marsil.in suo singul.129.

a Adde Bart. Soci. in con.223 Vol.2.Bal. & Moder. in l.nō tantum. C. de leg.

b Ad. tex. in l. 1. ibi. Si autē locum habeat bonorū possess. vxorem esse oportet etc. ff. Vnde vir

b *Dessus est dit.*] Nota vnum quod perpetuò tene menti in practica. quòd si vidua secum suis filiis & hæredibus communem teneat, sit cauta quod incontinenti faciat partagium & diuisionem. Tum propter alimenta & alia necessaria eiusdem de dotis & doerij, si dictum erat, quod ipsum haberet: etiamsi communem se teneret præstanda. Tum propter debita, & alia multa, quæ durante communitate solent accidere persoluenda: vt not. pulchrè Anton.de Butr.in consi.7.& quæ dicam infrà, de testamen. §.3.colu.vlti. versi.sed quid detentis.

c Exempl. Nico. de bal. in tr. de success. ab intest. 4.par. 3. versi quæritur c Ad. & l. sicut per tex. ff. . . . in l. C. . . .

§. V.

Item entre les nobles, si le mary suruit sa femme, vel econtra, le suruiuāt gaigne les meubles, s'il n'y a heritiers peulx, ou lung deulx en droite ligne. *a*

Item entre les.

a *En droit ligne.*] Et similis consuetudo est in Campania. sed tu habes ꝙ si vir vel mulier transeat ad secundas nuptias, ex quib. non supersint liberi, sed solum ex primo matrimonio, nihil lucratur. imò mobilia reseruantur liberis primi lecti seu matrimonij: vt est text. in l.si qua.& in l. fœminæ.cum Authen. sequentibus.& ibi Bart.Cyn. Bal.& Salic.C. de secund.nupt.& in c. 1.& per totum.extra, eod. tit. Sed videtur quòd nobiles transeuntes ad secunda vota, infra tamen annum luctus, perdant nobilitatem. text. est in d.l. si qua.& ibi Bald.versi. 2. dicit hæc lex, & c.ibi, honestæ nobilisꝗ personæ decore priuetur. sic est infamis.l.1.& ibi Bald.versic.ibi infamis.eodem titu. Vnde infamis non est nobilis, nec honesta persona. quia secundum Bal. nulla sine honestate nobilitas. & facit text.in regula, Infamibus.de regu.iur.libr.6.& quæ ibi post Dy.dixi. Ergo videtur quòd hæc consuetudo non poterit in transeuntibus ad secunda vota habere locū. Sicut nobilitas perditur per ingressum religionis: vt no.gl.in c. 1.& ibi.vide per Abb.& Do.de purga.cano.& in c.scripsit, 27.quæstio.2.& pulchrè per Ludo.de Bolog. in Authen.ingressi.in suis primis interpre. C.de sacrosan.eccle. & Ias.in l. præscriptione. colum. 3.versicu.in ea glo.ad fin. & ibi addi. eiusdem. C. si contra ius, vel vtil.publi. Tamen est communis opin.quòd non perdatur per ingressum religionis, cum iura sanguinis tolli non possunt: vt l.iura sanguinis.ff.de regu.iu.& l. ius agnationis.ff.de pactis. sed potest dici, id est verum, *d* de iure ciuili: secus de iure canonico, vt pœnæ à iure ciuili introductæ non habeant locum: vt no. glo.in d.l.1.de secundis nupt. quia mortuo viro secundum Apostolum, nubat in Domino,

d Adde Bart. Soc. in cons. . . . & . . . 7. . . . col. . . .

mino, quia soluta est à lege viri. Et maxime quo ad infamiam: vt c. fi. eod. tit. quia secundum Bald. in dict. l. 1. column. 3. *che la fano es de male gardure*, quando non vano à marito, quia puellæ Italicæ, maxime Senenses appetunt amplexum sponsi. Papienses non recedunt ab ipso, & meritò. quia secundum naturam, vt dicit Bald. in c. pe. ante fi. de proba. de quo vide in d. l. pen. Cyn. Bart. Bald. & Alexand. in addi. vtriusque, scilicet Bar. Bald. & Ioan. Fab. & Feli. ibi & Inno. Abba. & Propos. Mediola. in dict. c. fin. & Ludou. Bolog. in addi. Math. de Math. in tracta. de succes. ab intesta. in secundo artic. prin. incip. author recte, & Bart. post gloss. in l. liberorum. ff. de his qui not. infa. & Alexand. in consil. 134. libr. 4. & Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. column. 19. versic. limita quartò, de consti. & Paul. de Castr. in consil. 359. incipien. super primo puncto. vol. antiq. & Pet. de Ancha. in cons. 101. & Ioan. de Ana. in consil. 102. & ibi Ludo. Bolog. in addi. & pulchrè Luca. de Penna in l. fi. C. de incolis. libr. 10. vel quia Atrides. 1. nobiles plus diligunt vxores quàm ignobiles: vt est tex. iuncta sua glo. in verbo inquit. & in l. si vxor. §. plane. ff. de adul. & tenet Oldra. in consil. 95. colum. 2. & dixi suprà de consuetudi. iur. stat. perso. §. 4. in glos. 1. prope fi. vel secus est de consuetu. generali regni Franciæ. Et hæc consuetudo comprehendere videtur etiam hæredes non solum descendentes: sed etiam ascendentes in recta linea, cum indistincte loquatur. vide quæ dixi suprà de consuetudine retract. §. 2. in glos. 1. post prin. Sed quæro de quæst. quæ quotidie contingit. quia à Titius paterfamilias in cōtractu matrimonij filiæ promisit genero suo quòd dicta sua filia succederet æqualiter cum aliis suis filiis. & quòd non auantagiaret, seu plus vni quàm aliis ex suis filiis relinqueret: & huius promissionis contemplatione gener contraxit, & rē cū minori dote, aliàs non contracturus, quia *a* qui potest dare bonam dotem non inueni, & diuitem maritum secundum Pet. Cy. & Bald. in d. l. 1. col. 1. ver. item quia. de secundis nupt. ad quod facit gl. in l. si præses. C. de dona. vbi nota quòd matrimonia honorabilia requirunt honorabilem dotem. Et præcipue in vidua, in qua requiritur maior dos quàm in virgine, vt notat Bald. in consi. 98. post principium ver. in contrarium. libr. 2. & dos magna dicitur in re & effectu, quæ est de mille florenis, id est ducatis, secundum Bald. in consil. 133. in fin. vol. 1. & quæ not. Paris à Puteo in tracta. de Syndic. in verbo iudex. c. iudicis cōmittitur. & prædicta obseruantur hodie, quia sæpe datur inutili pulchra puella de bonis parētibus, cum dote magna, & maxime istis thesaurariis, & clericis financiarum qui ab initio faciūt magnam pompam, & per exteriora apparent diuites, sed in fine finali mutātur, & in exilium mittuntur: vt his diebus de pluribus factum est per serenissimum Ludouicum Regem 12. Et ad prædicta vide glo. in Summa. 27. q. 1. reuerto ad quæst. pater tamen in suo testamento nihil facit, quia *b* ipsam filiā in sua dote heredem solum instituit, vel masculum auantagiauit, seu eidem prælegauit domum paternam, vel medietatem, aut certam pecuniarū summam dedit. quæritur an tale pactum in contractu matrimonij, & eius contemplatione factū valeat de matrimonio: an valeat, licet pater filiæ dolo interduxerit generū prætextu dicti *c* pacti ad matrimonium cum eius filia contrahendum? Non est dubiū quin valeat: vt not. gl. fi. in ca. pen. quòd metus caus. de qua ibi Abba. Sicu. bis pro singulari exclamat. & tenet Bald. in l. cum Archimedoram. col. vlt. versi. vlterius quæro. C. vt in poss. leg. & Ias. in l. pacta nouissima. col. 53. vers. & not. C. de pactis. in quibus locis tenet Bald. & Ias. quod tale pactum non valet. text. est in l. pactum quòd dotali. & ibi idem tenent. Bal. Salic. & Iason col. 1. in primo notabili. & colū. 2. versi. 3. extende. & ibi Alexan. in fi. C. de pact. quia tale pactum inducit votū captandæ mortis, contra c. ne captandæ. de concessione prębendæ. l. 6. Præterea aufert liberam testandi facultatem contra l. 1. C. de sacrosanctis ecclesiis. & idem tenet Bald. in consil. 372. vol. 3. Et hoc verum secundum Bald. in d. l. cum Archimedoram, nisi per statutum vel consuetudinem tale pactum validaretur, per text. in c. mulier. & c. filij nati. & ibi expresse Cardin. Alexand. si de feud. fuerit controuersia inter dominum & agnatum. & idem tenet Bald. in l. de quibus. colum. 2. versicu. Item non valet pactum. ff. de legi. & in l. pactum. C. de collatio. in 2. oppositione. sed do. Alexā. in addi. ad Bald. in d. l. cum Archimedoram, tenet contrarium in hoc vltimo, quòd dictum pactum non possit consuetudine corroborari: quia vbi aliquid prohibetur fieri per pactū, quia contra bonos mores, *d* statutum, vel consuetudo, ibi nihil potest: vt not. Bart. in l. omnes populi. in 3. q. princip. ff. de iustitia & iure. & dixi suprà de præscriptionibus. §. 5. sed istud, & huiusmodi: vt l. ex eo. C. de inutili stipulatio. Nec obstant secundum Alexan. iura per Baldum allegata: quia loqui videntur in pacto de non succedendo, quod non est contra bonos mores: & Baldus sibi contrarius ita tenuit in l. 2. col. 2. versic. item in pacto, de futura successione. C. quæ sit longa consuet. & idem tenet Alexand. in d. l. pactum. de collatio. col. 1. versi. in ea. ibi imperialiter. & etiam in d. l. pactum. quod dotali. in 1. fallen. & Iason in quarta limitatio. & ambo in l. fi. C. de pactis. *e* quòd non sic in pacto, de succedendo. vt ibi vide. & not. Barto. in d. l. pactum. de collationibus. & istam tanquam veriorem tenet Iason in d. l. de quibus. colum. 18. in princ. versic. an consuetudi. & Georg. Natt. in repetitione c. quanuis pactum. col. 4. versic. sexto fallit. & latius. col. 15. versicu. fallit primò de pact. libr. 6 *f* Et ex prædictis clare constat, quòd si in contractu matrimonij, & contemplatione illius cōuentum & pactum expresse

a Adde Bar. Soci. i consi. 246. col. 3. Vers. sed tamen arbi. cum sequ. li. 2. et An. Bar. i rep. c. Raynaldus char. 38. co. 3. circa medium de testa. Et quibus modis filia dicatur dotata Vide Sig. de Ho. i cōsil. 98. & Bal. i cons. 340. col. 2. in fi. li. 3. et glo. Bal. & Moder. in Authentic. quod gl. in locū. C. de colla. et Parid. à Puteo i tra. Synd. in litera iudices Vers. iudicis cōmitti arbitrio. & Fabia. de Giochis in rep. Authentic. nouissima. char. 10. col. 4. C. de inoffi. testa.

b Ad. quod pater et mater de æquitate dicuntur æqualiter …

diligere filios & filias, secundum Bal. i cōs. 369. co. 3 & in cōs. 51. c. 278. col. 2. Vol. 3.

c Ad. quod si ipso contract. fuerit cōuentū & accordatū auantagium quod ipsis masc. relinquere intendunt, an vlt. ad. auantagiū cōuentum possint pater & mater eisdē filiis masc. p̄legare i testamento, vel donare causa mortis, vel iter viuos. ego i hac. q. consului pro prudēte viro Lāberto Amours domini nostri Frācorum regis thesaurario, et etiam dominus de sanct. And. primus par la. Thol. p̄ses. et plures alii do. Italici, qui mecum tenent quod nō obstant hic deductis prout i consi. 6.

d Ad. Bal. Nouellū in tract. de dote. i 4. part. Ver. primū priu. char. 16.

e Ad. quòd idem tenet Ang. i l. pactū. de col. la. alleg. hic.

f Ad. Bal. Nouel. in tra. de dote Ver. 43. priuilegium char. 21.

Adde, an istud pactũ in contractu matrimonii nobiliũ valeat Docto. suprà alleg. i r. filii. si de feu. fue. cõtro. et in l. licet. C. de pact. et decis. 4. Tholos. q. 452. & quæ dico infrà de testa. §. 2. col 9. & in addi.

appositum fuerit, quòd pater vel alius, puta frater, promiserit dare hęreditatem suam totam, aut partem hæreditatis, vel eosdem hæredes instituere: quòd talis conuentio & pactum non valet, quia hæreditas nõ potest per pactum dari. text. est clarus in l. hæreditas. C. de pactis conuent. & tenent Bald. Salic. & Ias. in fin. in d. l. pacta nouissima: quia fauorabilior est causa liberi arbitrij in testatore, quàm sit causa dotis, vt ibi dicitur: nec potest donari causa mortis, nec etiam in codicillis. vt l. hæreditatem. C. de codicil. & tenent Bartol. Bald. Angel. Paulus de Cast. & Iason in primo notabili. in l. licet. C. de pactis. & in l. fin. eod. titu. quod intellige. prout per Iasonem in d. l. fi. colum. 4. versic. veritas est. & in parte hæreditatis idem tenet Petrus de Ancha. & Imol. in Rubri. extra, de testamentis. in antiquis, & Alexand. & Iason in l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. oblig. & in d. l. fin. ante fi. de pact. licet Cyn. & Bal. ibi teneant contrarium, quia non aufert liberam testamẽti factionem: sed bene inducit votum captãdæ mortis, & istud tenet Alexan. in consil. 29. colum. 7. circa medium. versi. videantur etiam. volu. 5. sed tene primam: quia communis quã tenet Georg. Natt. vbi suprà col. 17. versic. tu considera. & versi. circa tertiam.

Les coustumes touchant donations.

§. I.

Si aucun fait donation daucune chose, inter viuos, & si la retient a sans la bailler au donataire, ladicte donatiõ nest vallable, & ne doit tenir, car par la coustume, donner, & tenir, ne vault rien.

§. II.

Item toutevoye par ladicte coustume, nest prohibe, ne deffendu. mais est bien permis a vng chascun de donner, & retenir a luy lusufruict de la chose donnee, selon disposition de droit escript.

Si aucun fait donation.

a *Et il la retienne.*] Ista cõsuetudo his duobus §. contenta, est generalis & iuri cõsona: vt est text. singularis in l. si quis argentum. §. sed siquidem. cum § sequen. Et ibi Cyn. Bar. Bald. & Salic. & Alex. in additionibus Barto. C. de do. vbi requiritur, quòd res donata tradatur verè: vt l. traditionibus, & ibi Ioã. Fab. Alexan. & Iason, de pact. & Iason in l. quotiés. in notabili. C. de rei vendi. aut fictè per retentionem vsufructus, aliàs talis donatio esset inutilis, si ad mortem vsque donator in possessione remanserit, vt est tex. celebris in l. sicut. §. superuacuum, & ibi Bart. & Bald. quibus mod. pignus vel hypothe. soluitur, & in l. & qui sub imagine, & ibi Bald. C. de distra. pig. & in l. fina. & ibi Bart. Bald. & Salic. C. de remiss. pigno. nam per retentionem vsufructus transfertur possessio rei donatæ: vt l. quisquis. & ibi Ioan. Fab. Bart. Ang. & Salic. C. de do. vbi Bald. dicit, quòd d. l. quisquis. & d. §. sed siquidem. non sint alibi, & idem tenet Paul. de Cast. in consi 172. in princ. secundum verum numerum in nouis, incip. in casu præsenti visis omnib. Et quæ sit ratio quare per retentionem vsufructus transferatur possessio, vide per Doct. suprà alleg & Ludo. de Rom. & Alexan. in l. 3. in princ. ff. de acqui. pos. tenet idem Bald. in consi. 168. col. 1. versi. ex his sequitur. vol. 1. & Alexand. in cons. 158. col. vlt. ver. non habet. lib. 2. a & intelligenda est hæc consuetudo, si donator reperiatur tẽpore mortis possessor, & saisinarius rei donatæ, pro quo dicit Bal. in l. 1. C. de donatio. antenupt. quòd donator qui possidere præsumitur contractum celebrasse simulatè, quando possidet nõ mutata causa possessionis: sed quando causa possessionis est mutata, tunc non præsumitur simulatio. Verbi gratia, maritus dedit sponsæ futurę fundum quem postea ipsa sponsa dedit sponso in dotem, quia ab initio maritus possidebat pro suo, & nunc pro marito, secundum Bal. ibi fraudis simulatio præsumitur, quando tales donationes fiunt inter prohibitos propter prohibitioné: vt l. qui testamentum. ff. de proba. & in materia simulationis, vide Bart. in consi. 65. incip. Pet. Nicol. & in cons. 68. & Bald. in l. ab Anastasi. in fi. Cod. manda. & in Rubri. & l. 3. & ibi Doct. C. plus vale. quod agitur. & pulchrè Alexand. in cons. 112. colum. 1. & 2. lib. 3. & Pau. de Cast. in cons. 60. in nouis. & Franc. de Are. in cons. 95. columm. 2. versic. circa tertium & Ang. Aret. in §. præterea. colum. 2. Insti. quib. mo. ius patr. pot. & in §. præter. de inutil. sti. & Ang. in l. si ex precio. C. si cer. pet. & Ant. de Canario in suo tractat. de execu. instruct. q. 13. ver. sed quo tangit hanc consuet. dicit Angel. in cons. 106. versic. 2. potest dubitari quòd simplex possessio venditoris post cõtractum nullo alio concurrente, non inducit simulationem, nec fraudis præsumptionem, vbi tractatur solum de præiudicio concedentis, seu donantis, vel etiam tertij priuati hominis. ff. si quis à parente fue. ma. l. non vsque. & tenet Bartol. in l. post contractum. columm. 2. ver 3. præsumitur. ff. de dona. & respondet Ang. ad d. §. superuacuum, quia aliud concurrebat, si cessatio solutionis debiti. Et etiam respondet ad d. l. & qui sunt sub imagine, prout per eũ vidi. & idem tenet Abb. Sic. in cons. 49. vol. 1. & in cons. 12. colum. 2. ver. si autem est missus ab alio, volu. 2. nisi quo ad tertiũ creditorem, quia sibi nõ præiudicat, cum ex eo solo quòd reman-

remansit in possessione rei venditæ vel donatæ, præsumitur contractus simulatus, & istud credo verius contra Ang. vt est text. & ibi Angel. Areti. Instit. qui ma. non poss. in prin. iuncta sua gloss. super verb. agit: & tenet Bartol. in l. amplius. ff. rem ra. ha. & Abb. Sic. in c. dilectus. elo. 1. de præben. & istud tenet Bartol. in d. §. superuacuum. & Io. de Imol. in consil. 55. column. 1. & 2. Et no. quod donatarius potest agere contra donatorem condictione ex lege. vt in eum transferat possessionem rei donatæ: vt §. siquidem. & §. aliæ donationes. versic. perficiuntur. Institut. de dona. Et non solum trãsfertur possessio rei donatæ per retentionem vsufructus: sed etiam si donator constituerit se possidere nomine precario donatarij: vt l. quod meo. ff. de acqui. posses. & tenent Angel. & Abb. in d. consi. suprà allega. per quæ deciditur quæstio. quòd si quis primo donauerit, vel vendiderit retento vsufructu, vel sibi constituto precario. Et secundo vendat, & tradat corporalem & actualem possessionem, quòd primus præfertur: vt no. Io. And. in addi. Specu. tit. de emp. §. 1. versic. not. quòd si res. & Alberic. de Rosa. in dict. l. quotiens. & ibi Iaso. in quinta fallen. de rei vendi. Et omnia ibi per Iaso. no. faciunt ad hanc consuetudinem, vbi ponit 15. limitationes, in quibus trãsfertur dominium in primum emptorem vel donatariũ. Et de statuto huic consuetudini, simili, facit mentionem Paul. de Castro in consil. 21. incip. ad primum. in nouis, vbi limitat ipsam non habere locum in donatione vel venditione facta in diem, vel sub conditione, sed solum purè & simpliciter: prout ibi vide. sed quid dicitur hic, quòd per retentionem vsufructus transfertur possessio. Quid econtra, an per retentionem proprietatis transferatur vsufructus. Bald. in d. l. quisquis. & ibi Alexand. in addi. ad Bartol. tenent quod non, per text. in l. 3. §. dare. ff. de vsufruct. Item limita hanc consuetudinem non habere locum in donatione iuramento vallata: sed solum in donatione simpliciter facta: cum hæc consuetudo simpliciter loquatur, quia statutum vel consuetudo simpliciter loquens, non intelligitur de donatione iurata. vt tenet Io. de Imol. in tertio membro. ver. nunc pro declaratione materiæ, an per statutum possit prohiberi, & c. in c. cum contingat. de iureiu. quia consuetudo & statutum debet interpretari secundum ius commune; vt l. 2. & ibi Doctor. C. de noxa. acti. & c. cum dilectus. & ibi Abb. Sic. de consuetudi. & Bartol. Soci. de Senis in l. fructus. col. 2. versi. confirmo. ff. solu. matrimo. & hic in §. 2. se refert etiam ad ius commune. & dixi suprà, de præscrip. §. 6. & de consuetudine retractus. §. 1. sed de iure communi potentius cooperatur actus iuratus quàm non iuratus: vt l. cum pater. §. filius matrẽ. ff. de lega. 2. & d. c. cum contingat. & c. quanuis pactum. de pact. lib. 6. & ita tenet Alex. in consil. 125. col. penul. versicu. pro hoc etiam bene facit, lib. 1.

per resignationẽ quæ est nullius momenti, sed si resignãs vitat post dictũ terminũ poterit tamẽ leuare & expediri facere, bullas suas, ac possessionẽ accipere. vt ibi per glo. Ex qua quidẽ regula sequitur, quòd resignãs quandiu resignatio, non est sibi notificata aut nõ est possessio in vim resignationis prædicta accepta dicitur esse ĩ possessione beneficij resignati. & interim facit fructus suos, sed secus quando per renunciationem sponte ĩ manibus superioris factam nedũ renunciãs perdit proprietatem, sed etiã possessionem. vt per Inno. Host. et Anto. de Bu. ĩ cap. quod in dubiis, & ĩ c. super hoc. & c. admonet. de renuncia. & Do. de Ro. decis. 298. ti. de renũ. in nouis etiam profectò si renũ. non fuerit per superiorem admissa, sed hoc verum est quãdo per seipsum, et non per pro-

Præterea statutum vel consuetudo non intelligitur prouidere in casu, in quo iuramẽtum interuenit: vt d. iuribus probatur. & no. glo. fi. & ibi Doct. insuper Ias. de May. in Authent. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & idem tenet Alexan. in consi. 38 colum. 7. versi. & tanto fortius. vol. 2. & Abb. Sic. in d. c. cum cõtingat. in tertio membro, quia de iure diuino scriptũ est, Reddite iuramenta vestra Deo. vt c. debitores. & c. & si Christus. de iureiu. Et iuramentum ad ecclesiam spectat. c. venerabilẽ. de ele. & ca. nouit. de iudi. Et istud tenet Ludoui. de Roma. in consil. 12. & pulchrè Ang. de Perusio in cõs. 109. incip. domina Catherina. colum. 1. & pe. versic. statutum enim prædictum. & Paul. de Castr. in consil. 54. incip. visis actis. in nouis. & faciunt no. suprà ti. proxi. §. 1. Sed an hodie requiratur insinuatio donationis corã iudice, maximè cum custodes sigillorum regiorum, sigillumq; contractuum tenentes in pluribus locis habeant de consuetudine iurisdictionem. Io. Fab. in d. §. aliæ donationes. colũ. 3. videtur tenere quòd non, secus, si non habet iurisdictionem: tamẽ verius credit quòd requiratur insinuatio, vt ibi vide per eum. & amplè Ang. Aret. hoc verũ est, nisi esset consuetudo, quòd donationes excedẽtes summam quingentorũ aureorum valeant sine insinuatione: vt est in regno Siciliæ, vt not. Calde. in cons. 1. tit. de dona. cum possit consuetudo legem abrogare: vt 4. dist. §. leges. & ibi Cardi. Alexand. Et ita in regno Franciæ obseruatur. & ad plenum vide in materia insinuationis Anton. de Canaro in suo eleganti tracta. de insinuatio. & Alex. in cons. 4. colum. 7. ver. quinimo. & in consil. 12. vers. præterea. lib. 1. & in consil. 83. in fin. & in consil. 158. in fin. volum. 2. & in consil. 20. libr. 3. & pulchrè Angel. de Perusi. in consil. 179. incip. visis prædictis instrumentis. column. 6. versi. venio ad tertium. vsque ad fi. vbi ponit quæ donatio requirat insinuationem. de quo per Doct. supra alleg. & Bald in consi. 61. & in consi. 138. in fi. lib. 2. & decis. Capellæ Tholos. quæstio. 382. & decis. parlamen. Gratia. Delphi. q. 325.

Des coustumes prediales.

§. I.



Ar la coustume, il est permis a vng chascun, prendre bestes daultruy quil trouue en son fond & heritaige, luy faisant dommaige, pour les amener a iustice dedans 24. heures a pour estre paye de ses interestz & dommaiges. Et par ladicte coustume, celuy qui prent lesdictes bestes, est creu par son serment de les auoir trouues & prinses en son dom-

curatorem resignauit, quia tunc tertius est de renunciatione, et ita loquuntur iura et DD. suprà allega. & tenent Do. de Ro. decisio. 67. de renun. in anti. & gl. in Cle. 1. in verbo collato, vt lite penden. sed secus quando renũciauit per procuratorẽ. est n. incertus quando renunciauerit. & sunt casus diuersi. & ideo videtur quòd debeat certificari de resignatione per ipsũ procuratorẽ facta per notificationẽ, vel ostensionẽ secundum gl. in d. regula, quæ tamen simpliciter vult quòd siue quis renunciet per se, aut per procuratorẽ, quòd sufficiat in cancellaria, vel camera apostoli. publicare & notificare, & hodie secundum ipsam fit talis denunciatio per procuratorem renunciantis ĩ audientia contradictarũ alle no. per glo. in Authen. de nõ eligendi secundi. §. fi. ĩ ver. præ-

dommaige, lequel serment il doit faire es mains de iustice, a ce present, ou appelle celuy a qui seront lesdictes bestes, se bon luy semble estre.

dum eum vigore dictæ consuetudi. vel statuti debet petere se mitti in possessionem ex edicto diui Adriani, vel interdicto adipiscendæ possessionis in executionem pręfatæ consuetudi.vel statuti,& hęres institutus in testamento citari:quia corporaliter possidet.licet secundum Baldum non posit interdictũ recuperandæ possessionis intentare. vt not.ipsi in Authent.defuncto. colum.2.vers.3.quæst. est.C.ad Tertul.& in leg.1.in fin.C. de appel. & Iason in dict.l. si sorori. versic. secundo limita.& Alexand.in d.consil.37.colum.1.versicu.sed alia ratione.libr.1.& in consil.83.columu.4. versicul. fortificantur prædicta. column.2. tamen de consuetudi.regni Franciæ totum contrarium seruatur: quia non opus est interdicto adipiscendæ possessionis, cum possessionem habeant, & sint saisiti, & possidenti non datur: vt l.1.in fine.ff. quorum bonorum.præterea eisdem competit interdictũ recuperandæ possessionis, si alius fuerit hæreditatis possessionem adeptus, secũdum Io. Fab.in d.§.sui.col.1.ver.in eadem gl.cum dicit in fi. vnde hic qui est in possessione ficta, est in vera: vt est etiam Mediolani secundum Bal.in d. Rubr. de cau. posses. & proprie. pro qua allegat tex.in l.apud Iulia.§.1.ff. ad Trebellia.& tenet Io.Fa.in §.alteri.col.4. Instit. de inutil. stipul.vbi dicit quòd mortuus per consuetudinem taliter saisit viuum,quòd nõ obstante aliqua clausula huic consuetudini derogatoria in testamento, etiam cum pœnæ adiectione per testatorem apposita est saisitus de omnibus bonis ipsius defuncti: quia dicta consuetu.habetur pro lege: vt §. ex non scripto.Instit.de iure natu. gen.& pro hoc facit l. nemo potest.& quæ ibi not. Docto.ff.de leg.1. hinc est quòd ipse Ioã.Fab.dicit in §. in summa.Institu.de interdict.quòd potest excusari stylus curiæ Franciæ,vbi hæredes se dicũt falsitos,& turbari in possessione, & concludunt in casu nouitatis:quanuis non fuerint adepti possessionem realem.& tenet And.Barb.in repeti.d.Rubr. de causa possessio. & proprie. chart.22.vbi amplè adducit plura media. ꝙ statutum vel consuetu.possit transferre *a* possessionem sine actu corporali.& Anto.Cor.in trac.de potestate & excellentia regia. q.25.& tenet Bal.in l.penulti.§.fi.in fine. C. ad Trebel.& in l.fi.col.4.de sacrosanctis ecclesiis, & in sua Marga.vers.consuetu.& Bar.de Firmo in tracta.de episcopo,in prima parte.3.lib.q. 56. Et consuetudo transferens possessionem in hæredem vel proximiorem, debet intelligi secundum Bald.& Barba. in dicta Rubrica in hærede & proximiore vero & iusto.habili & ad succedendum capace,& idem tenet Bal. in ca.item cum quis.col.1.versi. & præsertim si statutum.de restit.spolia.& Alexã.singu. in consi.40.colum.2.versic.quia respondeo, vsque ad finem.lib.3. & istud est de mente consuetudi.huius, dum dicit *b*, *habile a luy succeder*.& pro hoc text.cum sua gloss.1.in l.1. C.de sacrosanctis ecclesiis. Nam beneficia legum capacibus scripta sunt: non autem odiosis & incapacibus.l.Lucius.§.Lucius Titius Damam. ff. de leg.2.& tenet Bald.in l. omnes populi.column.12.& ibi Ioan.And. Bapti.char.29.column.2.versicul. ex hoc infer.ff.de iustit.& iure: nisi statutum vel consuetud. diceret, quòd quilibet cuiusuis conditionis posset succedere vel testari: quia non restringitur ad habiles, & ideo inhabiles cõprehenduntur, secundum Salice.in l.si serui vestri.C.de noxa.& Io.Bap.vbi suprà.char. 28.colum.2.versic.tertiò infert.& Bart.& Alexand.in addi.in l.1.§.quid habebat.colum. 1.versic.extra gloss.ff.de bono.poss.contra tabu. Item est similiter intelligenda tam in linea directa, quàm transuersali seu collaterali,tam in bonis mobilibus quàm immobilibus, vt infrà dicam. *c* Et inspicitur conditio personæ succedentis saisitæ: & non conditio defuncti. quia si successor sit clericus,& decedens laicus,bona dicuntur clerici,& non laici: licet fuerint illius mortui: amplius tamẽ non sunt,vt ff.de iure doti.l.si ego.§.si res alicui.ibi tam hæredis dominium est,à quo discedere non posse.& ibi bona gl. in verbo, fauore.præterea est intelligenda, non solùm in homine libero: sed etiã in seruo mortuo qui saisit suos proximos,qui sunt eiusdem conditionis,& non cõsanguineos liberos:aliàs dominus est saisitus,vt de seruili cog.& ibi Christoph.Porc.Ioan.Fab.& Angel.Areti.quia de consuetudine liber & francus non succedit seruo, sed bene alij agnati & cognati eiusdem conditionis & ipsis deficien. dominus, vt suprà §.proxi.in fi.dictum est,tamen de consuetudine plurium locorum dominus statibus liberis seruis succedit in tertia parte omnium bonorum:vt est in duo de cellis in Bituria,& vidi iudicare per dominum vicegerentẽ priuilegiorum apostolicorum almæ vniuersitatis Biturigum. Et istud ius in gallico seu vulgari vocatur *mortemain*. Sed videtur, ꝙ hæc consuetud. non habeat locum in feudo,quia hęres non censetur esse saisitus sine prestatione fidelitatis & homagij,licet ius sibi competat, & in eum possessio transferatur secundũ Bald.in dict.l.cum antiquioribus.de iure delibe. quia dominus est saisitus per mortẽ vasalli vtilis dominij, quod vtile & profitabile dominium censetur annexum & consolidatũ cum directo: vnde requiritur quòd hæres ponatur in possessionem per manum domini, sed hoc intelligitur, quòd hæres nõ censetur saisitus contra dominum,sed bene contra omnes alios, vt tenet Bald. in capit.1.column. vlti.& ibi Cardina. Alexand. an mutus, vel imperfectus,in lib.feudorum & Iason in d.l. sorori versicul.principaliter.& Ioan.And.in addi.Specul.titu.de feud.§. quoniam. versicul.21. Præterea videtur, quòd etiam non habeat locũ in hærede vsufructuarij, argumen. not.in l.si quis conductionis per Cyn. Barto. Bald.& Salice. Cod.loca.& l.si quis.ff.de acqui.possessio.licet glo.in capitu.licet episcopus

a Adde quòd statutũ vel consuet.potest facere quòd possessio habeatur pro derelicta secũdum de Zaba.in cons.132.col.2.ĩ fin.

b Adde tex.in l.vt gradatim.§.& fi.ff.de muneri.et hono.& Ang.ĩ consi.160.col.1.ver.si itẽ statutum.

pus.de præben.li.6.teneat contrarium, quòd vsufructu extincto dicatur vsufructuarius in quasi possessione. de quo vide Alexan. & Doctores in l. naturaliter, in princi. ff. de acqui. possessio.& Ange.Areti.Institu. per quas perso.nob.acqui. §.idem placet. in fine. Item intellige hanc cõsuetudinem: quòd licet saisiat venientes ab intestato: & non ex testamento, hoc verũ, nisi hæres ex testamento sit de proximioribus venientibus ab intestato. Ideo cũ aliis venientibus ab intestato potest se dicere pro parte sua saisitum; quia hæc consuetudo non excludit, sed profectò vocat & saisit venientes ab intestato. Licet de iure cesset successio ab intestato quandiu succedi potest ex testamento. leg. antequam. & ibi Salicetus, C. communia de successione. Secus si hæres non sit de venientib. ab intestato: tunc oportet quòd veniat petitoriè.

¶ Adde textum in Authen. de hæredita. & falci. §. exhæredatos autem liberos si iuste à patre exclusi sunt, & nihil ex patris habeant voluntate, non vocamus, &c. col. 1. & Paulus in l. pactum. in princip. & colla. C. & dominos de Rota in decis. 3. titu. de pact. per Ber. de Bisgneto. Et nota vnum quòd si tempore renunciationis erant masculi, qui postea patre & matre viuentibus moriantur, quòd filiæ poterunt succedere, & dicere se saisitas: quia eas excludere fauore masculorum voluerũt quæ hic cessat. nam talis renunciatio & iuramentum intelliguntur fieri rebus sic stantibus seu remanẽtibus in eodem statu. 1. quòd successio possit post fratres masculos peruenire ad eas, vt tenet Pau. in d. l. pactum colũ. 2. post princip versic. quia quem ibi sequuntur Doctores & Bald. in consil. 369. volum. 3. imo secundum ipsum ibi etiam si filia renunciasset mortuis iam fratribus in manu parentũ, quòd est singu. & Barto. Soci. in consi. 64. lib. 1. quinimò si filia quæ renunciauit, moriatur viuente patre & superstitibus filiis ex ea qui postea volunt succedere ex propria persona auo cum patruis poterunt succedere, non obstan. iuramento & matris renunciatione secundum Bart. & Doct. mo. in l. quæ superstitis. ff. de acqui. hæredita. & Bald. & Ias. in d. l. fi. C. de pact. Pau. in d. l. pactum. col. 2. versi. 3. dubitatur. de colla. & Fran. de Are. in d. l. quæ superstitis. quid si filia cui relinquit pater mille causa dotis, si postea accepit à patre vel eius hæredibus quingenta & renunciauit legato cum iuramento. an possit postea petere integrum legatũ, vide Bal. in consi. 172. in prin. vol. 3. & Sign. de Ho. 252. & Ioan. Campe. in tract. de dote in 1. parte. quæstion. 36. quid si tempore dotis datę patrimonium erat minus quàm tempore mortis: ita quòd habita consideratione non habet legitima, quę fuit finalis causa renunciationis quartæ, an possit petere legitimam. Bald. in consil. 359. column. 2. versicul. pone quod, tenet, quod cessante causa fi. renunciationis, cessat eius effectus, ar. ff. de vaca. mune. leg. his honoribus, iunct. §. & Ludouicus de Roma. in suis singu. tamen per dominum Cancellarium non consueuerunt concedi literæ releuamenti talis deceptionis, & bene. Item etiam non nocet renunciatio sororis quæ contemplatione patris renunciauit successioni paternæ, si extraneus instituatur hæres, vt no. Guil. de Cu. Bald. Paul. Alexand. & Iason in leg. ius agnationis. ff. de pactis.

¶ Per quæ dico, quòd si filia dote contenta renunciauit successioni paternæ & maternæ in manib. patris de per se vel fratrum de per se: siue in patris & fratrum, simul ad vtilitatem fratrum, vel vnius tantum etiam cum iuramento: & sic priuata fuerit iure huius consuetudinis se dicendi post mortem patris saisitam, cum sit incapax & inhabilis ratione dictæ renunciationis: tamen si pater in testamento suo vnà cum aliis eam instituat hæredem: vel alius vocat eam ad successionem, quia non obstante renunciatione potest se dicere saisitam pro parte & portione ab intestato ipsam contingente. Pro hoc sunt duo textus, qui clarissimè probant: text. in capit. 2. & ibi Anto. de Butri. & Imo. de renuncia. vbi quis iurauit nõ accipere beneficium ab aliqua ecclesia, quòd licitè potest accipere, si sibi conferatur. de hoc dicto vide Ludouic. Bolog. in l. fin. ff. ad municip. in primis interpretationibus. Alius est textus in l. si patronus non aluerit libertum, ff. de bonis liber. vbi dicitur, quòd si patronus non aluerit libertum, priuatur, secundum legem Æliam Sentiam, successione bonorum liberti. nisi libertus in testamento suo eundem patronum hæredem instituerit, & istud tenet Bartol. in l. stipulatio hoc modo concepta. column. 1. versicul. facio aliam q. in fin. & ibi Alexand. insuper Iason column. 6. versicul. vltim. pro complemento istius secundæ quæst. ff. de verbor. obligatione, vbi ponit duas singulares ampliationes. & tenet glo. & Bald. in cap. ad nostram, in 2. col. 2. de iureiuran. & Oldrad. in consil. 232. & Paul. de Cast. in consil. 339. col. 2. versic. præterea. ille qui renunciat secũdum verum numerum incipien. non est dubium. vol. antiq. quia hæc renunciatio non trahitur secundum ipsos ad ius superueniens, cùm iuramentum habeat causam præsentem, & nõ de futuro. & idem tenet Franciscus de Areti. in consil. 92. colum. 5. versicu. tertio, quia secundum Bald. &c. & Bald. in l. fin. column. 4. ca. de pact. & Felin. in c. si diligenti. column. penul. ver. 10. fallit. de foro competẽti, vbi vult plus, quòd etiã si renunciauerit iuri quod habet, vel habere speratur, quia intelligitur ex causa nunc subsistente: & institutio est causa noua, de qua tunc non sperabatur secundum eum, & no. Paul. de Castro in consil. 287. secundum verum numerum incip. notandum est ad euidentiam in nouis, vbi dicit quòd licet stante consuetudine vel statuto, quòd filia dotata non succedat: tamen pater potest in testamento eam vocare, & idem tenet Bald. in l.

in l.quicunque.col.3.versic.sed pone,statuto. C.de seruis fug. & prædictam sententiam tenet Georg. Natt.in repetiti. c. quanuis pactũ. colum.3.versicul.limita. hanc decretalem de pactis.lib.sexto.& Petrus Iacob.in tit.de condict.ex l.omnimodo.colum.5.versicu. sed an ille filius.Iason in d.l.fin.colum.4.versi. decimo istum textum,de pact.& Bald.in consil. 253. in princip. volum.2. vbi adducit septem rationes.& ita pluries a consului. Aduerte tamen,quòd de consuetudine regni Franciæ nõ potest quis esse hæres & legatarius : licet habeat electionem,an velit capere hæreditatem vel legatum, quia nemo potest à seipso legatũ consequi, vt §.an seruo.Instituti.de legatis,& quæ dixi suprà eod.§.1.in fine,sed bene potest prælegari hæredi, vt certum quid præcipuum habeat secundum formam iuris. Sed quid in testamento testator pro complemento & executione sui testamenti, saisiat executores suos de bonis mobilibus, vel de certa pecuniæ summa, an hæredes sint ex vi huius consuetudinis aduersus ipsos executores saisiti, cũ iam dicti executores sint per traditionem testatoris: & de iure saisiti, vt l. nulli.& ibi Ioannes Fab.Cy.Bald.Ange.& Salice. C.de episcop.& cleri.& per Specu.titu.de instrumen.ædit.§. nunc verò.& Bart.in l.alio hærede. ff. de alimentis & cibariis legatis : dic quòd sic, & ita vidi iudicari : secus de cõsuetudine Parisien. b quia aduersus executores hæredes nõ sunt saisiti : sed ipsi executores de consuetudine sunt saisiti. Et nota quòd si executores habeant testamentum, quòd hæredes de iure & consuetudine possunt petere, & habere testamentum ab ipsis executoribus mediante cautione.pro quo facit text.in l.cæteræ.§.fi.cum l.sequen.& ibi. Flo.ff.familiæ.her.& l. si legatum,& ibi Bald.Alexan.& Iaso. ff.de æden.& l.procurator.& l.fi.& ibi Doct.C.eo.tit.Sed an hæc consuetudo habeat locũ in bonis mobilibus episcoporum, vel archiepiscoporum ab intestato morientium? Dic quòd sic: sed successores episcoporum in dignitate ex priuilegio à principibus Franciæ eisdem cõcesso possunt illa petere, vt dicunt quidam, qui ita viderunt contingere, & obseruari in successione cuiusdam archiepiscopi Remen. contra Cancellarium Regis Franciæ se hæredem dicenté: tamen de consuetudine generali mundi c episcopi & beneficiati seculares possunt disponere de eorum bonis mobilibus secundum gloss.archiepiscop. Dom.& Petr.de Ancha.in c.fin.de offic.ordi.lib.6. vt tenet Ioannes Fabri. in Authenti. licen. C.de episcop.& cleri.& Ioan.And.in regula, nemo potest, in Mer.de reg.iur.lib.6.& Ioan.Fabr.in §. is verò.Insti.de rerum diuisione & Alber. de Ros. in secunda parte Stat.q.189 & Bald.in c.fi.colum.4.versic.quæro nunquid valeat generalis consuetudo,de consuetud.& Abba.Sic.in c 1.eo.tit.& decisio.Parlamenti Gratia. Delphi.q.110.& gloss. in c.1.§.item quòd si ecclesia, in verbo acquisitos, de Anath. in Prag.

a Adde quid si filia fecit quittationẽ fratrib. de relictis sibi factis in testamento quòd non obest sibi in legatis factis in codicillis, vt no.Bald.in l. si seruo meo. ff. de leg.1.

b Adde quod relicta ad pias causas non regulãtur legibus laicorum, sed iure Diuino, gẽtium aut canoni.c.cũ esses.c.relatum & ibi Anto.et vterque sic de testa. & omnes in l. lib.1.C. de sacrosanct. & Bartol. Soc. in consi.247.colum.penu. ver.et ideo aliàs cõsultum.vol.2.

c Adde vtrunq; cõsi. relatum in 2. de testa.et Barba.in cons. 33. per totum lib. 1.

sanct. vbi dicit esse generalem in regno Franciæ : & Bart.de Firmo in tract.de episco. in 4. part.lib.4.q.3.versic.nec omitto. vbi vide per totam tertiam quæst.& Ioan.de Ana.in consi. 77.& ibi Ludouicum Bolo.in additionibus, & Bald.in consi.180.lib.1.

§. VII.

Item si aucun bastard va de vie a trepassement sans hoyr descendant de son corps, & sans faire testament, ou ordonnãce de ses biens, le fisque a luy succede & non autre : selon ladicte coustume. Mais pourtant nest prohibe ne defendu: ains est permis aux bastardz & illegitimes de tester & disposer de leurs biens, tam inter viuos, quã in vltima voluntate par ladicte coustume.

Item si aucun bastard.

a *Testament, ou ordon.*] Hæc consuetudo est generalis in toto regno Franciæ, quòd bastardi possunt testari, & de bonis suis disponere: quia ab eis incipit caput & linea : ideo de acquisitis per ipsos possunt testari : & ita fuit per arrestum curiæ Parlamenti Parisien. pronũciatum pro quodã nomine Luca de Mailleur de trouce vache cõtra procuratorem regium Sabbathi post Quasimodo, anno domini 428.supra mille. quia consuetu. potest habilitare inhabiles ad testamentum condendum secundum Alber.de Rosa.in 1.part. stat. quæst.172.& Doct.in l.1. C. de sacrosanctis ecclesiis.Et etiam potest disponere circa successiones spuriorum secundũ Iaco.de Alua. Bal. & Cardin. Alexan.in c.primo. §. hoc autem. de his qui feud.da. possunt, sed eisdem ab intestato decedentibus sine liberis succedit fiscus, aut alius dominus temporalis : tamen bastardi ex damnato coitu ab intestato de consuetudine nemini succedunt, & probatur de iure diuino,quo cauetur, nõ erit hæres filius ancillæ.de quo per Paul.de Castr.in consil.33. volu.nouo.sed de iure qualiter succedant patri vel matri,& aliis agnatis & cognatis, vide text.in Authent.licet & ibi Doctor.C.de nat. lib.& in §.nouissime.& ibi pulchrè Christophorus Porc.Ioan.Fab.& Ange.Aret.Insti.ad Orphicia.& Mat.de sinat. in tracta.de success.ab intesta.in 1.princ. ar. & Ludo. Bolog. in addi.1.& seq.& singul.decisi. Parlam.Gratia. Delphi.quæst.280.& Ioan.Fab.& Docto. in l. si qua illustris.C.ad Orphi.& Abb.Sic.in cõsil.50.volu.2.& Ludo.de Ro.in consil.232.& aduertendum est,quòd antequam aliquis dominus temporalis possit succedere bastardo & illegitimo, tria de consuetu. requiruntur. Primò,quòd fuerint nati in eiusdem domini terra : secundò, quòd ibi moram & residentiam faciant : tertiò, quòd ibi moriantur, & sic decedant, aliàs non. Secus est in principe, qui in bona

bona talium naturalium & illegitimorum liberorum laicorum occupat ab intestato, vt hîc vides. & nota ꝙ incestuosus, & natus ex damnato coitu, regulariter non potest capere à patre relictum de iure: vt l.1.C. de natu.lib. tamen bene potest pro alimẽtis, tex. est & ibi Inno. Abba. Sicu. & Card. Alex. in c. cum haberes. de eo qui duxit in ma. qua... & tenet Bart. Bal. Ang. Sali. in Auth. tit. & complexu. C. de inces. nup. & Bart. in l. si fraudator. §. si à socero. & ibi Alex. in addit. ff. de his quæ in fraud. cred. & Bart. in consi. 119. incip. dominus Dominicus, & ibi Bart. Landri. in addi. & Bald. in consi. 330. col. vlt. ver. 4. quæritur lib. 3. & Ang. Are. in §. legari. col. 1. Institu. de leg. & adde videndum Bart. Bald. Salic. Alex. & Iason. in l. 2. C. de hære. insti. vbi ponit consilium, *a* quod spurius possit capere sibi relictum à patre, & Ang. Aret. in §. hæres. Inst. de hæred. insti. & latius de pupil. substi. in prin. col. 4. & Paul. de Cast. in consi. 5. vol. antiq. & Alex. in l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad Treb. & sing. Bart. in l. si is qui duas. ff. de libe. leg. vbi ponit alium modum, videlicet instituendo socium spurij, & Anto. Corse. in suis sing. in litera spurius, & pulchrè Ludou. de Ro. in consil. 43. in fin. Sed an valeat *b* consuetu. vel statutum, ꝙ spurij & similes succedant patri, vide pulchrè Paul. de Castr. in consi. 466. secundum verum numerum, incipient. viso dicto puncto occurrunt dubia in antiq. ꝙ est amplissimum, qui tenet quòd non valet, & idem tenet Fred. de Senis in consi. 275. & Ioan. Bapt. in repet. l. omnes populi. chart. 11. colum. 1. quæst. 7. & sequen ff. de iustit. & iur. & Bart. & Franci. de Aret. in l. testamenti. ff. de testam. Et not. *c* etiam quòd licet non possit recta via relinqui filio bastardo, vt d. Authenti. licet, tamen bene potest nepoti, ex dicto filio bastar. nato, secundum Hippoly. de Marsil. in suo singu. 163. & Signo. de Hom. in consi. 114. Prætera de consuet. plurium locorum bastardi & illegitimi, ac alij homines qui non habẽt, nec tenent domum, dicuntur albini, & vnde dicitur ius albinagium. hoc verum, si sint extra regnum Franciæ nati: secus si sint in regno nati. quia albini dicuntur alibi nati. & ita vidi in consistorio principis nostri, per d. meum Cancellarium. d. Ioan. de Gannay. interpretari. *d* Et quot sunt genera filiorum naturalium, vide gl. & ibi Angel. in §. fin. in Authen. quibus mo. natu. & Henri. Bohic. & Doct. in c. tanta. qui filij sint legi. & Bald. in consil. 344. volum. 4. & glos. & Ludoui. Bolog. in secundis interpreta. in Rubr. de concubi. *e* Item no. quòd licet ex testamento, & ab intestato monachi & religiosi ac canonici regulares possint succedere, vt l. Deo nobis. & ibi Cyn. Bald. Ioan. Fab. & Sal. C. de episco. & cler. & Pet. Iaco. titu. de condi. ex. l. omni modo. col. 3. versi. alij vero religiosi. tamen de consuetudine regni Franciæ non succedunt ab intestato. sed an valeat, vide Barto. Bal. Sal. Alex. & Ias. in l. fin. C. de pact. & Bart. in consil. 37. incipien. quidam cola Pauli. & Feli. in c. præsentia. col. 18. in fin. versi. 1. quæro. vbi vide de probat. & Bald. in consil. 330. libr. 1. & Ioan. Bapt. in repet. l. omnes populi. char. 12. col. 3. ver. quotidie etiam quæritur. ff. de iust. & iure. & Abb. in consil. 111. lib. 2. in glo. fin. de purga. cano. ꝙ si statutum vel consuet. loquatur de successione nobilium, non extenditur ad alios nobiles qui intrauerunt religionem: & ideo si in Latino, non in Gallico: sicut sunt & iacent hîc descriptæ consuetudines commentauerim. dico ꝙ non ad doctrinam aliorum, sed propriam commentaui, vel potest dici secundum Ioan. Fab. in §. similiter. in vlti. quæst. Instit. de ex. tuto. quòd hodie in Francia omnes literati sciunt Gallicum legere potius quàm Latinum, quod secundum eum obseruant lectores Aurelianẽ. qui in cathedra partim Latinum & partim Gallicum loquuntur, & ne etiam scientia nostra sanctissima. l. 1. §. proinde. ff. de variis & extraordi. cogni. quæ solum vere studen. scripta est, vt l. pupillus. in fine. ff. de his qui in fraud. annihiletur. Nam hodiernis temporibus propter multitudinem parum aut nihil studen. vilescit. argum. l. medicus, in princi. ff. de operis libe. & quæ no. Abb. Sicul. de dignitate protonotariatus & refeudariorum. ac Doct. in c. 1. de priuileg.

Deo immortali, eius genetrici intemeratæ virgini Mariæ, Boerij ac toti curiæ triumphanti offero gratias.

F I N I S.

a *Ad. Bar. in consi. 194 incip. cecus de spaleto, & Bar. in l. si is qui. ff. de vulg. subst. & in l fin. ff. de his quibus, vt indig. Bal. in l. 3. & ibi Frã. de Are. ff. de testa.*

b *Ad. Frede. consilio 277. Bal. consi. 327. Pau. de Castro consil. 227. Ro. cõsil. 102.*

c *Ad. doct. ĩ l. fi. C. de nat. liber. & Alex. in consil. 77. li. 1. et Mat. de Mat. & ibi Lu. Bolog. in ad. in secundo de success. ab intest.*

d *Add. Ange. in consil. 123.*

e *Adde Matthe. de Mat. in suo sing. incip. nota mirabile dictũ Bar. fo. 6. colũ. 3. & Bar. vo. in consi. 241. ver. sꝫ posito. lib. 2. & an statutum disponens quod stantibus masculis filia fœmina non succedant non cõprehendat moniales. vide Bart. in con. 81. consi. 4. in fin. ver. primũ dub. vsque ad fi. vo. 1. & Fabi. de Gioch. ĩ repe. authen. nouissima. car. 15. col. 4 in princ. C. de inoff. test. & gl. in ca. præsens. clericus. in ver. in locum. 21. q. 3.*

INDEX IN COMMENTARIA NICOLAI BOERII.

An tem-



Compensatio.

Computor.

Conquæstus.

Contractus.

An

Instan-

Quis

Mulie-


Vxor

FINIS.



CONSVETVDINES AVRELIANAE CIVITATIS, CLARISS. IVRECONSVLTI PYRRHI ANGLEBERMEI AVRELIANENSIS, LVCVLENTISSIMIS COMMENTARIIS ILLVSTRATAE.

Adiectus est INDEX rerum & verborum, præ cæteris insignium, non minus accuratus, quàm locuples.





FRANCOFVRTI,
Ex officina Typographica Nicolai Bassæi.
M. D. LXXV.



PRAEFATIO PYRRHI ANGLEBERMEI, IN AVRELIANAS CONSVETVDINES, AD REVERENDUM IN CHRISTO PATREM, DOMINUM LODOUICUM BORBONIUM, LAUD. PRÆSULEM GENEROSISSIMUM.

Ita natura comparatum est (antistes illustrißime) nec id citra magnum Reipublicæ detrimentũ atque perniciem, vt cum generis nobilitate virtus, eaq́ præsertim literis quæsita perquam raro societatem coeat. Quod à malis partim moribus, partim ab effracta languescentiaq́ statim cum omnium, tum optimarũ rerum cupidine censeo contingere: dum preciosißimas & virtutis & eruditionis opes solis obeunt oculis, vbi vel laborem nobiles delicati refugiunt, vel ipsum fere nomen literarum (tanquam Ephesij eius qui Dianæ templum incenderat) abborrẽt, veluti sibi suisq́ titulis ignominiosum. Quod stultißimum sanè est iudicium, insignis socordia, grauisq́ ipsorum labes. Nam quæ præsentior pestis est voluptatus (quæ quod Cicero de legibus dixit, mater est malorum omnium) quam honestißimum otium literarium, quod isti contemnunt, soli obsequentes genio, gandentes inertia, suaq́ sibi dementia perplacentes, indoctæ simul & iniustæ multitudinis consensu deprauati. quo quid stultius dici potest, aut quid vesanius? Sic est omnino maioris potentiæ rerumq́ affluentiæ comes imperitia. Sic iudicia peruersa, dum isti magistratus omneis optimis doctißimisq́ viris, dum honores, potestatesq́ præripiunt, quorum suffragiis rerum natura vertitur, & vitium pro virtute, probrum pro laude haberi solet. Vnde fit merito, vt cum primis res admiranda videatur, si quando vetustæ natalium claritudini, si fortunis virtus ac eruditio pulchro honestoq́ fœdere coniuncta sit. Res est rara, vt idem nobilis sit & doctus. Sed quo rarior, eo admirabilior, eo diuinior. Quando quidem in hac mortali sorte duæ res sunt quæ nos & immortaleis faciunt & supremos, longa generis præstantia (perennis gloriæ monumentum) & nostra virtus à parentum strenuitate minime degenerans. Illa virtutis præbet imaginem, exemplis vrget facitq́ animos: dum viua generositatis semina primis infusa natalibus, genuinamq́ animi dexteritatẽ (quæ velut cunis illabitur) in posteros transmittit hæreditariã, quando boni ex bonis fere procreantur, & cum lacte tigres maternam sugunt feritatem: quosq́ leones pardi genuere iubis carent, neque adeò sunt elati. Hæc vero virtus nostra nostroq́ labore parta nos in terris viuos adorari (dum nescio quid in nobis eminet non humanum, dum illa germanæ iustitiæ maiestas siderea nos illustrat) mortuos in cœlis summo bono perpetuaq́ vita frui facit. Ea res est quæ summam de te spem nemini non induxit, quæ te maxime gratum maximeq́ spectatum fecit, omniumq́ vota in te conuertit, omnium pellexit animos, in te vnum principem simul & præsulem, vt illustrißimum genere, ita de literis & virtutibus ornatißimũ. Nam studuisti semper ob virtutẽ, καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ ἔπαινον καὶ τὸ ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμεῖν καὶ τὸ συνέσει εὐδαιμονὶ ξέσθαι. Et hæc virtus tibi diuina, dubium est an heroica mente prædito, non momentanea, verum antiqua, solida, immarcescens, à sanctißimis initiis longa producta serie, atque gentilitia est: cumq́ vita ipsa tibi ex vtriusque parentis semine ingenita. Neque aliter fieri potest, quin à sanctißimis probißimisq́ parentibus, & ortus & educatus, ipse quoque sis absolutißimus, quod perquam notum est toti Galliæ, satisq́ persuasum te familiæ nomen indies magis ac magis augere, idq́ vberiore stylo dicerem, nisi rem à proœmio diuersißimam facere viderer, & panægyricum tui potius (qui tã anguste concludi nequeat) quàm propositum negocium tractare. Tua vero ingens virtus, quæ cæteris magnatibus pro scopo, proq́ exemplo est: imo in cuius æstimatione debeant erubescere, grauiq́ dolore penitus premi: me non plebeia natum familia (quod probe nosti) rapuit in admirationem tui: succenditq́ ad moliendum aliquid quo beneuolentiam tuam demereri, mihiq́ non minimum apud te locum & gratiam comparare possem. Id me literis consequuturum arbitratus sum: si quid ex studiis meis qualibuscunque colligerem, quod obiter tibi grauioribus curis agitato solatium præberet, ne dicam conferret. Solebas namque dum Academiæ nostræ maximo esses ornamento, interdum etiam nostris nugis fauere atque arridere, velutq́ genius optimus Pyrrhum intra tuos lares & penetralia sacratißima receptum ad optima quæque tentanda sæpius impellere, idq́ tũ pro tua incredibili mansuetudine sponte factitabas, dum in omni studiorum genere libens versabare, semper hilari fronte ac recens, sedulaq́ viri audiendo opera impensa (quod senticosius est studium, neque sic amœnum) modo Theologicas (quod te decet) atque philosophicas dissertationes asciscebas, modo suauioribus blandioribusq́ musis colludebas honestißimis vsque negociis ocium aliis perniciosum fallens, semper de honestis studiis disserẽs iuxta Isocratis ad Nicoclem præceptum saluberrimum, eiusq́ consilij memor, quod à doctißimi illius Erasmi delitiis mihi quondam ad ciuilis philosophiæ scholam reuocato, cum egregius doctor, nunc optimus senator Franciscus Deloynus, qui tibi semper in ore est, vir non minus integritate iudicij ac rectitudine, quàm omne genus literis

teris clarus, prædicabat, & ex me persæpe audisti. Dicebat enim hæc studia iuris ab humanioribus non mediocriter adiuuari, cum liberaliores artes non nisi eruditiores nos ad reliquas & mansuetiores efficient. Vnaquæque ars suo marte suoque tempore tractanda est, verum nulla est (meo iudicio) tam exigua, quæ non iuuetur eloquentia, vel imprimis: tãtum abest vt officiat eloquentia reliquis disciplinis, vt singulis apprime sit necessaria, quod iis demum persuaderi potest, qui sunt fælicioribus ingeniis, non ἄμουσοι, non contumaces, non illiberales, eaque fælices de re multo magis, quàm qui inhiant lucro vel sordidissimo, neque quicquam nisi lucro nummario demetiuntur, vel ambitione, adde & superstitione, quanuis has tuendo parteis atque commendando, mihi planè ipse suffragari velle videar. Verum enimuero non facile illorum sententiæ subscribam, qui sese philosophiæ tum diuinæ, tum humanæ professores esse asserunt optimos, sine eloquentia, contenduntque collatis signis, aliter Theologiam, Dialecticen, Physicen, Ethicen, Metaphysicen, omneis denique disciplinas (quarum se magistros appellant) rectè non posse tradi nisi populari barbaraque eloquutione. Hoc ego illis tam facile concedam, quàm repente mihi persuaserint Paulum, Dionysium, Tertullianum, Cyprianum, Basilium, Ignatium, Hylarium, Lactantium, Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, ac reliquos religionis Christianæ præcipuos assertores (qui quidem fuerunt eloquentissimi) Theologiam nesciuisse, quos illi profectò vix è nomine cognoscunt, cum & perlegisse omneis, & præ manibus habere perpetuo debeant, quibus quis ignoscat, quòd Aristotelem suum principem (vt aiunt) suæque patronum sectæ, ac ducem, virum eloquentissimum doctissimumque non à vestibulo quidem salutauerunt: indigni nimirum Philosophorum titulo, cum & ij maxime quibus incumbunt, Hispanus, Buridanus, reliquique quos piget, pudetque nominare, imperitiæ, arrogantiæque numina, nihil minus hercle quàm Philosophi sint dicendi, quos illi (si diis placet) artium magistri Pytagoræ, Socrati, Platoni, Xenophonti, ipsi etiam suo Aristoteli longe anteponunt. Sed quid accuso Theologos? quamuis ab eorum albo refixum Hebraice, Græce, ac Latine perdoctum virum Reuclinum etiam indicta causa damnatum quis est qui non ægre ferat? Hoc Hermolao, Pico, Erasmo, Fabro, reliquisque, quos ea afficit iniuria, negocium relinquo. Mihi satis esset, si non eadem lues nostram professionem multis iam annis ita profœdasset: vt sit incredibile permultis eundem, & eloquentiæ simul & iuris peritum inueniri, quasi vel à Græcis tabulæ duodecim: vel à Romanis illis eloquentissimis leges, edicta, senatusconsulta, prudentum responsa, plebiscita, pandectæque ipsæ sint barbaræ, vel inornate conditæ. Iam complico vela, nimium diuagatus, digressusque ab instituto. Sed vna me spes reficit: quòd nunc in Gallia omnes officin[illegible]instructæ studiis sunt: fitque diligentissima literariæ iacturæ reparatio. Quotusquisque est enim quem non suppudeat Latine nescire sæpe etiam Græce? Cæterum (quod huc spectat) is est locupletissimus tuæ fælicitatis titulus (dignissime præsul) quòd nitidissimis omniũ literarum gemmis ingenium ad summa natum exornasti: is thesaurus est omni auro preciosior: hoc est ornamento omni diademate, purpura, lituo, infulisque maius: καὶ πολλῶν χρημάτων, quod Isocrates Demonico dixit, vbi ait solam doctrinam esse immortalem, omniumque rerum preciosissimam & honestissimam. Habes literas, & literas colis: amasque munus literariũ, nec præ literis ac virtute quicquã in precio habes. Qua de re me superiore autumno per aeris intemperiem velut relegatus à gymnasio ad solitudinem, in tanto ocio me deuoui totum, addixique ad scribendum quippiam (modo garrire est scribere) quod & me faceret eruditiorem, & apud te pro me patrocinaretur: istiusque ergo me beneuolentiæ testatissimæ refricaret memoriam quamuis indelebilem. Cumque nonnullos sermones de fortuna, de pace, de saltatione, de Philosophia, de iurisprudentia, ac quædam alia fusissemus, nec admodum docte (vt omnia) nec accurate, forte me fortuna noster homo collega probissimus, nostrique particeps animi vir & virtute & eruditione sua tibi, multisque commendatissimus velut Delius aurem vellens monuit, vt aliud aggrederer quod ex mea potius arena esset, meaque professione. Subinde appuli animum ad patrias leges, nostræque nobilissimæ ciuitatis mores (quas consuetudines appellant) vernaculo sermone promulgatos, latino (quo ad res tulit) commentario donandos. Idque præsertim, vt eos ipse addiscerem: cum (vt ille dicebat) Romano ciui sit indecorum ius ac historiam, in qua versatur, ignorare. Adhæc amicissimi viri, quibus reluctari nequeo, hunc laborem à me iam diu postulabant enixissime, quem recusare nec potui, nec sanè volui, dum forte fortuna libera & ociosa cessatio mihi suppeditaret ocium: quamuis huic rei impar, cui tantum operæ quantum potui, non quantum volui, impendi: scripsi de stillicidiorũ (vt Cicero ait) ac de parietum iure: non omnino tamen (vt reor) sine nitore ac palæstra: nec eos imitatus sum qui nõ tã iuris quàm litigandi (vt ille ipse dixit) tradunt vias, cautelas, decipulas, sed ex iure omnia præstitui præfixique, neque quicquam sine ratione ac lege tradidi. Sumpsi laborem libens, & quidem impensissimum, paucisque mensibus id confeci quod plures longe postulabat, audenter potius quàm prudenter, non imperite tamen, aut ne quicquam nec me laboris operisque pœnitet, cum mihi certe profuerit. Ista namque non minus fœcundant ingenium, quam cultura feraces agros efficit vel prius steriles, perque hos motus continuos (vt philosophice loquar) ad æterna illa tandem & incorrupta peruenitur, dum ad superiora semper erigimur, auocamurque ab humilioribus. Hæc absoluimus & tumultuarie, sed pro ocij modulo, quòd ab indefesso iuris interpretãdi labore succidimus. Quæ cum ab authoris humilitate, suique obscuritate depressa iri certum haberem, augustissimo nomini tuo nuncupaui, vt hinc augustiora fierent, & receptiora: modo tu probaueris, in cælo sum. Quid enim omnium suffragia, omnéve punctum laturum me sperem, præsertim hac tempestate, qua mortales in alienis laudandis sunt frigidissimi, in vituperandis & leues & inconsulti, dum vix à vestibulo primaque margine semiaspecta damnant, & inuitis legum edictis libellum quemlibet inauditum atque indefensum trudunt ad supplicium iudices iniquissimi: flagrisque lacerant innocentem expiãdo impietatis genere rabulæ nequissimi, quod vitium à Deloyno, Budæo, Longolio, Nicolao, Beraldo, Rogerio, Barma, Ludouico, Ruzeo, Nicolao Bracheto, Oliuerio præside, Petro Berruerio, Fabiano Pontio, Matthæo Quadrigario, ac plerisque, & iurisc. & oratoribus procul est, qui cum omnigena eruditione prudentiam iudiciique soliditatem pulcherrime coniunctam habent. Erant permulti longe doctiores (neque enim sum vsquequaque imperitiæ meæ non conscius) qui potuissent huic rei & eruditius, & ornatius manum apponere. Sed ipse feci, vt mihi saperem: neque sperans æquam ex eo Thessalicam edidi, & quidem præcocius, vt alios ad scribendum aliquid quod rem literariam, & nostræ Galliæ gloriam augeat velutifœcialis prouocarem: à quibus culpam deprecabor, qua plane carere non potui, quòd parum Latina quædam interserui, cuiusmodi est feudum, & id genus plusculą, quæ La-

tinæ linguæ Critici non sine cachinno legent. Verum est non nunquam (quod ea re Picus ait) cum balbis balbutiendum, qui quemadmodum dixit ille Agricola præter balba nihil intelligunt, nec ex omni ligno Mercurius fit, vt in adagio est: & hæ disciplinæ non aliter tractari solent, ornari res ipsa nequit, contenta doceri. Cunque in populari ratione omnis nostra versetur oratio (quod Cicero dixit) populariter loqui necesse est. Ego id præstiti, vt & familiariter exposita omnia, nec ineleganter habeat Lector: & aliquod semper in singula capita iuris argumentum fundamentumq́ reperiat: inq́ hoc genere non multum reliquis in eo versatis cessisse me intelligat. Si quid erratum, minúsve à me intellectum putabit: id non arbitretur sine doctiorum hominum pragmaticorumque sententia scriptum. Præsertim enim in his omnibusq́ meis negotiis Clementis Milberti consultissimi viri consilio adhæsi: sed non eadem omnium (vt fit) in hac parte iudicia inueni, neq́ est eorum quisquam qui Romana iura sunt professi, qui non interdum sit hallucinatus. Si erraui, non est miraculum: verùm si non errassem, magnum profectò miraculum esset. Vtcunque res eat, iacta est alea: ego verò dum hæc molirer, ἐμὲ πρὸς τὰ κάλλιστα ὥρμησα καὶ παιδείας ἐπιθύμησα μηδὲν ἀποδειλιάσας: nec metuens illis inuidiosus esse, quibus ipse non inuideo, vtpote ἀτιμωμένοις, & quos vidi sæpe res pessimas pro optimis θαυμάζοντας: quibus displicebit etiam, quòd Græcè loquor. Verum permagni non facio locutuleios istos ac tenebriones, qui se falso doctrinæ nomine venditare solent, quique primi nusquam non haberi volunt, neque sunt, sed ita facilè vulgò imponunt: quibus si me lacessierint, obiiciam Erasmum meum, cui literæ tantum debent, quantum orbis Herculi monstris liberatus: quem tamen isti criminantur, dum velut Harpiyæ suo contractu perfœdant omnia: nec vllius rei æstimationem inire non inique possunt. Prodibunt ergo tuis auspiciis (Antistes inclytissime) nec blaterones formidabunt, qui nihil planè non laniant, Aurelianæ leges & Romano sermone nitidiores, quibus adieci breuem Commentarium & simplicem, & sua, & ascititia lautitie pinguem. Vbi si ieiuna quædam te offenderint, id pro tua modestia partim materiæ, quæ plerumque rata est, partim ipsi temporis angustiæ condonabis. Errata lector candido vngue transigat sine maleuolo susurrone: nec aliter mihi maledicat, quàm ego plerisque hoc in Opere maledixi: quos tamen egregiè non semel notare potuissem. Superest, vt hæc inita summa humanitate tua sic excipias, vt meipsum soles & quemcunque tibi virtutis nomine quidpiam proponentem. Sed quis te non facturum ambigat? qui nihil sis intus, nisi quod videris esse rectus, modestus, cādidus: sisq́ abillis prorsus alienus quos ego medici filius alopeciam pati dicere soleo cum Galeno, à qua procul est tua synceritas, quæ me dum fouebit, perfacilè vitilitigatorum iniuria vindicabor. Vale.



D. IACOBO GROSLOTIO MECOENATI SVO MVLTIPHARIAM ERVDITO VIRO, atque amantium literarum amantiſſimo Liuinus Blomius εὐπράττειν.

NON potui non huiuſmodi plurimum quæſita occaſione frui: ſi dandum gratitudinis ſignum aliquod olim fuit iis omnibus, qui de me toties meriti ſunt pulcherrime: ne velut ſterilem agrum ſeuiſſe intelligant, & tibi primum D. Iacobe Grosloti Mecœnas humaniſsimè: quo me ſibi nemo adhuc maioribus beneficiis obnoxium deuincit. Euenturum enim planè καθάπερ ἐν κατόπτρῳ καὶ ὥσπερ ἐν γραφῇ cernebam, vt memorem me nihilo plus tuorum munerum damnaſſes meritò haud difficulter extremi vitij, neque adderes quidquam amplius: ſed dum tranſeuntibus beneficiis totis viribus obſtares. Quam ob rem iis hoc pacto volui anſam prorſus eripere, cum tam coacti ſilentij nulla ſit apud me ratio, niſi forſan pudor atque metus communis reprehenſionum veneno tinctarum linguarum. Non iuraui equidem in tam alta ſilentia Sigalionis Aegypti aut Angeronæ, vt non preſſus, reprimam: punctus, vt non repungam: beneficiis affectus, vt non retaliandi animum verbis ſaltem prodam. Neque ſimulabo me Siculis ſcribere, vt omnes non hæc legant, vt cuique libera poteſtas non liceat vellendi, lacerandi iuxtà, ac probandi. Quandoquidem ea nihil aut obeſſe, aut prodeſſe poſſunt: tam longum peregrinaturæ chartæ. Quæ modo apud hunc viuet, modo apud illum extinguetur, aut Veneri, aut Veneris mandata marito: modo apud eundem & probabitur & damnabitur carceris perpetui inaudita, illecta, nec inſpecta quidem, eueniat quod licet opto ſolum. Nam improborum quos hæc tantum offendent fauorem, nec ſulphurato ramento ſiue Luciliano nauci, ſiue Plautino Sticho optarim emptum mihi. ſiquidem non magis is obruere poteſt, quàm (quòd dicitur) aquæ pluuiæ fungum, quando eum non venamur. Sed ad te redeo Grosloti doctiſsime, qui mihi ad ſtudium meum cuncta quibus potuit eſſe opus, tam opportunè ſuppeditauiſti, vt nullius interea eguerim, atque vt ferè tibi profectum meum debeam meritò tanquam ipſis profeſſoribus acceptum ferre. Si tu vitam, illi eruditionem ſubiecerint, ſine altero alterum mancum, mutilum, ac nullum eſt. Explerem volumen, ſi vellem ſigillatim perſequi quæ bene cuncta feciſti mihi. Sed tam multis in liminari epiſtola, quam nuncupatim tibi dico, non eſt locus. Eorumque cum magnitudinem non liceat aſſequi, licet veritatem inſtar circumſcriptorum orbis exprimã, qui vel minimis ceris totum includunt: malo enim tacere Salluſtiano verbo quàm pauca indignè dicere, & æſtimationem meritorum tuorum erga me, qualia ſint, cuique relinquere liberam, quam ipſe nec meditatione, nec ſenſu potui adſequi. Cęterùm quando alia eſt huiuſce inſtituti ratio, quam vt tuos titulos & beneficia tua in me percenſeam, tranſiliam ad reliquam partem, qua (quoad licebit) velut prologo perſequar. Quid poſsit debeátve ſtudioſus lector in his noctibus deſiderare ſanè doctiſsimis, nec ad vulgatam lychnum lucubratis: id tantum præſtiturus deinceps, (ſi diis placebit) vt præparem beneuolum Anagnoſten, quo ſit in perlectionem Operis totius & auidior, & accommodatior prælibando paucis, qualia tractentur in hiſce codicibus, ne eueniat quod ferè ſolet, vt nondum inſpecta, nullus non repudiet & reiiciat iis ſuppreſsis. Sed inquient, Num elemmate ſatis noſcitur ſingulorum librorum? Iis reſponſum abunde erit, ſi viderint paulò explicatius hic, quàm titulus, natura ferat, pertractari. Potuit (quod forſitan addent) per alium fœlicius fieri, fateor. ἐπιτράμην δὲ ἐν παρέργῳ τιθέμενον παρὰ μὴ πρoοίμιον θέσθαι καὶ τὴν λευκὴν πλήρη τοῖς τοῦ πύῤῥου ἀγλαΐσμασιν ἐνεχθῆναι δεινοτάτον περὶ σοφίαν ἀνδρός. Verum cum ad ſpectandas vigilias haſce ſuas vir ætate, moribus, doctrina grauiſsimus, non ſine præfatione nominandus Pyrrhus, priuſquam eas publicas faceret, me intromiſiſſet in doctorum virorum theatrum, neque eſſet tanto tamque humano beneficio à me (in quem tulit) fraudandus: decreui epiſtolam edere qua hoc in purum animum purius munus recidiſſe cognoſcatur, & in hominem non ætate, ſed affectu prouectum: penes quem omnis agnoſcendi voluntas adfuit, poteſtas verò compenſandi, & pari par referendi longè abfuit, qualia ipſe poteſt: nos non poſſumus. Nimis diuerſa vndique ſumus conditione. Neque tamen feciſſem ingenue, ſi tanquam Amyclæus, aut Seriphia rana, aut Achantina cicada mutus hæc publicè ſcita publicè non profiterer. Quo periclitandum mihi potius duxi, cum adſequendi & referendi ſpe aliquam gratiam laudem inter & vituperationem dubia, quam vt tuto nihil optem, & obliuionis & ingratitudinis ſuſpectus habear. Exigua res eſt mea conteſtatio de homine (vt Hercule) quam nemo vituperat. Paruam, id eſt retuliſſe gratiam gerrhis conſerta chartula. Scio, ſed capedine, atque vrnula fictili (vt Cicero) atque vili ſympulo (vt Varro) nonnunquam dij etiam inuitantur, χάρις δὲ καὶ βαιοῖσιν ὀπηδεῖ. Et ſua non carent munuſcula gratia, ἀλλ᾽ ἄγε ἴδωμεν, & ad inſtitutam rem deſcendamus. Vernaculas (quas vocant) conſuetudines Aureliæ, vrbis fœtæ doctiſsimis atque optimis viris (velut equus ille Troianus fertur) innumeris calceis, typis excuſas legebamus antea: ſed indoctiores, & difficultatibus intricatiores longè quam ſatisfacerent, & doctis & indoctis ſimul omnibus, iis quòd non ſatis intelligerent, iis quòd indigniſsimè ad politicam rem tam neceſſaria res (quum nulli non liti modum iuſtum imponat) tractaretur, ſine vlla eruditione, atque vlla fœlicitate. Quod vtrunque in vtroque neceſſarium potiſsimum, ita adiunxit, ita temperauit vir doctrina omne genus eruditus, & legum in Aurelia profeſſor meritiſsimus non clancularius, vt plurimi, qui Phœbi radios ferre, diemque negant, vt neutrum in neutro nunc poſsit iuſtè deſiderari, adſitis euentis, ſeu caſibus charactere nitido, quo leuius prehendatur, nihil vſquam ex ſe confirmans

quanquam

(quanquam abundè potuiſſet) ſed legum claſsicis authoribus accerſitis cuncta ſtabiliens ac immota præſtans. Et demum, vt in iis verſans omne punctum ferat, tranſtulit in aliam figuram formamq́. Nam quæ vernacula erat, Romanam fecit, neque fuit ei ſatis id tanti laboris muneris impendiſſe ſtudioſis, ſed ex induſtria quod habuit ocium ſupra hanc in Conſuetudines lucubrationem paucos abhinc menſes feriatis diebus & vacuis à prælectione (quod ſui muneris eſt) id totum tranſegit efformandis quibuſdam ciuilibus inuentis iamdiu prurientibus in exitum, vt ocium falleret, vt ingenioſioribus (ita narrabat mihi) guſtum daret, atque feneſtram patefaceret, cupientibus idem, non auſis tamen in lucem committere. Et cá vno ferè in eadem incude curſu abſolui maluit, vt mutuam mutuo gratiam ſuſcipiant, eoq́ potius requirantur, relegantur, probentur. Nec perperam, aut ab re ita factum dicet qui noſtram rationem peraudierit, quando ad mores legibus probandos, aut ritè reſcindendos procurrat proximè neceſſarium, quæ legem exponant cognoſcenda eſſe. Sed hęc eiuſmodi ſunt. Nam quòd Iureconſulti ſępe fingunt, quod ſuum appellant: quæ de donatione mutua afferunt: quæ de Saliqua lege ante perpaucis non ſatis cognita diſſerunt. breuiter adeò & dilucidè enucleantur hic ſingula, vt neminem cæterùm hæc lateant, niſi qui hæc non legerit. Præterea quum, vt Hegio Terentianus ait, Quot homines, tot ſententiæ, tot vota, tot ſtudia in integrum diuerſa, neque omneis delectent: iura philoſophorum adiunxit, vt eum audiant qui malint ſe mediis philoſophię fontibus plurima promentem, & variè perſeuerantem, tantiſper dum quod ingenioſè propoſuit à carcere, ad metam & calcem perducit, à quo rurſus in iuriſprudentiæ laudis campum redit, velut Diaulodromos inſtructiſsimus. Aſſentietur mihi facilè, qui viderit. Denique ſi qui [illegible] er ſortem negocioſiores facti, nam tam ſeria velint: ſed tantum animum curis laſſum ac [illegible] fatigatum paſto corpuſculo reficere, recreare, luſus cum ingenioſos, tum iocundos inter hæc offendent, conuiuiis, ſeu ſympoſiis aptiſsimos, opus περὶ ὀρχήσεως, id eſt, de ſaltatione & muſica, ad exemplar Luciani. Fortunæ cantatiſsimæ laudabilem antiſcriptionem, in Plutarchum de pace libellum variis coloribus & ſui graphicè fartum, Panægyricum in Aureliam, Quo iuris ſcientia obiter è re longè lateq́ laudatur. Hymnum poſtremo ſanctiſsimum ad diuum Hieronymum ſacrarum literarum perpetuum aſylum ſapphus pede iunctum. Talia ſæpe facit & libenter, vt fugiat ingratæ flumina Lethes, atque vt maiore ſui parte ſuperſtes maneat. Quæ ſingula & ſi ſuam laudem meruerant, tamen cùm pro merita dignitate de ſingulis dicere immenſum fuiſſet, & præter epiſtolę modum, perſtrinxi breuibus omnia, & in arctiſsimas coëgi copias quæ nunquam (ita me dij ament) ſatis probabuntur: non quòd his maiora dici & inueniri non poſsint. at quòd in tantillo tempore ſucciſiuo & vacuo publica prælectione tam alta, atque ardua potuiſſe conſummari permirum fuerit, quæ ſibi plus totum hominem requirebant, æuumq́ longiſsimum. Quandoquidem non alia ſunt, quàm quibus ingenium mediocre ob propoſita & inuenta altiſsima, perſeuerationem doctiſsimam, finem grauiſsimum: vt æſtuoſo freto obrutus natator ſubmergatur. Concinnata enim ſunt omnia ad primorũ authorum areſta, ſeu dogmata, ſeu placita, qui in idem præſcripſerunt. Sed ita, vt propria magis videantur. Verum ne dicam potius an blandiar, nullo id mihi precio dato, licebit iis æſtimare qui legerint, & tibi potiſsimùm Grosloti humaniſsimè, qui integerrimo es iudicio præditus. Quo duce inuictiſsimo tanquam muro aheneo & inexpugnabili, mihi contra omnium tela conſtituto, non veritus ſum his adſcribere meam hanc qualemcunque probationem. Quibus ſi & tu album calculum non negaueris: efficies, vt iudicio meo per te ſuperbiori facto, obſequar aliàs confidentius.

Supereſt nunc id tantum, vt quod ſtudio in te obſeruantiæ meæ, tanquam Cherili imitatus, veſaniam perpetraui, vt inquit Auſonius, tu magnanimitati Alexandri ignoſcas. Vale decus & præſidium meum felicitate intermina.

FINIS.

Eiuſdem ἑξάστιχον πρὸς τὸν ἀναγνώστην.

Non intret Cato ni cupiat ſpectare theatrum:
Nam mage quàm Floræ gymnica ſacra deæ.
Nec qui nil laudare poteſt, quum nihil facit ipſe
Laudandum, non hunc Rhinocerönta volo.
Lælius at Decimus veniat bene candidus author
Inter tot curas, qui lucubrata legat.

Eiuſdem in omneis libros, ad Lectorem.

Εἰ μὲν ἔθ' ἀγγελίας ἔθελες σὺ δὲ κρίτικε γνῶναι,
ἐν τούτῳ βιβλίῳ πάντα δυνῇ μαθέειν.
Εἰ δ' αὖ καὶ περὶ τῶν σοφίαν πολλ' ἔδεται αἱρῇ
ἐν τούτῳ πύῤῥου πάντα δ' ἔχεις βιβλίῳ.
Μηδ' ὅλεις κυνιδὸν δὲ ψέγῃ πρὶν πάντ' ἀναγνῶναι
ὅττι εἰσὶν πρώτων ἔσχατα καλλοῖα.

IN



IN OPERA PYRRHI PRAECEPTORIS IOANNIS POVPARDI PARIsiensis Carmen.

Omnia quod possint mirari secula, & omnis
Ora, tibi Genabum sacra Minerua dedit.
Pyrrhus adest magno natu, castrisq́ potitur
Castalidum: & spoliat Delphica templa ferox.
Pyrrhus vterque fuit bellator: Græcus vterque,
Hunc tamen erudiit Græcia: non genuit.
Sunt qui carminibus, sunt qui sermone soluto
Præstiterint: noster Pyrrhus vtrunque potest.
Ingenuas artes callet, si denique viuat,
Qui nunc est Pyrrhus (credite) Phœbus erit.

IN EADEM MARII GENVARII CARMEN.

Palladis immodicos effundit Regia fletus,
Et se postpositam Sparta seuera gemit.
Hæc triticum repetit lugenti voce Lycurgum:
Illa suum tristis sæpe Solona vocat.
Roma pauet, Francis legum cessura triumphos:
Teq́, petit laceras rupta Sabine comas.
Nulla potest medicina graueis curare dolores:
Ni Pyrrhus claro defuerit Genabo.
Non inquam Phrygias Pyrrhus qui perculit arces:
At qui consilio nos meliore iuuat.
Ille semel duris Græcos adiuuit in armis:
Huius perpetuam Gallia sentit opem.
Quanto igitur bellis præstantior est toga: tanto
Hic Pyrrhus, Pyrrhum vincit Achilleidem.

SEQVITVR TABELLA TITVLORVM, SEV RVBRICARVM HVIVSCE voluminis indicatiua.

CONSVETVDINES AVRELIANÆ CIVITATIS, IN PRAESIDIS, PRAETORISque Territorio quondam obseruatæ, & nunc in Iuris scripti formam redactæ.



IN DIVIDVAE Trinitatis, virginis immaculatæ, diuorum Pauli ac Hieronymi ope inuocata, in patriæ nostræ leges commentarios facturus, non omnia quæ dici queant, percensere: sed ex pluri-mis meliora quædam atque accommodatiora perstringere decreui: nec verbum verbo reddere, aut cuiuslibet verbi occasione rebus extrariis, in immensum marginem producere, nisi quòd locos necessarios citabimus, interdum & Scribentiũ sententias ex integro referamus, ea procedentes via, qua nostri iuris Interpretes incessere. atq; rem omnem ex Bartoli præsertim ac cæterorum theoricis absoluemus. in prioribus his capitibus prolixiores, in reliquis longe breuiores futuri, stylo vulgari: nec adeo adamussim obseruatis latinę linguæ regulis. Sunt enim multa quæ hic Latinè dici nequeunt, nec plerisque, à quibus ea lingua culta non est, quibus ego quoque scripsi, perplacerent. Vos æqui boniqúe consulite, lectores candidissimi, neque facile calumniam admittite. Totius itaque iuris nostri species duas esse constat: prout eius origo ab institutis duarum ciuitatum fluxisse traditur: iure scripto, quod Græci νομικὸν vocant, vsi sunt Athenięses, à quibus duodecim

Glossemata nō ad... bi possunt.

Diuisio iuris.

a tabu-

tabularum leges accepimus: non scripto Lacedæmonij. §. ex non scripto. de iure nat. gen. & ciui. Institut. ciui. lib. 1. & in l. 2. §. nouissime. ff. de orig. iur. dicitur ius scriptum esse: idque lex est duodecim tabularum. Aliud proprium ciuile ius: quod sine scripto esset ex sola prudentum interpretatione. Hæc res postea Consuetudinis nomen assumpsit, de cuius viribus, & quo pacto, quoúe tempore inducatur, scriptum est in l. 1. & 2. Cod. quæ sit longa consuetud. de statutis. per Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. in l. de quibus. ff. de legi. Petrum de Ancharano in cap. canonum statuta. de consti. & plerosque in aliis locis vulgo occurrentibus. Hoc ius ἄγραφον Græci vocant, id est non scriptum. quas patrias leges (inquit Plato) cognomento vocitant. Sunt enim diuturni mores vtentium animis comprobati, & pro legibus obseruati. mos nanque retinendus est fidelissimæ vetustatis, cuius legem si quis nō obseruauerit, videbitur mortuorum voluntati velle derogare. l. testamenta omnia. Cod. de testa. Leges enim ex bonis rectisque rationibus factæ sunt. l. 1. & 2. ff. de leg. Docet Hostien. in c. ad nostram. de consuetu. dum lepidum furiosi iudicium apud Parisios latum recitat: qui censuit illi, qui à paupere precium exigebat, quod ad culinæ suæ fumum atque odorem, panem veluti suauius edisset, nummorum sono exaudito satisfaciendum esse. quod & commendat Siculus. qui nihil non legerat, in l. 1. de verbor. obligat. ff. Est igitur ius bifariam diuisum. Galli (gens & moribus sanctissimis à ciuilibus in-[illegible]atis pollens) medium quod rerum est optimum, secuti, partim iure scripto vtuntur, partim pro locorum conditione suos mores habuere, paulo à iure scripto discrepantes. Sed hi mores pro varietate regionum varij sunt: vocanturque Consuetudines, quas olim memoriæ mandabant, perque hominum cœtus ac turbas de illis fides fieri solebat, si quando quæstio incideret. Cui rei datam originem crediderim, neque id alibi scriptum reperi ab eo quòd scribit Cæsar de Druidum sacerdotum institutis. Ita enim Gallos instruxerant, vt pauca literis commendarent: omnia memoria tenerent, præsertim quæ ad sacra publicaque iura pertinerent: nemini enim nisi in publico consilio de re publica loqui licebat: in reliquis Græcæ literæ Gallis in vsu fuere ante Cæsaris aduentum, quod & Laertius quoque testatus est. & Berosus Sarronicas quasdam disciplinas apud Celtas fuisse tradit: ita pœne omnia memoriæ mandabant Galli. Verùm quia & vix & varie probari leges patrias contingebat ob humanæ memoriæ lubricum: tum quia iudex consuetudinis legem debet imitari, Authenti. iubemus. Cod. de iudi. l. 3. ff. de testi. egregie Bartol. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. publi. placuit regibus Christianissimis, vt in singulis regni Gallicani prouinciis consuetudines in scripti iuris speciem componerentur, atque ab amplissimo senatu homologatæ apud omnes promulgarentur: proque legibus essent. Ita apud nos factum nuper extant, quæ consuetudines Aurelianæ vernaculo sermone; ea, vt reor, de causa scriptæ, vt ab omnibus intelligerentur, à me Latinitate vtcunque donatæ, vt eas docti paulo cultiores legerent fortasse libentius. ¶ Quæro itaque mutato stylo, an liber iste Consuetudinum dici debeat, ipsaque res cōsuetudinis nomen retineat: cum hodie ius scriptum sit. Bart. in l. moribus. de vulga. & pupil. substi. scribit adhuc dici debere Cōsuetudines. scriptę enim sunt, inquit, vt per scripturam probentur, & ideo quia leges non sunt, quæ à iudice sciri præsumantur, citari debent, atq; à litigantibus allegari: licet probari hodie non sit necesse cum scriptę sint. alij dicunt non allegandas, alij verò probandas, & falsò plurima de hac re habes apud Curtium in tracta. feudorum, parte prima. & Barto. sententiam sequitur schola Modernorum in d. l. moribus. quod probari dicit Aretinus, per l. de quibus. ff. de legi. & cum

Consuetudinis nomen.

Patriæ leges.

Lex est recta ratio.

Iudiciū furiosi apud Parisios.

Galli sanctissimi.

Locus redditus apud Cæsarem, cur Galli [...] seruntur consuetudines. Mores Druidū sacerdotum.

Græcæ literæ Gallis in vsu.

Sarronicæ disciplinæ.

Memoria lubrica.

Homologatio regreta[...] ssio.

Consuetudo ob id quòd scripta est, non mutat nomen.

Consuetudo scripta nō probanda.

cum non sit necesse, vt Consuetudo in scripturam redigatur: potest redigi memoriæ causa, non vt nouum ius dicatur. nam scriptura non inuenta est ad inducendum: sed ad probandum. l. cum res. Cod. de proba. l. contrahitur. ff. de pigno. & ex confirmatione non inducitur ius nouum. & si is qui confirmat, habeat potestatem reuocandi, vt Bartolus scribit in l. & quia. ff. de iurisdict. omnium iudi. & si consuetudo est inuenta in corpore iuris, habet vim legis, vbi prius non habebat. l. metum. §. sed licet. ff. quod metus caus. traditur in l. tertia. Cod. de legi. Vide Cyn. in l. tertia. C. quæ sit long. consuetu. & an statutum conitnens idem quod ius commune, sit validum. habes gloss. singularem in cap. primo: de consti. in sex. quam diffusè declarat Ioan. de Lignia. & Angel. in l. si ita stipulatio. ff. de verbor. obligati. Infert ex ea. l. probari, quòd statutum continens id quod iure cõmuni scriptum est, valet. Multa copiose de hac quæstione quæ fuit ardua, diuersosque habuit iudices, tradit Siculus in dict. leg. si ita. ¶ Quæro insuper, an statuta laicorum ligent clericos, quia clerici vocati sunt cum describerentur, & impugnarũt quosdam articulos, vt apparet in oppositionibus nondum à summo senatu decisis? De hac re habes Bartol. in l. prima. Cod. de summa trinita. in versicul. quintò quæro. qui dicit ea statuta ligare clericos, quæ non priuilegia specialia, vel res ecclesiæ lædunt. Sed quæ clericis, vt cuilibet competunt, si sint honesta. & infinitas dispositiones canonistarum habes remissiuè per Alexand. in dict. l. prima. in additio. ad Bartol. Communis est quòd non ligant clericos, quia non habent imperium in clericos, nisi à senatu vel à principe ita edictum esset cum causæ cognitione, non contra priuilegia per consilia ecclesiæ concessa. Dubia quæstio hæc est, & quæ maiorem exigit indaginem. Vnum est aduertendum, quòd Ioan. Imo. scribit in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. quòd si clerici noluerint approbare statuta laicorum, non possunt illis vti, & iuuari contra libertatem ecclesiæ, & repugnant priuilegiis eius à iure concessis: non dubium quin planè sint nulla. cuius rei causa, vbi quid per has consuetudines erit introductum, quod ecclesiæ iuribus derogare videbitur, ego id exponam quo pacto in iure defendi possit. Hic enim multa non sunt quæ videantur esse huiusmodi. & pauca hic reperies vbi rectum iuris fundamentum non iecerim. De hoc articulo potes abundè legere apud Barbatium in Rubrica de rebus eccle. non alienan. char. 21. & char. 27. & in l. de quibus. per Bartol. & alios. Ego in singulis sic nolo immorari, vt iustum opus fecisse videar, non libellum, id præstabo quod sæpe ad alios remittam (quod multi tamen reprobant) sed non sine aliqua decisione, vel iure, vel ratione firmatà faciam. idcirco remittens, aliosque citans, vt qui voluerit plenius legat, pauca in suspenso relinquens: sed non omnes omnia possumus. plurima egregie scripta sunt, & collecta in Bituricis, Turonicisque Consuetudinibus: a quibus referendis abstineo, ne corniculæ fabulam incurram. pauca illis licet indoctiora, è multiplici tamen lectione adiiciens. & ne hoc opusculum glossematis legem excedat, iam de hac re finem faciam, & vela complicans, pergam ad reliqua de consuetudinis interpretatione ad Bartol. remittens in l. neque. ff. de legi. & in dict. leg. de quibus. eod. titulo.

Scriptura quid operetur.

Cõsuetudo inuenta in corpore iuris.

Statuta laicorum non ligant clericos.

Quod reprobo, non approbo.

Cõsuetudo contra ius ecclesiæ.

Sẽper iuris fundamenta ponẽda.

De feudis. CAP. I.



FVndum totũ partemúe distrahere sine patroni cõsensu cliẽtulo fas esto, cuius emptor quinto, subquintoq; precij nummo, cæterisq; iuribus rite persolutis: sine controuersia authorari debet. Tunc autem demum denarius subquintus pensitabitur: vbi in contrahenda venditione conuenerit, vt nihil ex eius precio patrono sit impertiendum.

¶ Casus. Vasallus voluit vendere, aut alienare totum feudum, vel partem sine consensu domini. Lex ista dicit quòd potest. Item emptor feudi voluit recipi à domino in fidem? Respondet quòd debet recipi soluendo quintum & subquintum denarium, & iura solita vel debita ipsi domino. Sed quæro, quando debeatur subquintus denarius? Respondet quòd tunc demum, cùm inter partes non conuenit quòd aliqua pars precij rei venditæ domino daretur. ¶ Glossa. Huius operis compositores non ab re à feudis ordiri voluisse, duplex est argumentum. Primum, quòd iura ista non scripta, quæ consuetudinaria dicuntur, prius super feudis scripta extitere, vt in libris seu vsibus feudorum: & est ius recentissimum, cuius nulla in iurisconsultorum libris mentio est: nec in Cod. vel Authenticis, vt docet Siculus eleganter in Rubrica de feudis, vbi ait, se proponere quasdam quæstiones, quæ sunt de lacte & lana, quas potes videre, cum hodie libri sint vænalissimi: nec iure diuino erat cognitum istud feudorum ius. Præsertímque repugnat illi primæuo sæculo ante cateclysmum, quo tempore homo homine superior non erat, neque homini imperabat. quod quidem ex sacra historia colligi possit, vt tradit Inno. in ca. licet. de voto. In canonico iure, quod recentius est, de feudis titulus est, & in plerisque locis arguitur. vt in c. cæterum. de iudiciis. cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. ca. verum. de foro compe. ca. de forma. 12. q. 5. Alterum est, quia origo feudorum est nobilis, & sancta fidei causa, & ob rempublicam tuendam instituta. cuius rei originem à vetustissimo clientelarum more (hinc & clientuli in feudis vasalli appellantur: quem Gallis fuisse peculiarem Cæsar asseruit) deductam coniicit ille doctus Budæus, cuius solam loquendi libertatem nostræ professionis homines damnant, quòd nimis excanduerit: neque vsus modestia in eos videatur. Adeo est periculum ingenuè loqui de literis, de quibus sane Budæum optimè esse meritum nemo it inficias. Recipiebant ergo veteres in clientelam quosdam qui iurabant se nihil aduersus patronum molituros. isti contrà ab illo velut à tutore patronóque defendebantur. ita vt in iure sit in titul. de for. fi- [illegible]currit quòd Spartani quandam coibant societatem atque confœderationem, quam pheidigion appellabant, sed hæc alia est. & illa Budæi coniectura est optima. nam & à fide dictum feudum nemo non existimat: sed vox barbara est. & à Gothis eo sæculo facta, quo Romanus sermo cum imperio ipso labefactatus temporis calamitatem sensit. Omnia verò feudorum vocabula fere Latina fecit Budæus, vt est in fidem se conferre: in fidem admitti clientulus pro vasallo, quòd & in feudis sæpe traditum est: vt in cap. primo. de content. inter dominum & fide. in capitulo primo. de aliena. feud. in princip. & patronus pro domino, & clientelarium prædium pro feudo. In fidem esse pro eo quod dicitur, rem in feudis tenere. Iniicere manum prædio: pro eo quod est, saisire feudum. Emancipare prædium: est alij tradere, & vendere feudum. Obsequium exhibere: est fidem & homagium facere, & laudimia pro accordamentis. & alaudium, pro libero fundo: & pleraque id genus, quæ declarat Budæus in Annotationibus in Pandectas ad legem Herennius. de euictio. quibus quidem purioribus vocabulis ego interdum vsus sum, non passim, ne quilibet non sic accuratus super his somniaret, neque non à barbari sermonis immunis est permixtione hic libellus. Sed vix aliter fieri potuit: aut certe non sic commodè: ego enim legista, vt dicunt, sum: & Leguleiorum more scribere, hac de re non erubesco. qui nescio an si vellem aliter dicere, possem à Musis distractus, non amusos. Post Francischinum, Curtium, Aluarotum, Iasonem, Baldum, Præpositum, & cæteros, qui tam olim quàm nuper de feudis scripsere, multa dixi, multáque ex illis excerpsi, quæ potissimum huc apponenda videbantur. Et pro huius capitis loco imprimis placet mihi diffinitio feudi quæ traditur in capitul. primo. §. penultim. qui. modis feud. amit. quæ Iasoni multísque placuit, latiúsque à Baldo, & sigillatim exponitur. Item quia multi sunt casus non decisi in feudorum materia per has consuetudines, nec per libros feudorum: dicas esse iudicandum de his per iuris communis dispositionem, aut rationem. ita dicit Bald. post gloss. in capitulo primo. de gradi. success. in feud. Ita Moder. in Rubric. de Carbo. edic. Cod. & quòd possit per statutum alienatio permitti. vt hac lege docet latius Fráciſchinus in quarta pagi. feudorum, fol. 44. cuius scripta nimis longum esset recensere, neque adeo necesse. An dominium vtile ex feudi traditione transferatur, & directum apud patronum remaneat, satis colligitur ex illa diffinitione. & est text. in capitulo primo. §. primo. de inuestit. de reb. alie. gloss. in capitul. primo. §. præterea. de capi. Corra. capitul. primo. de controuer. inter vasal. & ali. Bald. in l. vnica. C. de confes. Hinc video quòd Scribentes veteres & Moderni in l. prima. Cod. vnde legi. dicunt regem Apuliæ habere vtile tantum dominium. quia in feudum ab ecclesia Romana vniuersum regnum possidet, licet habeat directum in particularib. castris. nam potest, vt dicunt, aduersus Ludouicum Romanum, & respondendo l. si duobus. §. si vt certo. ff. commoda. quòd dominium idem penes duos esse non possit: potest, inquam, directum vniuersale esse apud ecclesiam, particulare apud regem in rebus singularibus, quod tenuit Barto. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendi. per illum text. quo concluditur etiam regem Francorum imperio non subesse, ita sentit Francischinus in consil. 1.

colum.

Feudorum ius recentissimum.

Feudorum ius contra ius diuinũ. Priore sæculo homo homini nõ imperabat.

Ius canonicũ de feudis loquitur.

Feudorũ origo à Gallis apud Cæsarẽ statuitur.

Budæi commendatio egregia.

Clientelarum vsus.

Spartanorum societas.

Feudorum vox barbara.

Feudorum vocabula à Budæo latina facta.

Cur barbare interdũ ac sæpe di- xerit.

Leguleij.

Doctores feud ste.

Feudi dif- finitio.

Casus non decisi feu- dis.

Alienatio- nis permis- sio.

Ex feudo dominium vtile trans- fertur.

Rex Apu- lia.

Dominium idem potest penes duos esse.

Rex Franciæ nō subest īperio. Borbonia domus.

columna. 14. Panor. in cap. cum inter vniuersas. de elec. dici successione in regno Franciæ, & de domo Borbonia, quæ est habilis ad succedendum vsque ad centesimum gradum, in cap. 45. hoc titul. Et quòd papa non possit consanguineis suis res ecclesiæ in feudum dare, hîc malo silere, quàm dicere. Locus patet. Hæc autem prima constitutio quæ plenius in sequen. cap. declarabitur, est iuri scripto contraria, & contra titul. de prohi. feud. alie. per Frederi. cap. 1. quali. olim feu. pote. alie. licet de Mediolanensi consuetudine permitteretur. Ratio prohibitionis traditur à Bartol. in l. & ideo. ff. de condi. furt. quia in his qui emit, non habet necesse dominum agnoscere, vt notatur in l. fin. Cod. de iur. emphiteo. de qua re latissime Curt. in 4. pag. feud. fol. 39. facit dictum gl. in l. Claud. in fin. qui potio. in pigno. habe. ff. si vasallus meus es, & ego illius: non sequitur, ergo & tu illius. Habes etiam multos casus per eos qui de feudis scripsere, quibus de iure alienatio fieri poterat, quos vide collectos à Socino in regu. in versi. vasallus. & eos referrem, nisi libellus ille prostaret, atque in nouitiorum manibus esset. Tu verò potes sumere argumentum ad permittendam alienationem feudi, ex l. cui vsufructus. ff. de vsufru. vbi vsufructuarius potest vendere ius quod habet. sic & vasallus, quoniam velut vsufructuarius est: licet alia sit inter eos differentia. Habet etiam patronus ex ea re commodum quintum, ac subsequintum denarium. de quibus, & quo pacto intelligantur, habes in cap. 40. hoc titul. quid alienationis verbo contineatur, habes in l. alienationis. versic. ff. de verbo. signi. & per Scribentes in variis locis. sed optimè per Barbatium de re. eccle. non alie. qui de feudis multa egregie dicit in l. 4. §. Cato. ff. de verbor. obligat. & in §. Titius. eodem titul. Iason in l. quod dicitur. eodem titul. quod in tex. dico, authorari est in fidem recipi, velut milites authoratos, & exauthoratos dicimus. Et enim feudum pœne instar militiæ: & hoc verbo vsi sunt non solum Oratores, sed & Iureconsulti, vt Vlpianus in l. 2. §. sed & si eum exauthorauerit. ff. de his qui not. infa. & Arrianus in l. qui de libertate. ff. de libera. cau. & Arrio (hæc enim peregrina sunt iureconsultorum nomina, quorum Politianus non meminit) in l. qui cum vno. ff. de re milit. Habes etiam hic, quòd quemadmodum de iure non licet feudum vasallo distrahere: sic nec domino ius suum. cap. 1. §. præterea, de prohib. feud. aliena. neque enim expedit varios reges, dominósve habere, vt diffuse Corsetus in quæstione 74. & de rege Franciæ. de quo dixit Felinus & Moderni copiose, in cap. dilecti. de maio. & obe. ¶ Quæro insuper ad hanc rem, an qui alienat partem, perdat totum? Sæpe, & à plerisque disputatum est de ea quæst. Tu habes text. quòd sic, in dict. ca. imperialem, quia factus est omnium reus, quo disputatio. capitul. penultim. de aliena. feudi corrigitur. de qua re in sequen. cap. aliquid fortasse audies. Quæro item, an vasallus cogatur dicere domino titulum suæ possessionis? Bald. tenet quòd sic in l. 1. Cod. de conduc. & procu. libr. 11. Aluaro. in capit. in fin. de controuer. inuestitu. & istud à quibusdam dicitur facere dinumerationem, vt inferius suo loco dicam. multa habes in consi. Egidij. & Ioan. de Anania. Quæro, an hæc prædia feudaria sint illa quæ dicuntur stipendiaria, veteranísque dabantur. vt in l. Lucius. ff. de euic. & de hac re Lucas de Penna, non omnino summus author. in l. quicunque. de omni agro deser. Cod. libr. 11. dicit posse inferri ex illa l. quòd feudorum vsus fuerit tempore Iustiniani. quòd ipse viderit, an sit verum, & ex ipso feudorum libro à quo sit conditus, & ex Iustiniani libris, in quibus de feudis nullus est text. imo nec vllum quidem argumentum; & Andr. de Yser. reliquíque in feudis aliter sentiunt. habes enim propter ea quæ dixi multa. nam ego quædam singularia huic primo capiti inserenda duxi, in cæteris breuior futurus. habes, inquam, locum optimum in singula Ludou. Roma. quòd ius feudorum, & text. in capi. quæ in ecclesiarum. de constitu. quibus prohibetur alienatio. limitantur quando emptor vellet omne onus ferre, vt dicit, & supportare omne grauamen: per l. murileguli. de murile. Cod. libr. 11. quod dicit esse mirabile. & pro eo citat l. 2. ff. solu. matrimo. ad principium. Sed ipse tenet contrarium, per text. in capit. primo. de duo. fratri. de nouo benefi. inuestitu. vbi non potest seruire per substitutum, nec alium surrogare: vide Bartol. & Ioan. de Plat. in dict. l. murileguli. qui licet de hoc dicto non loquatur: refert tamen egregium ver. Andreæ de Barulo quòd si quis baronum commiserit fœloniam: fidémque violauerit, vnde meruerit terris priuari & feudis: Imperator non debet eas sibi vendicare: sed alij dare qui loco illius sufficiatur, argumen. dict. leg. murileguli. Alia quæstio est quæ videtur mihi bona, quam fecit Angel. in l. 2. §. ex his. de verbor. obliga. Cum feuda regulariter diuidua sint, vt voluit Bal. in l. si plures. Cod. de condi. inser. hinc singuli hæredes tenentur ad obsequia & iuramentum de iure: quamuis his legibus caueatur per masculum solum pro omnibus præstari, an vbi feudum est indiuiduum, vt in regno vel marchionatu: & habentes illud non concordes sint nec conueniunt, vt Remus & Romulus, Esau & Iacob: quo pacto fiet, dicit Angel. quòd potest fieri concordia respectu exercitij, vt vnus vno anno, alius alio regat: vel vnus in vna parte, alius in alia. Argumē. l. Lucio. ff. de aqua quoti. & æsti. & ibi Barto. Adde tu alternis de annis text. notabilem in l. si conuenerit. ff. communi diui. l. 1. quib. mo. vsufru. amit. Sic Plinius in principio de viris illustribus refert

Prima consuetudo ista est contra ius scriptum.

Vasallus vasalli mei.

Arg. pro cōsuetudine.

Quintus subquintus denarius. Alienatio quid contineat.

Feudū militia instar est.

Dominus feudum alienare nō potest.

An alienatione partis perdatur totum.

Vasallus an teneatur domino dicere titulū suæ possessionis.

Stipendiaria prædia.

Lucas de Penna notatur.

Quādo emptor vellet ferre omne onus.

Optimū dictum in eos qui fœloniam committunt.

Feuda diuidua.

Indiscordia fratrū in regno quid agendum.

Alternis annis regnare.

Amulium & Numitorē regnasse. Sic & Eteocles & Pollinices post Oedipi patris obitum de regno Thebanorum pacti sunt, sed & Eteocles, cui prioris anni sors obtigerat: postea regno se abdicare noluit. vnde graue ortum est bellum. & videas Barto. in l. inter tutores. ff. de admini. tuto, proponentem quæstionem, in qua dicit Barba. se consuluisse in diuersis orbis partibus. Cuidam, inquit, comiti fuit concessum feudum à principe de pluribus castris; filij postea diuiserunt. dicebant, inquit Bartol. quòd non erat diuisa iurisdictio. cap. imperialem. §. præterea. de prohi. feud. aliena. per Fredericum. Sed est diuisa ipsa administratio, seu exercitium iurisdictionis, vt in dict. leg. inter tutores. vnde sequitur, quòd si vnus eorum delinquat in territorio alterius, non posset ab alio puniri: quia cum iurisdictio sit communis, par in parem non habet imperium. Item aliud sequitur, quòd propter vnius delictum, superior posset exercere iurisdictionem in bonis vtriusque. nam illa diuisio habet locum inter eos, tamen non quo ad alium. vt d. l. inter tutores. Hæc Bartol. sunt verba quæ multum commendantur à Doctoribus: & ideo inserui, quia potest sæpe quæstio esse & idem sentiunt quòd Bartol. Anto. Cardin. Abbas, Imol. in c. prudentiam. de offic. delega. Quia autem de regno dixi, quòd est indiuiduum, & ego inferius de primogenito succedente in regno quędam tradidi, libet hîc dicere de hac re alia pulchra, quæ illic non dixi, & potissimum est egregia quæstio quam Angel. post Barto. facit in l. ex duobus. ff. de vulga. & pupil. substi. Quando ex consuetudine vel lege regni, præfertur primogenitus in regno: quid si nasci duos contingat, nec constet quis prius natus sit, egressus ue aluum, vt in simili Bar. figurat in l. Aretusa. ff. de sta. ho. & Bal. in l. in quibus. C. de secund. nupt. quo pacto fiet? In ea quæstione, vt docet Francisc. Aretinus tres sunt casus considerandi. nam aliquando incontinenti nascitur vnus post alium, dum vna cellula resoluta alia resoluitur. multa sunt ei receptacula fœtuum. vt in l. si pater. ff. de solu. l. antiqui. ff. si pars hæré. peta. Aliquando ignoratur, nec apparet quis prius sit æditus: interdum certum est duos esse simul natos eodem impetu, quod fieri posse ait Aretinus, & ego hoc mense vidi in quadam muliere quæ masculum & fœminam, & quidem viuaces vno velut impetu euomuit. Primus casus est indubitatus, vt scribit Ioan. Andr. in Specu. in tit. de feud. super Rubric. versicul. occurrit. quia dicitur is primogenitus, quem constat prius venisse in mundum, & succeder. Ita enim diuina lege cautum est. Genes. 27. & ad Hebręos. 17. & iureconsul. in l. Aretusa. ff. de sta. homi. Alter casus est dubius, & dicunt Angel. & Bald. illic vtrunque esse admittendum. argumen. d. l. ex duobus. non obstat c. licet. de voto. & quod regnum sit indiuiduum, & omnes dignitates vsque ad comitatum inclusiuè, per rationem Bartol. prædictam in l. inter tuto. quia potest diuidi commoditas, & administratio, maximè ne veniant ad arma. Huic sententiæ valde obstat argumen. Ioan. de Imol. ad Bartol. Cum ex consuetudine vocetur is qui primo nascetur: relatiuum, Qui verificatur in vno tantum, & in pluribus distribuere non potest: nisi singulariter ex proprietate sermonis. l. si fuerit. ff. de reb. vnde videtur quòd neutri detur, nisi is de quo regnum dependeret, vt Papa vel Imperator alteri eorum gratificari vellet. l. si quis seruum. §. inter duos. ff. de lega. 2. debebit autem præferre illum, qui erit magis idoneus. c. de multa. de præbendis. l. si plures. ff. de accusa. c. si duo. §. fin. de procu. lib. sex. & in dubio gratificari cui voluerit: nec probatur quædam opinio Ioan. And. quòd sorte dirimendū sit: quia sortis iudicium locum non habet, vbi quæstio est facti. Bartol. in l. si duo. ff. vti possid. & necesse habet gratificari, non autem potest nouum regem eligere: nec debet gratificari stulto, vel furioso, vel amenti: sed sapientiori & habiliori. Baldus in capitul. primo de success. feud. & in Authenti. hoc amplius. Cod. de fideicom. & ita sentit Areti. cum hac secunda opinione. Sed videtur esse origo litium & bellorum, si gratificetur vni, altero prorsus abiecto, præsertim vbi non apparet alter inhabilis: & fortassè melius consulebat illic Bartolus. & ita facta est sæpe diuisio in regno Franciæ, & plures reges diuiso regno. factáque postea est vnitas, vt ex historiis constet: & ego dixi in libello de fortuna, vbi omnium Francorum regum genealogiam deduxi. Hæc autem quæstio, vt illa de nepote & patruo fere gladio deciditur. Tertio casu, quando simul nati sunt, vel ex vtero matris cæso & secto extracti, si petat vnus fieri sortem, facienda est: sin aliter, erit gratificandum, vt priori casu per sententiam Ioan. And. in capitu. fina. de sortile. de hac alea plenè scripsit Francisc. de Areti. in l. si mihi & Titio. ff. de verbor. obliga. vixque potest dari certa sententia super hac re, de qua iam suprà instituti nostri modum diximus. Quęro itaque perfunctoriè, cui incumbat onus probandi rem esse feudalem aut non esse? Dico autem de iure bona præsumi alaudialia & libera: non autem feudaria: vt cano. not. in capitu. fina. in verb. respondere. de iudi. capitu. minus. de iureiuran. Ioan. And. in Specu. in titu. de feud. §. quoniam. versicu. 21. in addi. incipiente cessante. Bald. in capitul. secundo. si de feud. fue. contro. inter dominū & agna. & in l. libertas. ff. de sta. ho. per illum tex. not. in l. altius. Cod. de seruitu. & aqua. probari tamen posset per famam: vt late disputat Alexand. in consilio 15. in 5. volumi. quem legas, si velis. ego enim id oneris non suscepi, vt omnia percenserem. Sed rerum fines & cōclusiones optimas aliquo iure fulcitas à me habebis. vnde in prædicta quæstione conclu-

Qui alternis annis regnauerint. *Iurisdictio non diuiditur.* *Pulchra quæstio in regni successione.* *Distinctio Aretini in simul natis.* *Primogenitus quis sit.* *Cōmoditas & administratio diuidua.* *Relatiui natura.* *Gratificatio quomodo fieri debeat.* *Sortis iudicium.* *Stulto gratificari non licet.* *Plures in Francia reges simul erant.* *Cui incumbat onus probandi rem esse feudalem vel non.* *Probatio per famam.*

concludo, ei incumbere onus probandi, qui dicit, & allegat esse feudaria, capitu. fina. de leg. Corra. l. ei qui dicit. ff. de probatio. l. matrem. C. eodem titul. Quæro præterea, an, si quis tradiderit fundum cuipiam in feudum pro annua præstatione frumenti, an sit feudum? dico non esse feudum: vt ex diffinitione patet, sed vel emphyteosim vel contractum innominatum. ita expresse reperies decisum à Baldo in l. liberti libertæque. C. de oper. liber. in vlti. colum. Facit text. in l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscrip. ver. Cyn. in Authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. vbi dicit quòd illud dicitur feudum, cuius causa quis habet præstare obsequium seu seruitium personale non reale. cap. 1. de for. fideli. feud. vnde Baldus in dict. l. liberti. scribit, quòd is qui sic feudum pro annua præstatione accepit, non tenetur ad iura fidelitatis, nec censetur vasallus. Item Baldus in titu. de pace Constant. in ver. libellariæ. hoc ipsum sentit, dum loquitur de frumento, vel de eo qui præstat par caponum: quia Lombardi magis mouentur commodis pecuniariis, quàm honoribus & obsequiis, aut etiam armis bellicisue ministeriis, & subdit quòd in illis feudis succedit etiam mutus & surdus & quilibet etiam extraneus, non seruatis feudorum legibus. & feudum gratis datur non pensionis causa, vel annuæ præstationis: vt in definitione feudi, & in capitu. constitutus. de religiosis domibus. Tu autem aduerte, quòd si quis agnoscat aliquem in dominum. & vt dicunt, recognoscat se esse vasallum alicuius: istud non obest nec præiudicat filiis. vt d. Baldus in l. transactione. C. de transactio. argumen. dict. l. vbi transactio matris non nocet filiis: & ita tenuit Iason in dict. l. Sed ante eos est dictum Specul. in titu. de feud. § quoniam. in versicu. quintò. de laudimiis: & his quæ accordamenta & aduoamenta à vernacula voce dicuntur. alibi suo loco dixi. Quo pacto autem in feudis habeat locum regula, quòd precium succedit loco rei, pulchrè disputat Iason in l. si eum seruum. ff. si certum petat. Ego singula nolo percensere.

Traditio in feudũ pro annua præstatione.

Lombardi pecuniariis magis quàm honoris auidi.

Factum patris nõ nocet filiis.

CAPVT II.

Ius est clientulo vectigale alteri feudum facere pro arbitrio, vel annuæ perpetuæq; pensationis iure diuendito, vel ad tempus fiduciariáue mancipatione constituto. Emptorem verò ipsum in fidem admittere patronus minimè cogi potest. Sicuti nec illi emptor fidem obsequiumq; præstare compellitur.

¶ Casus. Vasallus voluit fundum vectigalem alteri facere, id est, vendere ei redditum annuum, quæ renta dicitur vel perpetuò, vel ad tempus super fundo, an possit? Lex statuit posse. Sed nunquid patronus tenebitur talem emptorem recipere in fidem? Dicit quòd non. nec emptor iste etiam illi cogitur fidem præstare. ¶ Glossa. An liceat de iure id facere: cauetur in capitu. Imperialem. §. præterea. de prohibi. feud. alien. per Frederic. vbi Alienationis verbo pignoris datio, & ea quæ hic describuntur, comprehendi solent: vt Baldus dicit quòd in emphyteosim perpetuam, vel ad longum tempus dare non potest. & facit bene gloss. in l. benignus. ff. de legibus. Bartol. in l. qui habebat. ff. de legat. 3. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. in l. peto. §. prædium. ff. de legatis 2. vbi de aliena. necessaria memini esse apud eum locum optimum in leg. si patroni. ff. ad Trebellianum. vbi videas, an feudum veniat in restitutionem. Et vt de hac re, quæ satis liquet, abunde legas, remitto ad Iacobinum in feudis. in versicul. & cum pacto. de non alienando, vbi dicit, quòd non possit de iure obligari, & alteri infeudari. & ad Bartholo. Socinum in libello de regulis, colligentem duodecim limitationes egregias: apud quem obiter legi in eodem libro, in versicul. venditio. quòd regula leg. rem maioris precij, de rescinden. vendit. non habet locum in feudo: quia est gratię, quòd est bonum verbum. Si vis legere multa egregia de alienatione, permutatione, oppigneratione, donatione feudi: indico tibi locos optimos apud Alexand. ad quem satius puto remittere, quàm eius scripta recitare, cùm hodie libri sint venales. primum in consil. 170. & 184. in 2. volumine. Et an feudum vendens teneatur quanto minoris, ille docet in consilio 16. colum. fin. volum. eod. Et an veniat in generali obligatione: quia negatiua communis est, idem in consilio 107. in 4. volum. Habes etiam plurima, quæ longum nimis absurdúmque esset recensere, apud Franciscum Curtium in 4. parte feudo. in fol. 41. in ea quæstione, an vasallus possit feudum hypothecare, & an donare? Vide Ioann. de Platea, in l. 1. C. de fund. patrim. libr. 11. Ego hæc ritaui non incommode. Nam de alienationis materia hoc possem transplantare, vt dicunt, & suffurari duas trésue columnas Andreæ Siculi, in §. Cato. vbi declarat & limitat c. imperialem. Et inter cætera pulchrè dicit, quòd licet de rigore di... qui alienat partem feudi, perdat totum, etiam si vnum cespitem alienaret: de æquitate canonica secus esset. In text. ad principium dicas, quòd duobus modis fundum nostrũ alteri facimus vectigalem in hoc text. prout etiam colligitur ex l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectiga. vel emphyteo. pet. Id vernaculè dicimus rentam, vt Budeus docet, quòd latine vectigal dici potest, quanquam vectigal in iure etiam aliter sumitur in tit. de publica. vectiga. & commis. interdum id fit in perpetuum. quandoque ad tempus. vt dict. §. qui in perpetuum. & quidam hoc vocant anno-

Cui non licet alienare, nec pignori dare aut in emphyteosim licet.

An feudũ in fideicõ. veniat.

Regula l. rem maioris. C. de resc. vend. non habet locum in feudo.

Remissiones vt abunde legas.

De æquitate canonica, qui alienat partẽ, non perdit totum.

Vectigal pro renta.

Annonæ ciuiles.

annonas ciuiles in iure, vt in l. hæreditatis. C. de hære. instituen. cum simili. Fiduciaria autem venditio est cum simulato contractu; id fit cum pacto retrouendendi: qui contractus an licitè fiat, an verò vsurarius sit, habes in c. ad nostram. de empt. & vend. tria requiri pactum de retrouendendo precij modicitatem: & fœnerandi consuetudinem. c. cùm constet. de pignor. aliquid Iason. in l. quotiens. quam nuper in ordinaria lectione enarraui. C. de iudic. Et ponderaui text. in l. si hominem. ff. de vsuca. in quo traditur ferè huius pacti forma: illic, quoniam retroacta venditio esset redhibitioni similis: & in fine dicit quòd non est propriè venditio. & text. in l. 2. C. de pact. inter empto. & vendito. vbi ex eodem actu duplex contractus resultat: vbi videas Decium in l. 2. ff. si certum peta. contra Alexan. De hac re iam satis dictum: copiosè videas apud Cæpollam in tract. de contract. simu. vbi disputat etiam theologicè. Et in quibus distet à pacto legis cōmissoriæ, quòd in pignoribus reprobatur, legas Alexand. in 1. volum. consi. 10. an tollatur præscriptione: & an faciat præsumi contractum esse vsurarium. Idem in consil. 46. volumi. 3. vbi plura cumulat. ego alia dicam in titu. de societ. inter virum & vxo. In tex. in fidem admittere. Ratio est, quia nemo cogitur mutare debitorem: fortius, patronus vasallum mutare nō compellitur, cuius fidem elegit: vt not. in d. ca. imperi. §. præterea. vbi an vasallus possit inuitus mutare dominum. obsequium verò est id quòd dicimus homagium, quod vocabulum barbarum est: & post feudorum iura inuentum esse dicit Iason in præludiis feudor. de quo plura per Alexand. in consil. 136. in 1. volumi. colum. 4. Hic memini ad finem quod Modern. in l. illud. C. de colla. dicunt feudum esse officium quod ad hęredes transit, sed vendi non potest: & Iason, conferri debet, quia non est merè personale. & annumeratur inter eas species militiæ, quæ conferuntur: nam vt prædixi, feudum ferè instar militiæ est. Quæro denique, an vasallus vbicunque domino non paruerit, priuetur feudo? Dicas non priuari, nisi per casus in iure descriptos. Ita tenet Andreas de Ysernia in ca. 1. quan. vasal feu. pri. debe. per c. 1. § illud. quę fuit pri. caus. bene. amit. cùm priuato benefi[illegible]uilegij non inducatur, nisi à lege expressa. glo. in c. fin. de iure patro. text. in §. cùm igitur. de non eligen. secun. nub. in Authent. l. at si quis in ver. pœnam autem statutam non esse: ff. de religi. & sump. fune. quem text. vidi à Iasone ponderatum, legendo titulum de collationibus. C. in l. illam. & citat locum Alexan. optimè de hac re ad partes differentis. Huius capitis materiam abundè legas apud Socin. in loco memorato. & Alex. in 4. volum. consil. 137. & consi. 60. volum. 3. cum aliis multis.

Fiduciaria Vēditio, an sit vsuraria.

Retrouenditio nō est propriè Vēditio.

Nemo cogitur mutare Vasallum nec dominum.

Homagiū obsequiū est.

Feudum conferri debet.

Quando Vasallus feudo priuetur.

CAPVT III.

Quoties aperto feudò ius suum patronus exercere voluerit: hoc quidem liberè ac sine vlla pendendi vectigalis (quod prius non incumbebat) necessitate potietur.

¶ Casus. Cùm feudum esset apertum, dominus voluit petere sua iura, & incumbere feudo: pro illis quæritur, an teneatur soluere vectigal, seu redditum annuum à vasallo venditum & impositum: vt in præced. c. lex dicit quòd non. quia sine facto eius est impositum. ¶ Glossa. Dictum est vasallum non posse domino præiudicium facere alienando, salua enim sunt eius iura. Et hic declarat præcedentem legem quæ permittit imponere vectigal & hypothecarium facere feudum, sed id sine domini iniuria, qui non tenebitur illud vectigal pendere quod non imposuit. Res enim inter alios acta, sine eorum consensu, aliis non præiudicat. quamuis aliter in fisco sit, ad quem bona cum onere transeunt. quia etiam in domini præiudicium feudum in generali confiscatione non continetur, vt alibi à me dicetur suo loco: & latè Franciscinus in tertia parte. Hæc autem iura, quibus potitur dominus aperto feudo ex fidei defectu sunt ea quę laudimia dicta sunt à laudando & nominando authore. de quibus alibi, quæ sunt quòd fundo fruatur liberè, id est, sine illo nouo onere à vasallo imposito. Iura autem sunt, vt Specul. voluit in titu. de loca & conduct. vbi tradit diuersitatem inter feudū & emphyteosim: aut ex conuentione, aut ex natura rei, aut ex consuetudine, aut ex iure communi. vt ait Hostiens. in Sum. de feud. quæst. 57. Et de his rebus oriuntur multæ quæstiones inter Barones & Principes, inter magnates & plebeios. & id præsertim apud Gallos, Germanos ac Pedemontanos: lucrosaq; est materia, vt Alberici verbis vtar, vt de substitutionibus Bald. dicebat. Hîc autem aptè quæro, primum an, si vasallus feudum, in quo vtile dominium habet, patrono in pignus dederit, possit eos patronus, nec fructus in sortem imputare? Hoc deciditur in cap. 1. de feu, vt à nonnullis intelligitur. nam dominium vtile consolidatur & vnitur cum directo: quod tamen est dubium, & crederem contrarium esse verius, ne videatur vsurarius ille contractus, si fructus in sortem non imputetur: & in foro conscientiæ, vt dicunt, prior sententia est periculosa. Tu legas illic cano. qui dicunt id ab ecclesia fieri posse, modò non exigat obsequium & ministerium à vasallo: & fructus non sint tanti, vt excedant longè ipsius obsequij æstimationem. Item vt breuius agam, Alexan. in consi. 60. volum. 3. quædam disputat quæ non sunt huc impertinentia de præiudicio. Reliqua potes legere studio familiari. Memini quod ad rem feudariam Albericus in l. si duo patroni. ff. de iureiuran. & in l. com-

Onus sine domini cōsensu impositum ei non præiudicet.

Ad fiscum bona cum onere transeunt.

Laudimia.

Obiura feudi controuersiæ sunt.

Lucri plena est feudorum materia.

An vasallus possit vtile dominium in patronū transferre pro pignore.

An fructus in sortem imputari debeant.

communis liber. ff. de in ius vocan. disputat de eo qui plurium dominorum vasallus est: & ex vnius authoritate feudum alienauit, an alter posit reuocare in solidum? Et videtur ex quorundam opinione quòd posit, tum, quia dicunt feudum esse indiuiduum, sicut ius patronatus, tum, quia vnus offensus in solidum videtur: argumen. illius l. communis. Tamen Alexand. tenet in parte tantum puniri, per text. in capitu. 1. de eo qui contra constitut. Loth. feud. alien. vbi id expresim decisum est. Iason de hac re plura in l. fina. C. de iure emphyteu. Albericus etiam in l. item videndum. §. final. ff. de petit. hæredi. disputat, an si dominus vendat feudum alteri, vasallus teneatur emptori fidem exhibere, & alias quæstiones huc pertinentes: vt est summæ vir doctrinæ, & multa singularia scribit. & in l. vni. C. quando non peten. part. & in l. si mihi & Titio. ff. de verborum obliga. an in feudo locum habeat ius accrescendi: quæ omnia relinquo studiosis. Nam glossemata ista debent esse breuia: & potisimùm in solo textu versari.

An Vnius dominorũ consensus ĩ alienatione cæteris præiudicet.

CAPVT IIII.

Licet clientulo fundum, aut ad tempus, aut in perpetuum census vectigalis pensionísue titulo alteri tradere: fidemque, ac obsequium sibi retinere nullo eius tributo ad patronum spectante: nisi cum feudum in cõmissum velut apertum ceciderit.

¶ Casus. Vasallus dedit in censum, vel pensionem fundum alicui fide sibi retenta: quęritur an posit, & an ex ea re debeatur aliquid domino? Respondet quòd potest, & non debetur quicquam: nisi fuerit de nouo apertum velútque commissum. ¶ Glossa. Hoc nobis donabunt lectores candidisimi, quòd vasallo & feudo, & id genus vocabulis interdum vtimur: ne plerisque nimis accurati videamur, vix enim aliter fieri potest: nisi quoties feudum dicendum foret clientelarium prędium diceremus prolixiùs. Ratio huius legis est: quia quamuis ob alienationem veram debeatur quintus nummus, non est eadem causa in alienatione impropria: nisi quòd hîc habes de locatione perpetua, vel ad longum tempus ex qua ipsum vtile dominium transfertur in conductorem: vt dict. l. 1 §. qui in perpetuum. ff. si ager vectiga. Circa hanc partem quæro non impertinenter, an conductor teneatur soluere tributa: & ea iura siue vasallus domino feudi causa debebat, quæ necessaria est quæstio. In qua dicas, aut loquimur in vsufructuario: & tenetur. l. hactenus. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufructu. sic in marito. sic in conductore ad longum tempus: qui vtile dominium habent: sic dicerem in isto conductore: Aut in conductore modici tempo-

Cur barbara verba interserueris.

Fundamẽtum in ratione.

Ex perpetua locatione quid transferatur.

An in conductorem onera transeant.

ris, & non tenetur, vt eleganter concludit multis rationibus Alexand. in consil. 4. volum. 5. in text. dico commissum. sicut in leg. commissa. ff. de publi. quod generaliter intelligo in emolumentum, cõmodum: vel vt dicunt profectum, quod contingit aperto feudo mutatione vasalli per mortem, aut venditionem & renouationem, aliúdue ex consuetudine quod laudimium vocant, vt prædixi. Hoc autem vocabulo commissum vsi ad hãc rem fuêre Doctores nostri in prælud. feudo. & Iacobinus & Curtius, & ipse Iason: quorum scripta patent. De censu, vectigali, iugatione, pensione, tributo: eorúmque vi ac differentia lege Bartol. in l. 1. §. 1. ff. de publican. cano. in cap. tua nobis. de deci. dicam in titu. de censib. De speciebus feudi & alienationis in Ecclesiam pro anima, in amicum, & eius reuocatione intra annum: & de vasallis, & hoc iure multa lege apud Andream Siculum, virum multiscium & magnanimum in cap. cùm Martinus. de constitu. cap. exteriore. cap. dilecta. capit. plerumque. de rescript. quæ satis est indicare:

Commissum

Census. Vectigal. Iugatio. Pensio. Tributum.

Barbatius multa lectionis.

Ne si fortè suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum.

Ego ea quę omnino ad rem facere videbitur, definitè dicam, non perfunctoriè: verum extremæ puto miseriæ sic alienis vti: vt in tua supellectile nihil, aut modicum tuum reperiatur. multa ego, ex quibus Opus in immensum trahere possem, remittere decreui: & alienis interdum nostra permiscere, neminẽ irritaturus vel offensurus (quod intelligam) tenuitatis meæ conscius.

Corniculæ fabula in eos qui omnino alienis vtuntur.

CAPVT V.

Si patronus castellanus sit: feudum à sua iurisdictione profectum tanti redimere, quanti venierit, intra dies quadraginta post oblationem ab emptore factam, atque sibi asciscere poterit, legitimis iustisque sumptibus primùm refusis: offerre enim illi emptor debet atque rogatus instrumentum exhibere. Verum præstandę fidei causa patronum vltra vicena milia passuum non vestigabit.

¶ Casus. Castellanus quidam erat patronus feudi, vt ipsi solent vasallos habere castellaniæ iure, voluit feudum aliquod venditum à vasallo pro eodem precio redimere: dicit lex, quòd potest refusis expensis legitimis. Sed quæro nunquid emptor debeat ei offerre? Dicit quòd sic: sed non tenetur eum perquirere vltra decem leucas pro fide præstanda. ¶ Glossa. Castellanus is dici solet, qui iurisdictionem habet in castro: indéque subditos & vasallos, vt declarat Hostiensis in capitu. ad audientiam. de præscriptio. Siculus in d.

Castellanus quis sit.

Feudum simplex. in d.c.quæ in ecclesiarum. Est enim differentia inter feudum simplex, & illud quod iurisdictionem habet: vt declarat tibi recenter Deci.in l.certum. colum.3. C.vnde legi.vbi in iurisdictione in infinitum succedunt, de qua re dicturi sumus abundè in capite transuersalium. *Alienato castrô an alienat.sit iurisd.* Alienato castro iurisdictio videtur esse alienata, vt per Bartol. in l.inter eos. ff.de acquir.rer.dom.quem tu sequere veluti certisimum ducem & aurigam. *Castellum nucleorũ.* Habes de castello nucleorum text. singul.in l.Titia.ff. de legat. 2. Vicena milia passuum more nostro conficiunt decem leucas, & dicuntur viginti miliaria. l. 1. ff. si quis cautionibus. alij dietas vocant. De retractanda venditione habemus titulum de retracta. vbi locus est prius. Scri. disputant in l. dudum. C. de rescin.vend. De instrumenti exhibitione dicerem hic multa, nisi diceret Iason in præludiis feud.15.colum. Et præter ea vide Barto. *De reuocãda alienatione.* de reuocatione & restitutione precij in l.si debitor.ff. quæ in fraud.& in l.emptor.ff. de rei vendi.& Cyn.in l.1 C.de præscript.30.anno. *De alienatione in potentiorem.* Designabo tibi pulchrum locum de alienatione in potentiorem apud Albe. post Bartol.in l.cùm miles.ff.de alien. iudi. mu.cau. fac. Sic de eo, qui alienat vsque ad centum annos fructus, Barto. in l.codicil.§.1.ff.de lega. 2. Satis est enim designasse locos optimos, ne faciã immensum Opus. *Fructus & res ips.pro impensis tenetur.* De expensis & sumptibus postea dicetur sæpius: sed adde huc retineri posse rem ipsam, donec sumptus sint refusi etiam per successorem singularem, ex theorica declaratione Barto. & Alexan. iurisperitisimi. in l. qui exceptione. §.si pars. ff. de condict. indebi. l. in hoc iudicio. ff. commu. diui. *A quib. petũtur sumptus.* Istos autem sumptus à se factos emptor ab euincente petet, non à venditore, vt cauetur in l.Titius. la 1. ff. de act. empt. quòd hîc nota. *Venditor debet dicere conditionem.* Et scias quòd si vasallus vendens nõ dixerit ei conditionem fundi, tenebitur ei de euictione, aliter atque si dixerit aut emptor sciuerit. Ad hoc memoro tibi doctrinã Bar. egregiam in contractu emphyteotico, in l.si rem aliquam. ff. de contrahen. empt. Ipse autem redimens & reuocans venditionem, de iure speciali debet restituere imprimis precium & sumptus, vt hîc scribitur, & in lege prædiorum. C. de prædiis & aliis reb. mi- *Vtinam so lus Bar. es [illegible] mibus.* nor. quæ ad hoc recta est, vt illic Bartol. cui ego sic inhæreo, vt sæpe soleam precari accupere, vt ille solus author aliis interdictis aut concrematis, nobis relinquatur. Quem ego semper secutus alios citaui, ne viderer non legisse aut neglexisse. *An dominus consanguineis præferatur in retractu.* Præfertur autem in retractu dominus feudarius, vel emphyteoticarius consanguineis: vt singu. Bald decidit in l. Imperator. in fin. ff. de pact. per l. si cum dotem. & iura quæ adducit de oblatione pro identitate precij. text. habes, & Ias. in l. fi. §. 1. C. de iure emphy. Reliqua mox habebis.

CAPVT VI.

¶ Dormiente domino vasallus vigilat. Quandiu enim super ineunda fide interpellatus non est: feudo fructibusq; liberè potiri potest.

¶ Casus. Cùm apertum esset feudum morte hæres vasalli non interpellatus à domino fructus fundi percepit: an eos acquirat? dicit litera quòd sic: quia est lex quòd dormiente domino vasallus vigilat. ¶ Glossa. Hæc Consuetudo potest fundari in eo quòd iura negligentes sui iuris persecutionem reiiciunt. vt in titu. de præscrip. Item quia non est dies præfixa in contractu, quæ pro homine interpellet. iuxta l. si ex legati. ff. de verbor. obliga. & in l. magnam. C. de contrah. empt. Est tamen contra ius feudorum, vt scribitur in cap. 1. quæ fuit prima causa benefi. amit. & l. 2. C. de iure emphyt. De qua re Iason illic in versi. nonò quæro. post Ioan. de Imol. in cap. 2. de feud. in antiqui. in 20. colum. Sed conuenit, vt reperies, consuetudini Mediolanensi: in titu. hic finitur lex: deinde incip. consuetud. regni. Sicut alienatio permissa. quod facilè fit, vt Galli cum Insubribus conueniant in legibus, cùm ab illis Mediolanum sit conditum cum plerisque aliis oppidis. *Galli cum Mediolanẽ in consuet. cõueniunt.* Sed quæro hic in dubio: An sufficiat vnica interpellatio? Est glossa, quam Bald. commendat in cap. 1. de mil. vasallo, qui contu. est, quæ dicit quòd vbi ex consuetudine requiritur interpellatio per aliquod tempus, vna etiam peremptoria non sufficit. Tamen dicas illud esse: quia cùm plures requiruntur, tunc peremptoria non satis est. Hic verò vna sufficeret, quod probo tibi vltra d. l. si ex legati. & capitu. vt debitus. de appella. cum simi. per glo. singul. in Clemen. 1. de hæred. vbi ait, quòd si collegam debeat interpellare, vna interpellatio sufficit ob paritatem, quod sequitur Sic. in d. l. si ex legati. & infero à fortiori, cùm à maiore minor interpellari debet, sicut infert à contrario cùm à minore maior, duas requiri: per c. 1. de supplen. negligen. præla. & dicit idem in c. plerunque. de rescri. *Vna interpellatio sufficiat.* Casus, in quibus dies pro homine interpellat, referrem, nisi id faceret Socinus in regulis: & pleriq; vulgares in text. dormiente, potes addere, quòd dormire etiam dicitur res incorporalis, vt Bart. in l. naturaliter. ff. de vsuca. *Dormire pro scriptis.* Et videas casum singu. de quo Bart. non est recordatus in l. fin. §. licentia. C. de iure delibe. in fi. & Ioan. Baldus in tractatu præscriptionum. in 4. par. de dormitione.

CAPVT VII.

Distractum à vasallo feudum manus iniectione prehendere patronus potest hominis fidelis quærendi causa: fundoque interim fruetur, donec iura sua obsequiumque perceperit.

¶ Casus. Vasallus vendidit feudum: dominus vt

De manus iniectione qua impedimentum, vel saisina dicitur vel nunciatione, impedimentum esse dicas, in hoc Socin. libro multa colliguntur.

nus vt à nouo homine fidem & iura perciperet, & saisiuit, vt dicitur, feudum: an posset propria auctoritate id facere, & eo interim potiri? lex dicit posse. ¶ Glossa. Intellige, quòd vbi vasallus feudum védidit, tunc feudum inuadet dominus manus iniectione seu prehensione. Sic enim saisire nostrum Latinè dici potest Budæo authore. quod probo, per text. in l. pen. ff. de ser. exportan. l. si quis curialis. C. de episcop. & cleric. nos etiam dicimus arrestare, impedire, interdicere, explectare, quę barbara sunt, habes de prehésione tex. in l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam, de vi. l. si ex stipulatu. C. de acquir. poss. Dyn in cap. 1. de regu. iur. lib. 6. Iason in titu. de actio. in procem. colum. 74. Socin. in consilio 87. 1. part. Bald. in consilio 190. 3. parte. Et lege Socin. vulgarem in suo Enchiridio Regularum. in ver. authoritate. vbi declarat casus, in quibus quis sua authoritate vti potest. Est enim hic speciale, cùm & de iure feu. si vasallus feudum alienasset, ad dominum reuertebatur.

CAPVT VIII.

Hæredi vasalli mortui ad innouandam fidei institutionem dies quadraginta dantur. Nullo interim iure ab ipso ex domini potestate extorquendo.

Fundamentum in iure.

¶ Casus. Quæritur, mortuo vasallo, quod tempus detur hæredi ad renouandam instaurandámque fidem, vt interim non vexetur? Dicit quòd dantur quadraginta dies ¶ Gloss. De iure feudorum datur annus & dies ad instaurandam fidem & nouam feudi inuestituram faciendam: vt cauetur in titu. de capi. Corradi. in principio. Sed de hac restatur locali, quod dicitur, consuetudini: vt dicit gloss. in l. . §. permittitur. in. ver. impetrabile. ff. de aqua quoti. & illic Ioann. de Imol. Hoc autem laudimiũ quod ab aliis Capsol. dum dicitur, prout fuerunt varij logodedali, ante tempus non debetur, & à filiis non præstatur: vt dicit Bald. in cap. quæ in ecclesiarum. col. 8. An autem vnus pro omnib. iurare possit: quia iuramentum est quid indiuiduum & personale: & an per nunciũ? Ang. & Sicu. in §. Cato. & in l. 2. §. eius. cum aliis quæstio. disputant: & conclusio est, de hac re standum consuetudini, vt inferius dicemus. Nam satis est, vt vnus pro cæteris iuret.

Logodedali verborũ artifices.

An vnus pro cæteris fidem iurare possit.

CAPVT IX.

Per domini obitum fides expirat. A cuius hærede vasallus ritè interpellatus post dies à renunciatione quadraginta moram cõmittere incipiet.

¶ Casus. Dictum est, quando vasalli morte fides deficiat: nunc dicit, quòd etiam domini morte, & dantur tot dies vasallo ad instaurandam fidem, quot in priori cap. ¶ Gloss. Quia in titu. de capi. Corradi, cauetur dissoluta ex domini morte defectáque fide intra certum præfixumq; tempus renouationem fidei hęredi eius faciendam esse: Idcirco hic de ea re dicit, & facit l. cùm hæredes. ff. de acqui. poss. Nam ea quæ facti sunt & personalia, vt fidei, iurisiurandi pręstatio, instaurari debent: neque finguntur in hæredum personis acta. De qua re multa videbis in egregiis Commentariis aliarum consuetudinum. Hic autem debet ab hærede interpellari, ne potiori conditione sit hæres, quàm patronus: de qua re dictum est. Tamen lege Ioan. Andr. in cap. breui. de iureiurã. dicentem ea quæ de mora scribuntur in l. si mora. ff. solut. matri. l amplius. ff. rem rat. habe. de mora sine interpellatione non committenda, non procedere in his quæ facti sunt, præsertim successiui: nec in his quæ sacramenti sunt. Limita autem in cap. licet. si de feud. fue. controuer. inter domi. & agna. & c. 1. de for. fideli. vbi non committitur in feudis iuxta hanc consuetudi. & not. pro fundamento legis. Socin. tamen in l. quod te. ff si cert. petat. ait esse illic speciale, ob subsidium domino pręstandum, vbi plura scribit in sententiam Ioan. And. Tu recenter ad legis rationem adde, quòd filia non tenetur offerre dotem conferendam, nisi interpellata cum inter fratres diuisio fit. l. si soror. l. filiæ licet. C. de collatio. vbi Moderni Baldi sententiam improbant. Sed de hac re satis. nihil enim dubij apparet, nec possum plura scribere nisi ad ostentationem.

Fundamẽtum in iure.

Facta ad hæredes nõ transmittuntur.

Mora sine interpellatione non committitur in factis.

Dos peti debet vt conferatur.

CAPVT X.

Neque domino in clientulum feudi: neque huic in illum fidei præscribendæ ius esto, quocunque tempore id fiat.

¶ Glossa. Hæc præscriptio duplici ratione prodest. Tum, quia est cõtra fidem & malefidei, & inducit occasionem fidei violandæ. contra cap. quamuis. de pact. libr. 6. c. possessor. de regu. iur. Ita enim dominus vasallo fidem debet præstare, vt illi vasallus, vt not. cap. imperialem. Tum quod ius istud est simile iuri superioritatis & obedientiæ, de quo non præscribendo cautum est in capitu. cùm non liceat. de præscript. de quo latè dicam in titu. de præscriptio. infra. Adde rationes traditas per Bar. & scribitur in l. competit. C. de praescri. 30. an. Adde tu, quòd quemadmodum fundi limitrophi militibus assignati qui de iure alienari non possunt: vllo tempore non præscribuntur. l. agros. C. de fun. limitro. libr. 11. vbi gloss. tradit alios casus, quibus præscriptiones. sic in cap. 1. de capit. Corrad. Neque feudum vllo, etiam longissimo tempore præscribitur, vt hic. Nam vbicunque à lege prohibetur, cessat dispositio legis omnis, & omnium legum, vt inquit Ioann. de Platea. in l. si quis decurio. C. de decu. lib. 10. & in d. l. agros. Adduco tibi text. in

Cur præscriptio in feudis sit.

Fundi limitrophi non præscribũtur & noua ratio.

Præscriptio non impedit reuocationem feudi alienati.

cap. 1.

Præscriptio lege prohibente nõ fit.

Boerius senator doctissimus.

cap. 1. §. porrò. quali. olim feud. pote. aliena. vbi scrib. Adde Abbatem de hoc late consilio 3. volumi. 2. vide Baldum in pluribus locis, & alios quos Boërius doctus senator citat optimè ac amplißimè in loco recondito apud Ioannem Franc. Baldum in libello præscriptionum nihil omittentem. Postremò leges optima (nam satis ad præsens dictum) apud Ioann. de Plat in l. si cohartalis, vbi aliquando speramus dicere. C. de cohartal. libr. 12. & alia scripsi infrà, in titu. de præscriptio. quæ huc addas. Nam illic omnia de censibus & feudis præscript. & iure superioritatis congeßi.

CAPVT XI.

Duobus verò feudi dominis mutua præscriptione vti licet.

¶ Casus. Duo erant domini eiusdem feudi: an vnus posit contra alium præscribere, ꝙ solus habeat vasallum, quia vasallus illi soli fidem præstitit. Dicit quòd sic, aliter etiã intelligi potest, vt dixi in gloss. statim ¶ Glossa. Quanquam prohibita præscriptio in feudis est inter domi. & vasal. in cap. præceden. permittitur tamen inter duos dominos eiusdem fundi: quia par contra parem facilius præscribit: & Ecclesia contra Ecclesiam, vt not. in capitu. 1. de præscriptio. libr. 6. 16. quæst. 3. per totum, cum similibus. & intellige de dominis directis, per gloss. not. in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectiga. vel emphyteoti. pet. vltra Boërium de hac re dicas esse hanc constitutionem contra text. in cap. Imperialem. §. præterea ducatus. de prohibi. feud. alie. per Frede. & cap. 1. §. 2. de leg. Corrad. vbi dominus prohibetur diuidere ius feudi, ne vasallus plures dominos habere compellatur: cùm etiam de iure duo non possint eiusdem rei dominium habere insolidũ eodem respectu. Sed dicas illud esse ex postfacto, vt in præiudicium vasalli, cui iam quæsitum est ius non diuidat: ne duobus dominis seruiat, facit quòd etiam duobus quis potest esse seruus & libertus, est textus bonus in l. 1. §. domini. ff. ad Sylleia. vbi Bar. scribit, quòd si sint plures eiusdem castri domini, quilibet dominus vocatur & censetur. Subdit quòd vasallus vtrique & eorum filiis reuerentiam debet atque obedientiam. multa de hac re habes apud Scrib. in d §. præterea. Potes etiam intelligere hunc tex. vt loquatur in duobus vasallis mutuis. Nam duo possunt esse vasalli mutuò, alter alterius ratione diuersorum prædiorum, vt dicit Alber. in l. sed si hac. §. si liberta. ff. de in ius vocan. qui dicit quòd inuicem agere possunt, & quo pacto docet. Sic etiam possunt inuicem præscribere ob æqualitatem, vt de Ecclesia dictum est, & Angel. in l. eius. §. fin. ff. si cert. pet. De præscriptione feudi multa per Aluar. & scrib. in cap. si quis per 30. si de feud. fue. controuer. Alexand. in consilio 159. volum. 2. & 114. volumi. 4. Philippus Deci. egregiè in consilio 144. omnium optimè ac recentißimè Baldus allegatus, qui citat omnes canonistas: ita de libertate alterius ab altero præscribenda intelligatur, vt is declarat & venalis est. Et de 40. anno. præscript. in vasallum. Alexand. in consil. 166. diffusè, vt nihil ad eos addi posset, aut certè debeat. Franciscus Curtius etiam tractat de duobus vasallis in solidum, in 3. parte, & de plurium dominorum consensu. Possem hic suffurari tres columnas Barbatij. in l. si Titius. ff. de verb. obli. vbi disputat de vasallo duorum, cui potius seruire debeat. Et concludit opinionem Spec. in tit. de feud. quæ habet quòd locus est gratificationi, habere locum cæteris omninò paribus: aliàs nobiliori vel principi: vt de inclyto Francorum Rege loquitur. nam intelligitur excepta authoritas superioris à iuramento. Item notat, ꝙ prioritas etiam temporis nihil facit contra regem. Item eleganter dicit, forte dirimendum, vbi cæteris paribus nollet vasallus gratificari. Et insuper debere vni per se, alteri per substitutum seruire. Quam verbosè hanc rem, bone Deus, doctor ille prosecutus est, vt omnia literarũ omnium plenus. Potes itaque dupliciter hanc constitutionem intelligere: quia vtraque est probabilis, & si quæras, de qua præscriptione intelligi debeat: dicerem indubitanter de præscriptione longißimi temporis. per not. in l. omnes. l. sicut. C. de præscriptio. 30. anno. not. in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. cum similib. possint fieri multæ quæstiones, quas omnes præmeditari non possunt: & satis est in iure fundare Consuetudinem.

Par in parẽ pscribit. *Domini appella. directi intelliguntur.* *Fundamẽtum iuris contra hãc consuetudinem.* *Duob. dominis quis seruire nõ potest.* *Vasallus duorum.* *Bonus intellectus.* *Vasalli mutui.* *Libertatis præscriptio.* *Vasallus duorũ cui potius seruiat.* *Inclytus Frãcorum rex.* *Barbatius copiosus.* *Præscriptio in dubio triginta annorum intelligitur.*

CAPVT XII.

Fide ex vasalli parte dissoluta, ob idque præhenso feudo adiri patronus debet: nisi vltra viginti miliaria distet ab eo loco, vnde feudi origo est, illique iura instaurandæ fidei causa debita persoluenda. Sin verò longiùs distet, aut clientem officiosum reiecerit: apud præcipuam feudi stationem iustas oblationes facito. Ad eius verò domum, qui castrum non habeat, iusta offerre satis erit. Quin & satis est, loci illius præsidem adire: donec à patrono interpelletur clientulus.

¶ Casus. Hic ponitur quid vasalli hæres debeat facere, quando dominus longè distat à loco feudi, quòd sufficit ad locum feudi, vel ad eius domum qui castrum non habet, vel apud iudicem loci offerre debita: & id etiam procedit, quando dominus esset nimis seuerus, vel tyrannus, & nollet recipere suum vasallum iusta offerentem. ¶ Glossa. Hic docet quod sit officium vasalli, vbi ex parte eius

eius fides dissoluta est, vt dominum adeat re nouandæ fidei causa. Et multa congerit Boerius, quæ ad hanc faciunt. Et quia imprimis de oblatione hic agitur; dicas quòd de iure oblatio non verbalis modo: sed & realis in præsentia testium, vel publicæ personæ fieri debet, vt sis cautus, vt Barto. tradit in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. l. acceptam. C. de vsufruct. vbi plurima sparsa & congesta de oblatione, quæ non est opus huc reducere. Et multa etiam inferius de eadem re occurrent. Tibi citabo text. bonum in l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsu. vbi quid enim potest imputari ei, qui si soluere vellet, non potuit. Recurrendum est ergo ad domicilium: vt Bartol. docet in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infect. & plenè Socin. in regul. de citatione ad domum. liber est frequens & modicus, qui manu gestari solet. Aduerte autem quia de interpellatione sæpe dictum est: & nunc quoque ad finem cauetur quod Bald. in capit. 1. de milit. vasall. qui contu. est, ait trinam citationem in feud. requiri: quod intellige verum ad hoc, vt perdat feudum, & dicatur contumax in casu illo, aliàs secus: nam vnica sufficeret, vt prædixi. Et præter varia lege ad hunc locum tex. elegantem de eo qui sui copiam non facit, in l. 1. §. dies. ff. quando appell. sit. Item adde quod pulchrè Baldus in d. l. acceptam. dicit, quòd oblatio debet fieri tempore diurno & opportuno, per not. in l. mo. ff. de fer. quòd latè Salice. declarat in l. non minorem. C de transactio. & limitat quando esset periculum aperire ostium. iuxta gloss. in l. 1. C. de sent. ex pericu. reci. Et de domo pro domicilio habes text. Boe. in l. 1. ff. de alea. & illic Alber. videas etiam text. in cap. 1. in versicul. si in remotis. & scrib. ne sede vacan. in 6. l. si longius. ff. de iudic. & ibi Alber. multa. cap. 1. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. Felin. Sand. nihil non cumulat in cap. dilectus. de rescript. & in cap. quoniam. de offic. delega. In locis autem publicis fieri potest citatio. dict. §. Iulianus. per Bartol. de iudice multa Boerius. adde Iason. in l. bonorum. C. qui ad mit. Et eundem Bartol. in l. si finita. §. postea. de damn. infect. qui decem. & l. si debitor. ff. de solut. l. cùm seruus. ff. de verborum obligatio. & reliqua in dicta l. acceptam. Et ad text. adde rationem glos. celebris in l. secunda. ff. qui satisdar. cogun. quòd si principalis est difficilis accessu, fideiussor prius conuenitur: & præposteratur ordo iuris. Et plura similia. Triplex est autem oblatio hæc, vt suo videbis loco.

Oblatio qualis esse debeat. *Tex. elegans.* *Domicilium est locus oblationis & citationis.* *Quotuplex citatio requiratur in feudis.* *Qui sui copiam non facit.* *Quo tempore oblatio fieri debeat.* *Periculum excusat.* *Citatio in locis publicis.* *De principali tyranno.*

CAPVT XIII.

Præhenso ex causa feudo clientulus intra dies quadraginta moram purgare potest illud quod ius mosq; exigit persoluendo.

¶ Casus. Vasallus erat in mora, & feudum erat apprehensum à domino: an possit purgare moram? dicit quòd potest soluendo, quod solet solui de more. ¶ Glossa. Benignæ sunt istæ leges, quæ moræ purgationem tribuunt etiam re non integra: & facta executione contra l. iam tamen. in princip. ff. iudica. sol. l. qui ob rem. ff. de condi. indeb. Tamen & aliis casibus moræ purgatio admittitur. l. si ita quis. §. Seia cauit. l. si insulam. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. c. potuit. de loc. l. quod te. ff. si cert. pet. per Moder. Et lege de moræ purgatione latè Soci. in d. libello Regularum, qui iam pueris patet. Et contra huius legis clementiam habes tex. in l. iam tamen. allegata. vbi etiamsi à lege facta est executio, non admittitur: cùm tamen mitius agatur cum lege quàm, cum homine. Item iuramentum obest purgationi moræ. l. si quis maior. C. de transact. Item quando est dies & pœna in conuentionibus. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. Sed pro hoc facit æquitas quæ admittit peccatorem quoties ingemuerit. Et intellige de reali oblatione, per quam purgatur etiam post litem contestatam: vt habes de hac re text. in §. fina. Institu. de perpe. & tempo. actioni. Et intra tempus modicum, vel à lege datum. l. si ita quis allegata l. 1. §. si ita. ff. ad legem Falcid. hæc modum excedunt breuis commentarij: sed idcirco ne videamur illotis manibus rem percurrere, & intelligo quòd purgatur mora nō soluēdo noua vel duplicia laudimia: sed vna tantùm quæ de iure vel consuetudine debentur: nisi aliter fieri soleat.

CAPVT XIIII.

Ea, quam præcipimus, oblatio trium alterum contineat, aut annuum prædij prouentum, aut iustum quod ratus fuerit precium, aut quantum duo boni viri arbitrabuntur. Optionem verò intra dies bis viginti patronus faciet: nec interim fructibus feudi potietur.

¶ Casus. Docet quid contineat oblatio: quia continet vnum ex tribus. Aut anni vnius redditum: aut aliquod iustum precium loco illius: aut arbitramentum duorum virorum. Item dominus eliget & optabit intra bis viginti dies. Clara est lex. ¶ Glossa. Hic docet triplicem esse oblationem quæ laudimij iure domino fieri debet. Annuus prouentus est vnius anni fructus: de quo adduco tibi bon. text. in l. diuortio. §. penul. ff. solu. matrimo. ibi, anni totius fructus. De iusto precio est doctrina Barto. in dict. l. acceptam. de vsu qui in l. competit. C. de præscript. 30. annor. quærit an huic iuri præscribi posit: & distinguit inter ius & facultatem: vt iuri præscribatur: facultati verò non. Alij, vter est possessor: vt si debitor posideat, nunquam aduersus eum ius offerendi præscribatur.

Triplex oblatio.

vide Bald.in l. petens. colum. 4. de pac. Et Bart.in l.interdum.§ fin.ff.de verborum obligatio. dicit quod ius præscribendi oblationem ad purgationem moræ: de qua hic vel ad consequendam absolutoriam non permittitur, quando res debita offertur.§.fina. de perpet.act. distinguens, aut ante litem contestatam. & oblatio sufficit, aut lite contestata, & consignatio fieri debet. Imol.tamen & Ludoui Roma.illic tenent quòd semper oblatio sufficiat, quæ non est melior sententia. de qua re plura per Scrib. in l. si insulã. Item ad text. vbi de optione loquitur, habes theoricam scrib. in §. optionis. Institut.de lega. quòd in dubio in contractibus est electio debitoris, in priuilegiis autem, vel legatis, aut beneficiis est optio creditoris, vel eius, ad quem verba diriguntur. de quo iure an præscribatur, dicam in 16.cap. Ego hic quæro, an hæc potestas eligendi transeat ad heredem? Vidi enim in facto contingere hanc quæstionem. Barto.in l. stipulatus.ff.de verbor.obliga.dicit transire per illum text. quia est facti executiui cuiusdã præambuli iuris. Tamen Petrus noster in §.optionis. limitat, quando optio relicta esset per modum conditionis. puta, si optauerit. cui assentit Nicolaus Spinellus. Item, vt finiam in hoc capite, est tertium quod offertur. non autem dixit boni viri, vt in iure. nam in ore duorum vel trium, stat omne verbum. ita solent fieri arbitria & arbitramenta. l. diem proferre.§.si plures.ff.de arbit. videas scri.in Auth.si verò contigerit.C.de iudi.l.si quis arbitratu.ff.de verb.obliga.l.hæc venditio.ff.de contrahen. empt. l. 1. §. cauere.ff.vsufru. quemad.caue. Hæc enim quæ in tex. sunt, satis clara extant, nec omnia occasione verborum congeri debẽt. Nam & hic & in multis articulis possem facere iustam repetitionem.

An iuri offerendi p̃scriptio obsit.

Oblatio ad moræ purgationem quomodo præscribatur.

Optio cuius sit.

Potestas eligendi an ad heredẽ transeat.

CAPVT XV.

Si anni fructus optauerit patronus, iustos imprimis sumptus legitimasque impensas in illis quærendis, seminandis, colendis, colligendisque: ac etiam conseruandis factas refundat. Sin arbitrio proborum id commiserit: vnus domini, alter vasalli nominatione decernatur. vt quod bonum æquumque videbitur, ex fide statuant.

¶ Casus. Patronus optauit anni prouentum, quæro an id debeat intelligi non refusis sumptibus in agricultura factis. Lex dicit quod eos omnes debet refundere. Item, quid si elegerit arbitrium hominum: debet vnus ab eo, alter à vasallo nominari. ¶ Glossa. Hic est text. eleganter enumerans omnes sumptus: de quibus scrib. plurima. Ego adduco tibi text. egregium, ita ferè dicentem in leg. si à domino. §. fructus. ff. de petit. hæredi. Vnde ad verbum sumpta hæc constitutio videatur. Concordantes sunt in l. fundus qui dotis. ibi, salua impẽsarum ratione. ff.famil. hercisc. l. quòd in fructus redigendos. l. videamus. §. penultim. ibi post deductionem impensarum. ff. de vsu. præter l. fructus. solut. matrimo. cum simi. vbi etiam aduerte quod malæ fidei poss. & prædoni refunduntur. videas Barto. de fructibus in vulgata l. ex diuerso. ff. de rei vendic. Et quia de arbitro hic nominando fit mentio, ego recenseo bonum verbum quod Bartol. dixit in l. si merces. ff. loca. ad princi. quòd si conueniat vt vnum eligant, non tenet, nec contractus: quia possent in vno eligendo discordare. aliud si de duobus eligendis: tunc non possunt disconuenire, dum quilibet vnum pro suo arbitrio eligit. Item rectè fit in hoc loco, vt ex doctrina Bartol. fundamentum habeat. Ad text. videas, quæso. l. diuortio. §. impendia fructuum percipiendorum in arando serendoq́ agro & ædificiis. ff. solut. matrimo. reliqua perstringamus.

Sumptus optimè descripti.

Prædoni sumptus refunduntur.

Fundamentum Barti de vno arbitro nõ eligendo.

CAPVT XVI.

Quod si dominus intra annum minimè optare voluerit: ab omni vsura, pœna, præstatione, tributóue immunis vasallus esto, feudoq́; plenè ac liberè potiatur.

¶ Glossa. Hic tex. videtur esse contrarius superioribus, vbi 40. dies dantur: hic annus, cur tam variè? Dicerem dari quadraginta dies ad facultatem eligendi: quibus lapsis optio erit in debitorem translata: frustra enim 40. dies præfixi essent. Quòd si post annum appareat nihil elegisse: omninoq́ maiore mora recusasse oblationem, perdit ius suum laudimiorum, vt docent pulchrè Sal. & Iason in l. fin. C. de iure emphy. qui dicunt licere domino purgare moram post annum. quod non videtur esse hic: quia est vltima mora quæ magis nocet, & inducit maiorem contumaciam: ita innuit doctrina Bald. in c. l. quo tempo. miles. Barto. in l. postquam liti. C. de pact. Bald. in l. diffamari. C. de inge. & manu. & in Auth. ad hæc. C. de vsu. quod nota: quia vidi controuersiam. & consului non posse purgari hoc casu post vltimum tempus à legis miseratione datum. Ius autem istud eligendi circa res durat regulariter annum. l. fina. §. sed & si quis. C. commu. de leg. circa personas quamprimum potest fieri, debet. l. cum quidam. & illic. Barto. ff. de lega. 2. vnde sumo ad ea quæ modo dicebam egregiam theoricam Bartol. quam tu commendato: q̃ vbi lex moram alicuius facit executionem, vt hic non admittitur purgatio. l. si is cui. ff. de leg. 2. l. pen. C. de fideicommis. & illic Bal. quod est optimum pro decisione mea.

Dominus an post annum moram purgare possit.

Ex nimia contumacia, mora purgatio non fit.

Ius eligendi quãdiu duret.

Casus in quo mora non purgatur.

CAPVT XVII.

Deserta ex domini parte fide nisi in-

si interpellatus, interdictúsue sit vasallus possessione feudi non destituatur.

De iure vasallus non debet interpellari ab heredib.

¶ Casus. Patronus erat mortuus: vasallus non erat interpellatus, vt fidem renouaret, an interim debeat possidere? Dicit quòd sic. ¶ Glossa. Quanquam de iure feudorum vasallus debet ab hęredibus domini inuestituram petere: vt c.1.de capi.Corrad.& satis superq; dictum est, debet tamen hoc iure interpellari per nunciationem, vel interdictionem: quod impedimentum dicunt, vel prohibitionem vtendi. de quo in §. sunt autem, de interdict. Institu. lib.4. Cuius rei expositio facta prius est. Possessionis autem magnũ est commodum, nec facilè quis ea destitui debet: vt not.in §.commodum.eodem titul. de interdict.vbi si voles plura, videas à Scrib. nihil enim hic necesse est ea dicere.

CAPVT XVIII.

Si clientulus interpellatus intra dies quadraginta in fidem sese non contulerit: iusque patrono minimè obtulerit: perceptos interim fructus illi restituet.

Fundamentum in iure super interpellatione.

¶ Casus. Vasallus erat in mora, an debeat perceptos post interpellationem fuctus illi restituere? Dicit quòd sic, propter moram. ¶ Glo. Ratio huius constitutionis est in iure: quia per interpellationem lis quasi contestatur: vt scrib. in l. si ex legati. ff. de verborum obligat. l. ex diuerso. ff. de rei vendica. sic non licet purgare moram impune. l. si insulam. eodem titu. Item est malæfidei possess. post interpellationem: ergo fructus non facit suos, vt not. in dict. l. ex diuerso. Et legas quæ dicturus sum de fructibus plenè in cap.21.hoc titu. Hic tamen puto non loqui de eo qui postea vult purgare moram celeriter propter alias consuetudines quæ permittunt.

CAPVT XIX.

Si patronus castellanus sit, clientulos per præconem à loco publico proclamantem, vt intra certum diem fidem faciant: atque in eo loco vbi id fieri solet, sese sistant generali edicto præmonere poterit. Qui si minimè paruerint: mera feudi amissione plectantur, feudumque domino committatur. Id verò tempus ineundæ fidei causa quadraginta diebus angustius non præfigatur. In eos quoque clientes qui intra territorium non sunt, priuati patroni iuri vtatur.

¶ Casus. Hic tradit priuilegium quod habent castellani in suo territorio: vt per præconem conuocent suos vasallos generali edicto ad faciendam fidem intra dies 40. qui si non venerint: feudo priuantur, & ipsi castellano commissum acquiritur propter contumaciam, quod non procedit in eos vasallos qui extra territorium sunt. ¶ Glossa. Hoc priuilegium habent castellani ob iurisdictionem imperiumq;: nec extra territorium. l. fin. ff. de iurisdict. om. iudic. & per eos fieri potest in subditos, qui iurisdictionem habent: vt de hac re latè in l. 2. ff. de in ius vocan. vbi & quomodo liget: & qua pœna plectantur contumaces, & de præcone, tuba & campana, vide etiam Bar. egregiè in l. municipij. ff. de decre. ab ordi. facien. eundem in l. decem. ff. de verbo. obliga. in l. non solum. l. Aristo. ff. de iure delibe. l. si eo tempore. C. de remissio. pigno. l. controuersia. ff. de transac. Spec. in titu. de cita. §.4. scrib. in l. dies festos. de feriis. in Auth. qui semel. quomo. & quando iud. videas etiam text. in l. obseruandum. C. de decu. lib.10. & text. in l. super creandis. C. de iure fisci. quem pondera, si quæstio incidat, an decuriones aut scabini possunt conuocare consilium sua authoritate: & quo pacto, vt ea res consuetudine decidatur per ea quæ illic traduntur: quod est signandum.

Castellani priuilegiũ.

Quo pacto debet fieri congregatio.

CAPVT XX.

Feudum apertum patronus si ex vasalli parte fides defecerit, absque vlla nunciatione potest prehendere. Quod si eius conditionis sit, vt ex eo nullum emolumentum debeatur: venientem intra quadraginta dies admittat, nihilque exigat, post moram verò neque dum permixtis fructibus admittatur sumptus refundens. is tamen patronus, qui anni fructus optauerit: perceptos post moram vendicabit.

¶ Casus. An patronus mortuo vasallo sine vlla nunciatione hæredibus facta, possit iniicere manum in feudum & saisire? Dic quòd sic. Item quòd nihil debet exigere, quando feudum talis est conditionis, vt quis in eo dando ita conuenit: & quòd potest vasallus purgare moram, refusis sumptibus, antequam permixti sint fructus, & de vendicandis fructibus post moram perceptis. ¶ Gloss. Clarum est quòd hic cauetur: nam datur potestas patrono inuadendi feudum tanquam vacans & apertum, vt fidem exigat, & iure cauetur: vt si ter ab eo fidem exegerit, & is denegauerit, feudum amittat. contra Petrum qui ter negauit, nec periit. text. in cap. 1. quæ fuit prim. cau. benefi. amit. Circa fructus permixtos consumptosq;, & eos qui percipi potuerunt, piget hic dicere quæ Moderni contra Bartol. dicunt in l. ex diuerso. & in l. si

Ter negãs feudum perdit.

in l. si nauis. ad intellectum eius. ff. de rei vendica vbi Raphacles contra Bart. tenent. & in l. domum. C. eo. Alia posthac legentibus occurrent, vt in sequen. cap.

CAPVT XXI.

Tametsi feudum apertum est, dominoque in vasallum experiri licet: purgare tamen vasallus moram ante excussos excollectósue fructus potest, factisque ritè oblationibus pendente colligere (extantes enim radicitus pars rei esse intelliguntur) refusis duntaxat illis, si quos in nunciando sumptus fecisse docuerit.

¶ Casus. Quæritur an & quomodo vasallus possit purgare moram. & dicit quòd potest antequam fructus sint excussi, vel collecti refusis nunciationis expensis. ¶ Glossa. Res dicitur adhuc integra, cùm fructus pendent. quia sunt pars rei. l. fructus pendentes. ff. de rei vendica. cum seipsa ergo recuperantur. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. empt. sic eodem cursu veniunt propter vnitatem, vt dicit gloss. in dict. leg. fructus. de qua re optima est declaratio Barto. in l. §. cum prædium. ff. de pignor. l. diuortio. §. interdum. ff. soluto matrimonio. dict. l. ex diuerso. §. si petitor. Alber. in d. l. fructus vbi tradit quid inter pendentes & extantes fructus intersit: extantes enim collecti sunt, non consumpti. Tu pro materia fructuum hocteneas. Quidam fructus naturales sunt, vt poma syluestria: & similes, in quibus plus natura, quàm industria operatur. Quidam indrustiales, vt segetes quæ sponte non veniunt, sed ex humana opera. Quidam mixti: vt fœnum, poma, & pyra insita. Quòd si non bene apparet cuiusmodi sint, iudicis arbitrio decernetur: vt voluit illic Alberi. Item & secundò fructus sunt extantes, vt prædixi: vt segetes in campis, & glebæ messibus collectis. quidam pendentes, de quibus hic qui in arboribus sunt, vel fructicibus, vel graminibus. & dicuntur hic radicitus pendere. l. si pédentes. ff. de vsufruct. Latè verò vtrique pendentes dicuntur, quando nondum permixti consumptiue sunt. d. l. fructus. Item & tertiò quidam sunt percepti: quidam percipiendi & vtraque species duobus modis discernitur. Primò enim percepti sunt eo, quòd à solo separati sunt: licet nondum in horreum reconditi, & eo modo intelliguntur percepti à bonæ fidei possessore, vt suos faciat. l. qui scit. §. in alieno. ff. de vsur. Alio pacto percepti sunt reconditi & permixti, qui lingua nostra dicuntur admobilitati: quos fructuarius acquirit, & in hoc differt à bonæ fidei possessore. l. si fructuarius messem. ff. de vsufruct. licet contra tenuerint plurimi in d. l. vt per eos hic cauetur quòd feudatarius qui fructuario comparatur, eos acquirit refusis expensis. quod illi l. conuenit. Percipiendi etiam duobus modis intelliguntur. Primò cùm in solo aut arbore adhuc hærent: vt hic dicitur radicitus, neq; dum excussi vel collecti sunt, ita ista cõstitutio loquitur, & ita tex. in l. fructus. la 1. ff. de rei vendica. alio pacto dicuntur percipiendi qui percipi potuerunt à diligenti patrefamil. & negligenter omissi sunt: vt illic not. & in d. l. si nauis. & latè Bart. in l. ex diuerso. Item & vltimò, quidam sunt consumpti, quidam non: vt scrib. declarant. De materia autem distingue, vt scrib. circa possessorum qualitatem, bonæ, aut malæ fidei: circa tempora, ante litem cõtestatam, & post, vt faciunt Bartol. & reliqui illic. & in l. fructus. ff. solut. matrimo. Quando autem quis petit rem restitui, non veniunt fructus, nisi petantur expresse. quod not. vt sis cautus in petendis fructibus. l. sciendum. ff. de ædilit. edict. Canonistæ, in cap. grauis. de restit. spoliat. Fallit si ageretur ex l. si quis in tantam. C. vnde vi. aut interdicto illo. l. 1. §. certissimum. ff. de vi & vi arma. Item quando agere tur petitione, l. credatis. vel vniuersali iudicio. l. item veniunt. §. fina. item sciendum. ff. de vsu. Ioan. de Imo. in d. c. grauis.

Res integra est fructibus adhuc pendẽtibus.

Extantes fructus.

Fructuum species.

[illegible] percepti [illegible] ad [illegible]bilitati [illegible]ntur. [illegible] fructuarius fructus perceptos acquirit.

Fructus expressè petendi sunt. Habetur contrarium in c. [illegible] non per Albert. Quãdo fructus tacitè peti intelliguntur.

CAPVT XXII.

Vbicunque feudum patrono apertum esse dicetur, isque eo quacunq; ex causa potiri voluerit: primum omnium impensas omnes colendi, arandi, seminandi, augendi, denique agri causa factas ei qui fecit, fieríue iussit, refundere necesse habet.

¶ Casus. Vt superius dictum est, patronus volebat saisire feudum, dicit quod nõ potest, nisi refusis expensis agricolæ. ¶ Glossa. Displicet mihi hæc tam crebra repetitio: nam breuius concinnari hæc res poterat: superflua, sunt plurima, sed fortasse ad meliorem expresionem id factum est. fundatur autem hæc constitutio in l. sumptus. & l. emptor. l. sin autem. §. fina. ff. de rei vendica. distinguendo inter necessarios, qui à quocunque, vtiles qui à bonæ fidei, voluptarios qui à nemine repetuntur regulariter. Et quia de his iam dictum est, & locus vulgaris est, remitto ad egregiam theoricam Alber. in dict. l. sin autem. vbi plurima de seruo venali eruditio. & distinguit inter sumptus factos in prædio, & in seruo. Vnum est memorabile verbum, quod ille scribit post Iacob. de Ra. in leg. fructus pendentes. quòd in petitiõne fundi generali veniunt pendentes, quia sunt pars rei, neque sunt expresim petendi: & inter immobilia censentur, argumen. illius l. plura ad satietatem videas apud Scrib. post Barto. in d. l. sin autem.

Fundamẽtum in iure.

Qui sumptus, & à quo repeti possint.

Pendentes expressè petendi non sunt.

CAPVT XXIII.

Si patronus oblatos nummos elegerit,

gerit, aut id quod boni viri arbitratu suo decreuerint, tunc occupatos oblatósue fructus clienti restituat, impensis, quas in eam rem fecerit, receptis.

¶ Casus. Patronus oblatione facta per vasallum pro instauranda fide, & noua inuestitura elegit pecuniam vel arbitrium boni viri. Tunc debet fructus occupatos restituere vasallo refusis expensis pro ea re factis. ¶ Glossa. Cautum est prius, vt si annum optauerit, perceptos fructus non restituat: id enim in eum annum ei imputatur, refusis vasallo sumptibus. Ita nunc cauetur, vt si aliud præter annuum petierit, fructus non percipiat vel acquirat, sed recuperatis impensis restituat, ne ex ea re duo iura habere videatur. l. si & rem, & precium. ff. de petit. hæredi. & vt sit contrariorum disciplina eadem. Plura hic dicere minimè opus est, cùm ex superioribus liqueat.

Duo iura ex eadem re quis non habet.

CAPVT XXIIII.

Fructus à clientulo post quadraginta illos dies percepti ex mora contracta domino acquiruntur: & quidem merè ac liberè.

¶ Casus. Vasallus à domino interpellatus post quadraginta dies, erat in mora, nec volebat satisfacere in tempore. Dicit lex, quòd in pœnam moræ, fructus post moram percepti efficiuntur domini non refusis sumptibus. ¶ Glossa. Post moram fructus acquiruntur domino: quia morosus & prædo æquiparantur, & est malæ fidei, vt dicit Barto. in l. fundus. C. de rei vendica. quòd nunciatio facit quem malæ fidei, & quòd tunc perdit fructus perceptos; non autem percipiendos: vt Paulus de Cast. disputat in consil. 157. in antiq. Cyn. in dict. l. si fundus, & merè acquiruntur, id est, in puram perditionem, impensis non refusis vasallo, quod est, quia videtur eos donare ob nimiam contumaciam. vt Alberi. dicit in dict. l. sin autem. per dicta Bartol. in dict. l. si fundus. Adde huc, si vis, distinctionem Bartol. in l. sed si lege. §. si ante. ff. de petit. hæredi. inter particularia & vniuersalia iudicia. De hac dictione merè habes text. in l. etiam. C. de obseq. patron. præst. & scri. in l. stipula. alie. ff. de verborum obliga. & Bald. multa in d. l. etiam. Hic nihil est dubij quod occurrat.

Morosus et prædo æquiparantur.
Nunciatio facit quem esse malæ fidei.
Mera acquisitio.

CAPVT XXV.

Vbi de feudi successione inter tres pluresue liberos hercíscunda quæstio erit, res ita omnino decidatur, vt primogenitus præ aliis domum (quæ mansio dicitur) præcipuam habeat quanto maxima erit. Ad hęc caponis volatu, id est, vnum agri circumiacentis iugerum, si tantum sit. Item & dimidiam omnium prędiorum, prouentuum, censuum, redditiuum, aliorúmue bonorum quæcunque feudi titulo pater possidebat. Alteram verò feudorum dimidiam reliqui inter se liberi cuiuslibet sexus æqualiter diuidant: tantumque fœminæ ex his bonis, quantum masculo tribuatur. Quod si fortasse contigerit sine masculis parentes decedere, inter fœminas viriliter æqualiterque cuncta sine vlla antiquitatis prærogatiua diuidantur.

¶ Casus. Pulchra lex vbi iura primogenituræ describuntur, scilicet quòd in diuisione hæreditatis ipse primogenitus ante omnia capit præcipuam habitationem, seu mansionem, quę manœrium dicitur, & circum eam vnum volatum caponis, qui æstimatur ad vnum iugerum terræ. & præterea dimidiam partem omnium bonorum feudalium, altera inter fratres diuidetur æqualiter. Et si pater sine masculis decedat, fœminæ omnes æqualiter diuidunt, quia inter eas non est ius primogenituræ. ¶ Glossa. Hic agitur de diuisione feudorum inter liberos, de qua, præsertim de primogenito multa dicemus. Et primum omnium de hac diuisione, de qua hîc & alibi dicemus, vide Bart. à quo non discedas, velut à via publica & tutiori in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libe. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infe. l. & ideò. de condic. furti. vbi permitti ait diuisionem l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de peti. hære. quem non refero. Pulchrè Alexand. in consil. 60. in 3. volum. vbi de iure Francorum, & diuisione à primogenitis. & And. de Ysernia in c. omnes filij. si de feu. fue. controuer. inter do. & agnatos. & d. c. imperialé. §. ducatus. qui dicit in Lombardia comitatus & ducatus, & id genus feuda esse diuidua, quamuis de iure non sint. & subdit vnum quod commendat Alexan. quod quando in feudi concessione dictum fuit pro se ac hæredibus & liberis, quòd omnes æqualiter succedunt, nec habet totum primogenitus: nisi dictum sit quod iure Francorum succederetur. facit l. reos. §. cùm in tabulis. in verbo. diuidi partes in viriles debere. ff. de duo. reis. l. si mihi & Titio. in fin. ibi si solitus. ff. de verborum oblig. De diuisione ista latissimè habes apud Curtium 4. part. Nuper occurrit inter legendum locus apud Ias. in l. illud. de colla. quando pater acquirit feudum pro se ac filio, ita vt eo viuente filius fruatur feudo, an conferri debeat. & plurima de feudo, an sit officium. col. 3. Nunc autem de iure primogeniturę dicendum. Nam introductũ de iure diuino est. c. quàm sit periculosum. 7.

A Bartolo velut à via publica nō discedendum.
Diuisio permittitur in feudis de iure.
Consuetudo Lombardiæ circa diuisionem feudorũ.
Nota dictũ [illegible] in successione feudi.

Ius primogenituræ.

quæst.1.quod quale fuerit, describitur in lib. Gen.27.c.& c.licet.de voto.d.c.imperialem. §.præterea.& c.fi.de alie.feud.per Scrib.Dicitur autem primogenitus hic pro antiquiori.& maiore natu. non sicut Matthæus Iesum appellat primogenitum Mariæ, quanuis nullos fratres habuerit Iesus ex Maria.& ita illic Hieronymus exponit. Et quia multum de hac re Boërius & Guymerius, & alij scribũt, ne crudi sint hi commentarij. Adde quod in textu habet hoc priuilegium, vt habeat principalem domum, seu mãsionem, & iugerum circumiacens.& ea quæ hic describuntur de manso, est text.in cap.1.§.si quis de manso.de contro.inuestitu.& no.in c.1.de censi.& Bar. in l.si ita ff.de auro & argen. lega.vbi est tantum agri, quantum duo boues vna die arare possunt, quod dicitur arpentum Gallica voce, Latina iugerum. Habet etiam dimidiam feudorum de consuetudine contra æqualitatem: in quibusdam regionib. habet totum. In regnis autem solus succedit.d.c.licet.quia non diuiditur regnum, Matth.12.c. Lucæ 11. l.2.§.nouissimæ. ff. de orig. in d.§.præterea. Bal. in Authen.hoc amplius. C.de fideicom. Hinc propter spem viuente adhuc patre possunt dici reges. c. fin.24.quæst.1. Et in regno ea est ratio ne diuidatur. quæ in feudo nõ est tanta: sed est aliqua portio maior primogenito tradita per hanc l.quia in eo familiæ honor & nomen conseruatur. & sanctum est omne masculinum aperiens vuluam, cuius rei egregiam disputationẽ habes apud Francisc.Areti.in l.ex duobus.ff.de vulgar.& pupilla.substit In regno tamen sæpe quæstio est orta inter nepotes & patruos: & quæstio illa gladio deciditur. Tum quia Oldradus tenet nepotem præferri. Io.de Imo.contra.& Guymerius plura scripsit. adde & lege pulchrè Francis. Areti.in consil.164. In regno Franciæ prima seruatur, quæ est conformis l. fina.C. de impub. & aliis substit.cum similib.argu. Oldradi. Dicit autem Bald.quòd vbi primogenitus in totum succedit, debet alios educare, & collocare, & dotare, habita ratione facultatum & domus. Ita scribit in l. 1. C.de sum.Trinita. In istis autem seruanda est consuetudo localis.vt not.in c.fin. de alien.feu. & Bald.in Authen.post fratres. C.de leg.hære Et scrib.in l.maximum. C.de liber.prætert.vbi Alexan.quærit quid de nepote ex primogenito.& aliquid in consil. 129.volum.5. Natus autem ante adeptum regnum præfertur postea nato. l.3.§.hæreditas. ff.de suis & legit.l. sena. quod procedit ex opinione Guliel.Cun. si regnum habuerit pater à stirpe, non ex se.l.imperialis.§.his illud.C.de nup. Iacob. de Belui. in cap.naturalis.si de feud. fuer. controuer Bart.in l.licet.ff.de inter.& relega.qui disputant de legitimatis, & ista quæstio est hodie in regno Arogoniæ, vbi aiunt legitimatum esse in regis locum suffectum & electum. Et de his rebus legito Ioan. And.in regu.sine culpa in Mercuria. Tamen

Mansum.

Iugerum.

Quomodo succedat primogenitus.

Regnũ indiuiduum.

An patrui nepotes excludant in regno.

Consuetudo Britanniæ.

Natus ante adeptum regnum. Distinctio an regnũ à stirpe sit.

Legitimatus an in regno succedat.

glo.Cyn.Fab.in d.l.imperialis.tuentur contrarias partes. de qua re supra propositum dixi, sed luxuriat calamus effrenatus, an porrigatur ius primogenituræ ad bona alibi sita. vide Bart.in l.1.C.de summa Trinit.de consuetudine Anglicana.& dicit non porrigi nisi statuti verba rem, non personam respicerent. Ego ad hanc rem vltra vulgaria quæro, an primogenitus huic iuri possit renunciare. Et vide Iaso.in l.pactum. C.de col.tenentem contra Ludo. Rom.in l.stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo.obligat. Quia de hac re plenè decisum non est, audias pulchram decisionem, si vera est, quam tradidit Philipp. Decius subtilissimus in d.l. pactum. Aut renunciauit patre viuente, & non potest, quia iuri futuro viuentisq; hæreditati renunciat, aut mortuo, & potest, quod non est absq; ratione. Sed cogita, nam videtur esse contra c. quam sit. vbi etiam viuente patre renunciauerat.& patet in lib. Gene.c.20. Item quia in hoc capit.fit mentio de fœmina.& est contra ius feudorum. ego dico esse rationabile, vt non pœnitus excludantur. l. maximum vitium.& ego plenè in l.Salica dixi. vide, si voles, Alexand.in consil. 28.volum.1.vbi docet, an per statutum fieri possit, vt fœmina succedat. Et singu. Anton.de Butrio in consilio 41.de filiis fœminarum. Et dicit Barba.in l. 1.columna 5. ff. de verborum obligat. esse vtile Reipub.statutum.

An primogenitus iuri suo renunciare possit.

Distinctio Phi. Decij.

Fœmina à statutis exclusa.

CAPVT XXVI.

Duobus tantum superstitibus liberis, maior natu domum percipiet, vt prædictum. In reliqua feudorum portione trientes duos habebit: altero triente natu minor cõtentus esto.

¶ Casus. Pater decessit relictis duobus masculis tantum, quomodo inter se succedent? Lex dicit quòd primogenitus habebit suam mãsionem, & duas tertias partes feudorum, aliam tertiam frater habebit. ¶ Glossa. Vnde sumpta sit hæc diuisio, non legimus in iure, trientes autem singuli quatuor vncias continent, sicq; duo trientes duas portiones tertias conficiunt. Ita constat ex Authen.de triente & semis. & ex §.hæreditas. de hæred. institut. & Budæus librum altissimæ eruditionis scripsit, hisque diebus edidit de Asse & eius partibus. Ad materiam diuisionis discas à me, si non legeris singu. dictum Paul.de Castr. in l.fin.§. idem quæ sunt.ff.de condi. indebit. de errore non obstante diuisioni & pacto, de stando diuisioni factæ inter fratres, quando erat per errorem facta, quod potest sæpe proponi. Tu tamen hoc dictum intelligas in errore facti, non autem iuris. & eum legas, quia pulchrè loquitur, & mihi nuper occurrit aliud legenti. Et not. quòd Bald.in l.1. C.de legiti. hære.dicit in successione feudi coniunctos ex parte tãtum succedere, quia mater nihil facit.

Trientes qui sint.

Budæi liber de Asse.

An per errorẽ diuisionis pactũ reuocetur.

In successione feudi cõiuncti ex matre non succedunt.

CAPVT

CAP. XXVII.

Iure autem isto ætatis venerationi dato semel, duntaxat in vita primogenitus potietur, id est in successione patris, aut matris, eorumq; alterius.

¶ Casus. Quæritur an sæpius iure primogenituræ vti posśit? Lex dicit, quòd semel tantùm in vita, & in vnius succesśione. ¶ Glossa. Habent antiquiores alia in iure priuelegia. vt not. in l. 1. ff. de albo scri. l. semper. ff. de iure immuni. Sed ad hanc rem quòd semel tantùm vtatur, habes tex. in l. fi. §. & hæc quidē. in fin. C. de iure deli. l. fin. C. si sæpius in inte. resti. postu. l. omnes quos. Cod. de pœnis. l. fideicommissaria. §. si quis decem. ff. de lega. 3. semel enim & non sæpius fieri concedimus. Sæpius autem fit ex duplici actu. l. sæpe. ff. de re iudi. c. sæpe. de elec. li. 6. Circa hanc legem habes reconditam quæstionem apud Fulgo. in l. illud. C. de colla. An si pater habens plures filios, maiori natu rerum suarum curam commiserit, is postea in diuisione posśit à fratribus petere salarium laboris, & industriæ suæ tanquam negotiorum gestor? Raphael & Ludoui. sentiunt de æquitate dandum salarium. Et ita consulerem, vt honestatis gratia fieret ad fugiendam ingratitudinem. De iure tamen foro in contentioso non cōsequeretur ex communi sententia Modernorum. & dicit Fulgo. non potuisse obtinere, quia id iure non est cautum. Item ob reuerentiam paternam. Item quia est mandatum gratuitum, sicut de alia quæstione deciditur. Duo fratres simul habitabant in rure: alter maiorem operam præstitit, an debeat plus lucri percipere? Dicit Bald. in capit. 1. de benefi. patris, quòd non, quia per l. ex duobus. ff. de nego. gest. censetur gratuita opera: tamē reprobatur à Modernis, quia aliud est quando viuo patre, vt prius factum est.

Quæstio elegans inter fratres.

Alia quæstio inter fratres.

CAP. XXVIII.

Vbi alter coniugum nobilium plebeiorumue ex humanis decesserit: relictis liberis minoribus, detur eorum cura superstiti. quo renuente vel absente auus vel auia ex mortui parte coniuncta tutelam habeat. Tutor autem ille quisquis erit, sine vllis tributis à patrono tantisper feuda possidere toleretur, dum id ætatis minores attigerint, vt ipsi in fidem sese conferre valeant.

¶ Casus. Pater aut mater decesśit, relictis liberis minoribus, quæritur cui detur eorum cura? Lex dicit quòd datur superstiti, id est alteri cōiugum qui superuixit: & in eius defectum auo, vel auiæ ex parte, & latere mortui cōiunctis. Item quæritur, an ille curator, vel tutor debeat pro feudis minorum vel pupillorum aliquid soluere patrono? Lex dicit quòd nō, sed tolerabitur, donec ipsi sint maiores annis. ¶ Gloss. Plebei sunt qui roturarij nostrate lingua dicuntur ignobiles. de quib. lege Bar. & Io. de Plat. in li. C. de digni. li. 12. vbi de priuilegiis nobilium. Ad hunc tex. fundandum in iure adduco tex. in l. 1. ff. de legiti. tuto. vbi proximis agnatis tutela defertur, vt sperarent eorum succesśionem, iidem tuerētur bona, ne dilapidarentur, Authent. sicut hæreditas. C. eo. ti. Ea ratione datur patri aut matri, qui sunt proximi in succesśione. facit l. 1. C. de bo. mater. ibi personam gerūt legitimā, & ob amorem parentum in filios. l. isti quidem. ff. de eo quod me. cau. plura de his tutelis habebis in c. 37. Et habes text. in c. grandi. & quæ illic scrib. de supplen. negli. præla. Et de domina Sabaudiæ quæ fuit tutrix filij. l. Iacobi in lib. feudo. ad principium. Omitto historias, à quibus in hoc Opere abstineo, ne videar non iuridicè, sed historicè, quod dicunt, scribere. Regibus enim etiā datur tutor vsq; ad annum quartumdecimum. Ita decidunt Moderni post Oldradum in l. fi. C. de testa. mili. De fœmina habente tutelam est titulus C. quando mul. tute. offi. fung. pos. & ibi Authen. matri & auiæ. Ad finem adde optime quod Bal. scribit in c. quæ in ecclesiarum. col. pe. in persona, inquit, filiorum nō debet solui laudimium, quia non est noua acquisitio, sed dominij continuatio. pondero glo. optimam in c. pastoralis. de decimis. in verbo, quasi de lucro. Et Ange. in l. in suis. ff. de libe. & posth. dicit quòd non debet filius soluere gabellam de hæreditate patris, quam continuat, neque lucri appellatione continetur: tamen hæ cōsuetudines aliter disponunt, quādo vnus masculus nō facit fidem pro aliis, vt videbimus. Hæc satis ad fundamētum & declarationem huius consuetudinis.

Plebei qui sint.

Fundamentū in iure. Cur proximis detur tutela.

Sabaudiæ domina filij tutrix fuit.

Regibus tutor datur.

Laudimiū à filiis solui nō debet.

CAP. XXIX.

Qui legitimam id genus tutelā susceperé (quæ custodia nobilis appellari solet) mobilia bona fundorumq; fructus sibi acquirunt vsq; in id tempus, quo minores legitimā ætatis metam excesserint, eiusq; rei causa ipsos alere, atq; educare debent, eiusq; omnes necessarias suppeditare. omni insuper alieno ęre eos liberare, illorumque prædia colere, neque facere deteriora. ad hæc cuiuscunque damni, dispendiiue immunes facere, omnium quoque prædictorum causa ita demū satisdabūt, si iugum nouarum subierint nuptiarum.

¶ Casus. Quæritur, quod salarium habeant illi tutores legitimi? Respondetur quod omnia bona mobilia, & fructus fundorum sibi

vtrunque coniunctus: an ex parte tantum, quod est notandum. Plenius habetur per Franciscũ Curtium in 3. & 4. per feudum, an sufficiat vnum pro omnibus fidem facere. fœmina autem hic pro seipsa fidem facit contra iuris dispositionem: quia hoc iure fœminæ plus habent beneficij in successione feudi, quàm de iure habeant. Tamen non placet mihi istud quod hic dicit, fœminam quæ est de se inhabilis, posse per sese fidẽ facere: nec sexui conuenit: honestiusque esset, vt per substitutum faceret lege permittente: vt declarat Alexan. latius in dictis consil. nisi ex benignitate legis tollentis differentiam sexus: & hæc via est facilior. Circa ætatem vide Barto. in l. non ambigitur. ff. de elegi. tenentem, quòd venia ætatis non potest dari per statutum.

De fœmina an per se fidẽ præstare possit.

CAP. XXXVI.

In directa successione pro fide nihil pendendum patrono est per hæredes eorumúe tutores legitimos in fidem se conferentes: præterquam vbi mater aut auia secundò nupserit. Estque tutela in datiuam, vt prædiximus, commutata: inque vitricum translata, hic enim fidem præstabit cum laudimio.

¶ Casus. Quæritur, in qua successione laudimia debeantur? R. neque per hæredes, neque per tutores eorũ legitimos: secus per extraneos. Limitatur illud quãdo mater aut auia secundas nuptias contraxerint, tunc vitricus eorum soluet. ¶ Glossa. Mira est superfluitas in hoc libro: cum ea quæ iam dicta sunt sæpius repetantur, nisi dicas idem in libris iurisconsultorum esse, vt sæpe eadem repetantur, quanuis Iustinianus dixerit nihil in iure esse superfluũ, quod potes saluare vt maioris intellectus, & expreßioris causa fiat repetitio. Nàm lectio lecta semel, decies repetita placebit. Præferuntur autem de iure ascendẽtes & descendẽtes: & habẽt plus priuilegij quàm transuersales. l. prima. ff. de suc. edic. cum simi. de qua re statim omnia audies in capite transuersalium, quæ huc pertinere poßunt. innuit enim quòd in transuersalibus solui debeant, à contrario sensu.

Superfluitas seu repetitio.

CAP. XXXVII.

Legitimi tutores hi sunt: pater, mater, auus, auia: cæteriq; ascendentes.

¶ Casus. Docet qui sint legitimi tutores. ¶ Glossa. Habes similem text. in tit. de fiduci. tute. & de legiti. pat. tute. Institu. lib. 1. & in arbore, & titu. de gradi. cogna. & legitimi administratores sunt, vt dicit text. in l. 1. C. de bo. mater. l. cum non solum. §. vbi autem. C. de bo. quæ libe. Bartol. pulchrè in l. fina. §. 1. ff. de verb. oblig. in quibus pater habet vsumfructum. in aliis non: vt in §. 1. Authent. vt lice. matri & auiæ. plura illic habes apud Bart. de hac re distinguentem inter ea quæ meram acquisitionem continent, & ea quæ meram obligationem: in quibus patris authoritas non sufficit, & ea quæ mixta sunt, & sufficit: vt l. si infanti. C. de iure delibe. In istis autem patris appellatione continetur auus: vt not. Barto. in l. patri. ff. de adulte. l. liberorum. ff. de verbo. significa. Authent. ex testamento. C. de secun. nup. Videas quæso Bartolum optimum præceptorem in l. Athleta. §. iam autẽ. ff. de excu. tuto. an parentes poßint esse legitimi curatores filiorum. scribentes etiã Moderni in §. 1. de fiduci. tute. gloss. in l. amicißimos. §. Lucius. ff. de excu. tuto. pro fundamento huius Consuetudinis.

Qui sint legitimi tutores.

Patris authoritas ubi sufficiat.

Patris appellatione auus venit in fauorabilibus.

CAP. XXXVIII.

Datiui quos baillistros nostri vocare solent, hi sunt, mater aut auia nobiles, quæ secundas nuptias contraxere. Item & transuersales: vt, puta fratres, sorores, auunculi, patrui, cognati, agnati, inter quos proximus gradu remotiores excludit. Hi autem omnes laudimia soluent. At præter matrem & auiam satisdantes reliqui bona mobilia fructusque non acquirunt: sed in rem liberorum penitus conuerti debent.

¶ Casus. Docet qui sint baillistri: & in quo ab aliis differant, pro ea quæ superius declarata sunt. ¶ Glossa. Quanuis hi non sint extranei, sed agnati, vel consanguinei, vel parentum appellatione comprehensi: tamen aliter dici non poßunt quàm datiui, ita enim gallica vox sonat, & à iudice confirmantur data cautione. Sicut in iure datiui sine inquisitione satisdant. Nulli enim tutores curatorésue sine satisdatione admittuntur præter testamẽtarios: & eos qui ex inquisitione dati sunt: vt est text. in §. 1. Institu. de satisda. tuto. Et omnes qui satisdare debẽt leges apud Decium in l. 1. Cod. de Carbo. edic. & Iason. in l. 1. ff. qui satisda. cog. Et ista sunt satis clara, vt maiore declaratione non indigeant, cum superius dictum sit.

CAP. XXXIX.

Ex pluribus transuersalibus eodem gradu coniunctis, ita adipiscendæ tutelæ controuersia dirimatur, vt qui ætate fuerit antiquior, is in minorum gubernatione præferatur.

¶ Casus. Plures erant transuersales qui certabant de habenda tutela minorum. Lex dicit quòd maiori natu danda erit. ¶ Glossa. Vt superius dictum est, inter plures directos antiquior præferri solet: ita hic statuitur in transuersalibus, licet de antiquiori expreßè cautum

Antiquior ceteris paribus præfertur. cautum non esset circa tutelas, tamen intelligite, vt in omnibus lineis, ceteris paribus, antiquior præferatur: vt l. 1. ff. de albo scrib. cũ simi. & vidisti quæstionem à nobis decisam de antiquiori gubernante.

CAPVT XL.

Si sine masculis parentes decesserint, vna filia pluribúsve relictis quæ maritum habeant: solutis laudimiis in fidem admittentur.

¶ Casus. Pater sine masculis decessit, solásque filias habebat: vnam aut plures quæ maritus habeant, quæritur an debeant soluere laudimia? Lex dicit quòd sic. aliud ergo si maritum non habeant. vt quia virgines aut viduæ. ¶ Gloss. Nunc declarat quando solæ sunt filiæ: ad quas etiam feuda transeunt his legibus si maritum habeãt, qui dotalium rerum, quarum appellatione feuda cõtinentur, domini sunt. l. doce ancillam. C. de rei vendica. l. in rebus. C. de iure dot. conuenit iuri, vt laudimia maritus præstet, qui fructus percipit. dict. l. in rebus. l. si cum dotem. §. fin. & l. fi. ff. solu. matri. & de hac re, vt breuis sim, cito text. in l. licet. C. de iure do. reliqua legito apud Curt. in 3. parte feudo. omnia recolligentem, cuius scripta nolo referre: quia prostat in vulgarib. bibliopolarum tabernis. *Maritus cur laudimia soluit.*

CAPVT XLI.

Veterem alienationis interdictionem in hoc territorio diutius obseruatam, & in nobilium & plebeiorum familia, vt duram nimis & iniquam hac lege prorsus antiquatam nunciamus: statuimúsque vt in posterum cuiusuis matrimonij liberi parentibus suis auisque & auiis, iuxta repræsentationis legem in bonis quibuslibet, soli scilicet ac mobilibus, profecticiis, aduenticiis intra Aureliani præsidatus limites ac appendices sitis, æqualiter succedant: salua tamen primogeniti prærogatiua, deleta expunctaque ex albo nostro veteris legis memoria. Hac verò lege futuris tantum casibus prospeximus, nil quæsitis præteritísque derogantes: vt ex hoc die promulgationis inter eos qui se nuptiis iungent primis, aut secundis sanctio nostra vires habeat perpetuas.

¶ Casus. Quæritur an pater mortua vxore possit alienare bona sua inuitis liberis? Lex dicit quòd hodie poterũt abrogata veteri interdictione. Item quòd liberi cuiuscunque matrimonij simul & æqualiter in omnibus bonis parentibus suis & ascendentibus secundum legem repræsentationis. non autem in bonis extra territoriũ seu bailliuatum sitis: saluo iure primogeniti vel antiquioris, & in futurum lex prouidet. ¶ Glossa. Erat consuetudo vetus, quam non exprimit: vt mortua coniuge pater de propriis bonis immobilibus nihil alienaret, nisi fortasse necessitatis causa. Idq́ ita, vt credibile est, edictum erat: ne prioris matrimonij filios secundi thori affectione atque nouercalibus blanditiis spoliaret. l. non enim concedendum. ff. de inoffi. testa. l. 1. & 2. ff. de dona. inter vir. & vxo. in argu. Item ne res familiam egrederetur. vt no. in l. filiusfa. §. diui. ff. de lega. 1. cum simi. vbi plura per Moder. Item ob legitimam filiis conseruandam, & alias rationes variè coniiciendas. Quæ res tametsi liberis erat grata: & fauore illorum introducta. iniqua tamen & dura parentibus videbatur, quorũ manus veluti ligatæ essent: nec haberent rerum suarum arbitrium contra formam iuris. l. in re mandata. C. mandati. Item contra l. isti quidem. ff. de eo quod met. cau. l. fi. C. de cura. furio. vbi lex præsumit de amore parentũ erga filios. Item contra paternæ reuerentię legem, & contra tex. elegantem in l. ne quicquam. de plano. ff. de offi. procon. Item & quartò, quia necesse erat patri, si pro exigenti necessitate vellet alienare, iudicem adire: suæque indigentiæ ac paupertatis causam detegere: publicáque iniuria velútque infamia affici. contra text. in §. 1. Institut. qui. ex cau. manu. lic. text. in l. 2. in versi. quid enim tam durum. C. quan. & qui. quar. text. opti. in l. in fraudem. ff. de iure fisci. in versi. pudore æris alieni, vel tædio vitæ. vbi pudor ille & tædium vitæ cõparantur. quod quidem erat admodum graue parentibus. Et vide quod Barto. in l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tuto. dicit, quòd iudex potest remittere inuentarij necessitatem ob pudorem tenuéque patrimonium. quod valde nota. Sublata est ergo, & data libera potestas illis, & introducta æqualitas inter liberos amica iuri. l. quæcunque. in versi. numerosiore coniugio. C. de bo. quæ lex in aduenticiis tantum loquitur, dum aufert patri potestatem alienandi. Item pro hac consuetudine & quintò facit, quia omnia bona ex patria potestate patri acquiruntur de iure communi per filium. l. placet. ff. de acqui. hære. Et si dixeris ius patriæ potestatis in Francia locum non habere, per glos. in §. 1. Institu. de pat. pote. dico de veritate illius gloss. dubitari per scrib. in l. quodcunque. ff. de verb. obliga. & ego de hac re alibi dixi in Annotationibus meis, vbi tenui habere locum patriã potestatem cum emancipatione vtantur, quæ illam præsupponit. Item & sextò facit, quia olim pater habebat potestatem necis ac vitæ in filios. l. in suis. ff. de libe. & posthu. & est cõtra naturalem ęquitatẽ illa interdictio, cui debet esse conformis consuetudo. ca. 1. de dol. & contu.

Ratio veteris consuetudinis cur alienatio erat interdicta.

Ratio cur illa interdictio sit sublata.

Optima ratio.

Nota dictũ Bartoli de inuentario nõ faciendo.

Patria potestas i Gallia locum habet.

contu. & lex dicit esse indignum & iniquum libero homini suarum rerum liberã auferre administrationem. & facit text. in ca. vestra. de loca. vbi not. Barba. non valere statutũ per quod illa libertas aufertur. Itẽ septimò, quia est contra consuet. Tuscanæ ciuitatis, de qua in c. Raynutius, de testa. vbi saltem habebat tertiam pleno iure: licet de alia re videatur loqui. Item octauò, quia aufert patri liberam testamenti factionem, quæ alienationis verbo continetur. 2. §. lucratiuas. de impo. lucra. descripti. lib. 11. Item quia dispositio alienationis interdictoria sine causa est nulla. l. filiusfa. §. diui. & Alexand. in l. qui Romæ. §. cohæredes. dicit expressam causam requiri. Et illic videas nouam repetitionem Iaso. qui multa de hac re dicit. Vltimò addo tibi egregium Decij dictum in l. ea demũ. C. de colla. quòd pater nõ potest alienare in fraudem legitimę, quo casu cessante potest, & refert de anima Dyni damnata ob quandam cautelam. Et idem de hac alienatione aliquid in l. 1. C. vnde vir & vxor. & in Authent. præterea. Soci. in regula alienari. Scrib. in Authent. de restitu. fideicom. §. nos igitur. ad glos. singu. Iason in l. nemo. ff. de pact. quæ l. facit pro hac consuetudine. Moder. pleno cornu in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. obligat. vbi Iason satis mihi est posuisse fundamentum legis, quæ non est difficilis, sed clara. scripsit de hac re quippiam Io. de Matiscone, quem non habeo, qui fuit Aurelianus Doctor. Quia autem hic text. dicit ex repræsentationis legibus: de qua loquitur text. & Ioan. Fabr. in §. cum filiis. Institut. de hære. quæ ab intesta. def. nam in Gallia variè fit repræsentatio: hic autem fit si dicatur, & conueniat inter transuersales, inter alios sine conuentione. Et plenius dicam in materia successionum, post scrib. in §. reliquum. in Authent. de hære. ab intesta. Authent. cessante. C. de legi. hered. l. si auiæ. C. de suc. edic. Habes tex. sing in l. 1. §. pe. ff. de coniun. cum emanci. libe. de quo variant scrib. Habes apud Cur. de fœmina quæ ex diuersis matrimoniis filios reliquit. in 3. part. feud. fol 25. Iam enim modum excessimus. De eo quòd in fine dicitur, salua primogeniti prærogatiua: intellige de primogenito ex priore matrimonio, vt succedendo patri cum cæteris consanguineis fratribus habeat ius primogenituræ, quod est introductum de iure antiquissimo vt prædixi: & ius antiquitatis, quia voco eum primogenitum, quem nemo præcedit. Item id vulgare est nimis, quod dicitur hanc legem futuris tantum prospicere. De aduenticiis dixi: quia tex. dicit omnibus bonis propriis & cõquæstibus: quæ dicit esse ex industria tãtum Io. Fab. aduenticia autem generaliora sunt, vt alibi de societate dicturi sumus.

Nota dictũ Bartol. pro hac cõsuet.

Dyni anima damnata ob cautelã & Ang. reuelatum fuit.

Repræsentatio de qua in tit. de suc.

De filiis ex diuersis matrimoniis.

CAP. XLII.

In nobilium familia, vbi alterum ex coniugibus præmori contigerit, nullis ex eo matrimonio susceptis liberis: superstes omnium mobilium ac immobilium constante matrimonio quæsitorum dimidiam accipiat: alteram defuncti hæredes.

¶ Casus. Inter nobiles alter coniugum decessit sine liberis ex eo matrimonio susceptis: quæritur cui acquirantur bona simul quæsita constante matrimonio. Lex dicit ꝙ superstiti dimidia: hæredibus alia. ¶ Gloss. Fundamentum huius legis esse potest ob promiscuum vsum & societatem coniugalem. l. aduersus. Cod. de crimi. expi. hære. l. 1. ff. re. amota. l. 1 ff. de ritu nup. Cui rei addas, & videas quod scribit Ioan. Fab. in Authen. in donatione. C. de secun. nup. Tex. in nouel. constitu. in titu. de pa. lucr. inter vir. & vxo. coæquan. Quæsita autem bona, dicuntur lucra & quæstus ex communi pecunia facti, non quæ ex patrimonio prouenere, sed ex successu & aduenticia, vel industria & labore: licet nostri faciant differentiam inter conquæstus & acquisitiones: quæ satis vulgata est. habes de hac re text. in l. secunda. Cod. de appari. præfec. præto. libr. 12. Dicerem plura nisi Boërius abunde peritéque dixisset alibíque occurret melius. Et tu potes multa videre ad hanc rem spectantia per Phi. Dec. in l. 1. Cod. vnde vir & vxor, quæ non cumulaui breuitati studens.

Societas coniugalis.

Quæsita bona.

Cõquæstus & acquisitiones qui. differũt per Boerium.

CAP. XLIII.

Quòd si minores annis liberos reliquerint: omnia quidem mobilia superstes sibi vendicabit, ad hæc immobilium fructus etiam omnes percipiet, cum onere tutelæ ac liberationis, & eorum quæ de hac re a nobis statuta sunt.

¶ Casus. Nobilis decessit cum liberis minoribus: quid superstiti datur? Lex dicit, quòd habet omnia mobilia & fructus immobilium cum onere tutelæ ac liberationis eorum, vt prædictum fuit. ¶ Gloss. Hæc consuetudo fuit prius exposita cui adde, quæ scribũtur in l. quæcunq;. C. de bo. quæ libe. nam immobilia illa ad liberos pertinentia, quibus superstes fruetur donec annos legitimos attigerint, quo ad proprietatem, eorum sunt, & cum liberis secundi matrimonij veniunt conferenda, vt not. in d. l. quæcunque. intellige etiam, quòd onus totum habebit, & soluet æs alienum totum.

Fundamentum.

CAP. XLIIII.

Si parentes vni liberorum, vel dotis causa, vel quod dicunt, in successionis anticipationem fundum aliquem donauerint: nihil ex ea re feudi iure patrono pensitari debet, nisi

forte

fortè filiæ maritus, cui donatio facta sit plenumque dominium à donatore cessum, ipse in fidem sese conferre voluerit.

¶ Casus. Pater donauit filio vel filiæ in dotem, vel in anticipationem succesionis feudum aliquod, nunquid debet propterea soluere laudimium: nisi in donatione pater abdicauerit à se totum dominium & fidē: tunc maritus filię si fidem prę stare velit, soluet iura. ¶ Gloss. Mos est apud nos, vt parentes, si quem ex liberis nuptui tradant, aliquem ei fundum asignent, quo vtatur, fruatur(que) in vita patris: velut in peculium profecticium concedendo, quòd si velint mortuo patre sibi retinere, illud conferre non tenentur: si cum cæteris in omnibus bonis succedere velint, illud conferant, vt not. in l. 2. & l. filiæ. C. de colla. & vide tex. habentem varios intellectus in l. si donatione. C. de colla. vbi est ferè casus huius rei. quòd ego dico in anticipationem datum: anticipare enim est ante tempus capere. l. 2. C. de vectig. & commiss. quasi præuenire, præoccupare: & illud.

Peculium profecticiū quod datur nuptiis.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Videas etiam scrib. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solu. ma. & Bart. in multis locis frequentibus. Et vide, quòd hæc res habet quandam formam hæredis institutionis, quæ in Francia non habet locum: licet beneficium abstinendi locum habeat, quod vulgò dicunt ponere claues sub ostium, de qua re alibi plura suo loco. Et nunc memini, quòd in feudis non habet locum bono. posses. vnde vir & vxor, vt scribit Bald. in c. 1. an mari. suc. vxo. & in l. 1. C. vnde vir & vxor, vbi Decius dicit, (quod) in statuto, quo maritus lucratur dotem, non continentur bona feudaria, quod esset in pacto idem: & tu id valde nota.

Hæredis institutio. Beneficiū abstinendi.

Statuto quo maritus lucratur dotem non continentur feuda.

CAPVT XLV.

Si inter transuersales ob gradus æqualitatē de feudi successione sit controuersia: masculus fœminam prorsus excludat.

¶ Casus. Erant multi transuersales masculi & fœminæ gradu æquales: vt puta, multi fratres & sorores, quæritur quomodo in feudis succedant? Lex dicit, quòd masculus pœnitus excludit fœminam. ¶ Glossa. Cur tam varie, cum in directa linea filiæ feudorū portionem habeant? dicas esse, quia filiæ sunt, & naturali iure filiorum appellatione continentur in bonis parentum. l. maximum vitium. C. de libe. præte. in transuersalium bonis non est eadem, vnde hoc iure non admittitur deterior iste sexus ad feudorum successionem, ne prorsus feudorum legibus derogatum videatur. derogare enim in parte facilius est, quàm in totum abrogare, præsertim hoc casu, vbi est paritas gradus. Dicerem ergo si essent priores in gradu, ad eas peruenire feudum ex gradus prærogatiua: quanuis hic non decidatur, sed colligitur satis à contrario sensu. Ad materiam autem habes text. in c. 1. §. si vasallus, de suc. feu. ca. 1. §. hoc quoq(ue), de his qui feu. dar. po. vbi scrib. de suc. transuer. text. in c. 1. de suc. fratrum. Et memini Albe. dicere, quòd in Germania transuersales non succedunt. Idem etiam in dictionario recitat post Hostiensem casus, in quibus fœmina in feudo succedit. Dicas tu circa transuersales, quòd agnati vsque ad septimum gradū duntaxat vocantur de iure: cui standum esset, si contrarium non reperiretur decisum. Et de ea re habes tex. in c. 1. §. hoc autem sciendum, qui feu. da. pos. & ca. 1. §. hoc quoque, de suc. feu. Bald in Authent. defuncto. C. ad Tertul. Moderni in l. certum. C. vnde legiti. Quam conclusionem dico procedere, quando ex acquirente feudum fit transitus immediatè in transuersales aliter, quàm si veniret primo ad descendentes. ab ipsis enim ad trāsuersales fit transitus in infinitum, vt voluit gl. in d. c. 1. in ver. vsque ad septimum, de suc. feu. & in ca. 1. in ver. consobrinis, de feu. March. vbi Bal. & Alua. hoc tradunt. Et si voles de hoc videre, egregie legas Phi. Decium in consil. 85. col. 2. Illic autem Bal. scribit, quòd si in regno Francorum esset quis de domo Borbonia, vsque ad centesimum gradum succederetur in regno, quod dictum extollit Cæpolla in caute. 95. vbi citat Bald. & Alua. sed non memorat locum: neque loquitur de domo Borbonia: sed in genere dicit, quòd in ea patria, vbi regnum per succesionem, non per electionem acquiritur: debet is, qui est proximus regi de familia regia in infinitum succedere, etiam si sit pauper. Adde etiam eam regulam fallere in feudo iurisdictionis: vt Dec. in d. l. certum, & Franc. Aretin. in consil. pe. Tu nota vnum memorabile verbū Decij, quòd in feudis non habet locum diuersitas inter agnatos & cognatos post Bald. & Alua. in cap. 1. §. hoc quoq(ue). qui feu. da. poss. Adde postremo quod Bald. in l. si in personam. C. de fideicom. & eum secutus Decius in Ru. C. de succes. edict. dicit in feudis succedere etiam cōceptos post mortem aui aut primi acquirentis. Idem in emphiteosi, & succesione quæ non à lege defertur, sed ex conuentione: quæ non reperies vulgariter, aut in repertoriis. Ego si breuitatem pollicitus non essem: dicerem de transuersalium succesione plura quæ partim Franciscus Curtius scribit: partim ab aliis recollecta legi possunt.

Derogare. Abrogare. Si fœmina sit prior, masculum excludit.

In Germania transuersales nō succedunt.

De succesione transuersalium feudis.

Nota egregiam limitationem ī successione feudi per transitum.

Borboniæ domus ī regno Franciæ succedit.

Pauper in regno succedere debet ex stirpe.

In feudis non est differentiam ter agnatos & cognatos.

Concepti post mortem acquirentis succedunt.

CAPVT XLVI.

Si transuersales masculi paris gradus de feudo certēt: sine vlla antiquitatis prærogatiua æqualis fiat diuisio.

¶ Casus. Inter plures transuersales masculos erat quæstio de succesione feudi: quæro an locus sit antiquitati, vel primogeniture data paritate gradus? Lex dicit, quòd nō: sed

fiet æqualiter. ¶ Gloss. Satis clarum est, nõ esse ius primogenituræ inter transuersales. Nam datur illi qui vuluam aperuit, etiam si nullus sequatur. ca. Ioseph. de verb. sig. cano. in c. dilecti. de arbi. cap. ex insinuatione. de iure patro. vbi de regno Angliæ. Intellige autem si is viuat mortuo patre. Nam si præmortuus esset: antiquior secundum illum vice primogeniti fungeretur. Ideo ius istud antiquitatis dicitur. Et si voles habere fundamenta super successione in viriles: piget hic referre quæ Alex. scribit in consi. 55. in 4. vol.

Primogeniti quis dicatur. *Secũdum, id est, post.*

CAPVT XLVII.

Patronus à vasallo feudum redimere, suoque dominio consolidare potest: nec inde quicquam superiori pensitabit. Hæredi verò ipsius cuicunque sine tributo, in fidem se conferre illius vnionis causa licet. Quòd si dominus decesserit, redempto per vasallum subfeudo: vtrunque tunc vnum censebitur, & vtriusque nomine in fidem se conferet vasallus.

¶ Casus. Vasallus indigens pecunia voluit ipsi domino feudum suum reuendere: quæritur an possit? Lex respondet, quòd potest: & hoc sine laudimiis superiori præstandis: & reunitur feudum cum dominio directo, hæres autem vel successor eius pro illa vnione faciet fidem sine laudimio. Mortuo verò superiori domino secundus debet pro feudo & retrofeudo simul fidem facere. ¶ Glossa. Hic loquitur de retrofeudis seu subfeudis: cùm vasallus alteri vendit retenta fide: tunc est emptoris patronus, & ipse alterius primi domini vasallus est, sicut dicitur vulgò renta fonciaria & subfonciaria, illa est quæ debetur alicui ementi à possessore fundi redditum annuum: ita iste debet duas. Vnam domino, à quo accepit fundum: aliam alteri, cui vendidit postea nouam rentam, vt dicũt. Hæc autem cõstitutio videtur repugnans iuri, per quod vnita & consolidata, non censentur eiusdem conditionis. l. Mæuius. §. fundo. ff. de leg. 2. l. non quæcunque. §. fundus. ff. de lega. 1. scrib. in §. si cui. Institut. de lega. Pro ea tamen facit, quia vnita quo ad dispositionem sunt vniformia, & beneficium vnitum censetur, non esse beneficium, vt prius: sed cum alio consolidatur, eiúsque naturam sequitur, illique cedere dicitur, cui vnitum est: vt scribunt domini de Rota in titu. de reb. eccle. non alie. Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. act. l. si à me. ff. ad legem Falci. & hoc argumento vtitur Phi. Decius pulchrè, vt inter legendum nuper occurrit, in Authentica. ex testamento. Cod. de colla. in text. contra Moder. super vsufruct. conferendo. De vnionis materia habes plura per Felinum in c. in nostro correlario. 33. de rescript. Patronus autem semper in redimendo feudo est potior: & an alienatum à vasallo possit redimere, est alia materia: de qua dixi in titu. de retractu.

Retrofeudum. *Fundamentum.* *De solidatis.* *Vnita quo ad dispositionẽ sunt vniformia.* *Patronus in redimendo potior.*

CAPVT XLVIII.

Iurata fide si vasallus subfeudum distraxerit, aut à se abdicauerit: fiet patrono recti feudi loco, secus si nondum inita fide id fecerit.

¶ Casus. Vasallus qui subfeudum redemerat, & fidem domino fecerat pro vnione: illud rursus vendidit, aut alienauit, quæritur quale sit istud? Responde, quòd est rectum feudum ipsi domino primo, & ei fides præstabitur, secus si ante fidem facta alienasset. ¶ Glossa. Loquitur adhuc de retrofeudo, quod obliquum est: nec enim rectè à patrono directo proficiscitur: sed per obliquum & velut per secundas manus, cum autem à vasallo, qui alienauerat, rursus redemptũ est, feudum dicitur: quia ad vasallum reuersum, & fingitur nũquam ab eo separatum inita fide, nunquámque alienatum sicut fictio iuris retrofingit: & res de facili ad naturam suam redit. De vasallo alium infeudante, vt dicunt, vide Curtiũ in 4. par. fol. 39. in fe. Adde quòd gloss. singu. in l. 1. in fin. C. vti possi. quærit quid si feudarius aut vasal. alteri infeudauerit, quis dicatur possidere. Et dicit, quòd dominus ciuiliter, tertius naturaliter, medius nullo pacto. cum ea sentiunt Bartol. Salic. & scrib. alia dicit Curtius recti feudi loco: id est, quòd fides illi fiet per emptorem, non autem venditori: quia iam in eius fidem venditor venerat.

Feudũ obliquum. *Vasallus alium infeudare possit.*

CAPVT XLIX.

Tametsi filia ex paternis bonis, aut auitis prædiis nullum domino tributum pensitare debet: si tamen fratre careat, à quo liberetur: & marito nubat feudum ipsius à marito luetur.

¶ Casus. Filia succedens patri aut auo, fratrem nõ habebat, qui eam liberaret, & pro ea fidem faceret: sed habebat maritum, quæro an maritus debeat soluere laudimia? Lex dicit, quod sic. ¶ Gloss. Ratio huius constitutionis est, quia maritus illis feudis potietur, equum est ergo, vt onera præstet. æstimatur enim extraneus. Ita not. Io. Fab. in §. fuerat. Instit. de actio. col. 2. & dicit esse Communem in regno Franciæ, feudum igitur luet. id est, redimet maritus, sicut extraneus: & laudimia soluet, si velit potiri fructibus rei dotalis, quos habet propter onera matrimonij. l. fructus. ff. solu. matri. l. in rebus. C. de iure dotium, & per totum illum titu. De re dotali in feudum data: vel feudo in dotem dato habes per Curtium in d. tract. feud. post alios. Et an si cõsuetudo disponat, quòd maritus lucretur tertiã partem

Maritus soluit laudimia. *Feudũ in dotẽ datum.*

partem bonorum, feuda contineantur: vide Barba. in c. nulli, de reb. ec. non ali.

CAPVT L.

Qui meri imperij causa seu per albinatum bona feudaria fisco suo delata vendicabit, quæ ex alia iurisdictione dominioq; sunt profecta: duorum alterum faciet. Aut intra annum, ex quo fuerit interpellatus, feudum subfeudumúe, illi domino, sub cuius fide est, emancipabit ob indemnitatem, aut fidem iurabit, obsequiumq;, iuraque ipsa persoluet: alioquin feudo dominus potietur.

¶ Casus. Est quoddam ius, quod albinatus dicitur, per quod bona eorum, qui sunt aduenæ, & alibi nati, cōfiscantur domino illius loci, vbi moriuntur. Pone: Albinus aliquis mortuus est, & habebat feuda & subfeuda ab alio domino dependentia: nunquid ista confiscabuntur domino loci, vbi moritur? Lex dicit, quòd sic. Sed pro eis debet fidem facere illi domino, à quo dependent: & iura soluere, vel relinquere eis feuda. ¶ Glossa. Primo hic loquitur de mero imperio, quod quale sit: vide scrib. in l. imperium ff. de iurisd. om. iu. habet enim animaduersionem in corpus. Ius ergo confiscationis ad eum spectat, qui merum imperium habet: quæ alta iusticia vernaculè dicitur. Ita Bartol. scribit in l. cunctos. C. de sum. tri. Est autem quæstio de feudi confiscatione: an si vasallus dereliquerit feuda cū cæteris bonis confiscanda sint. Hæc quæstio deciditur primò per Specu. in tit. de feu. §. quoniam, ver. 40. qui ait confiscari feudum, per tex. in l. si finita. §. si de vectiga. ff. de dam. infect. Bart. contra. in d. §. si de vectigalibus, per tex. in c. 1. si vasal. feu. pri. c. si vasallus culpam, si de feu. fue. contro. c. 1. de eo qui interf. fra. do. c. imperialem. §. illud quoque. de prohi. feu. alie. per Frede. plurimáque per Ioan. de Imol. & scrib. in d. §. si de vectiga. Tamen hic innuitur, quòd debeant confiscari iuxta opinionem Specu. & iuxta formam d. §. si de vectig. vbi contumacia subditi ipsi nocet: domino nō nocet. Ita hic ipsi nocet, quia feudum confiscatur, domino non nocet: quia præstatur ei fides & obsequium: & omnia iura ab eo cui confiscatur. in hoc enim fiscus iure priuati vtitur, vt est doctrina Barto. in l. 1. C. de peti. hære. l. non puto. ff. de iure fisci. l. exemplo. C. de proba. cum vulga. & hæc de priori parte. De iure Albinatus, quo rex aut superior alienigenarum bona occupat sine liberis tanquam vacantia, quod alij aubenam vocant: vt gloss. Pragmaticæ, alij Albinatum, quod alibi natis competat: ego his diebus legebam text. vbi fere visa est istius iuris forma in l. sed si accepto vsū. ff. de iure fisci, vbi aduenæ accipiunt ius togæ Romanæ, velut ius natalium, quod dicitur à nobis literas naturalitatis habere, tu etiam vide tex. & Bald. in Authen. omnes peregrini. C. commu. de suc. quæ facit con. hunc text. & dicam plura, quæ videas in tit. de succ. qua. Vide etiam Iacobinum in tract. feu. in vers. cum mera. & pœne similem consuetudinem de Venetis adducit Barba. in ca. cum esses, de test. ego alia meliora de hac re dicam inferius: & illuc planè remitto.

Merū imperium quid sit.

Confiscatio ad merum imperium spectat.

An feuda ob vasalli delictum sint confiscanda.

Fiscus iure priuati vtitur.

Albinatus iura.

Egregie in tit. de suc. dicit.

CAPVT LI.

Si plures fratres nobiles sub patruorum cognatorumúe tutela sint, vbi primum vnus eorum (masculus aut fœmina) legitimam ætatem attigerit: fratrum cæterorum tutelam illis exclusis accipiet: neque quicquam pro clientelariis fundis patrono pensitabit.

¶ Casus. Erant plures fratres nobiles sub tutela patrui: vnus eorum factus est maior 20. annis, nunquid habebit alios fratres in tutela sua? Lex dicit, quòd sic. Et nunquid faciet fidem pro eis? Lex dicit, quòd sic, & hoc sine laudimiorum solutione. ¶ Glossa. Hæc est noua cōsuetudo, per quam ab his, quibus semel data est tutela legitima, sine causa aufertur, & datur etiam fœminæ sorori contra text. in l. 1. C. quan. mul. tuto. off. dum dicit text. tutelam administrare, virile munus est, & vltra sexum fœminæ infirmitatis tale officium est. l. iure nostro. ff. de testa. tute. Sed interdum de iure illis datur hoc officium. Authent. matri. & auiæ. C. quan. mulier, vbi dicit præter has autem aliis mulieribus interdicimus tutelæ officium, & potest esse ex permissione principis: ita ex consuetudine, vel statuto, vt hic l. fin. ff. de tute. est autem ista tutela quædam custodia seu administratio: & ita Gallico sermone appellatur, de qua late ac sæpe in præced. dictum fuit.

Tutela datur fœminæ.

Custodia.

CAPVT LII.

Eos qui tutelam egressi fuerint, sine vllo tributo in fidem admittendos statuimus.

¶ Casus. Omnes liberi erant legitimæ ætatis, & extra tutelam voluerunt intrare in fidē pro suis feudis, an debeant aliquid soluere? Lex dicit, quòd non. ¶ Gloss. Ratio est: quia ætatis causa non debet illis esse perniciosa. l. in causa. §. 1. ff. de mino. ne fauor eorū in perniciem vertatur: & si in tutela non fuissent: nihil eius rei causa domino soluere tenebantur, vnde nūc cum egressi sunt, nihil debent.

Fundamentum.

CAPVT LIII.

Caueant domini, vt clientes sine iuribus in fidem non admittant.

 ¶ Casus.

¶ Casus. Patronus vasallum suum in fidem recepit non petitis iuribus: postea voluit petere. Lex dicit, quòd non potest. ¶ Glossa. Memorem monet. neq; enim solet ista negligentia in patronis notari: qui etiam plura libenter exigerent. Ratio verò est, quia iura diligentibus succurrunt: & in istis oneribus quæ ex speciali iure debentur: quia sunt contra ius commune feudorum: qui non exigit vel tacet, remittere videtur. l. 1. §. fi. vbi gloss. & Bar. ff. ad Sylla. potest facere text. in c. officij. de testa. in verb. remisisse. faciunt not. per scrib. in l. de pupillo. §. remissioné. ff. de ope. no. nuncia.

Fundamentum.

Qui tacet remittere videtur.

CAPVT LIIII.

Ob diuisionem hæreditatis nihil patrono præstari debet.

¶ Casus. Fratres diuiserunt inter se hæreditatem, in qua erant feuda: nunquid ob diuisionem debeant solui laudimia? Lex dicit, quod non. Glossa. Dubium in hac lege erat. Nam diuisio emptionis instar habere dicitur. l. 1. C. commu. vtriusq. iudi. sicut ergo ex véditione seu alienatione feudi soluũtur laudimia: ita videbatur de diuisione. aliter tamé hic statuitur: & communiter scribentes in iure ita sentiũt. diuisio enim est impropria alienatio, neq; à permutatione simplici in hoc distat. Ité videtur esse alienatio necessaria, cũ nemo cogatur stare & conuenire. Ita Bar. tenet in l. & ideo. ff. de condic. furti. Pau. in consil. 144. in antiq. vbi quęrit an pro diuisione soluatur gabella: & concludit quòd non soluatur, ita etiam scribunt Sali. & Ias. in l. 2. C. de iure emphi. In vsucapione verò, euictione, & natura contractus bonę fidei, & quibusdam aliis cõparatur emptioni, vt docet glos. in d. l. 1. commu. vtri. iudi. & illic Bar. & Bal. an feuda sint diuidua: dixi quòd sic. præter ea quæ principatum, vel iurisdictionem habent: vt in 1. & 2. ca. huius titu. & Barba. in l. 2. §. ex his. ff. de verbo. oblig. De materia diuisionis, si vis plura, lege Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligat. l. tres fratres. ff. de pac. & in plerisque aliis locis, quæ huc non admodum spectant. Et omnia intelliguntur in vera diuisione; non in ea venditione, quæ fieret per modum diuisionis coloratæ: vel in fraudem, argu. l. 2. ff. de collu. detegen. sicut in ficta permutatione locum non habet.

Diuisio est impropria alienatio.

De diuisio. gabella nõ soluitur.

Diuisio in quibus emptioni comparetur.

Feuda an sint diuidua.

Diuisio ficta.

CAPVT LV.

Quacunque ex causa vasallus feudum sibi ascribat, in iusta possessione non est, maximè aduersus dominum: nisi vel persolutis vel oblatis laudimiis.

Fundamẽtum.

¶ Casus. Quæritur an vasallus qui feudum tenebat: & dolebat soluere laudimia, dicatur iustè possidere? Lex dicit, quòd nõ: præcipue contra dominum, propter eius iura. ¶ Gloss. Id est, quocunque tit. seu successorio, seu singulari: puta emptionis, donationis, legati: nisi inita fide & solutis iuribus, si quæ debeantur. Interim enim dicitur malæfidei possessor. c. 1. de insti. in Authen. cap. 1. quid sit inuestitura in feu. quia iustè possidet qui prætore authore vel domino possidet. l. iustè. ff. de acqui. pos. nec interim vsucapit: nec inuito domino fructus suos faciet.

Vasallus ante soluta iura est malæfidei possessor.

CAPVT LVI.

Patientia quæ tolerantia dicitur, institutionis inuestituræque loco est, quandiu causa non cessat.

¶ Casus. Vasallus impetrauit à domino tolerantiam vsquequo faceret fidem & iura solueret: dicit quòd per hoc videtur inuestitus: nisi de nouo feudum aperiatur, vel cesset causa, ¶ Glossa. De hac tolerantia seu patientia dic quòd est duplex: vna tacita, de qua loquitur l. quotiens. ff. de seruit. l. 2. C. de serui. & aqua. cum ibi no. alia est expressa tolerantia, de qua hic dicit: cum dominus dicit, tolero vsque ad tempus pubertatis, aut similiter: vt dictum fuit in habentibus extraneum tutorem, finita enim causa, cessat ipsa tolerantia. quia ætatis legitimæ facti in fidem ipsi se conferre debent. & quòd expressa tribuat ius etiam in beneficiis ecclesiasticis, est tex. in c. cũ si præditus. de conuer. coniug. c. quia circa. de consangui. & affini. & illic scrib.

Patiẽtia duplex.

Expressa tolerantia beneficiis ius tribuit.

CAPVT LVII.

Si vasallus feudum in censum aut perpetuum vectigal tradiderit retenta fide: emptor laudimia directo domino non debet.

¶ Casus. Vasallus feudum suum alicui tradidit in censum vel perpetuum redditum retenta sibi fide: nunquid emptor debeat patrono primo laudimia? Lex dicit quòd nõ. quia non debet ei fidé. ¶ Gloss. Quomodo id permittatur, dictum est in c. 1. & 2. huius tit. Ratio autem est duplex. tum quia non est venditio. tum quia dominus semper habet fidelitatem à primo ob retentam fidem: neq; mutat hominem, tamen est contra ius commune, vt dicit Io. Fab. in §. adeo Institu. de loca & conduc. scrib. in c. similiter. de lege Corra. c. imperialem. § illud quoque. de prohi. feu. alie. per Frede. alia illic dixi vectigalia: dico id quod rentam dicitis vernaculè.

Fundamẽtum.

De feudo in censum aut vectigal dato.

CAPVT LVIII.

Emptor verò iste rursus id quod emit, alteri vendere potest ac tradere, sine vllo emolumento ad dominum spectante: cum id genus alienatio domini primi iuribus non officiat: quominus feudum vbicunque apertum fuerit, occupare possit.

¶ Casus.

¶ Casus. Quæritur nunquid ille emptor posſit feudum alteri adhuc tradere? Dicit quòd poteſt: nec fit domino primo aliquod præiudicium, quia poteſt incumbere ſemper feudo, in quencunque transierit, pro ſuis iuribus, quando erit apertum. ¶ Gloſſa. Addit præcedenti ampliando libertatem alienandi, cum id ſine domini præiudicio fiat: cuius rei materia latè in quarto capite fuit expoſita. quibus adde quòd Paulus de Caſtro dicit in conſil. 41. in antiq. non poſſe lege permittente feudum alienari à vaſallo in hominem malæ conditionis: puta, in tyrannũ. Id enim fieret in præiudicium domini directi, & in fraudem. quia non auderet ob defectum fidei feudum inuadere: & manus iniicere ob metum & periculum, quando is erat ſolitus violẽter, & ſeuerè tractare alios. quod valde nota & vide.

In tyrannũ alienatio feudi fieri non poteſt.

CAP. LIX.

Diſtracti feudi nomine quinti ſubquintiq; nummi perſecutionem aut perſonali in venditorem emptoremúe actione patronus habet: aut ſi malit feudum inuadere, manumq; iniicere poteſt.

¶ Casus. Quæritur quæ actio detur domino ad conſequendum ſua laudimia, dum vaſallus feudum vendidit. Reſpondetur quòd habet perſonalem actionem in venditorem, vel in emptorem, vtrum velit: vel poteſt per manus iniectionem apprehendere feudum. ¶ Gloſſa. Nunc declarat quæ actio competat domino ad laudimia: de quibus prius dictum fuit, & quòd perſonalis actio competat, vel certi condictio, vel condictio ex hac lege non eſt dubium: arg. eorum quæ dicit Barto. in l. & ideo. ff. de condic. furt. vbi quærit, quæ actio pro feudo competit: ſed eſt differentia inter actionem pro feudo & laudimiis. Tu videas quæ prædixi, & quæ ſcrib. dicunt in d. l. & ideo.

Quæ actio pro feudo competat.

CAP. LX.

Quintus denarius ſic accipiendus eſt: vt ſit quintus quiſque eius precij quo feudum diſtractũ fuit. Subquintus autem eſt illius quinti quintus: vtputa, ſi fundus ille quinq; ac viginti libris venierit: quinque duntaxat debebũtur, hoc eſt ſolidi centum quinti nomine. ſubquinti rurſum vna libra, hoc eſt ſolidi viginti. Ita in reliquis facilè calculus fiat.

¶ Casus. Quæritur quid ſit quintus, & ſubquintus denarius. Reſpõdetur quòd quintus eſt quinta pars eius precij, quo feudum venditum fuit, id eſt, vnus de quinq;. Et ſubquintus eſt illius quinti denarij pars quinta. quod per exemplum declarat. ¶ Gloſſa. Declarat hæc vocabula quintus requintúſque denarius: quæ etiam ita Budæus explicat, vt de hac re dixi in cap. I. Hæc conſuetudo eſt in pleriſque locis obſeruata: licet de iure nõ ſit. quod & Boerius declarat, & à me dictum eſt illic.

Quintus ſubquintuſque denarius quid ſit.

CAP. LXI.

Ex permutato donatóve feudo anni prouentus debetur: niſi factam ad pias cauſas donationem fuiſſe cõſtat: idque ſine fraude aut liberis à parentibus, vel contra anticipandæ ſucceſſionis cauſa prędeſtinatam. At ſi vtrunque permutatorum prædiorum ex eodem patrono prodierit, libera erit permutatio: niſi fuerit inæqualis, & alter alteri compenſationis cauſa quippiam refuderit: eius etenim precij quintam portionem patronus ſibi vendicabit.

¶ Casus. Nunquid ex permutatione feudi, vel donatione debeatur laudimium pro redemptione, cum non ſit venditio? Lex dicit quòd ſic. niſi ad pias cauſas, vel ob anticipandam ſucceſsionem facta ſit. Sed pono quòd vtrunq; prædium permutatum erat ſub eodem domino, & ab eodem dependebat. Lex dicit quòd nihil debetur, niſi permutatio fuerit inæqualis & per tornas. quia hoc caſu debetur quintus denarius. ¶ Gloſſa. Permutatio in iure eſt duplex. Quædam æqualis & propria, quæ fit de ſpecie ad ſpeciem: vt ſi dederim fundum pro fundo nullo ſuperaddito. & iſta differt ab emptione quinque modis, quos tradunt gloſſ. & Bartol. in l. I. ff. de re. permu. Alia eſt inæqualis & non ſimplex, quæ quandoque eſt venditio mera, vbi conuenerit principaliter, vt res certo precio venderetur: ac præter precium daretur adhuc alia res ab emptore. l. tenetur. §. I. ff. de actio. emp. quandoque verò eſt permutatio: vt ſi id agatur, q; res cum re permutetur, & ſuperadatur ex vna parte precium, tunc eſt inæqualis & impropria permutatio: vt dicit text. in d. l. I. & quodammodo ſapit naturam venditionis ob precium interueniens. Ideo ex ea ſoluitur gabella, vel laudimium: vt in l. noſtra. Hæc eſt doctrina Bartol. in d. l. I. & Bald. in l. I. C. eo. & Bartol. in l. Ariſto. ff. de dona. Bald. in procem. feu. cano. in c. quæſtiones. de re permu. ca. quanto. de iudi. Bartol. in l. ſi in emptione. ff. de contrahen. emptio. vide, ſi voles recenter, & pulchrè Alexand. in conſil. 8. column. 2. volum. 4. Huc dico ex doctrina Bartol. cui prorſus inhæreo. in l. ſicut. §. ſi permiſeris. ff. quib. mo. pig. vel hypo. ſolui. imò ex illo textu, quòd is cui permiſſum eſt alienare, poteſt omnem contractum venditioni ſimilem, vel non deterioris effectus facere. Inde, ſi epiſcopus eccleſiæ permiſerit alienare

Permutatio duplex.

Permutatio inæqualis venditioni comparatur.

Ex inæquali permutatione laudimia debentur.

Alienatio quid contineat.

lienare quendam fundum, vt satisfiat creditoribus, non videtur permisisse permutare: nisi ex ea permutatione satisfieret. Et latius an ecclesia, pupillus, minor possint permutare, docet Bartol. in l. si pupillorum. ff de reb. eo. Hic tex. tradit vnum priuilegium piæ causæ. plurima per Lud. Ro. in Authen. similiter. C. ad legem Falci. cum simi: de anticipatione dictum est prius. Et est mirum quòd ex permutatione æquali soluatur laudimium cum non sit venditio.

Piæ causæ priuilegiũ.

CAPVT LXII.

Ex eo feudo quod ad transuersales quouismodo deuolutum erit: redemptionis emolumentum patrono præstabitur.

¶ Casus. Nunquid si ad transuersales feudum transierit, non extantibus directæ lineæ successoribus, pro eo debeantur laudimia? Dicit quòd sic.

CAPVT LXIII.

Si ex pluribus liberis nobilium, qui morte parentum in auunculi cognatíve, aut cuiuslibet transuersaliũ tutela sunt, vnus (masculus aut fœmina) ætatis legitimæ factus fuerit, aliorum tutelã euincet: ac sine vllis laudimiis in fidem admittetur.

¶ Casus. Est superflua hæc consuetudo de qua ad verbum vidisti in ca. I. suprà eodem.

CAPVT LXIIII.

Vbi verò cæteri maiores facti erunt: licet præstandæ fidei onere ab illo prius liberati fuerint, poterunt tamen (si videtur) ipsi domino sine laudimiis fidem iurare: hac ratione quod directum agnationis feudum nanciscuntur.

¶ Casus. Fratres cæteri pro quibus vnus eorum fidem fecerat, postquam legitimæ ætatis facti sunt, voluerunt intrare in fidem suo nomine. Lex dicit quòd possunt sine tributo vel laudimio. ¶ Glossa. Hæc tria capita sunt facilia: & superius pro magna parte declarata. Cur autem directæ successiones in tutela, & cæteris potioris sint conditionis, quàm transuersales, qui à latere veniunt, est ordinarium in iure: quia sunt proximiores: & linea directa etiam quo ad ius transmittendi est fauorabilior, vt Bartol. & Iason in l. emancipata. Cod. qui admitti. l. si fratris. l. cum antiquioribus. Cod. de iure delibe. facit l. 1. de successo. edict. Bartol. in l. pronunciatio. ff. de verborum significa. l. qui se patris. Cod. vnde libe. Infinita de transuersalibus: de quibus iam prædixi satis, videas per Franciscum de Curte in tractatu feudo. particula tertia.

Directi transuersalibus potiores sunt.

CAPVT LXV.

Si post quadraginta dies appellatus vasallus, vt dominum agnoscat titulumque ostendat & nominet, contumaciæ reus fuerit: cuiuslibet moræ pœna esto quindecim solidorum patrono adiudicanda, quæ in Ianuille territorio mitior est: vtpote quinque solidorum. poterit autem huiusmodi edictis quatuor commoneri, qualiterque morosus ita mulctari per singula quadraginta dierum interualla. Quòd si post illas comminationes nequaquam pertinax paruerit: feudum prehendet patronus donec agnoscatur, fructibus tamen vasallo reseruatis: vt cum purgare moram valuerit, soluta quam primum pœna, refusisque sumptibus feudum ipsum non sine fructib. sibi à domino emancipatum recipiat.

¶ Casus. Hic ponitur forma interpellandi vasallum, vt agnoscat dominum. Primo enim post quadraginta dies appellabitur: postea si sit contumax per alios quadraginta dies: & sic vsque ad quatuor vices, & pro vnaquaque contumacia soluet quindecim solidos, & postea ob nimiam contumaciam soluet quindecim solidos, & postea ob nimiam cõtumaciam dominus capiet feudum donec agnouerit eum vasallus: nec recuperabit feudum & fructus: nisi pœna & expensis solutis. ¶ Gloss. Solent vasalli à domino cogi, vt ipsum agnoscant, quod *aduouere* dicimus, nominando illi, & declarando res feudales: easque singulas titulo feudario ab illo agnoscere, quæ res alibi dinumeratio dicitur: vt in consuetudi. Bituricis. Ita gloss. & Ioan. de Plat. in l. secunda. Cod. quando & qui. quar. pars debe. libr. 10. Bald. in l. instrumenta. Cod. de fideicom. facit l. Titius hæres. ff. de actio. empti. & illic Barto. Doctor. in l. plures apochis. Cod. de fide instrum. Ang. in l. si in rem. ff. de rei vendi. vbi dicit quòd de iure vasallum recusantem potest expellere: sed consuetudo ista est mitior. Scias tamen quòd non tenetur originalem prædecessorum infeudationem ostendere, vt voluit Oldra. in consilio 121. & Ioan. And. in Specu. titu. de feud. §. 1. de quadruplici mora, vide in l. & post. ff. de iudi. Cum prædicta Authen. Angesententia, tenent Bald. & Prępo. in c. vasallus. si de feudo fue contro. inter domi. & agna. & Bald. de emphiteota. in l. prætor. §. 1. ff. de eden. quæ instrumẽta & tituli possunt pro laudimiis domino debitis retineri: & si quid in dinumeratione celauerit, eo priuabitur quod omisit.

Agnoscere dominum.

Originalẽ infeudationem ostendere non tenetur.

Instrumenta pro laudimiis retineri possunt.

omisit. & quòd in dubio non præsumatur feudalis, & incumbat domino onus probandi: dixi in primo cap. & Alexand. disputat in consilio 128. & consilio 136. in volum. 1. Hæc satis superq́;.

CAPVT LXVI.

Is verò patronus qui nullam dominio suo iurisdictionem annexam habet; oblatum vasalli titulum intra bis viginti dies impugnare potest: quibus sine controuersia elapsis, ratus approbatusq́; censebitur. Quòd si iurisdictionem habeat, à vasallo interpellari debet: vt oblatum titulum ipse ipsiúsue procurator acceptum habeat: pendente tamen controuersia super titulo, clientulus feudo fructibusq́ue potietur.

¶ Casus. Ego vasallus obtuli domino meo titulum mei feudi: quæritur intra quod tempus poterit impugnare illum. Respondetur, quod intra quadraginta dies, quibus elapsis erit ratificatus. & hoc in eo domino qui non habet castrum vel iurisdictionem. In eo verò qui habet iurisdictionē: vasallus debet eum rogare, vel eius procuratorem, & titulum suum ratificet. Et si fuerit lis super titulo, vasallus pendente lite gaudebit, & fruetur feudo suo. ¶ Glossa. Ad intellectum sciendum quòd dominium & iurisdictio pro eodem vsurpari solent: licet diuersa sint. Nam vt Bart. scribit in l. 1. ff. de iurisdi. omnium iudicum, iurisdictio, quæ est potestas iuris dicendi, à publico data, interdum sine domino vllo ac territorio est, vt in iudicibus chártulariis. l. fina. C. vbi & apud quem. vbi Bart. declarat: interdum econtrario territorium tam publicum quàm priuatum sine iurisdictione est vt exemplum tradit in Brixia, quæ fuit priuata iurisdictione. neque cohæret iurisdictio tanquam qualitas realis, sed personalis occasione rei: vt latius declarat Bartol. in d. l. 1. & concesso territorio censetur concessa iurisdictio, vt illic dicit. & Ludoui. de Roma. latè in consilio 444. Sic in hac l. plus datur priuilegij habēti iurisdictionem, quàm non habenti: vt prius fuit dictum de Castellano. Postmodum dicit de procuratore iurisdictionis: quia per alium retineri exercerique potest iurisdictio: vt pulchrè Bartolus docet in l. tertia. §. vti videmus. ff. de itin. actúque pri. vbi distinguit. Aut commissa est iurisdictio alicui tanquam colono, vel procuratori, dato salario certo: ita tamen, vt pœnæ & mulctæ, vel emendæ, quas appellant ipsi concedenti, aut committenti reseruatæ & acquisitæ intelligantur: atque illi applicentur, vt in propriis terminis loquar. tunc per eum retinetur ipsa possessio iurisdictionis: & si turbetur, habet interdictum. Aut conceditur iurisdictio sine salario: vt omnia commoda faciat sua, & tanquam sit sua iurisdictio. tunc non retinetur possessio, sicuti cùm datur in pensionem vel firmam, vt dici solet ad certum tempus, tunc æquiparatur vsufructuario: vt notatur in dict. l. tertia. Hic autem dicitur in fine quòd pendente lite, gaudet vasallus possessione rei suæ: facítque fructus suos. Ratio est, quia est bonæ fidei: & de hoc lege Bartolum magistrum communem in leg. ex diuerso. ff. de rei vendicatio. habes text. expressum de hac re in capit primo. si de inuestitu. inter dominos & vasal. lis oria. vbi scrib. & Bartol. in l. litibus. C. de agrico. & censi. libr. 11.

Iurisdictio et dominiū pro eodem.

Iurisdictio sine territorio.

Brixia iurisdictione priuata.

Iurisdictio cum territorio concessa censetur.

Iurisdictio per procuratorē seu commissarium exercetur.

Iurisdictio sine salario

Vasallus pēdente lite gaudet possessione.

CAPVT LXVII.

Dominus ob fidem desertam, aut non præstitum hominem, non modò in vasallum ipsum: sed & in eos qui ab vasallo rem in feudum obliquum accepere, potest experiri, vt iura sua consequatur: nisi vasallo subuasallus fidem iurauerit. Tunc enim prius à domino interpellari debent, vt in eius fidem iurent. Qui si intra dies quadraginta vasallum primum, vt directo feudi domino satisfaciat ritè sollicitauerint ac interpellauerint, eo purgante moram liberantur: negligente verò post id tempus dominum adire debent, eumq́; agnoscere: votumq́; ac fidem præstare, titulum exhibere velut ab eo instituti. alioquin dominus ipsos pleno iure suis prædiis incumbens vexare potest, ac contra eos experiri.

¶ Casus. Patronus aperto feudo, quia hominem non habebat, & defecerat fides, voluit aduersus retrouasallos iura sua petere, & cogere eos ad præstandum. lex dicit quòd potest. Sed si vasallus fidem sibi retinuerit, debet tunc & potest vasallus, vel eius hæres purgare moram, & liberare subuasallos. si verò negligat, subuasalli debebunt in fidem primi domini intrare, & ita vasallus perdet fidem suam. ¶ Glossa. Satis expositæ sunt pœnæ & actiones quę patrono dantur aduersus vasallos ob fidei defectum, quòd ego appello desertam fidem. quamuis sacramentum deserere aliud sit, vt Budæus in Annotationibus docet. Hic autem loquitur de subuasallis, vel retrouasallis, qui feudum obliquum tenent, id est retrofeudū. quanuis aliter feudistæ de recto & obliquo feudo scribant: an teneantur ex facto & culpa vasallorum. Et ratio huius consuetudinis est, quare dominus possit experiri in subuasallos: quia onus istud, quod rei causa pręstatur, trāsit in quoscunque feudum detinentes. l. Gaio. ff. de ali. leg.

Deserere sacramentum.

Onus reale transit in retrouasalles.

ali.leg.vbi Barto.& ipse optimè in l.vsufructuarius paratus. ff. de vsufru.& sicut hæres hæredis est hæres: vt not.Barto.in l.tutor.§. hæres.per illum text, ff.de administ.tutor.& in l. Gallus. §.etiam.ff.de liber.& posthum. *Vasallus vasalli est meus in subsidium.* ita vasallus vasalli mei est vasallus meus, scilicet, in subsidium & occasionem oneris realis,non autem personalis. Tu de hoc vltimo lege plenius Iasonem, in titu. qui feud.dare poss.colum.antepenul qui refert Speculatorem.& Bald.& gloss.in l.de accessionis.ff.de diuer.& tempor.præscrip.& in cap.legitur. 81. distin. habes per Docto. in l.Claudius.ff. qui potio. in pig.hab.& Bald. in l.1.C.commu. de lega. Ista autem regula, de qua in primo capite dixi, ita limitatur, nisi in subsidium. tunc enim vasallus vasalli mei est meus. pergamus breuiter ad reliqua.

CAPVT LXVIII.

Si verò patronus ob negatum titulum in vasallum experiatur: subuasallos cuiuscunque rei causa infestare non poterit.

¶ Casus. Vasallus nolebat ostendere titulum suum,& agnoscere, seu aduouere dominum. quæritur an dominus possit subuasallos molestare? propterea respondetur quòd nullo modo,& ex nulla causa. ¶ Glossa. Maior est iniuria cum fides negatur, quàm vbi negatur titulus, seu dinumeratio quod adnotamentum dicunt, quia titulum ostendere non semper compellimur. l. plures apochis,& illic scrib. l. cogi. C.de petit.hæredit. Barto.in l.1.C.de procu.& conduct. lib.10.l. ciuile. C. de furt. & cum subuasallis mitius est agendum. quia prohibitus alienare,non semper infeudare prohibetur: vt de hac reabunde per Iasonem in titu. qui feud. dare poss. col. penulti. Item cum in vasallum primum experiatur patronus, cur in vasallum vasalli experietur, nisi vt modo dicebamus in subsidium. Et hic dicitur cuiuscunque rei causa, id est, propter defectum hominis, vel alia ex causa.

Fidem negare grauè est.
Titulum ostendere quis compellatur.

CAPVT LXIX.

Vbicunque apertum feudum patronus inuaserit, fructus suos merè faciet in laudimia minimè imputandos, saluis tamen vasallo necessariis in seminando,colendo,& aliis legitimis impensis erogatis.

¶ Casus. Patronus inuenit feudum suum apertum, vt superiùs declaratum est, & apprehendit illud propter contumaciam vasalli extremam : alius corrigeret superiora. quæritur, an faciat fructus suos? Responde quòd sic, saluis expensis in colendo à vasallo factis. ¶ Glossa. Hîc venit ad declarationem præcedentium, ne aliquid & hîc ambiguum, habita præcedentium declaratione, vel videatur superioribus esse cōtrarium, in quib. fructus reseruantur vasallo: sed hic loquitur quando feudum est apertū ob contumaciam. de impensis iam sæpe à me dictū est. *Fructus domino acquiruntur.*

CAPVT LXX.

Cùm ob fidei defectum patronus inuadit feudum: vuas pendentes,aut segetes extantes, aliósue fructus mero suo lucro,& vasalli damno colligere potest, nisi priusquam domum perducti, permixtíue sint, vasallus moram purgauerit. Ea res sanè debet intelligi, vt ante dies quadraginta, qui quidem vasalli hæredibus ad ineundam fidem iure dati sunt: nullum domino feudum inuadendi ius quæsitum est.

¶ Casus. Quæritur pro declaratione præcedentium ,in quibus rebus potest fieri manus iniectio. Respondetur quòd in racemis pendentibus:in segete extante,& aliis fructibus, & frugibus in purum damnum vasalli. nisi antequam essent transportati vel commixti rebus domini, vasallus purgauerit moram. Sed hoc intelligitur postquā elapsi sunt quadraginta dies à iure dati hæredibus ad renouandam fidem. ¶ Glossa. Declarat adhuc præce.& limitat, vt præcedat post quadraginta dies, & sic post moram vasalli. De fructibus autem permixtis, qui hoc iure dicuntur admobilitati, id est, patrimonio nostro rebusq; & mobilibus nostris iuncti, & permixti multa superiùs dixi, nec est opus Cramben repetere. facere autē potest, vt nunc in mentem venit, vna similitudo, vt fructus dicantur nostri, tunc demum, cùm in domum per ducti sunt. sicut vxor dicitur nostra, cùm in domum perducta est. vnde vxorem ducere dicimus. l. nuptias. in glos. cum similib. ff. de condit.& demonstr. Et nota, quòd istæ leges sunt admodum benignæ vasallis circa moræ purgationem. & facit l. Thais. §. intra. ff. de fideicom. liber. cum vulgari. quia de mora à me alibi dicetur. De quib. autem rebus possit fieri præhensio, & inuasio feudi, in seq. c. dicitur. Et animaduerte nunc propter ea quę dicebam in præce. c. de contumacia.& quòd pręcedentia videntur corrigi: quod non corriguntur, sed limitantur per hanc legem, vt non procedat illa facultas purgandi moram, & recuperandi fructus, postquam iam traducti sunt domum,& ablati, seu permixti.& habes præter Bart. in l. ex diuerso. de rei vendi. text. in l. si alieni. ff. de solut.

Fructus permixti qui sint.
Crambem petitam mors est.
Vxor nostra est cùm in domum ducta est.

CAPVT LXXI.

Si causa fidei non præstitæ dominus in vasalli prædium manus iniectione vti voluerit, seu stagna sint, seu vites, nemora, messésue maturæ, quic-

quicquid in illis reperiat occupare sibique vendicare poterit: præter iucunditatis gratia facta nemuscula, domusque ornamento reseruata, & procera: cæteraque cædi non solita. At si pro redemptionis iure in syluas, stagnaque experiatur, & vasallus triformem ei oblationem, vt prędictum est, attulerit, isque anni prouentum optauerit: omnem nemoris cæsi fructum, piscatíue stagni emolumẽtum nequaquam percipiet. Verùm vnius duntaxat anni æstimationem consequetur. neque tempore incongruo nemus cædere, aut stagna expiscari permittendum.

¶ Casus. Quæritur, in quibus rebus posit dominus iura sua capere, & quas res poterit prehendere propter fidem non datam? Respondetur, quòd omnia quæcunq; inueniet in stagnis, vitibus, nemoribus, messes etiam maturas, exceptis paruis nemoribus, iucunditatis & ornatus causa positis, nec cędi solitis. Sed pono quòd cum prehenderet pro iuribus suis syluas, vel stagna: vasallus ei obtulit vnum ex tribus prædictis, & ipse voluerit habere anni vnius fructus: nunquid poterit cædere totam syluam, & piscari totum stagnum, & omnes fructus percipere? Respondet litera quòd non: sed æstimationem duntaxat vnius anni: nec indebito tempore id faciet. ¶ Glossa. Iniectione manus, de qua dictum est, quæ prehensio vel saisina dici solet, vel arrestamentum. l. sed si hac. ff. de in ius vocan. cuius rei formam in prædiis clientelariis expresit Budæus in l. vltim. ff. de sena. Sylua autem, ab hyli Gręco, quæ materia est, dicitur: quòd cædua sit, in eumq; vsum habeatur. vt ex ea cædatur materia. Lucus religionis. Nemus voluptatis. Saltus pastionis. Hinc salinarij custodes, quanuis nemora pascendis quoque pecoribus apta sint, à nemo Græco, id est, pasco, dicta: quæ tamen amœnitatis causa comparata sunt: vt hic. Et de sylua cædua text. habes in l. sylua. ff. de verbor. signi. l. si quando. §. cùm in domo. ff. si serui, vendi. De stagno habes text. in l. 1. § stagnum. ff. ne quid in flu. publi. lacus & stagna. ff. de acquiren. rer. domi. In qua parte sciendum quòd sylua cædua, quæ singulis quinquenniis cæditur, & stagnum quod triennio quolibet expiscari solet: si eo tempore, quo redimendum est feudum, & laudimium præstari piscationi, vel cessuræ apta essent, & matura, patronus non haberet omnem fructum, sed pro rata æstimationeq; vnius anni tantùm: vt not. Alexan. egregiè in consil. 7. lib. 3. cui rei facit text. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solut. matrimo. vbi Iason multa colligit. Procera nemora dicuntur Gallica voce, *haulte fustaille*. Saltus dumosiores sunt. & postea de syluis & stagnis plura dicturus sum in sequentibus titulis.

Manus iniectio quid sit.

Lucus. Nemus. Saltus.

Sylua cædua.

Stagnum.

Patronus habet pro rata tantũ.

Procera nemora.

CAPVT LXXII.

Si legitimam domini prehensionem vasallus violauerit, sexaginta solidorum pœnam illi dabit, restituetque quicquid post manus iniectionem, aut nunciationem inde abstulerit. Quòd si dominus aduersus violentum vasallum superioris manum implorauerit, pœna etiam noua solidorum quindecim superiori tradenda vasallus mulctabitur.

¶ Casus. Patronus manus iniectione feudum prehenderat, & impediuerat: hoc non obstante vasallus accepit fructus, & abstulit. quæritur qua pœna puniatur? Respondetur, quòd est pœna sexaginta solidorum ipsi domino applicanda, cum restitutione omnium quæ abstulit. Et si contra violentiam vasalli vsus sit manu superioris: debetur pœna 15. solidorum superiori. ¶ Glossa. Hæc est prehensio, nunciatio, vel manus iniectio quę decreto primo, vel misioni in possesionem æquiparatur. Hic ergo qui violauit: punitur. frustra enim à prætore aut lege quis in possess. mit. nisi in possesione eum lex tueatur. l. 1. ff. ne vis fiat ei, qui in poss. miss. est, vbi manus superioris imploratur: vt hic, & ibi in l. 3. ne vis fiat, in ver. manum militarem. facit l. 2. C. de his qui latro. occi. l. qui restituere. ff. de rei vendica. l. 1. ff. si ventris nomi. mulier. vbi Bart. Audi quod Archidiaco. in cap. 1. de offic. deleg. lib. 5. dicit, quòd non est opus noua citatione in eo casu quo manus militaris petitur: & brachium fortioris hominis ab ecclesia etiam implorari solet, vt plenè per omnes Scrib. & maximè per Albericum in l. episcopale. C. de episc. audi. & pulchrè Inno. quomodo liceat rem inuadere. in c. cum nostris. de concess. præben. in c. cum contra. de pigno. cap. cùm olim. de priui. Eadem autem describit Alber. vt inter legendum occurrit in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendica. vbi de vasallo & filio inobediente pulchra ego multa referrem quæ remitto, quia magna est hoc seculo omnium librorum copia: & ego studeo breuitati. nec est glossatoris omnia recensere, sed facientis apparatum.

Decretum violans punitur.

Manus superioris quandoq; imploratur.

Citatio nõ requiritur in manu forti.

CAPVT LXXIII.

Si quis ea lege feudo inuestitus sit, vt obsequiosum equum præbere teneatur, vbi de ea re contentio erit: equi æstimatio solidos sexaginta nõ excedat. Verum præstandi equi onere astringi vasallus nequit: nisi annuus prædij prouentus decem turonicis libris valeat, aut pluris. Nec sæpius

pius in vita quàm semel patronus id seruitutis exiget à clientulo.

¶ Casus. Vasallus accepit rem in feudum sub ea conditione, quòd daret vnum equum obsequiosum, id est, ad seruitium. quæritur cuius valoris debeat esse? Respon. quòd æstimabitur sexaginta solidis duntaxat. Et non debet dari æquus nisi feudum valeat decem libris annuis. nec potest nisi semel in vita peti per dominum. ¶ Glossa. Quia vasalli de iure debent in bellum proficiscentem dominium iuuare. cap. 1. §. 1. quæ fuit prima causa benefic. amit. præterquam aduersus Papam aut regem vt in tit. de nou. for. fideli. Solet in inuestitura interdum, vel traditione feudi conueniri, vt equus officiosus & seruitialis præstetur. de qua re hic statuit quanti æstimetur, & quotiens præstetur, & à quibus. Primò, ad hanc rem dico, quòd in iure præstatio equorum est instituta ad principis necessitatem & angariarum atque perangariarum dicitur. li. C. de cursu publi. lib. 12. & sæpe in iure. Cuius rei originalem ab Herodoto in Vrania didici. Scribit enim hūc morem cursitationum, & equorum publicorum à Persis inuentum, & Persica voce angareion dici. cuius etiam meminit alicubi Sabellicus. De equis militarib. habes text. in l. officium. ff. de re mili. vbi non debent duci extra prouinciā. De equo publico habes in l. 2. ff. de in ius voc. Equi autem appellatione nō continetur pullus. l. sed addes. § sed & si quis. ff. loca. vnde si caueatur, vt qui equum ad bellum duxerit, habeat singulis diebus decem: si pullum duxerit, non habebit stipendium. ita Albe. scribit in d. l. sed addes, quòd semel præstetur in vita, est ratio. quia sufficit, si cui in paucis laboribus ab amico subueniatur. & vide Specul. ad hæc in titu. de loc. § 6. versi. 3. vide etiam an teneatur suis sumptibus dominum in bello iuuare, & ei seruire: quia nemo debet suis sumptibus militare, per eundem Specu. in tit de feud. versic. 22. & de hoc seruitio, quod dicunt militari, multa Alex. in consi. 10. vol. 5. vbi de ecclesia & monasterio.

Vasallus in bello dominum iuuare debet.

Angaria. Perangaria.

Origo angariarū ex Herodoto et Sabellico.

Equi appellatione nō continetur pullus.

Semel præstari sufficit.

CAPVT LXXIIII.

Quod prius edictum fuit, vt ob fidei defectum patronus feudum prehendat, fructusque acquirat, hoc ita sanè intelligi debet, vt primum patronus industrialis operæ, seminationis, vtilisque culturæ sumptus cultori refundat. In illud verò quòd coloni interest fundum occupatum nō esse, contra vasallum experietur, aliúmue cuius culpa ipse dicitur damnum passus esse: cum illi manus iniectionem, prehensionem, aut nunciationem ex officio pronunciasset.

¶ Casus. Dicit vt prius, & est repetitio circa sumptus vtiles ac necessarios per cultorem factos, ipsi soluendos per dominum qui feudum inuadit: sed addit vnum in fi. Colonus conquerebatur, quòd ex ea re damnum passus esset, quia omnes fructus erant ablati per dominum. quæritur à quo recuperabit? Respond. quòd habebit actionem contra vasallum, vel eum, cuius culpa damnum passus est, quando ipse renunciauerat in tempore ipsi vasallo, quòd feudum erat impeditum. ¶ Glossa. Superius cautum est, ꝙ dominus ob fidei ac obsequij defectum potest post 40. dies à renunciatione feudum occupare, fructusq; suos facere, vt scribit etiam Ioan. Fab. in §. præiudiciales. Instit. de actio. Latius Alexan. in consil. 9. vol. 3. Sed hoc limitatur hic refusis sumptibus colono, ne quis cum eius iactura locupletetur, in culpa non est. vt Bart. & scrib. in l. colonus. & in l. dominus. §. 1. ff. loc. vbi etiam quando eiicitur ob non solutam pensionem, potest repetere expensas vtiles. & de hac re multa notat Bal. in consil. 116. volumin. 3. Ad damna verò & interesse agit contra vasallum locatorem, cuius facto & culpa damnum datum est. per argum. l. cùm in plures. & l. Martius. ff. loca. in ver. nisi culpa. & expressius in l. si fundus. eodem tit. vbi si conductor non potest frui re conducta absque culpa locatoris, fit ei remissio mercedis pro rata. si locatoris culpa agit contra eum ad totale interesse. de quo pulchrè Bald. in l. 1. colum. 8. versicu. 6. oppo. C. de senten. quæ pro eo quod interest, Moderni in l. si filio. §. fin. ff. solut. matrimo. illum tex. in l. si vt fundus. nuper legebam pro singulari à Ludoui. Roma. citatum in l. si quis arbitratu. in pen. colum. ff. de verbo. obligat.

Patronus post 40. dies fructus acquirit.

Vtiles expensæ permuttur.

Colonus ad interesse agit contra vasallum.

CAPVT LXXV.

Si cui authore iudice nobilis, seu plebeiæ conditionis viro, alia quàm ætatis causa curator datus sit: nihil pro feudi redemptione præstabitur.

¶ Casus. Datus est alicui curator, quia erat furiosus vel prodigus, vel alia causa quàm minoritatis. quæritur an curator debet soluere laudimia pro eius feudis? Lex dicit ꝙ non. ¶ Glossa. Alia quàm minoris ætatis causa datur curator furiosis, prodigis, mente captis, aliisq; de causis. eo. in §. furiosi. Institu. de curato. cum similibus. Bart. in l. hoc autem. l. Fulcinius. § adeo. ff. ex quibus cau. in poss. ea. danturq; ab his iudicibus, à quibus & tutores: quos enumerat gloss. in §. 1. versic. dantur. Instit. de cura. & lex illis miseretur, quibus curator ob morbum perpetuū datur, ita & aliis vnde substitui potest illis exemplariter, l. humanitatis. C. de impu. & ali. substit. Et tu videas, si libet, Paul. de Castr. in consil. 342. incip. curator, vbi disputat quo pacto iudex secularis possit dare clerico curatorem. multa vbique de curatoribus, & his

Curator quibus datur.

Iudex secularis curatorem clerico.

quibus

quibus ipsi dantur: sed sufficiat legis fundamentum posuisse. Est autem ratio cur nihil præstetur pro laudimiis: quia lex eis miseretur. vt d. l. humanitatis.

CAPVT LXXVI.

Si vasallus fiduciaria venditione feudum distraxerit: siue redimendi facultas in venditionis instrumento sit expressa: siue in alia charta concessa, cùm in venditione tacitè de ea conuenisset: ex ea re soluetur laudimiũ. Sed eo tempore, quo redimitur, rursus à vasallo non est exigendum.

¶ Casus. Vasallus vendidit feudum suum sub facultate redimendi, & illa facultas vel in instrumento venditionis fuit data expressè, vel tacitè, & data in alio particulari instrumento: quæritur nunquid debeat ex illa venditione aliquid domino dare pro laudimio? Respond. quòd sic. eo tempore, quo redimitur, non est iterum petendum. ¶ Glossa. Dictum est, quid sit venditio fiduciaria in prin. huius titu. quia est venditio facta cum pacto de retrouendendo, quod non est vsurarium, nisi interueniente precij modicitate, & his quæ ibi dixi. iuxta c. ad nostram. de empt. & vend. Hic autem obuiat fraudi, quę solet fieri in his contractibus. quia solet ista facultas redimendi concedi ante contractum inter partes, sed in contractu ipso non scribitur, verum in alio instrumento particulari: vt declarant Scriben. quos ego citaui in d. loco, & postea alicui adhuc dicetur quòd istud facit iniquam suspicionem secundum cano. in ca. ad nostram. ego plenè dixi.

Fiduciaria venditio.

Fraudibus obuiandũ est.

CAPVT LXXVII.

Vasallus inuito domino fidem per procuratorem præstare, hac inuestiri non potest: nisi aut captiuitate, aut graui morbo teneatur: ita vt neq; pedes, equésue, neque lectica, vel curru dominum adire possit, idq; rite constiterit. Tunc enim viso procuratoris mandato admittetur.

¶ Casus. Vasallus voluit per procuratorem fidem facere, nunquid possit? Lex dicit quòd non potest: nisi vel grauissimo morbo impeditus, vel in captiuitate detentus. & de hoc probauerit, quòd nullo pacto ire potuisset, tunc admittitur per procuratorem habentem speciale mandatum. ¶ Glossa. Hæc constitutio est contra ius feudorũ, cum ab vtraque parte procurator admittatur per tex. expressum in cap. 1. §. sed vtrum. per quos fiat inuestitura. c. 1. §. item sciendum. de not. feu. & hæc opinio est Communis. Huius tantum consuetudinis ratio est bona, per ea quæ Bal. no. in l. vni. §. ne autem. C. de ca. tol. & latius in l. quisquis. C. de episc. & cler. quod ea quæ sunt dignitatis, vel naturaliter personalia, nõ possunt per aliam regulariter expediri: nisi in casibus necessitatis, vt hic cauetur. & in l. nullus. C. de decu. lib. 10. per Doct. Adde dictum Specu. in titu. de feud. in fin. quod confirmat Bald. suo more sibi contrarius in l. 1. quæst. vlti. ff. de rer. diui. quòd iuramentum fidelitatis non potest præstari per procuratorẽ: nisi sit vniuersitatis procurator: quamuis hæc non sit communis. facit c. cum dilecta. de rescript. in ver. personaliter. Habes de hac re per Lud. Roma. in l. eorum. ff. de dam. infe. Alex. in consi. 10. vol. 5. Item cauetur hic quòd morbo vel captiuitate detentus: si neq; curru, neq; lectica (vt Appius Claudius) neq; pedes, neque eques ire possit, excusatur. Hæc autem discretioni iudicis remittuntur de iure. l. ait prætor. ff. ex quibus cau. maior. de morbo est similis tex. in l. si cui. §. planè si in firmitate. ff. ex qui. cau. maio. ibi humanitatis ratio habenda est. & l. quæsitum. vbi de morbo sontico. ff. de re iudica. De captiuitate & vinculis est tex. & ibi Alber. in l. succurritur. iuncta seq. ff. ex quib. cau. ma. Extende etiam ad eos, qui Reipu. causa absunt. vel alia legitima causa impediente, rebus suis superesse nõ possunt, quod remittitur discretioni iudicantis. vt in d. tit. ex quib. cau. Circa vltimam partem, de speciali mãdato dicas, quòd est vnus casus eorum, in quibus speciale requiritur ratione iuramenti. vt no. in l. iusiurandum. §. procurator. ff. de iureiuran. c. qui ad agendum. de procur. lib. 6. c. si de iura. calum. lib. 6. Alios casus vide per gl. & scrib. in d. c. qui ad agendum. & in l. illud. ff. de mino. & Specu. in tit. de procu. §. 1. scrib. in l. Pomponius. ff. de procu. c. nonnulli. de rescr. cum similib. Incumbit autem onus probandi ei qui excusat causam excusationis. vt cõcludit gloss. in d. l. succurritur. & sequen.

Procurator in feudũ an admittatur.

Procurator in personalibus non admittitur.

Qui excusentur.

Speciale mandatũ.

Probatio incũbit ei qui excusat.

CAPVT LXXVIII.

Filij nobiles vel plebei in Lorriaci territorio, si nuptias contrahant, annis maiores efficiuntur. Alibi verò legitimã ætatem nuptiæ non supplent, vbi de fidei protestatione agitur.

¶ Casus. Quæritur an per nuptias quis efficiatur maior quo ad fidem præstandam? Respondet litera quòd non: nisi in territorio & castellania Lorriaci, vbi factę sunt primò consuetudines nostræ. ¶ Glossa. Nuptiæ de iure contrahi possunt inter eos qui puberes sunt, non autem impuberes: qui quamuis per nuptias possint agere, vel per se, vel per procuratorem: licet sint minores. c. ex parte. de restit. spolia. & magna sit nuptiarum dignitas. §. deinceps. in Auth. de nupt. tamen quo ad iura feudi, non reputantur maiores per hanc consuetudinẽ, ne priuilegium nuptiarũ ei cedat in perniciẽ, iuxta l. in causæ. in ver. in perniciẽ. ff. de mino. quia quamuis nupserint: nõ tamen

Nuptiæ per quos cõtrahi possint.

tamen domini seruitio satisfaciant ob ætatis defectum, nec per se admittentur, nec cogentur per se fidem præstare. De priuilegiis matrimonij loquitur glos. & scrib. in c. 1. vt lite non contesta. de Doctore qui est minor annis, & de eo qui industriosus censetur: habes apud Barto. eleganter in l. 1. C. qui & aduer. quos. ita hoc potest pro eis, & pro domino esse. Alibi de nuptiis dixi.

CAPVT LXXIX.

Inuaso non exhibiti hominis causa feudo aduersus vasallum in iudicio se tueri possessione destitutus, eamq; pendente lite à se abdicare dominus non cogatur, sed manu (quod aiunt) plena litiget. Nisi vasallus in promptu doceat se in fidem receptum esse, aut fidei loco toleratum, aut iure debitas oblationes fecisse, aut ipsum dominum abneget, aliumque esse profiteatur & agnoscat, aut rem feudariam esse inficias eat. Hoc enim casu iustum domino probandi iuris sui tempus à iudice statuetur: quo pendẽte vasallus fructur fundo.

¶ Casus. Quæritur nunquid dominus, qui præhendit feudum pro iuribus suis, & fide debita pendente processu & lite super hoc debeat destitui, & priuari possessione feudi, & possessio sit apud vasallum? Respondet litera, quòd non: sed debet litigare manu plena: nisi vasallus in promptu ostendat, quòd est receptus in fidem: vel quòd habuit tolerantiam, vel dicat quòd alius est dominus, & illum desuoueat, vt dicitur, vel dicat quòd nõ est feudum. ¶ Glossa. Hæc consuetudo est contra ius feudorum: quo cauetur, quòd si vasallus manus appositione facta per dominum se opponat, eámque impugnet: pendente lite debet re feudaria frui, & gaudere, per not. in cap. 1. §. 1. vi fi. in ver. possessionis, si de feu. fue. controuer. inter domi. & vasal. & ita tenent feudistæ. licet text. ille hoc non videatur directè probare, sed ita tenent feudistæ & Bart. atque Ioan. de Plat. in l. litibus. C. de agrico. & censi. libr. 11. Hic autem ea res temperatur, vt in certis casibus non possideat, in aliis secus. Iusti enim sunt casus isti expressi in hac f. de pœna eius qui abnegauit dominum: & qui negauit rem esse feudariam, nihil dico: quia per Boërium abunde dictum est, & feudistarum libri de hac re sunt refertissimi, quo pacto ob mendacium, & illam feloniæ speciem, quæ fit abnegando dominum, quis feudo indignus sit: & eo priuatur ob ingratitudinem. De eo cui incumbit onus probandi, quod hic deciditur, dixi latè in cap. 1. huius titu. eo quod res de iure præsumitur libera: & incumbit domino petenti seruitutem illam probare. reliqua ad Curtium & Iaco. remitto. Et tu habes alia in cap. sequen. quæ videas.

Vasallus pendente lite possidere debet.

CAPVT LXXX.

Si à vasallo dolosè iniusteque abnegatum patronum fuisse compertum erit: in pœnam perfidus feudo priuabitur, idque patrono delatum cũ his fructibus, quos perceperit post manus iniectionem restituet. Verum vbi sic vetustus esset inuestituræ titulus, vt annorum centum, quæ longissima hominis vita est, ætatem superaret: patronus qui feudi causa iurisdictionem non habeat, aliter de domino quàm per illam antiquam agnitionem docebit, priusquam ad eum feudum reuertatur.

¶ Casus. Vasallus abnegabat dominum iniustè & dolosè. quæritur qua pœna puniatur? Respon. quod priuatur feudo, & fructibus, quos percepit post interpellationẽ. Sed pono quod ostendebat vnum titulum dominus qui erat ita vetustus, vt excederet cẽtum annos. nunquid hoc satis probaret contra dominum? Respon. quòd non. sed debet aliter docere, vt puta, quòd ab eo tempore facta sit ei fides vel soluta iura. ¶ Glossa. Ideo dixi, dolosè, quia si sine dolo vel culpa negauerit dominum: feudo non priuaretur, per tex. in cap. vasallus. in versicu. ex certa scientia, si de feudo defuncti contentio inter do. & agna. fit. vbi glos. dicit, quod tamen non excusatur crassa & supina ignorantia. vbi hoc Bald. & alij notant. in text. vernaculo dicitur, friuole, quod ego dolosè dixi ea ratione. Itẽ, quia aliquid doli, vel culpæ habet, quòd friuole fit. cap. veniens. de accus. cum appellationibus friuolis. de appel. l. 6. De onere probandi, quòd domino incumbit, præter ea quæ prius dixi, habes doctrinam Card. in d. c. vasallus. & Alexan. in consil. 126. colum. 3. vol. 1. præter quos habes tex. bonũ in d. c. vasallus. in versic. conuictus, quòd satis sonat per probationes in eum factas. Adde optimum text. in c. 1. §. item si vasallus. ibi domini probatio erit. & §. sequen. si de inuesti. fue. controuer. quos ego ad hoc puto expressos, & optimos de iure. Item adde gl. in l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si serui. vendi. Bart. in l. si prius. ff. de oper. noui nuncia. l. 2. ff. de itine. actuq; pri. Bald. in l. siue possidetis. C. de proba. scrib. in l. 2. ff. de probat. quòd res præsumitur esse libera. vt in præceden. ca. dixi. in hac materia. & in cap. 1. huius titu. De eo quod debet feudum perdere per inficiationem, vt prius dictum est, textum habes in d. c. 1. §. si vasallus. si de feud. conten. sit. vbi glos. & reliqui. cum glo. dicit, totum perdit si totum negauit: secus si partem, quòd benignius est, licet text. iste non dicat, & sunt de hac re opiniones, quas

Quando negans dominum priuatur.

Friuole fieri quid sit.

Per non inficiationem feudum perditur.

quas videto apud Iaso. in prælud. feudo. col. 23. De fructibus idem, quia tex. in Auth. item possessor. C. qui potio. in pig. habe. & Auth. contra qui propriam. C. de non numera. pecun. hoc innuunt. & ita scrib. tenent. Plenè Feli. cum limitationibus suis in c. cæterùm. de iud. De centum annorum tempore hoc loquitur, quæ est longissima hominis vita. l. fi. C. de sacrosanct. eccle. & ex illo vetustissimo tempore non satis probatur vsus feudi ob lubricũ memoriæ humanæ: sed debet probari aliter. quia medio tempore potuit libertas præscribi, vt not. in l. 2. ff. de itine. actuq; priua. facit ca. §. cùm in omni decennio. de pace Constan. vbi Bald. bene: quamuis magni sit momenti illa immemorialis præscrip. li. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiua. sed hoc iure non præscribitur regulariter libertas. & vide quæ dicta sunt superius de præscriptione, quę per hoc limitantur.

Centum annorum tempus.

CAPVT LXXXI.

Si patronus in stagna feudaria manum iniecerit: eoq; tempore quo piscaturæ parata maturaq; sunt, ipsa soluerit stagna, retinaculumq; sustulerit, piscem qui illic capietur, sibi acquiret: sicq; vasallus, contra si id prior fecerit. Nam restagnanti prius occupantiq; ius potius datur.

¶ Casus. Hic corrigit, vel limitat quæ dicta sunt de stagnis. Quia dicit quòd si stagna erant parata piscationi, ille qui prior stagnũ soluerit, & leuauerit, bondámque retinet aquam, vel lacuna, vel retinaculum dicitur: illius erit totus piscis, qui illic capietur. ¶ Glossa. Stagnum est, quod temporalem aquam continet ibi stagnantem, quæ plerunque hyeme cogitur. Lacus autẽ perpetuam: sed ad retinendum piscem & fluxum aquæ fit specus, vel lacuna, vel retinaculum: quod à nobis bonda dicitur, vt not. in l. 1. ff. de riuis. Hæc cum piscatio fieri solet, tollitur ac leuatur stagnum, quæ dissoluitur, ac restagnatur, sicut ostium dicitur recludi, cùm aperitur. Stagnum autem, non recipit alluuionem. l. lacus. ff. de acquiren. rer. domi. & quædam sunt publica: quædam priuata. l. 1. §. stagnum. ff. ne in flu. publ. pisca. lic. Ad propositum autem, vbi est quæstio inter dominum & vasallum cuius sit piscatura: prius dicebamus vnius anni tantum æstimationem deberi, quod in stagnis nunc decidit aliter, vt prius leuantis bondam, tanquam prius occupantis & diligentioris fiat: quia tunc quodammodo ius quæsitum est, nec res integra dicitur, & iura subueniunt diligentibus. De sylua adhuc innouatur in cap. sequen. & hæc consuetudo inducit occasionem armorum & violentię, tamen hic prȩualet, qui prior est tempore, sicut in beneficiis fit.

Stagnum quid sit. Lacus.

Bonda.

Restagnare.

CAPVT LXXXII.

Simili quoque modo syluam cæduam inuadere potest iure suo, si eo tempore cędua est, cędiq; solet, & excisas arbores acquirere. Ea verò nemora, quæ dicuntur sub gruaria esse: vbi cædua erunt, tunc mensurata, laudata, exposita, licitata, ac tradita iuxta gruariæ legis edictum esse debent. Sic & contra dominum vasallus faciet. quæ verò extra illam gruariã sunt: donec cæsa sint & excussa, nondum permixta intelliguntur.

¶ Casus. Dicit idem esse de sylua cædua, vt ei, qui prius securim apposuerit, acquirãtur. quod limitat in illis syluis, quæ sub gruaria sunt, in quibus requiritur mensuratio & licitatio: vt patet ex legibus gruariæ, quas sciunt iudices syluarum, & earum custodes. ¶ Glossa. Nunc de nemoribus dicit. & loquitur de his quæ sunt sub gruaria: ita enim dicitur more nostro, id est, quæ sunt obnoxia illi conditioni gruariæ in certis partibus syluæ Aurelianensis. Quæ res videtur mihi esse sumpta ex eo q principis aucupio dedicata videtur illa portio. Nam gruarij dicuntur, qui aucupio principis præsunt: à gruib. dicti, quæ spiculis volantes conficiuntur interdum, & rhetibus capiuntur. mansuefactę lasciuiunt, vt Plinius ait in lib. 10. Natu. histo. Hæc ergo nemora sub gruaria posita nõ licet distrahere sine forma hîc tradita. q̃d in iure nusquã habet conformitatẽ, quod legerim. De syluis & aucupio multa per Cępollam de seruitu. & dicã in tit. de pascuis suo loco plura. quia intellecto verbo gruaria. tex. est facilis, quòd verbum est syluaticũ. & scies quid sit ab his qui in syluis sunt. Rex enim habet ius in eis, nec sine eo cæduntur.

Gruaria quid sit.

Plinius de gruibus.

CAPVT LXXXIII.

In clientarij prædij permutatione, quæ quidem fit æqualis de re ad rem, nullo superaddito, quintus patrono denarius non præstatur: sed redemptionis iura simplicia, id est, vnius anni prouentus, aut boni viri arbitramentũ, aut quod clienti ęquum videbitur. Horum trium alterum intra bis viginti dies post oblationem exigendi patrono potestas esto. Vbi verò inæqualis permutatio erit, seu ob precij superadditionem, seu alterius rei pręter eam quę pręcipuè permutatur cõtributionem: ob id quod vltra ab altero traditum est, quintus denarius pensi dabitur.

¶ Casus. Vasallus permutauit feudum cum alia re æqualiter nullo superaddito, id est, sine turnis. quæritur quid pro ea re debetur? quia prius dictum est, temperat prædicta, & dicit quod quintus denarius nō dabitur: sed vnum de tribus quæ offerri solent. & optionem faciet dominus quid velit habere intra dies quadraginta. Si verò fit per turnas: debetur quintus denarius eius quod superadditum est. ¶ Glossa. In clientelarij, id est feudarij à cliente vel clientela, vt dixi in procemio. De ista verò permutatione dictum est satis: optimè in hac constitutione describitur æqualis vel inæqualis, qui fit per turnas, vt dicimus aliquo superaddito: seu precium fit, seu alia res. In quo tamen quando alia res quàm precium superadditur, dicit Bartol. quòd si vendo animo faciendæ venditionis, est venditio: si animo permutationis, erit permutatio. inspicitur enim id quod principaliter agitur: vt ipse tradit in l.1.ff.de re.permuta. & in l.si in emptione ff de contrahen. emptio. l.Aristo. ff. de dona. Bald. in prælud. feudo. Moder. in c.quanto. de iud. postremò videas omnino Ioan. de Imol. in l. Aristo. allegata, qui optimè distinguit, neque quicquā omittit. Curtius autem in quarta parte feudō. latè disputat in fol. 12. colum. 4. an posset vasallus feudum permutare: quia hæc consuetudo non est conformis iuri, per quod illa permutatio non est venditio. sed in feudis aliud est ob mutationem personæ, contra c. imperialem.

Clientelarium prædium.

Permutatio in qua aliud quā preciū superadditur.

CAPVT LXXXIIII.

Cum eodem temporis cursu tam ex vasalli, quàm ex domini parte fides dissoluitur: nulla ex domini parte nunciatio necessaria est. Habebit tamen vasallus, fide per mortem ex sua parte deficiente dierum quadraginta spacium dominum, eiúsue domum adeundi.

¶ Casus. Vasallus & dominus eodem tempore erant mortui: sic ex vtraque parte fides deficiebat, an dominus debeat nunciare, vel hæres eius hæredibus vasalli? Respondetur, quòd non, quia sunt impediti circa funus domini. & hæres vasalli habebit quadraginta dies eundi ad hæredem domini. ¶ Glossa. Interdum accidit, vt patronus simul & vasallus moriantur: tunc ex vtraque parte fides dissoluitur: tunc necesse non est, vt hæredes vasalli ab hæredibus domini interpellentur: satis enim circa domini luctū occupati sunt, iuxta l 1. ff ex quibus cau. maio. similiter vasalli hæredibus datur spacium legitimum. De luctus tempore hic non est quæstio: sed est text. in cap quia fœmina. 3. quæstio. 2. l. 2. & 3. ff de in ius vocand. §. penul. in Authen. vt cum de appella. cogno. Satis est de hac re dictum.

Feudum ex vtraque parte dissolutum.

CAPVT LXXXV.

Per oblationes à vasallo ritè factas censetur domino satisfactum, nec deinceps manus iniectionem timebit vasallus: nisi rursum à domino feudum inuadatur ex noua causa, idque vasallo rite nunciatum sit: aut interpellatio facta. Hoc enim casu vasallus post nunciationem ad exhibendum officium quadraginta dies habebit.

¶ Casus. Vasallus fecit oblationes suas domino: ipse verò dominus noluit accipere, & nihilominus impediuit feudum? Respondet litera: quòd non potest, & in possessione tuendus est vasallus. Sed quid si postea veniat adhuc alia mutatio? Respondet, quòd potest adhuc de nouo vasallus interpellari sicut prius. ¶ Glossa. Declarat præcedentes quæ de oblationibus loquebantur: & satis de hac re dictum per me & per Scribentes, in l. acceptam. de vsu. vbi requiritur consignatio & depositio: vbi Bald. late & Barto. in l. prætor. §. si paratus. ff. de ope. no. nuncia. l. Iulianus. § offerri ff de actio. empt. l. obsignatione C. de solut. Et hic est ratio legis. quia per oblationem à lege concessam satisfecit.

Consignatio.

CAPVT LXXXVI.

Si ex domini parte fides deficiat, isq; prehendat feudum: fructus suos nō facit ante diem quadragesimum, quippe cū huiusmodi prehensio simplicis nunciationis instar sit. Quo elapso tempore, si vasallus fidem iurare domino recusauerit: ex negligentia fructus maturi domini lucro erunt, quicunque ab eo percepti sublatiq; post temporis metam docebuntur: prout in prioribus edictis statuimus.

¶ Casus. Dominus erat mortuus. hæres eius inuasit feudum manus iniectione, & saisiuit fructus. Lex dicit, quòd ante quadraginta dies sui non fient. post illud tempus omnes, qui maturi erant, & ab eo percepti & ablati, acquiret: refundendo tamen sumptus colono, vt prædictum est. ¶ Glossa. Declarat, vt prius. De maturis fructibus habes tex. in l. Iulianus §. si fructibus ff de actio. empt. l. si fraudator. §. fructus. ff. quæ in fraud. credit. & in §. is verò. Institut. de rer. diui. satis multa dixi de fructibus. & extendit ad nouum casum, quando ex parte domini fides defecerat.

Fructus maturi.

CAPVT LXXXVII.

Si vasallus feudum annuæ pensionis titulo distraxerit ea lege, vt pēsionis

nis onus per emptorem possit redimi, vectigalque ipsum extingui: ex eo contractu nihil laudimij patrono præstãdum venit, nisi ius feudi, quod habebat vasallus, emptori tradiderit: tunc enim mera venditio est. Vbi tamen ex pacto pensio redempta erit: quintus ac subquintus nummus patrono pensitabitur.

¶ Casus. Vasallus vendidit Titio feudum pro annua pensione: vtputa, tradidit ei ad decem modios frumenti annuos, ea tamen conditione quòd emptor posset tradẽdo certam pecuniam redimere: quod dicitur dare ad rentam redimibilem, vt dato precio certo ipsa renta extinguatur. quæritur vtrùm ex tali contractu debeatur laudimium? Lex dicit quòd sic, quando tradidit ei omne ius quod habebat: & non retinuit ius feudi vel fidem. Sed quæro vtrùm eo tempore quo redimitur redditus aliquid debeatur? Lex dicit, quòd debetur quintus & subquintus denarius.

CAPVT LXXXVIII.

Vbi feudum pensionis titulo sine redimendi facultate vasallus tradit: fidemque retinet: ipse fidei causa patrono semper obnoxius erit, eiusque rei immunem emptorem præstabit.

¶ Casus. Vasallus dedit feudum ad pensionem, vel rentam annuam sine facultate extinguendæ vel redimendæ pensionis sibi retenta fide. Lex dicit quòd emptor non tenetur ad aliquid patrono. ¶ Si vasallus. Hæc constitutio venit ad declarationẽ eorum quę dicta sunt in 2. & 3. cap. huius titu. & contractus iste emphyteoticario similis est: sed datur facultas redimendi pensionem, quod dicimus dare fundum ad redditum redimibilem, qui contractus differt à contractu de retrouendendo: de quo in prioribus cap. clara sunt quæ hic traduntur, & latius in præced. declarata. & hæc est vna species noua, quæ per casus hic positos satis declaratur, & in præce. allegatis.

Contractus nouus de redemptibili pensione.

CAPVT LXXXIX.

Is qui feudum censius redditúsue annui titulo distraxit retenta fide: ipse præstare fidem atque omnia iura domino persoluere debet, nisi aliter cum emptore conuenerit.

¶ Casus. Limitat præce. vt non debeat emptor esse immunis à præstanda fide, quando inter eos sic conuenit, quòd ipse solueret, vel hæredes eius pro mutatione, vel alio modo. ¶ Glossa. Addit ad præced. & limitat, nisi aliter conuenerit, quod est clarum per argu. l. non omnis. ff. si certum petat. De censu dicetur suo loco.

CAPVT XC.

Mortuo vasallo feudum patronus potest inuadere. Verum ex eo ante quadragesimum diem tollere quicquam prohibemus. Quo lapso tempore fructus maturos auferre sibique acquirere potest, donec hæres vasalli fungatur officio. Idq; refusis, vt prædictum est, cultori vtilibus impensis.

¶ Casus. Patronus post mortem vasalli inuasit feudum, & saisiuit. Lex dicit, ꝙ potest ante aliam nunciationẽ: sed non potest ante 40. dies aliquid auferre: & post illud tẽpus semper fruetur maturis fructibus, donec vasallus satisfecerit: refusis tamen expensis. ¶ Glo. Clara est consuetudo, & in præce. sæpe materia eius tradita est. De exceptione expensarum vltra prędicta dicas, ꝙ est iustissima, per l. in hoc iudicio. ff. commun. diuidun. l. si in area. C. de rei vendica. vidisti superius quo pacto annus de iure datur hæredibus. hic nõ dantur 40. dies. ego illic abundè dixi: nec est quicquam quod videam dubium.

Expensarum exceptio iusta.

CAPVT XCI.

Vasallus inita fide ritéue factis oblationibus aduersus dominũ Interdicto agere potest ratione possessi feudi ab eo profecti.

¶ Casus. Vasallus fecerat fidem, vel oblationes debitas: dominus tamen turbabat eũ in possessione. Lex dicit, quòd habet interdictum, & querelam, quæ datur pro possessione. ¶ Glossa. Hic tradit remedium quod vasallo datur contra dominum, qui eum in possessione turbare velit, vt moueat querelam nouitatis, & interdicto vtatur aduersus eum. l. 1. ff. vti possi. vbi gl. 1. ponit exemplum de proprietario, qui turbat vsufructuarium, & in l. in summa. eo. titu. quę ad hoc citatur, quod interdictum illud datur etiam interdũ pro rebus incorporalibus. Potest enim agere adipiscendę ad habendam saisinam. & possess. feudi sui, si non habuerit eam: vel recuperandæ, si habuerit: & retinendæ, si turbetur. Et ne referam ea quæ latè scribit Curtius in tracta. feud. fol. 55. habes text. in cap. 1. si de feu. fue. controuer. inter dom. & agna. & c. 1. si de feu. fuer. contra. inter dom. & vasal. vbi probatur, quòd vasallus in possessione tuendus est, & ei deferenda est, cuius possessio per anulum, vel baculum acquiri potest: vt Dyn. in c. 1. de regu. iur. lib. 6. cum vulg. ego de interdictis dixi in titu. suo: infrà tu vibebis.

Vasallo aduersus dominum datur interdictum.

CAPVT XCII.

Si inter duos dominos de alicuius prædij feudo contentio sit: vasallo fructuum perceptio decernetur

 facta

facta apud iudicem oblatione atque depositione iuriũ, quæ ipsi iudici soluenda videbuntur, tuncque pendente lite à superiore vasallus in fidem recipietur.

¶ Casus. Erant duo qui certabant de feudo alicuius fundi: quia vterq; dicebat, q; erat suum: Vasallus nesciebat cui solueret, Lex dicit, q; debet ponere & offerre in manus iustitiæ, id quod iudici videbitur: & pendente lite à superiore loci vasallus in fidem recipietur. ¶ Glossa. Hæc constitutio est ferè ad formam l. litibus. C. de agri. & censi. per intellectum Pla. quem illic Bar. in fi. refert: vt verus est in se. In ea enim l. fit mentio de depositione seu sequestratione: & de arbitrio iudicis in simili quæstione. & in fi. Bar. dicit, q; si inter duos dominos quæstio sit de fundo, colonus neutri restituet fructus ante sentẽtiam: sed satisdabit. hic tamen requiritur depositio in manus iudicis & realis oblatio: ideo quia tutius est, in omnem euẽtum, vasallus alterutri litigantium debet, melius ergo est, vt deponat. argum. l. fin. C. de pet. hæred. in prima parte. De hac consignatione in iudicio facta copiosè tradunt Bald. & Scri. in l. acceptam. C. de vsur. & suprà dictum est.

Fundamẽtum in iure quando inter duos dominos est quæstio

CAPVT XCIII.

Si ex tribus oblatis anni prouentum patronus optauerit: eoq; anno in feudalibus prædiis syluę cæduæ secutim expectent, aut stagna rhetibus ac cymbæ sint parata: non ita totã syluam cædere, aut omnem piscaturam capere: sed vnius duntaxat anni æstimationem consequi poterit.

¶ Casus. Videtur corrigere superiora, quibus dicitur, q; occupanti & prius cedenti, vel leuanti bondam, acquiruntur. Vide quę illic dixi. & intelligas sequentia ex præcedentibus: nisi dicas, quòd hic statim tempore optionis elegit anni prouentum, cùm sylua erat matura, vel stagnum: tunc non habet nisi annum: ne in fraudem hoc nimium exigeret & eligeret, vt melius. ¶ Glo. De hac prius decisum est, & facit tex. in l. diuortio. ad princ. ff. sol. matri. cui conuenit ratio legis secundã naturã. ff. de reg. iu. & Bar. in l. pe. ff. de annu. leg. Ita autẽ, vt summarie dicam, Alex. in nemore ponit exemplũ in d. l. diuortio. referẽs Bal. tu videto: & prius dixi, sed hic loquitur quãdo eo anno elegit quo matura erant: tunc enim fieret in fraudem, vt dixi in casu.

Vnius anni æstimatio ex sylua cædua patrono datur.

CAPVT XCIIII.

Feudum prehensum patronus deteriorem facere non potest: nec ædificia destruere, sed conseruare, stabilire, & diligentis patrisfamilias more frui debet.

¶ Casus. Dicit q; dominus qui saisiuit feudum, debet ipsum colere, nõ diruere nec demolire: sed tanquã bonus paterfamilias custodire, & vti arbitrio boni viri. ¶ Glo. Eundem casum in feudo ponit Barto. in l. diuortio. ff. solut. matri. in §. si fundum, sed loquitur in emphyteota & vasallo, qui quanuis vtile dominium habeant: non possunt tamen arbores fructiferas cædere, vel deteriorare fundum. Hic autẽ loquitur in domino, qui quanuis sit directus: non tamen potest eadem ratione in præiudicium vasalli rem deteriorare. facit l. in fundo. ff. de rei vendi. l. forma. §. si vites. ff. de censibus. l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure fisci. l. si ita. ff. de vsu & habi. facit etiam tex. in §. fin. ff. de loca. vbi glos. loquitur de diligenti patrefami.

Res deterior fieri non debet per possessionem.

CAPVT XCV.

Cuiuslibet syluæ extra gruariam sitæ iugeri redemptio quatuor solidorum est: in gruariis duorum, quæ in Aureliana sylua sunt: quæ verò in Sicalonia, vbi etiam gruaria erit triũ.

¶ Casus. Hic ponit certam quantitatem, quæ in syluis præstatur ꝓ renouatione feudi: vt quatuor solidi pro vno arpẽto: in gruaria Belsiæ, duo: Sicaloniæ trium. ¶ Glo. Dicit quantũ debeatur pro vnoquoq; iugero seu arpento terræ in syluis redimendo. Aureliana autẽ sylua est in Belsia. Sicalonia quasi frumentaria dea: & est in Aquitania. Ligeri enim discernitur. de gruaria prius dictum est.

Belsia belluam solum

Sicalonia frumentaria à fis. st Græce.

CAPVT XCVI.

Vbi vasallus ritè se in fidem contulit, & iura omnia patrono persoluit: si ob æs alienum à creditoribus prædia prehensa, venditionique addicta sint: ex ea causa feudum minimè apertum erit, eoq; patronus non fruetur. Nec enim fides ob id censetur dissoluta: donec subhastatione facta, feudum sit emptori ex decreto traditum: nisi interim vasalli morte, aliisue modis aperiatur. Iudiciaria autem manus iniectio quenquam possessione non destituit.

¶ Casus. Vasallus in fidem receptus, habebat multos creditores, à quibus ita vexatus est, vt feudum suum venditioni sit addictum: & per iudicem ipsi in eius possessionem missi sunt, vt pro debitis venderetur, & eis satisfieret. Dominus statim voluit ea prædia saisire. Lex dicit, quod non potest ante venditionem perfectam: nisi interea ob aliam causam apertum sit feudum. Et in fine dicit, quòd manus iudicis non desaisit possessorem. ¶ Glossa. Quoniam venditis aut confiscatis bonis feuda non continentur, vt dicit

Feuda non confiscantur de iure

dicit Barto. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. & latè Ioan. de Plat. an possint in solutum dari in l. apud eum. C. de censi. & censito. libr. 11. videbatur, quòd non possint pro ære alieno à creditoribus capi, & distrahi sicut cætera pignora, quia id fieret in domini directi præiudicium. Tamen ista lex aliud statuit. Sicut enim hoc iure vendi à vasallo possunt, ita pro debito capi: & ex decreto plus offerenti ac vltimo licitanti tradi. argumen. l. in venditione. ff. ex qui. cau. in pos. ea. vbi in venditione bonorum, quæ fit per creditores etiam vsusfructus debitoris venit; sic & feudum quod vsufructui comparatur. De ipsa verò subhastatione, de qua Bartol. in l. licitatio. ff. de publica. & Ioannes de Plat. in l. 1. C. de fide instrumen. & iure hastæ fisca. libr. 10. ego sum latè dicturus in titu. de subhast. infrà, finis autem istius legis est contra l. in venditione. allega. vbi creditor habet possessionem: percipit fructus & locat. & sic desaisinat (vt dicunt) debitorem iusticiæ manus. & in l. iustæ. ff. de acquir. posses. cum similib. sed hic mitius cum debitore agitur, vt interim possideat & fruatur.

Feudũ an per creditores vendi possit.

Iusticia manus an desaisinat.

CAPVT XCVII.

Vbi plures directi domini sunt eius loci, vnde feudum aliquod profectum sit: neque illic habitationem habent, satis est clienti, si apud eum locum oblationes fecerit: tum cuipiam eorum id nunciauerit, qui intra viginti miliaria inuentus fuerit: ipsi aut apud eius domicilium. Nec in omnium fidem, sed vnus sese conferre vasallus necesse habet.

¶ Casus. Vasallus habebat multos dominos feudi. queritur quid sit ei agendũ, quando illic non habitant? Lex dicit quòd sufficit adire vnum eorum, vel domum eius non vltra decem leucas: & illi facere obsequium & oblationes: non autem omnibus. ¶ Glossa. De oblationibus & domicilio plurima dicta sunt superius. hic de pluribus dominis, & an vni sufficiat fidem præstare, habes disputationem gloss. in cap. omnes. si de feu. fue. controuer. vbi scrib. & in c. imperialem. §. præterea. de prohi. alie. per illum tex. Panormit. & Felin. in cap. dilecti. de maio. & obedi. Bald. in l. libertus communis. ff. de in ius vocan. Iasonem in l. 2. C. de iure emphyt. colum. 17. Francischinum Curtium in 3. par. feud. Boerius de hac re scribit iuxta illud: Nemo potest duobus dominis seruire. Tu multa illic nota leges. piget enim referre tam sæpe dicta & communia.

Vasallus an pluribus dominis fidem præstet.

CAPVT XCVIII.

Si vidua nobilis liberorum tutrix ad secundas conuolauerit nuptias, sitque illis auus aut auia, his si voluerint, illorum tutela danda erit, sine laudimiis feudi gratia præstandis. Habebunt autem fructuum mobiliumque omnium lucrum, vsq; ad legitimam pupillorum ætatem, cum onere alimentorum & æris alieni, vt prædictum.

¶ Casus. Mater nobilis ad secunda vota transiit, quæritur cui danda est liberorum tutela? Respondetur, quòd dabitur auo vel auiæ eorum, qui pro eis & feudis eorũ nihil soluẽt, & habebunt fru. & mobi. vsq; ad ætatem eorum: & habebunt etiam onera eorum. ¶ Glo. Clara est hæc constitutio, & penè superflua: vtpote tam sæpe in præcedentibus exposita, vbi de tutela dicebatur: eratq; illic collocanda: non hoc in loco, vbi iam ad aliam materiam digressum est. Et pro hoc præter multa facit quod dicunt mihi hodie Moderni in expositione l. precib. C. de impu. sub. quòd opin. Bart. quæ habet quòd compendiosa fa- uore matris, quæ est in medio, non est directa: non habet locum quando mater ad secunda vota transiuit: vbi legas Decium.

Contra matres secundo nubentes.

CAPVT XCIX.

Ecclesiæ cæterique mortuam manum habentes, feuda vlla quærere ac possidere in patroni præiudicium nequeunt. Acquisita verò cuipiam alterius conditionis tradere ac emancipare debent, qui liberam administrationem ac alienationem habeat: ita vt iura feudalia nullo pacto deteriora efficiantur. Post factum verò ipsis distrahendi præceptum anni spaciũ habent, vt distrahant, emptoremque inueniant. Quòd si patronus eos per vicarium habilem semel admiserit: vbicunq; feudi mutatio fiet, per vicarium recipientur.

¶ Casus. Quæritur vtrùm ecclesiæ & monasteria, & alij habentes mortuam manum, possunt acquirere vel tenere feuda? Responde, quòd non possunt possidere: sed tradere debent ea quæ habent, alterius cõditionis homini, qui possit seruire per se: & non faciat iura domini deteriora. Et debet eis fieri præceptum, vt se desaisiant: & habent annum postea ad distrahendum. Si verò patronus semel receperit eos per vicarium: semper in omnibus mutationibus recipere vicariũ tenebitur. ¶ Glo. Ecclesia, monachi, mendicantes, cæteriq; qui mortuam manum habere dicuntur, q. habẽt liberam administrationem seu alienationẽ rerum suarũ, & facilis executionis non sunt: nec etiã dominum in bello iuuare possunt: incapaces sunt feudi. c. 1. §. si clericus. si de

Mortuam manum habentes.

feu. fue. contro. & nunquã dicitur mori ecclesia, vt videbis in fine tituli cano. & maximè Barbat. in Rub. de feudis, in antiquis, qui concludit episcopum, neq; posse feudum acquirere, neq; feudo etiam antiquo succedere. nam vadit ad agnatos, neq; nouum: nã reuertitur ad dominum, nec potest per substitutũ seruire. nã videtur electa industria personæ: de quo, quia est quæstio scholastica, habes gl. quæ non audet decidere in d. § si clericus. & cano. in c. potuit. de loca. l. 3. C. de iure emph. & Cyn. de mortua manu. aliter loquitur in Auth. sed episcopalis C. de episc. & cler. dicit tamen Barb. q; de æquitate interdum admittatur substitutus: dicã in c. fi. hoc tit. nostro. plura de hac re, tu illic videas, q̃ scribemus.

Episcopus an non habeat feudum.

CAPVT C.

Quòd si intra annum à se feudum minimè abdicauerint, patronus inuadet prædia: fructusq; acquiret, donec id fecerint: possunt autem 60. annis id contra patronũ præscribere. Tunc enim ob illam diuturnam possessionem non distrahere cogendi sunt, sed vicarium præstare sine laudimiis: ex eo autem quo vicarius admissus erit, cuiuslibet vicarij morte laudimia pro redemptione pensitabunt.

¶ Casus. Ecclesia erat per patronum, vt alij capaci feudum daret, post annum erat contumax: Lex dicit, q; patronus saisibit feudum, & fructus acquiret donec illud fecerit. Sed quæritur vtrum possit istud præscribi? Respon. q; sexaginta annis possidendo sine præcepto distrahendi præscribit. Tamen dabit vicarium, & singulorum vicariorum morte soluet redemptionem. ¶ Glossa. Ista est pœna qua plectuntur vasalli, vel hi qui non obtemperãt edictis feudariis, vt in patroni possessionem feudum redeat: donec satisfactũ edicto fuerit, quod prius sæpe visum fuit. Hic habes præscriptionem sexaginta annorum: cuiusmodi non est ordinariè in iure, sed vel decem ac viginti, vel quadraginta ac triginta, vel centum contra ecclesiam. Hic autem sexaginta ponit, quia ferè hominum vita est breuior, vixq; excedit annum sexagesimum. Estq; velut tantum tempus, cuius mihi memoria non extat, licet hodie apud nos viuant longè seniores, & qui annos centum superauerint, quinque afferant se, ac meminerint Ioannem puellam quæ aduersus Anglos pugnauit: obsidionemq; illam vidisse. Ad materiam vide quæ dicemus in fine titu.

Præscriptio 60. annorum.

Ioanna puella.

CAPVT CI.

Patronus qui fundum manus iniectione possidet, vectigal feudo impositum soluet. Res enim cum onere transit, vt prædictum.

¶ Casus. Ego accepi rem in feudum à Titio, quæ debebat onus aliquod vel redditũ: ipse saisiuit illud pro fidei defectu: an teneatur soluere redditum annuum, vel onus pro feudo dum gaudet fructib. ipsius feudi? ¶ Glo. Vidisti superius de hac re: sed loquitur hic quando vectigal est infeudatum: illic dicebat quòd non soluet illud quod erat impositum à vasallo sine eius consensu.

CAPVT CII.

Frater senior (vt prædictum fuit) pro se ac reliquis in fidem se conferre potest. Quòd si egerit, in eorum iniuriam, reuocare nequibit, nisi cæteri pro se fidem obsequiumque ferre velint. Hæc satis clara est iãq; exposita, sed addit quod beneficium collatum non reuocatur in his quæ momentanea sunt: etiam propter ingratitudinẽ: in aliis secus. l. hoc iure. ff. de don.

¶ Casus. Frater antiquior fidem pro fratribus ac sororibus fecerat: postea iratus in eos voluit reuocare: an possit? Lex dicit, q̃d non, eis inuitis & nolentibus sese in fidem conferre.

CAPVT CIII.

Si vicarius ab his oblatus, qui manum mortuã habere dicuntur, ac receptus religionem ingrediatur, atq; profiteatur, ac postea ex domini parte mutatio fiat ante illius vicarij obitum, potest feudum quod apertũ est, prehendi post interpellationẽ legitimã mero vasalli damno: donec nouus vicarius oblatus fuerit. Dantur autem hoc casu vasallis interpellatis post nunciationẽ dies quadraginta ad vicariũ nominãdum, qui sine vllis laudimiis intra id tẽpus admittetur.

¶ Casus. Vicarius datus & receptus intrauit religionẽ, & professus est, & postea ante eius decessum dñs mortuus est, vel mutatio ex eius parte facta. Lex dicit, q; post summationẽ, id est denunciationẽ de dando alio vicario factam feudum erit apertum, sed post denunciationem habet ecclesia 40. dies ad nouum vicarium dandum sine vllo sumptu. ¶ Glo. Volo hic de huius rei materia, prout pollicitus fui, copiosè differere. Et primò dico, q; neque feudi neque iuris emphyteotici, neque census translatio fieri debet in personam, per quã conditio domini efficietur deterior, etiã permissa alienatione: quod not. cõtra eos qui vendunt feudum tyrannis, ita Card. & scrib. in c. potuit. de locato. in glo. in ver prohibere. Specul. in titu. de locato. §. nunc aliqua. ver. 117. & duobus versi. seq. qui refert quod de

Feuda clericis non dantur.

Cōsuetudo prouinciæ huic cōformis. de consuetudine in prouincia obseruatur, quòd si ecclesia reperiatur habere emphiteosim priuati, tenetur illam vendere intra annum. & Petrus de Anchi. dicit quòd omnis persona, per quam domini cōditio deterior fit, est prohibita, vnde Andreas de Iser. in c.1.§. idē potest. de alie. feud. dicit, quòd si datur alicui feudū ea lege, vt possit illud alienare ad libellum sine consensu domini, non poterit illum ecclesiæ concedere, per tex. vbi est casus, quòd si vasallus possit alium infeudare, de feudo non *Ecclesia nō moritur.* poterit infeudare ecclesiam, quo text. reddit optimam rationem, cum ecclesia non desinat esse hæres: quia nunquam moritur: cōditio domini efficietur deterior. Vide huc gl. in c.1. de loca. quæ etiam scholares annumerāt inter eas personas, quæ non possunt accipere alienationem emphiteo. sicut nec potentiores. Tu etiam videas optimum text. in c.1. & c. secundum, ne cleri. vel mona. vbi debent repelli omnino clerici & monachi à firmis seu pensionibus & conductionibus, vbi in d.c.1. glos. est in ver. cōductores, quam Panor. commen- *Clericus successor pro tempore prædecessoris firmam possidet.* dat in c. quia. 5. de iudi. quòd clericus succedens, pro tempore prædecessoris debet firmā possidere: non sic esset in feudo, vt hic: habes etiam tex. not. in c. liber. titu. 2. 12. q. 2. perpetuo enim viuit, & nō moritur ecclesia, & tex. in c. qui clericus. si de feud. fue. contro. inter do. & agna. & in c.1. de mili. vas. qui arma belli depo. c.1. an mutus, vel fur. c.1. §. fi. de feud. fœmi. gloss. not. & Bart. in l.1. C. de legi. facit dictum Cyn. in Authentic. ingressi. C. de sa- *Feudū reale à clericis possidetur.* crosf. eccle. dicentis, quòd feudum personale non transit in monasteriū reale: sic, quia non est propriè feudum, pro quo reale tantū ministerium debetur. & Bald. in l. Deo nobis. C. de episc. & cle. cum multis remissionibus, quas facio ad Alex. in consi. 10. in 5. vol. vbi in quadam fœmina consuluit contrarium: sed erat alius casus. Huc facit qd' concludit Barba. in Rub. de feudis, quòd episcopus nō succedit patri in feudo de iure, per ca. si clericus. si de feudo fue. contro. & Bald. in l. quisquis. C. de episco. & cle. quòd si vasallus est inhabilis ad feudum ab ipso initio, vel ex post facto secundum naturam feudi: vt quia fœmi- *An liceat per substitutum seruire in feudo.* na, mutus, vel clericus: non licet ei seruire per substitutum, per d.c. qui clericus, cum simi. allega. promotus tamen ad minores ordines seruiet per substitutum: neque intelligitur renunciasse feudo. glos. in c.1. de benefi. fœmi. nemo etiam Deo militans debet secularibus negociis se implicare: nec duobus dominis seruire. 23. q. 8. c. reprehensibile. cum simi. gl. solennis in l. de quibus. ff. de legi. Hic autem admittitur per substitutum, iuxta d.l. quisquis. sed de voluntate patroni. Et loquitur generaliter de omnibus habentibus manum mortuā, & prohibitis alienare. In substituto autē requiritur qualitas & habilitas: vnde iuxta l. parabolani. cum vulga. vicarius ingressus monasterium, non est amplius capax: sed alius nouus dandus erit, & ego dixi de substitutis. infrà. tit. de laudimiis. De professione, vide scrib. in Authen. ingressi. C. de sacrosf. eccle. Hic tandem not. quòd patronus non tenetur, nisi velit admittere substitutum per rationem §. præterea. de prohi. feud. alie. quia videtur electa industria personæ. arg. l. inter artifices. ff. de solu. vt Ioan. Calda. tit. de feu. dixit. Sic huius tituli finis erit. *Dominus nō tenetur admittere substitutū ab initio.*

De Censibus.

CAPVT I.



Census non soluti die ac loco præstitutis quinq; solidorum mulcta esto. Tametsi in plerisque locis nulla est pœna, aut triū duntaxat solidorum indicta: alibi verò marrarum prehēsio fit, alibi aliæ mulctæ; quæ ex census conditione deciduntur. Nec deprecanti culpam debitori pœnam remittere inuitus dominus cogitur.

¶ Casus. Titius debebat censum pro fundo suo soluendum Calendis Ianuariis in certo loco, vbi solui solet: ipse non soluit die ac loco præfixis, quæritur qua pœna puniatur: Respondet litera, quòd debet soluere quinque solidos pro pœna. in aliis locis est alia cōsuetudo, & dominus census non tenetur remittere pœnam volenti purgare. ¶ Glossa. Census apud Ro. erat æstimatio rerum ac facultatum cuiuslibet Romani ciuis quantum quisque bonorum haberet: vt inde pro modo facultatum viritim tributū penderetur. *Cēsus quid esset apud Ro.* Huic rei præerat censor magistratus. de qua re apud Gellium & Budæum plurima. Hinc & Io. de Pla. in tit. de anno. & tribu. C. lib. 10. & tit. de censi. C. libr. 11. & scriben. in plerisque locis. Post Bar. in l.1. §.1 de publi. & Ioan. Fabrum in §. adeo. Instit. de loca. dicunt censum tributum publicamq; pensitationem idem esse. Ita enim cautum est. l. ætatē. de cen- *Census. Tributum.* si. ff. l.1. & 2. de censi. C. li. 11. c. 2. de censi. quod datur principi aut superiori in signum, vt dicunt, subiectionis. Interdum verò census est pensio quædam, quę debetur cuipiam priua- *Pensitatio. Census priuatus.* to annuæ præstationis titulo ob fundos in cēsum ab eo acceptos, aut ecclesiæ aut ciuitati. est enim reale onus rei causa debitum reiq; incumbens: vt scrib. in l. 1. sine censu vel reliq. C. quando quis alteri fundos tradidit, omneq; dominium in accipientē transtulit ob annuam pensitationem. Quæ res ab emphiteosi differt, qua vtile tantum dominium ab- *Census ab emphiteosi differt.* dicatur. Si nō soluto censu per trienniū quis non priuatur iure suo, vt est in emphiteota: vt latius Ias. in l. 2. C. de iure emphite. & Boerius de hac re multa congerit. & pulchrè Iason in tit. de feud. colum. 18. post Imo. in c. ad

audientiam. de reb. eccl. non alie. column. 2. habes etiam copiosè de hac re dicentem Felinum in c. ad audientiam. colũ. 7. de præscrip. & scri. in l. 1. C. in qui. cau. pig. ta. contra. & in tit. de censi. & per æquatoribus. C. de censi. in anti. & l. census. ff. de proba. & in tit. de censi. in 6. & clem. per Goffre. Host. & Azo. in Summis. De censu publico & priuato videas in l. forma. ff. de censi. De possessorio pro censu non soluto. Cyn. Bartol. & scrib. in l. si certis annis. C. de pac. Hæc autem iura ex consuetudine legem accipiunt: vt scrib. in Rub. de sacros. eccle. C. in l. domini prædiorum. de agri. & censi. C. li. 11. & hic cauetur de eo quod dicitur certa die & loco solui debere. adduco tibi text. nouum in l. cum possessor. in §. pro pecunia. ff. de censi. in versi. quod sua die non est solutum. In text. marrarum. hoc vocabulo vtuntur & boni authores, vt Columella: & nos vernaculo sermone vtimur. & Iuue. Non desint sarcula marræ. De materia census plurima videas apud canonistas, in c. cõstitutus. de religio. domi. Et not. quòd dominus recipiendo censum præteriti temporis, censetur remittere pœnam, etiam si esset prælatus. gl. l. 2. C. de iur. emphi sing.

Possessoriũ pro censu datur.
Census iura ex cõsuetudine reguntur.
Census certa die solui debet.
Marra latinum vocabulum.
Censum recipiẽdo pœna remittitur.

CAPVT II.

Censualis dominus ob reliquias census non soluti, ac mulctam iuraque censualia sic experiri potest: vt si domus causa census debeatur, eam cẽsuali debitori affixis obstaculis obicibusque præcludat: ædesque obstructas impediat. Sin ager frumentarius vitisve sit: apposito fascis symbolo interdicat. Quòd si debitor nunciatam sibi manus iniectionem violauerit: quinque solidis mulctabitur. Si tamen dominus censuarius iurisdictionem habeat, aut iudicis authoritate manum iniiciat, in violatorem sexaginta solidorũ pœna erit, ex quibus quinq; illi domino, qui aliud imperium præter censum non habuerit, adiudicantur.

¶ Casus. Cum census non solueretur, quæritur quod remedium detur domino? Respondetur, quòd si sit domus, pro qua debetur census, poterit obstrui & obstaculari: si sit fundus, apponetur signum vel fasciculus, vel brãdo, per quem significabitur interdictum, & impeditum esse fundum. Et si dominus fundi fregerit, vel violauerit saisinam, punitur in quinq; solidos: si dominus census iurisdictionem habeat, vel superioris opem imploret: ille punietur in sexaginta. ¶ Glossa. De iure canonico non imponitur census personis, præterquam à principe. Rebus autem imponitur à priuatis, vt à patronis, prælatis, & fundatoribus. c. constitutus. de relig. domi. ca. preterea. de censi. cum simi. Si quis igitur censum non soluerit rei causa debitũ, qui realis dicitur de iure: datur domino possessorium pro annua præstatione alleganti diuturnam possessionem. est enim tuẽdus in possessione. c. peruenit. de censi. secus pro personali: vt not. Paul. & Innocen. in d. ca. peruenit. & scrip. in l. si certis annis. C. de pac. Hic autem cauetur domino, alio remedio per manus iniectionem seu interdictionẽ, vt in feudis dictum est. & mulctam quandoq; illi soli applicandam, quandoque etiam superiori. Habes etiam tex. quia de forma huius consuetudinis non loquuntur, alij in l. cum possessor. §. fina. ff. de censi. vbi etiam bona & prædia distrahuntur pignoris iure. Sed dicas illum tex. loqui in tributis principis. tamen etiam tandem hoc decerneretur à iudice nimiam contumaciam, nolentis vnquam soluere censum. & per formam titu. de bo. aucto. iudi. possi. De census præscriptione dicam aliquid boni in fi. tituli. Videas autẽ Bal. in l. censualis. C. de dona. de eo qui rem suam in censum ab alio recognouit, an videatur donare. & alia quædam illic à scribentibus tradita.

Dispositio iuris cano. circa censum.
Interdictũ pro censu non soluto datur.
Censuales cognitio, an donatio sit.

CAPVT III.

Si dominus iure suo manus iniectionem fecerit: isque qui fundum possidet, se opposuerit, si vel ex eius confessione, vel ex charta censitoria, vel aliàs legitimè de iure census debiti doceatur: manus iniectio rata erit.

¶ Casus. Dominus census pro censu non soluto saisiuit feudum: dominus feudi se opposuit. quæritur, cui incumbat onus probandi, & quomodo probetur? Respondetur, quòd incumbit petenti: & probatur per papyrum censualem, vel aliis modis. ¶ Glossa. Quod credatur lib. censuali, facit tex. quẽ tibi pondero. in l. qui grauatos. in verbo codicũ oblationem. C. de censi. lib. 11. Adde doctri. Bart. in l. quædam. §. nummularios. in fi. ff. de eden. quòd creditur libris eorum qui præsunt gabellis & collectis stationariorum. & vide dictum singu. Ang. quod Iason refert in l. tradit. C. de pac. in sex. limi.

Libro censuali credi debet.

CAPVT IIII.

Censuum varia genera sunt. Quidam enim laudimiorũ venditionumque iure sunt. quidam chirotecarum & venditionum simplicium. alij verò vini & venditionis. alij simplicis venditionis. ex prima specie sexta precij portio debetur, quod dicunt ex franco octo albos præstari. ex secunda pro quolibet (vt aiunt) franco sexdecim dena-

denarij Parisienses: & insuper vnum par chirotecarũ. ex quarta sexdecim ex franco denarij Parisienses. ex tertia specie sexdecim, vt prædictum est, denarij, & insuper ex toto vna vini metreta, quę iallia vulgo dicitur. Quæ res ex loci consuetudine ac domini vsu deciditur, eaque ab emptore debent pensitari.

¶ Casus. Hic ponit diuersas censuũ species. vnus est census pro quo debetur laudimia & venditiones. Vnus est pro quo debentur chirotecæ & simplices venditiones. Vnus est pro quo debetur vinum & vẽditio: vnus pro quo sola vẽditio pro censu primæ speciei debetur sexta pars precij de sex aureis. vnus pro secũda specie. vnũ par chirotecarum & pro quolibet franco sexdecim denarij Parisienses. Ex quarta specie dicti sexdecim denarij tantum. Ex tertia dicti sexdecim denarij & vna iallaya vini. & omnia ista per emptorem solui debẽt. & regulantur secundum diuersas consuetudines locorum. ¶ Gloss. Hic describuntur variè censuum species quę admodum Latine dici nequeunt: vt pleraq; in feudis dicta. & in aliis titulis dicenda quæ pro materię necessitate excusabitis. de hac autem consuetudine loquitur Ioã. Fab. in §. 1. de emptio. & vendi. Insti. & quòd vẽditionis pretium vel portio debeatur, quas ventas appellant; dicit esse in toto regno obseruatum. Hæc autem iura cõsuetudine locali deciduntur: vt scrib. Io. de Plat. in l. domini prædiorũ. de agrico. & censi. C. vbi dicit Bart. etiam in feudis idem esse quòd transit ad filios ex consuetudine etiam si nihil dictum sit. Idem in l. cum à socero. ff. de his quæ in frau. credi.

Censuũ species ex consuetudine.

Fundamentum.

Consuetudo loci in censu ac feudis seruanda.

CAPVT V.

Emptor prædij censuarij, aut deprecari, aut soluere laudimia pro regionis consuetudine intra octo quadragintáve dies ab emptione aliúdve ex census natura præstitutum tempus debet. Alioqui ob celatam venditionem sexaginta solidorum pœnam domino præstabit. Quæ tamen mulcta sola deprecatione potest euitari. Quòd si dominus illic non habitet, aut non reperiatur, vbi recipi census solet, & à procuratore, aut receptore, aut commisso recipi debeat: tunc adeundus est illius loci iudex, apud quem fiat oblatio deprecatióve. Verum si quis iudicis decreto fundum sibi traditum & venditum habuerit, in eam mulctam non cadat. nisi expressum fuerit emptori census soluendi onus illi prædio incumbẽs: nominato etiam domino cui debetur. Tũc enim dãtur emptori dies quadraginta, vt soluat, aut deprecetur.

¶ Casus. Quæritur, si quis vendat fundum censualem, nunquid debet soluere dominus census laudimia, id est releuationes, & intra quod tẽpus? Respon. quòd debet soluere intra quadraginta dies, secundum consuetudinem loci, vel naturam census. Sed quæritur nunquid illud ab eo peti debeat? dicit quòd non, sed ipsi domino census offerri. Et si celauit venditionem, ipse emptor debet sexaginta solidos pro pœna: quam pœnam euitabit, si pro censu deprecatus fuerit dominũ. & si dominus ibi non sit, vbi recipi solet census: sufficit ire ad iudicem loci, eiq; offerre iura laudimiorum & venditionis, vel deprecari. Sed quid si quis emit fundum censualem de manibus iusticiæ, vel decreti? Respon. ꝙ non tenetur ad illas pœnas, nisi dicta sit ei conditio census & cui debeatur, habet enim 40. dies ad soluendũ, vel deprecandum. ¶ Gloss. Hic nõ punitur qui à iudice emit: nisi ei dicatur onus. habet enim iustam ignorantiam. l. iuste. ff. de acqui. possess. not. in l. cũ vnus. ff. de bo. aucto. iudi. possi Item hic plectitur pœna 60. soli. quæ est communis in istis celatis venditionibus. & applicatur parti. Sola autem deprecatione euitatur: quia quando pœna applicatur, parti, potest remittere: etiam si pars fisco sit applicanda, vbi est delictum in omittendo, glo. sing. in l. 2. ff ad Sylla. Corsetus in sing. in ver. pœna. De adeundo iudice dictum est in titu. præcede. late: & hoc est consuetudinarium: alia statim habebis.

Emptor indicarius excusatur

Pœna à parte remitti potest.

CAPVT VI.

Si cui prædium censuarium in perpetuum vectigal sit traditum, cuius nomine redemptiones debeãtur: ita res agatur: vt cuiuslibet franci annui æstimatio sit decem librarum Turonensium: & cuiuslibet libræ causa sex denarij Parisienses exoluantur redemptionis nomine. vbi verò & laudimia & redemptio debentur: trigintaduos denarios emptor pensitabit: Item si vectigal in tritico & auena (vt dicunt) consistat: triticum illud & auena Aurelianæ mensuræ erunt ita æstimata, vt quemlibet frumenti modium viginti libris Turonensibus æstimemus: siliginis verò quindecim: auenæ atque ordei decem. pisorum fabarúmve ad frumenti instar: millium verò siligini æquipolleat: vbi erit maior mensura, eadem ratione æstimabitur. Porcus verò quilibet, si

præ-

præstandus sit, quindecim libris Turonensibus censeatur. vini cadus maior ad Aurelianam mensuram quadraginta libris turonicis. Capo quindecim solidis turonicis. Gallina decem. caseus annuus etiam decem solidis æstimetur. Debebit autem conductor emptórve rogatus censuario domino contractus instrumenta exhibere. Item iura illa quæ census nomine debentur intra prædictum tempus soluere: aut deprecari ne pœnam 60. solidorum incurrat.

¶ Casus. Titius emit fundum censualem ad redditum seu rentam perpetuam. quæritur quid pro eo solui debeat domino census? Respondetur, quòd si pro tali fundo debeantur solummodo venditiones, quælibet libra annua æstimatur vendita decem libris Turonensibus: & pro qualibet illarum librarum Turonensium debentur sex denarij Parisienses: ita pro vna libra annua debentur sexaginta denarij Parisienses. Si verò debentur laudimia & ventæ (vt dicitur) pro qualibet libra precij soluti vel æstimati, vt prius debentur triginta duo denarij. Si debeatur renta in tritico & auena, ęstimabuntur secundũ mensuram Aurelianam, pro quolibet modio frumenti annuo dentur triginta librę Turonenses emptori, de quibus soluet laudimia: siliginis verò quindecim: auenæ & ordei decẽ: pisorum & fabarum ad similitudinem frumenti: milij ad instar siliginis: vbi erit maior mensura, ad eandem rationem æstimatio fiet. Si debeatur porcus annuus, quilibet porcus quindecim libris æstimabitur. Si vnum dolium seu tonnellum vini ad Aurelianam mensuram debeatur, annuè æstimatur quadraginta libris Turonensibus. Si debeatur vnus capo annuus, 15. solid. si gallina, decem. Si caseus, etiam decem: & in fine quæritur nunquid emptor iste debeat ostendere literas suæ emptionis domino censuario. Dicit quòd sic, si petantur. & si non soluerit illa iura intra tempus consuetum: soluet pœnam 60. solidorum. ¶ Glossa. Dixit de emptoribus: nunc de his qui in perpetuum vectigal conducunt: qui dicuntur habere vtile dominium. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectiga. vel emphiteo. pet. vbi & gl. ca. Bart. §. adeo. Instit. loc. Bartol. in l. 1. §. quod ait. ff. superfi. Bald. in Authenti. qui rem. 3. colum. C. de sacro. eccl. Hæc autem verba quæ hic ponuntur, vulgaria sunt, & quæ facilè quisque intelligat. In his enim (vt prædictum est) ad cõsuetudines recurrendum est: vt dicit Ioan. Fab. in d. §. adeo. & §. 1. Instit. de emp. & vendi. cano. in d. ca. peruenit. de censi. De exhibitione instrumen. dictum est in ti. pręce. & est glo. & scrib. in c. 1. §. illud quorum. de prohi. feu. alie. per Frede. & in l. 1. C. de edé. l. si quis, & l. quædam. ff. eod. tit. Casus autem omnes, in quibus reus tenetur edere actori, videas per Feli. in c. 1. de proba. scrib. in ca. contingit. de fide instru. Colligit multa Socin. in regu. iur. in versi. edere actori. quæ superfluum est referre. sed ad hunc tex. facit quod not. Ioan. de Plat. in l. 1. C. de apo. publi. libr. 10. quo ad mensuras est consuetudo & communis æstimatio, de qua hic agitur.

Conductores perpetui.

Instrumenta exhiberi debent.

CAPVT VII.

Si prædium in vectigal redemptionis facultate concessa sit venditum, emptor laudimia soluet ad sortis æstimationem: neque tunc cum vectigal redimet, quicquam eius rei causa præstabit. Si verò vectigal sit venditum, eo quod fundo semper inhæret, ex ea re census domino laudimium debebitur.

¶ Casus. Ego vendidi tibi meum fundum censualem pro annua pẽsione vel renta. quæritur quæ laudimia debeantur? Respõdetur, ꝙ si illa pẽsio sit redimibilis pro certo precio illius precij, laudimia solui debent ab emptore: nec tenebitur iterum soluere, cùm redimere volet illam rentã. Sed quid si illa renta vendatur? Dicit quòd debetur laudimium: quia est fonciaria & primæua. ¶ Glossa. De facultate redimendi, & pacto de retrouẽdendo dictum est in fendis. Adde nunc singulariter quę de contractu simulato dicuntur per Paul. de Castr. in consi. 21. in nouis. Et an illa facultas reemendi pręscribatur. Ang. in consilio 55. incip. Iulianus. & variæ sunt opiniones. frequentior est, quòd triginta annis præscribatur, si retrouenditio non petita fuerit intra illud tempus. etiam si super ea re fuerit iuratum. Ita illic Ang. tenet. Ita tenet Feli. in Rub. de pręscrip. colum. antepe. non obstante mala fide. & est communis: nisi sit vsurarius ob modicitatem precij. ca. illo vos. de pigno. Barba. in consi. 51. vol. 3.

De pacto retrouendendi, an præscribatur.

Contra usurarios.

CAPVT VIII.

Si censitoria prædia pariter permutata fuerint æquali permutatione, inque diuersis censibus collocata sint: ex ea laudimia dominis debentur. Si verò in eiusdem domini censu vtrunque consistat, nihil debetur: nisi permutatio non rei ad rem, sed superaddito inæqualis fuerit. Tunc enim ex eo tantum quod ad species accessit, laudimium debebitur.

¶ Casus. Facta est permutatio vnius fundi censualis cum alio cẽsuali æqualiter sine tornis. quæritur an ex ea re aliquid debeatur domino census? Respondetur quòd non, si eidẽ domino

domino census vtriusque fundi deberetur: secus, si diuersis dominis. Et secus, si esset per tornas, quia eius quod superadditum est laudimium, debetur. ¶ Gloss. De permutatione æquali de re ad rem, & inæquali cum fiunt Turnæ, vt dicitur & superadditur, aut accedit precium, vel quippiam ex altera parte vt dictum est in feudis. Et ideo fit ista differentia, quia permutatio impar æquiparatur interdum venditioni, vt dicit Barto. in l.1.ff.de re.permuta. Cur autem distinguat, quando eidem domino vel pluribus debetur, non video bonum fundamentum, nisi ob diuersitatem iurium. Est ius cõsuetudinarium, vt fere omnia hæc iura sunt.

CAPVT IX.

Si quis omnia bona sua vectigalia fecerit, aut perpetuo, aut redẽptitio vectigali diuendito, non obligatis ad id expressíue specialiter quibusdam fundis, ex ea re nihil præstabitur. Si verò in certis prædiis constitutum sit vectigal, eaque sola vectigali sint obnoxia, secus erit. Ex vectigalis autem redemptione quicquam nõ debetur.

¶ Casus. Titius vendidit, vel constituit rentam super omnibus suis in genere. an aliquid debeatur domino census ex tali venditione? Respondet quod non, siue perpetua sit venditio, siue cum facultate redimendi. Aliud, si specialiter super vna parte, vel fundo vendiderit: tunc debetur laudimium, sed non soluitur nisi ex venditione, nõ autem ex redemptione vel retrouenditione. ¶ Gloss. Interdum vẽditur vectigal, quæ renta dicitur perpetuo, interdum sub redimendi facultate, vt prædictum est, & late in cap.2. de feud. supra. Quandoque etiam constitui dicitur vectigal in omnibus bonis generaliter, quod potest, sicuti etiam tacite possunt omnia bona pignori obligata esse, & expresse vt in titu. in quib. cau.pig.taci.contra. possunt etiam omnia bona donari, quæ materia latius tractatur à Iason, & scri. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor obligatio. cum simi. Quandoque verò specialiter quædam prædia nominantur obnoxia. Et primo casu in generali hypotheca non debentur laudimia, quædam enim dici non possunt vendita, aut obligata, sed omnia insolidum. In particulari secus est. quia constat an ea sint obligata, quæ sub illius domini censu sita sunt: &, in generali veniunt etiam bona quæsita per debitores post contractum. l.fi. C. quę res pigno. obliga. poss. Sed hic non est materia pignoris, vel hypothecæ tractanda, quia satis clara est hæc consuetudo.

Vectigal pro renta multiplex.

Donatio omnium bonorum an permittatur.

In donatione generali postea quæsita veniunt.

CAPVT X.

Si emptor prædij censuarij ob non solutum venditori precium rem emptam cedit, eamque venditor recipit, emptorem à contractu liberando: ex ea re debentur laudimia ex prima venditione.

¶ Casus. Emi prædium censuarium, & non habebam precium vnde soluerem venditori, quo casu ego dixi venditori conuenienti me ad precium, vt reciperet rem suam, & me liberaret à contractu emptionis, quòd ipse fecit. nunquid ex ea re debeatur laudimium? Dicit quòd sic. ¶ Gloss. Hæc constitutio nõ habet magnam æquitatem sicut pleræque, & videtur esse de rigore iuris, vt dici solet. Nam venditio consistit ex re & precio, neq; dicitur perfecta, donec precium sit solutum, vel fides habita. §. item precium. de emptio. & vendi. Instit. potest igitur ex consensu contrahentiũ dissolui. l. ab emptione. ff. de pac. l. nihil tam naturale. ff de regu. iur. not. in l. sicut. C. de actio. & obliga. Hic autem verte, & est materia quam tractat Iason, & scri latissime in d. l. ab emptione. de pac. q in tex. dicitur venditorem recepisse rem venditam, quia prius tradiderat emptori, est ergo opus traditione. erat enim ex vna parte perfectus contractus. & ea potest esse ratio huius legis, cur ex ea re laudimia debeantur. Dicerem ergo non deberi, si traditio facta non esset, quia ex neutra parte esset perfectus, & sic intelligo hanc literam. De qua re nolo post Iasonem vulgarissimum authorem, plura dicere.

Fundamentum iuris.

Ratio.

CAPVT XI.

Ex diuisione non debentur laudimia.

¶ Casus. Quæritur, si fratres diuisetint inter se fundos censuales: an debeãt laudimia? Dicit quod non. ¶ Gloss. De hac re satis superq; dictum est in feudis. de præscriptione verò, de qua in fine dicturum me recepi, recenter legi egregium commentarium Turonicarum consuetud. vbi de hac re multa post Boërium. Et post canonistas in cap. ad audientiam. de prescrip. vbi Feli. & remitto ad eos cum vulga. & aliquid opportunius dicam in tit. de præscrip. infrà.

Turonicæ consuetudines.

De laudimiis seu releuationibus arbitrariis.

CAPVT I.



Omnis census qui releuationum iure esse dicitur intra vrbem ac suburbia, vetereſque vrbis metas situs: arbitrarias releuationes, pensitationésve habet, nisi contrarium doceatur. Ea autem res est vnius anni prouẽtus. Potest autem is

cui

cui census nomine ea debentur iura, vt sibi satisfiat obstaculis, præclusioneque prædicta vti, quin & ædium fenestras, & valuas auferre, detinereque donec aut satisfactum fuerit, aut aliter à iudice decretum.

¶ Casus. Quæritur de releuationibus, quæ deberi dicuntur ex feudis censualibus propter mutationem, quãdo mutatur dominus prædiorum, quomodo debeãtur, & quid pro illis præstetur? Respondetur, quòd omnes fundi, qui sunt intra vrbem & suburbia, & antiquas barrerias, seu limites antiquos, debent, si releuationes petantur, soluere arbitrarias, & ad placitum, vt dicunt, id est vnius anni redditum vel prouentum. Et ille cui debẽtur, potest obstaculare, & etiam auferre valuas, & fenestras domus pro iuribus suis consequendis. ¶ Gloss. Ista iura sunt localia, & ex noua particulariq; consuetudine instituta. dicuntur autem releuationes, velut renouationes in feudis dicebantur, seu redemptiones quæ pensitantur dominis census quotiẽs contingit, aut morte prædialis domini, aut venditione, aut aliis modis, vt in sequen. cap. mutationem fieri. arbitrarias autem appello eas, quæ voluntariæ dicuntur ad arbitrium domini exigendæ: quæ res tamen vnius anni prouentu deciditur, vt est in feudis dictũ. Sicut mulctas, quas emendas dicunt, arbitrarias habemus, & actiones arbitrarias in iure: vt l. in actionibus. vbi pulchrè Bart. ff. de in litem iuran. l. 2. ff. de eo quod cer. loc. §. omnium. & §. præterea. de actio. Institu. lib. 4. De fenestris est text. in l. altius. ff. de seruitu. De valuis, in cap. consultationi. de sponsa. in cap. 2. de censi. vbi glo. quærit, an liceat ei qui iustam causam habet, vel cui possessio sua, aut ius suum denegatur, id facere, & de ea re, quia non est hic dubium cùm lege permittẽte fiat. vide illic canonistas. & in cap. 1. de immu. eccle. Non possunt multa dici super his titulis, de quibus aut nihil, aut perpauca in iure scripta sunt.

Releuationes quid sint.

Arbitrariæ mulctæ.

Fenestra. Valua.

CAPVT II.

Debentur autem huiusmodi iura & renouationes arbitrariæ, vbicunque ex prædialis domini parte mutationem fieri contigerit: vtputa morte, vendicatione, aliisve modis. Ex patrimonio quoque vxoris maritus suo nomine census pendente hoc iure debet. Mortuo verò marito mulier ex suis prædiis renouationem nõ faciet, nisi ad secundas nuptias conuolauerit.

¶ Casus. Quæritur, quando debeantur istæ releuationes? Respon. quòd debentur vbicunque fit mutatio ex parte domini prædij, siue quia mortuus sit, siue vendiderit, siue donauerit, & aliis modis. Et postea dicit, quòd maritus debet soluere cẽsus suo nomine pro fundis vxoris suę, quibus ipse fruitur. Et per mortem mariti vxor nõ debet releuationes, nisi secundo nupserit. ¶ Glossa. Ita de feudis dictum est, vt quoties mutatur persona vasalli morte, venditione, donatione, alienatione, tunc laudimia & redemptionis iura debeantur. Ita hic deciditur de censibus. hæc enim iura maximam habent similitudinẽ: & fere ex mera consuetudine sunt introducta. De marito etiam dictum est in feudis. & vide Bartol. & scrib. ordinariè in l. maritus. C. de procu. vbi declarat quotuplex sit patrimoniũ vxoris: & quo pacto maritus debet administrare & gerere negocia mulieris. in l. seruus dotalis. ff. solu. matri. præter ea quæ scribunt Bald. & Salic. in l. doce. C. de rei vendi. De ea quæ ad secundas nuptias conuolauit, etiam in feudis dictum. Nunc ego textualiter procedam sine ordinato commentario, simul plura capita coniungendo: tum, quia vt dixi, hæc materia non habet similem in iure, tum, quia in fi. huius tituli fatentur authores isti non posse tradi hanc materiam per discretas certásve regulas. Sunt etiam multa quæ Latine dici nequeunt, eo quòd nuper inuẽta, & merè consuetudinaria sunt, in his me excusabitis: & si quid boni addidero, capietis.

Censuaria cũ feudis conueniunt.

Vxoris patrimonium.

CAPVT III.

Sub ea autem generali dispositione hi census minime cõtinentur: qui ad quæstum & munitionem (quod chaussagium) appellant. In istis enim arbitrariæ pensitationes non obtinent. Sed ex illis singulorum denariorum causa, sex denarij pensitãtur: aut venditionis iure, ex quali censu (quod dicitur) tales releuationes debentur. Nisi dominus censuarius aliter ex antiquis titulis, aut quouismodo doceat. Vide huc scrib. in c. cum causam. de probat. & in l. census. ff. eodem titulo.

¶ Casus. Sunt quædam censiuæ, vt dicũt, ad quæstum & chaussagium. dicit quòd pro istis non debentur releuationes ad placitum: sed debẽtur pro eis de vno denario sex, aut ex tali censu, tales releuationes: nisi dominus censuarius ostendat ex antiquis titulis, vel alio modo alia iura deberi. quia in his seruatur vsus.

CAPVT IIII.

Istorum censuum iura sunt, vt singulis mutationibus prædialium dominorum pro singulis censitis nummis, sex nummi laudimij iure præstentur. Cui rei vetera & fundo, fosoque

loque inhærentia vectigalia minimè sunt obnoxia.

¶ Casus. Exponit ista iura, quòd pro vno denario census nomine debito soluantur sex denarij, & determinat quòd primææ rentæ, vt dicunt, non sunt obligatæ pro illis releuationibus. ¶ Glossa. Sub ea autem, &c. In his duobus capitib. agitur de secunda specie censuum, ex qua non debentur releuationes arbitrariæ, sed vocãtur census ad quæstũ & chaussagium, quod ego appellò munitionem. nam apud nos, chausseas, munitiones pauimẽtorum, & aggerationes intelligimus, & magistri seu præfecti chaussearum dicuntur, qui pontibus, pauimentis, aggeribúsque reficiendis præsunt. Hæc autem non videntur mihi aliter scribi posse Latinè. De antiquis tex. est in l. census. de proba. ff. de titul. vide Barto. satis superque in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. l. cogi. ff. de peti. hære. Alibi dicetur. De antiquis hypothecis, qui potio. in pigno. habeantur.

Census ad quæstũ & chaussagium.

CAPVT V.

Census, qui ad quæstum & chaussagiũ dicitur, huiusmodi naturæ est, vt peti debeat: neque prius debitor in mora constituatur, quàm apud eũ, eoque die, quo præstari debet, quæsitus fuerit. Ob moram verò quinque solidorũ pœna esto. Potest & elapso die dominus censum nõ petitum exigere: quem si intra horas quatuor ac viginti debitor non soluerit, domum obstruet dominus, manusq; iniectione vtetur: post iniectionem verò ad soluendum totidem rursus horæ dantur debitori. qui si nõ satisfaciat, pœna prædicta mulctabitur.

¶ Casus. Hic ponit, quòd quanuis census debeat solui & non peti, vt in primo capite huius tituli. tamen illud fallit in eo censu, qui est ad quæstum & chaussagium. ideo enim dicitur ad quæstum. quia quæri debet, & peti. & si petitum fuerit, & non solutum, debetur pœna quinque solidorum. Et dominus etiam finito die ordinario petere potest. & si non soluatur intra vigintiquatuor horas, poterit obstaculare, vel manus iniicere. & post vigintiquatuor horas pœna debetur. ¶ Gloss. Hæc species dicitur ad quæstum, quia peti & quæri debet, alioquin liberatur debitor, & excusatur, nisi ab eo exigatur. nec dies pro homine interpellat ob naturam census: quia ita lege prouisum est: vt in simili de feudis fuit expositum. Hæc enim iura sola consuetudine nituntur. De petitione facienda, & an in iudicio, an extra iudicium fieri debeat, & quo pacto ad præscriptionem interrumpendam, vel ad moram inducendam facta dicatur, docet optime Bartol. in l. Titia. ff. de condi. & demonstra. & illic Io. de Imo. vbi Cyn. dicit quòd inspiciendum est, an petitio sit cõcernens substantiam obligationis, & non debetur nisi petatur. aut executionem, & debetur. De qua re Bartol. & scri. in l. si decem cum petiero. & l. quodcunque. §. non solum. ff. de verbo. obliga. & Bartol. in l. amplius. ff. rem ra. habe.

Census quæstuarius.

Census an peti debeat.

CAPVT VI.

Si census debitor malit fundum cedere, huic rei dominus obsistere non potest: modò præteriti temporis reliquiæ, cæteraque iura sint persoluta. Nisi ab eo domino fundũ in censum accepisset, eique esset obligatus, aut illi cuius sit hæres ipse dominus censuarius. hoc enim casu fundus pro cẽsu non ceditur.

¶ Casus. Debitor, census cum ab eo peterentur iura, ob censum debita, voluit cedere, & deserere fundum pro censu. an possit inuito domino? Lex ista dicit quòd sic: dummodo non debeat præteriti temporis census, vel reliquias. fallit quando habebat fundũ in censum sibi datum ab illo domino, vel ei cui ille successerat. ¶ Glossa. Quia census debetur ratione prædij: is qui debet si velit cedere & relinquere fundum pro censu, quia fortasse non valeat, potest, nisi se & sua obligauerit, aut ab eo acceperit, vel proximo prædecessore eius cui debetur: debet tamen reliquias præteriti temporis soluere, quæ dicuntur arreragia. l. 2. in verb. pro reliquis vniuersis C. sine censu, vel reliquis. l. imperatores. ff. de publica. vbi gloss. citat concor. & Bald. de vasallo, & de decimis loquitur, cuius dicta videas omnino ad hanc rem vtilia. & cano. in cap. tua nobis. de deci. In illis iuribus deciditur census vectigalis, vel pensionis causa res, non personas esse obligatas. & de materia legas Bartol. & Ioan. de Plat. in l. quicunque. de apoch. publi. C. libr. 10. Et de professione censuali vide text. in l. omnes. C. sine censu, vel reliq. Clara est consuetudo in tex. & materia, quia ratio per me posita est. & hoc sufficit per gloss.

Cẽsus causa fundus cedi potest.

Reliquiæ vel arreragia.

Cẽsus causa res non personæ obligantur.

Cẽsus professio.

CAPVT VII.

Is qui prædia arbitrariis laudimiis obnoxia possidet, vbicunque laudimia pensitari oportebit, potest domino volenti annuum prouentum laudimiorum loco accipere, fundum ipsum illi emancipare, ac cedere, vt anno integro pro quibuscunque, ac singulis laudimiis fruatur. qui annus à die primo emancipationis inchoabitur. Tunc autem ipsius domus

emancipatæ, claues illi tradi oportet. Qui boni patrisfamiliâs more interea vti debebit.

¶ Casus. Dominus census cui debebantur releuationes, ad placitũ eas petebat, debitor ei obtulit pro annuo redditu ipsam domum: vt eam possideret toto anno, & ea frueretur: eiq; tradidit, & saisiuit domũ. Lex dicit quòd potest dando ei claues, & annus incipiet à die traditionis. Et ille debebit vti arbitrio boni viri: nec facere rem deteriorem. ¶ Glossa. Hæc consuetudo est facilis. Et in vtriusq; voluntatem confertur, quia non potest dominus suos fructus facere, vt in feudo de iure facit. De hac consuetudine secus: vt in feudis declaratum fuit. De clauium traditione, per quam dominiũ transfertur præcedente causa habili ad transferendum, est tex. in l. clauibus. ff. de contrahen. emp. scrib. in l. traditionibus. C. de pactis. l. 1. C. de donatio. Et Bart. in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de lega. 2. vbi dicit esse distinguendum, quo animo claues tradantur, & quo titulo, vt scias quid operentur. In dubio verò custodiæ causa datæ intelliguntur, & debent dari seniori. Et de vtendo arbitrio boni viri, & more boni patrisfamiliâs re possessa, quę guesuata dicitur Gallico verbo à me emancipata. an is cui traditæ sunt claues teneatur de culpa, præter multa quæ de boni patrisfa. officio alibi à me dicta sunt, videas gl. no. in l. debet. §. item si prædixerit. ff. nau. cau. stabu.

Clauiũ traditio.

Res guesuata dicitur res prahensa.

CAPVT VIII.

Arbitrariis pensitationibus vbicunque ex mutatione debetur omne vectigal, quanuis antiquum ac perpetuum sit, obnoxium est, quòd nostrates dicunt omnes rentas fonciarias, retrofonciarias, subfonciariasq;, aut fonciariarum naturam sortitas incurrere. quæ res sic latine dici non potest, & magis experientia rerum, quàm verbis cognosci potest. Possessor quoque ad solas meliorationes, prouentusque præter vectigalia perceptos (nisi aliud expressim conuenerit) tenetur.

¶ Casus. Quia dixit quòd primæuæ rentæ non sunt obligatæ pro censu: dicit aliud esse in releuationibus ad placitum: pro quibus omnes rentę cuiuscunque speciei sint, incurrere dicuntur, & dominus fundi tenetur solummodo ad meliorationes, quæ sunt in fundo vltra redditus illos, nisi conuenerit, quòd insolidum teneretur. ¶ Glossa. Sunt quandoque super prædiis priuatis hominibus præter censum, quædam vectigalia debita & assignata, quas rentas vocamus, & earum variæ species sunt, vt hic apparet. his autem omnibus hypothecis præfertur census dominus, & prius soluitur: illæq; rentæ incurrere dicuntur. Et quia ista, neque latinitate recte donari possunt, neq; admodum in iuris nostri formam cadunt, pauca dicemus. Quia autem census præferatur, facit quòd not. in l. omnes. C. sine censu, vel reliq. l. forma. & l. cum poss. ff. de censi. omnibus enim præfertur dominus census: quia cẽsus est iuris publici per iura allegata, & ea quæ dicta sunt in titu. præce. tamen habemus tex. in l. si fundum. C. qui potio. in pigno. habe. vbi priuatus præfertur reipub. propter antiquitatẽ. cum ibi no. in gl. Soluendus est autẽ census veteri numismate, seu moneta. c. olim. c. cum canonicis. de censi.

Fundamentum quod census præferatur.

CAPVT IX.

Prædia caro censui obligata, à laudimiis quibuscunq; sunt immunia.

¶ Casus. Quæritur de illis fundis, qui sunt ad carũ censum? Lex dicit quòd nihil debetur pro releuationibus eorum. ¶ Gloss. Carus census est, qui maior est ordinario, idq;, vt præstaretur, inter partes conuenit, & varium est. Ideo autem non debent laudimia & huiusmodi onera, quia in eo grauantur, vt grauiori censui sint obnoxia, in alio releuantur, vt legistæ dicunt, l. eum qui. ff. de iureiur. hic plura non sunt necessaria: quanuis facilè plura dici possent. & quidam dicunt esse capitalem censum, cui repugnat alia consuetudo, quæ dicit res in alium censum non dari.

Declaratio.

Ratio.

CAPVT X.

Quæ de prædiis censitis extra vrbẽ sitis: deq; sex denariorum pensitatione pro illis facienda cauta sunt, ita intelligimus obtinere, nisi de contrario, aut titulo, aut conuentione, aut præscriptione sufficienti constet.

¶ Casus. Limitat ea quæ dicta sunt in prædiis rusticis extra vrbem: pro quibus nõ debentur releuationes ad placitum, vt nõ procedat quando in contrarium est præscriptio vel conuentio. quia alio onere acquisita sunt. ¶ Glóss. Hic fit mentio de præscriptione: & innuitur censum præscribi posse, vt etiam voluit Panor. in ca. ad audientiam. de præscrip. hoc distinguens inter censum priuato debitum ratione dominij directi, & vtilis translati: cui solus census remanet, & eum qui debetur superiori in signũ iurisdictionis, vel subiectionis. quanuis Feli. tenuerit contra & alia videas per Siculum moderniorem in d. c. & in c. constitutus. de religi. domi. Ioan. de Pla. in l. nullus. C. de decu. lib. 10. Et alios citatos per Boërium. hoc videtur decidere Bart. in l. competit. C. de præscrip.

CAPVT XI.

Ex donatione pia causa facta sine fraude nihil laudimiorum causa pensita-

sitabitur. Aliud, si ob remuneratione quampiam donaretur.

¶ Casus. Quæritur, vtrum ex donatione debeantur laudimia? Respondetur quòd sic, etiam si sit remuneratoria, nisi ob piā causam & sine fraude fieret. ¶ Gloss. Si fundus censitus pauperibus vel templis, aut pia causa donetur, non debentur laudimia. facit quòd nō detrahitur Falcidia. l. si quis ad declinādam. §. licentiam. l. id quod pauperibus. C. de episco. & cleri. tex. in Authen. similiter. C. ad legem Falcid. vbi scrib. in repetitione ponunt specialia piæ causæ satis vulgata. De alia verò donatione debentur laudimia: & de legato, & de permutatione, vt l. finali. C. de iure emphiteo. & illic Iason & Salice. & plurima de hac re dicit Boërius, qui omnia legit diligenter. De donatione remuneratoria dubitabatur: quia non indiget insinuatione: vt tenet Bartol. & communiter omnes in l. Aquilius. ff. de dona. & ibi late Alexand. in additione. tamen non potest fieri remuneratio in præiudicium tertij. vnde soluitur census & laudimium. Et de remuneratione scrib. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæredi. vbi Alber. dicit vnum memorabile verbum de pacto remuneratorio: quo promittit debitor creditori mutuanti pecuniam, quòd tātundem illi postea mutuabit: id enim pactum est reprobatum: quia in fraudem vsurarum, quod sæpe occurrit. prætextu enim remunerationis & antidoralis obligationis, non est faciendum quid illicitum: & iuri publico, ac tertij non derogant. plura de hac re per Alex. Paul. Iaso. in d. l. ex hoc iure, quæ sunt tristissima, nec necessaria. Et etiam eos legito in l. si donatione. C. de collatio. de donatione facta à patre ob bene merita.

Pia causa fauorabilis.

Donatio remuneratoria.

Albe. Gerbū de pacto remuneratorio.

CAPVT XII.

Ex alienato prædio sub retrouenditionis pacto laudimia debētur. Sed eo tempore quo in vim pacti redimetur: non debebuntur rursus quæ semel præstita sunt.

¶ Casus. Sæpe dixi ex venditione, cum pacto retrouendendi facta deberi laudimia: sed semel tantùm. ¶ Gloss. De hoc pacto præter ea quæ late de hac re per Boërium disputata sunt, & in commentario, & in consi. vbi tenet non deberi laudimia: ego aliquid dixi in tit. de feudis. Tu videas Pau. Ca. in l. 1. C. de pac. inter empto. & vendit. vbi tenet laudimia deberi & gabellas: quia est nouus contractus, licet Ioan. Fab. videatur esse in contraria sententia. Et rationes Paul. de Castr. sunt optimæ: quia fit mutatio: & est duplex contractus: ergo debentur laudimia, vt hic cauetur: tamen ponitur hic euasio ad argu. Do. Boërij, cum dicit duplicia laudimia solui non debere: tunc enim non soluuntur, nisi in primo contractu, qui est venditionis. In secundò verò, qui est potius distractus quidam simulatus, non soluitur.

CAPVT XIII.

Si prædium censuarium ecclesiæ donatum, venditúmve sit: aut vectigalis nomine obligatum, aliísve personis manum mortuam habentibus, poterit dominus eos compellere, vt à se abdicent, atque alij emancipent: nec eos nisi libuerit in vicarium recipiet: quos si semel receperit, in omnibus mutationibus solutis laudimiis eodem modo recipiet.

¶ Casus. Illud quod in fi. feudorum dixerat de habentibus manum mortuam, hic repetit, vt sit idem in fundis censitis, quòd in feudariis. ¶ Glossa. De his in fin. feudorum dixi, & videas quæ latissimè scripsit Io. de Plat. in l. fin. C. de exacto. tribu. libr. 10. de tributis soluendis.

CAPVT XIIII.

Quod si post præceptum abdicationis intra annum illi mortuæ manus homines rem censuariam à se nō distraxerint: dominus in eā manum iniiciet, fructúsque faciet suos, donec mandato paruerint. Si tamen per sexaginta annorum spacium, sine vicario ipsi ea re sint potiti: perpetuò potiri eos volumus, dato imposterum vicario.

¶ Casus. Dicit quòd si ecclesia, vel habentes manum mortuam post præceptum de ponendo rem extra manus suas id facere neglexerint, dominus cēsus manus iniectione capiet fundum: & fructus suos faciet vsque ad obedientiæ tempus. Sed si per tempus 60. annorum vsi fuerint sine controuersia, dato in posterum vicario vtentur. ¶ Glossa. Idem in feudis cauebatur: vbi & de 60. annorum præscriptione dictum est. De istis autem personis ecclesiasticis videas Bart. in l. miles. ff. de re iudi. vbi quærit, an gaudeant priuilegio l. in condemnatione, quo respectu mortuam manum habere dici possunt, & quia sunt difficilis executionis. Item an statuta laicorum eos ligent. dic vt Bart. decidit in l. 1. ver. quintò quæro. C. de sum. trini. vbi dicit quòd in his rebus quæ acquiruntur illis, vt cuilibet tunc ligantur. quòd facit, vt teneantur, & ligentur hac consuetudine vel statuto. De vicario, & in quibus casibus quis admittatur per vicarium, & cuius conditionis debeat esse vicarius: & quam potestatē præter ea quæ Bar. & scrib. dicunt in l. parabolani. C. de episc. & cleri. cum vulga. adde multa quæ scribit Sicu. in Rub. de feud. in antiq. Et dicas tandem

Priuilegia ecclesiasticorum.

Vicarius.

requiri primò, vt sit approbatus. l. si quis ex corpore. C. de murileg. lib. 11. & hoc constante seruit periculo substituentis. l. ad similitudinem. iuncta gl. C. de episco. & cleri. Item vt sit talis qui possit admitti ad id agendũ principaliter. l. 4. §. legati. ff. de legatio. d. l. parabolani. alia remitto, vt prius dixi.

CAPVT XV.

Census diuiduus est, & singuli prędij possessores pro portione sua censum soluere à domino cogi possunt: & viritim soluendo liberantur.

¶ Casus. Fratres diuiserunt inter se fundum censualem, an possint in preiudicium domini census? Respondet quòd sic, & quilibet nõ insolidum, sed viriliter pro sua quota soluet censum. ¶ Glossa. Fundus censualis diuidi potest inter plures hæredes, vel singulares successores, sicut emphiteoticarius: & singuli possessores pro portionibus tenebuntur, & soluendo pro portione liberantur. Ad hoc tamen quia Bartol. in l. fraudati. & in l. imperatores. ff. de public videtur facere differentiam inter plures hæredes: vt factum vnius non soluentis pensionem, alteri noceat: aliud in possessoribus. Et facit quæstionem. Duo erant hæredes: quilibet debet soluere duos denarios annuatim: vnus soluit duobus annis binos denarios: alter cessauit, ꝙ solutio facta per illum isti prodest: & cedit illi in causam duriorem. l. 1. & 2. ff. de solu. In hæredibus ergo ita est, secus in possessoribus: quia vnusquisque pro parte sua tenetur. d. l. imperatores. l. de eo. §. fin. ff. ad exhi. vno ergo cessante currit pœna contra eum, nec ab alio liberatur, quia res diuisa est. Et do. Ioan de Imo. illic plura, & hoc multum commendat. Barbatius autem in l. 4. §. Cato. ff. de verborum obligatio. qui de hac re meminit: tenet cum Bartholomæo Brixiensi contra Bartol. quòd factum vnius alteri non noceat propter æquitatem: vt si vnus non soluerit canonem, tota res ad dominũ redeat: cuius scripta nolo transferre. Aliud autem est de eo qui vult diuidere pensionem vel rentam.

CAPVT XVI.

Ex permutatione prædiorum censualium non impari, sed rei ad rem, si sub eodem census domino sint, laudimia non præstabuntur aliter, atque si permutatio sit inæqualis.

¶ Casus. Dictũ est omnino hoc, & planè superfluum est, nec quicquam addit. ¶ Glossa. De permutatione satis superq; dictum est in feudis, & in titu. præceden. post Bartol. in l. 1. de re. permuta. quando æquiparatur venditioni. & Bald in l. ex placito. C. de re. permuta quibus adde quod Panormita. in c. ad quæstiones. de re. permuta. ita distinguit: *Permutatio.* Aut constat de mente contrahentium: tunc pro ea iudicamus. l. semper. ff. de reg. iur. aut non constat: tunc, aut precium superadditum est maius: tunc est venditio. aut minus re ipsa, tunc præsumitur esse permutatio, quod est notandum. & de permutatione Glauci & Diomedis, de qua est apud Homerum, Budeus declarat qualis fuerit in suis Annotationibus in Pandectas. Hæc consuetudo prius ad longum posita est. *Permutatio Glauci & Diomedis.*

CAPVT XVII.

Fundus in censum datus, in alium censum dari non potest.

¶ Casus. Ego dedi tibi fundum in censum certum: postea tu voluisti dare alteri in aliũ censum, vel ipse qui dedit mihi, vult augere aut minuere censum. ¶ Glossa. Quia census non mutatur, vt dicunt canonistæ in cap. constitutus. de reli. domi. quòd si fundus sit factus melior, non debet mutari vel augeri census. & est text. in c. prohibemus. de censi. vbi Panor. docet, ex quibus causis possit mutari census, qui satis clarè loquitur de hac re. ita vt omnes cano. faciunt, tamen alij intelligunt quòd is qui debet censum, non potest alij in alium censum dare fundum, ne sint duo census. *Census non mutatur.*

CAPVT XVIII.

Si dominus ob laudimia debita in prædij possessionem missus fuerit: vt anni fructus percipiat, isque perceperit, eius quo potitus est anni census in eo confundetur.

¶ Casus. Dominus propter releuationes suas habuit anni prouentum, & vltra id petebat illius anni censum. Lex ista dicit quòd non potest, quia nimis emungeret. ¶ Glossa. Dicitur missus in possessionem, quãdo propter laudimia, seu releuationes non solutas ei adiudicatur possessio & fructus vnius anni, vt prædictum fuit, & dicitur Gall. ce *guefum heritage*. Tunc ergo illius anni census ei nõ debetur, qui fundo potitur: ne & rem & preciũ habere videatur, id est & fructum rei & censum. qui enim emungit, elicit sanguinem, & confunditur ille census in eo propter fructus perceptos. argumen. l. 1 ff. quemadmo. seruit. amit. vbi confunditur seruitus & eorũ quæ not. in l. debitori. C. de pac. l. fideiussor. in ver bo confusis ff. de nego gesto. tex. optimus in l. si soror. in ver. dotem cum bonis confundi iubebit. C. de collat.

CAPVT XIX.

Mortuo vicario is qui manum mortuam habere dicitur, monendus est ac imperio cogendus: vt intra annum alium vicarium constituat, ac vicariatus literas exhibeat. Quòd si facere neglexerit, dominus fundo potietur:

tietur: donec is moram purgauerit, dederitque nouum vicarium.

¶ Casus. Facile est quòd mortuo vicario dandus est, alius ab eo qui habet manũ mortuã. ¶ Glos. Dictum est idẽ in fi.ti.de feu.& multa scribit Barbatius in Rubri.de feu.in antiq. vbi multa colligit de vicario mortuo.

CAPVT XX.

Vnus census diuerso iure esse non potest: ita, vt si venditionum iure sit, aut sex denariorum, aut talium qualis census est laudimiorum, hoc casu arbitrariorum iura habere nõ potest.

Census vnus diuerso iure non est.

¶ Casus. Quæritur an vnus census posset habere duo vel diuersa laudimia, vt puta, releuationes communes & ad placitum? Dicit ꝙ non, sed vna tantùm. ¶ Glossa. Quia vna & eadem res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes.ff.de vsucap. Faciunt not. in c. prohibemus.c.grauis.c.olim.de censi. & vulgare est ex vno sacco duas mólturas non capi, quæ regula habet locum vbi est eadem causa & ratio. Aliud, si diuersa ratione seu respectu: vt in l. hinc quæritur. §. 1. ff. de peculio. vbi seruus dotalis potest habere peculium ex re mariti & ex re vxoris: & partim marito, partim vxori acquirere: quia diuersa ratione, vt de hac re Panor. ponit exemplum de prælato, qui in diœcesi aliena vnum actum gerit, Episcopus alios diuersa ratione. in c. cum in tua. de deci. & dicit Ioan. de Imol. in d. l. eum qui. hanc regulam esse frequẽtem in materia substitutionum, vt vna substitutio non varietur, in l. precibus. C. de impu.& aliis substitu. l. Centurio.ff.de vulga & pupil.sub.

Vna res nõ debet diuerso iure censeri.

CAPVT XXI.

Erat consuetudo vetus, vt censualia prædia, pro quibus census capellaniæ, aut alterius sacerdotij nomine domino pendebatur, ea lege essent, vt capellani, aut alterius sacerdotis mutatione facta, vnius anni prouentus laudimiorum nomine soluerétur. Quo sæpe contingere solet, vt tres pluresve releuationes eodem anno soluerẽtur: in maximam vtilium dominorum perniciem, ac prædiorum ruinam. Hac itaque lege illam penitus abrogamus, nolumusque vt in posterum ob earum personarum mutationem quicquã census nomine pendatur, nisi vectigal prædiarium illi domino debeatur. Ipsorum verò vtiliũ dominorum mutatione ob meliorationem fundi laudimia præstabũtur. Hi verò qui census soluent, nominare se, ac describendos præbere domino census tenebuntur.

¶ Casus. Facilis est: quia corrigit illud quod solebat fieri: vt cuiuslibet capellani, aut beneficiati morte: cuius beneficio cẽsus debetur, releuationes soluerẽtur: quod prohibet, nisi etiam illi renta ipsa primæua debeatur.

¶ Gloss. Illa consuetudo erat, vt totiens soluerentur laudia, quotiens mutaretur dominus capellaniæ, aut beneficij: cuius nomine census soluebatur. quod sæpe in eodem anno fieri contingebat, vt ea re omnis prædiorum fructus exhauriretur nimia extorsione, & nouorum vectigalium exactione. contra l. 1. C. no. vectiga. impo. non posse. l. exactorem. C. de exacto. tribu. & l. 1. de superindic. libr. 10. Quod autem hic dicitur de nomine & descriptione facienda: illud est, quod laudare veteres dicunt, id est nominare. hinc laudimia dicuntur Budęi iudicio, quòd laudare & nominare se, atque authorem suum debeat. & de ea re diximus in feudis.

Contra extorsionem.

Laudare pro nominare.

CAPVT XXII.

Et cum variè censualia iura in hoc præsidatu describantur, sitque eorum vsus multimodus, certa eorum forma rectè à nobis tradi non potest: sancimus itaque, vt pro varia censuum natura, diuersoque vsu singula consuetudine sua decidantur.

¶ Casus. Hic concludit in hac materia censuum seruandũ diuersum vsum: vt ego semper dixi. ¶ Glossa. Diximus sæpissimè hæc iura ob varias obseruantias cõsuetudini relinquenda esse, vt dicit Inno. in ca. peruenit. de censi. vbi potes plura videre per canonistas. mihiꝗ visus sum satis dixisse.

Consuetudo attendenda.

De terra campiq́ partu, & eius portione.

CAPVT I.



IS cui ad fructuum portionem, quæ terræ campíve partus vulgò dicitur, prædium accepit, vel possidet feudum, illi conditioni obnoxium, messem tollere ex eo fundo non potest: nisi vocato ad eam rem domino, cui portio illa pensitanda est, eiúsve procuratore iuris conductore, aut altero ab eo illi negocio commisso. Quòd si aliter fecerit, sexaginta solidorum pœnam illi dabit. Quæ res ita intelligi debet: vt non petenda sit illius venia, qui nõ in

ea parœcia vbi situm est prædiũ, horreúmve commune, in quo illius prædij fruges seruari ac recondi, partirique solent, habitare ac residere compertus sit eo tempore quo messis fieri dicitur. Sed vbi pœnam commiserit debitor, præter pœnam ipsam quoque portionem debitam persoluet. Verùm, quia variæ sunt huius rei constitutiones, variusque vsus, omnia antiquo vsui cuiusque regionis committenda sunt, idquequod solet longo vsu præstari, non est immutandum.

¶ Casus. Cùm ista iura sint penitus consuetudinaria, & meliùs à rusticis, quàm à me intelligantur: non admodum laboro. Ipsi intelligunt, qui ea re vsi fuere.

CAPVT II.

Prædia clientelaria, id est feudaria illi terragiorum (quam vocant) & compartuum conditione minime obnoxia sunt.

CAPVT III.

Terragia & compartus, vt dicitur, ex loci ac regionis more & natura variè soluuntur.

CAPVT IIII.

Ex huiusmodi prædiis quæ soli terragiorum ac compartuum oneri sunt obnoxia, si alienata fuerint distractáve: nihil venditionis laudimiíve causa solui debet. Si verò & census oneri præter illud obligata essent: à censuariis iuribus propterea non eximerentur: sed venditionis causa laudimia deberent: nisi repugnet consuetudo, vsúsve contrarius.

¶ Gloss. De terragiis & compartibus quæsiui: & non inueni, vbi rectè consuetudo ista fundari possit in iure. non enim est colonus partiarius. de quo in l. fructus. ff. solu. matri. l. apes. ff. de fur. quia est dominus nõ colonus: & præstat certam quotam fructuum, qui ex illo agro percipientur: tamen istud fit variè. & est mera consuetudo: vt à plerisque doctis viris & aduocatis accepi, quam melius rustici intelligunt. Et de eo quod terra producit: & parit, solui debet: argu. l. domini prædiorum, in verb. id quod terra parit. C. de agric. & censi. vbi Barto. notat hoc. & de consuetudine, quòd soluatur vnum par caponum: vt ibi per eum & scrib. De hac re cum sit pœnitus consuetudinaria, plura non dico.

De pascuis, graminatione, & glande.

CAPVT I.



IN feudarium prædiũ domui, mansionique confine illiusque dominio admotum pecora pascendi causa ne immittito. Ea verò quæ feudi stipiti non adiacent, plebeiorum prædiorũ naturam sortiantur publicis pascuis exposita.

¶ Casus. Habebam feudum & mannarium, seu domum feudo adiacentem, & iuxta illam vnum terræ iugerum: quæritur vtrùm liceat aliis pecora sua in illum fundum immittere ad pasturam? Dicit quòd non causa nobilitatis, sed alia mea pars agri erit exposita publicis pascuis.

CAPVT II.

Ea autẽ lex est in plebeis: vt quiescentes, inanesque agros vnius parœciæ incolæ vsq; ad finitimos aliarum limites suis, non alienis gregibus depascendos cõmuni vsu præbere possint: vtpote nihil incommodi allaturi humo, frugibus, ac semine vacanti: modo ne septa fossasúe (si clausi sint, & nõ patentes agri) transiliant. Licebit tamẽ agricolæ, agríve domino pascua interdicere donec segetum reliquias segmentaq; domum reponendi tempus iustum transactum fuerit.

¶ Casus. Quæritur in aliis agris non exemptis, quomodo pascere liceat? Respondetur, quòd in illis agris qui sunt quiescentes, & nõ culti, pro illo anno, & sunt eiusdem parœciæ: licet suos & non alienos greges, id est alterius parœciæ pascere: nisi tales agri sint clausi sepibus, vel septis, vel fossatis. Et non licet hoc antequam segmenta. i. forragia, & paleas reliquas abstulerint. ¶ Glossa. Hæc duo capita conieci, quòd vnum per aliud declaratur. Omissis quæ Cæpolla, & plerique de hac re dicũnt: legas iureconsultum de hac re optimè loquentem in l. sylua. §. fina. ff. de verb. signi. dum ait. Noualis, est terra præcisa quæ anno cessat: istud est, quod quiescentes agros & vanos dicimus. Nam aratio ita disponitur, vt aliqua agri portio quiescat, dum alia colitur. in illis pascere licet, vt hic cauetur: quia nulla fit iniuria, imo agri stercorantur & pinguiores fiunt: vt dicitur. Integra autem in quæ nondum pascendi gratia pecus immisit dominus: in his nõ licet pascendi pecoris iure vti ob iniuriam seminatis agris factã. Glãs caduca est, quæ ex arbore cecidit, pascua

sylua est quæ pascuis pecudum destinata est: Vide præter l. si pascenda. C. de pact. l. pecoris. ff. de seruitu. rusti. prædi. l. 1. & totum titulum de pascuis publi. C. libr. 10. & ingentem tractatum Bartol. Cæpol. de pascendi seruitute, quæ non est nostrum referre. Omnia videntur mihi, quæ ad hanc rem faciunt, satis descripta esse in ea. l. sylua. Aduerte tu, quod ille citat l. diuortio. in fin. illa l. non loquitur in pascuis: sed in pastinatione arborũ, id est, cultura arborum: quæ longè aliud est. Hic autem de mansione feudaria cauetur iure speciali ob dignitatem feudi: de qua dictum est in titulo de feudis. De parœcia dic esse Græcum vocabulum, quo diuisæ hominum tribus conuentusq; significantur: & gallica voce ita dicitur omnino à Græcis acceptum. Nisi omnia iam ab aliis de pascuis prædicta essent, longiorem commentarium facerem: sed decreui textualem sensum duntaxat exponere: vt ab omnibus intelligantur non dilatare fimbrias, & augere labores studentium. De hac enim satis Cæpolla scripsit: & aliqua bona dicam in seq. cap.

CAPVT III.

In prata quælibet aliena pecora non accedãt à vigesimoquinto Martij ad Calendas Octobres: nisi quæ tonsa fuerint, quæ verò bifera sunt: nisi bis falcem subiecerint, pecus pascendum non admittant. Ante enim Octobres Calẽdas in prata, pascuáue publica cursitare non licet, prçter aliquot regiones: quibus vsque ad tertium Maij mensis diem pratorum vsus vetitus non est.

¶ Casus. Hic loquitur de pratis: & dicit, quod non licet in prata pecus mittere: nisi quæ fuerint detonsa, à vigesimoquinto ad primum diem Octobris: & si prata bis tonderi soleant, ante binam tonsuram non licet ire, nisi consuetudo sit in contrarium.

CAPVT IIII.

Hæ tamen leges de pascuis non seruantur apud Sicaloniæ, vallis Ligerici, Agendici, Castillionis ad Ligerim: Molendinuli, Loriaci castellaniæ, Marrigniacti curiæ, Castrinoui, Iargolij, Mardiaci, Fayri, Donnerici, Victriaci, Pontismonachalis, Sulliaci, Sucurij, alteriúsue orç incolas, præter Belsiam, & eam regionem, quæ ab illa Aureliæ sylua seposita est. Alibi enim iure nostro nequaquam permitti solet inuito domino in alienos fundos pecora deducere: eamq; seruitutem vsurpare. Et qui pascendi vsum iusq; habet in pascuis publicis, greges sine numero pascere nequibit: sed habita prædiorum portione.

¶ Casus. Hic ponuntur quædam regiones adiacentes Aureliæ, in quibus hæc iura de pascuis non obseruantur: nec licet pascere vllo tempore inuito domino. Item limitat, vt illi qui habent ius pascendi: & vsum illum non abutantur, sed pro quantitate agri sui habeant gregem, quod malè obseruatur.

¶ Glossa. Quod non liceat prata pascuis destruere, est iuri scripto conueniens ob amœnitatem eorum: & ne damnum detur, & ideò talia statuta valent: vt pulchrè scribitur in l. 2. C. de pascuis pub. & Ioan. de Platea. Ita Panorm. de consuetudine pascendi in alieno agro, an valeat. in c. si læserit. de iniur. & melius in c. dilecti. de arbitris. cuius dictis nolo codicem hunc augere. multa ex Columella & Plinio huc conferri possunt: sed locales istç consuetudines hoc non merentur. Cæpolla satis superq; dixit.

CAPVT V.

Porcos suésue pascere in pratis, aut vinetis vllo tẽpore, prohibemus.

¶ Casus. Quæritur an liceat pascere porcos in pratis, vel vinetis: id est locis vitib. consitis? Dicit, quòd non. ¶ Glossa. Tametsi hoc animal inter minuta numeretur. l. 1. §. qui porcorum. & l. fin. ff. de abigeis. & ibi hoc dicit Barto. tamen ista lex fit: quia vt Plinius octauo libro ait: Sordidum est, & ei palus ac lutum & volutatio grata est: potest igitur plus nocere & rodere, vel effodere. De suariis habes text. in titu. de suariis C. libr. 11. qui nihil facit ad eam rem. De prohibitione domini, de qua est dictum in præcedenti materia, in §. feræ. de re. diui. Instit. lib. 2. per Fabrum & Porcum.

CAPVT VI.

Glandem legere, aut ad glandem pascendam pecudes admouere per noua fructiceta in terris arabilibus excrescentia ab Octobribus Calendis ad Ianuarias nemini liceat, nisi, cuius sint agri: nec in syluis, aut nemoribus antiquis: nisi hoc illi iure speciali concessum appareat. Priuilegiis tamen, & iuribus regiis in sylua Aureliana & gruaria per hanc constitutionem minimè abrogandis.

¶ Casus. Quæritur quo tempore liceat ad glandem, vel pastionem ducere pecudes per excrescentia nemuscula? Dicit, quod non liceat à mense Octobris incipiente ad mensem Ianuarij, nisi terra sit sua: nec etiam in antiquis syluis sine priuilegio: non derogando iuri gruariæ per hanc legem.

e 4 ¶ Glos-

¶ Glossa. Habemus titulum in iure de glande legenda, vbi agunt de vnius diei præscriptione, & tex. in l. glandis. ff. de verb. signifi. vb appellatione glandis omnis fructus continetur. De qua re videas Specu. qui vulgaris est in tit. de instr. editione. §. tertio. ver. porrò. & seq. & Barto. in l. qui seruandarum. §. 1. ff. de præscrip. ver. & in l. pen. C. de præscri. ver. vbi quærit quæ actio competat. aliquid per Bald. in l. ex placito. C. de rer. permu. Ego malo remittere, quàm aliena ad verbum recitare, vbi pro tex. opus non est.

CAPVT VII.

Si quis aliena pecora in fundo suo, ac tempore vetito conspicatus sit, ipse aut quilibet ex ea re damnum sentiens quíue ex ipsius familia sit, ab ipsóue iussus prehendere potest. Eaq; ad iudicem intra quatuor & viginti horas deducere, vt damni dati ius dicat. Qui verò non ipsa pecora, sed pignus aliquod pastorísue peram seu panarium pro illis receperit, intra dies octo ad iudicem perferat.

¶ Casus. Ego inueni tua animalia in fundo meo tempore prohibito: quæritur an liceat mihi, vel meis, aut habentibus mandatum à me apprehendere ea, & ducere? Respon. quòd sic: sed ego debeo ducere ipsa ad iudicem intra viginti quatuor horas, vt faciat mihi ius. Et si non apprehenderit animalia: sed acceperit aliquod pignus pro eis à pastore: vel eius peram seu panarium, debet illud ferre ad iudicem intra octo dies.

CAPVT VIII.

Deprehensoribus autem super loco, deprehensione, damnoque dato, adiuratis vsque ad quinque solidos Parisienses, aut aliam minorem maiorémue mulctam pro variis locorũ statutis indictam fides habebitur.

¶ Casus. Hic dicit, quòd creditur apprehensori de loco, tempore & damni quantitate vsque ad quinque solidos, vel iuxta morem regionis.

CAPVT IX.

Qui, si statuta mulcta suo damno satisfactum non esse dicant: maioris damni probatione plus cõsequãtur.

¶ Casus. Ille qui accepit quinq; solidos pro mulcta iuxta consuetudinem loci: dicebat quòd non erat satis, & quòd erat passus maius damnum. Lex ista dicit, quòd si probauerit, plus debet recuperare per iudicem, & reparari damnum à parte. ¶ Glossa. Hæc tria capita coniunxi, quia vnam rem prosequuntur: & continent pœnam eorum, qui pecora in alienos agros contra statutum dimisere, quæ est local. & circa hanc rem examinandæ sunt duæ quæstiones. Prima est, quæ deciditur per Cæpollam in loco allegato. post Bart. & scrib. in l. hoc amplius. ff. de damn. infect. l. ratis. ff. de incen. rui. nau. in l. quintus. ff. ad leg. Aquil. Specu. in tit. de actore. §. 1. Cano. in c. si læserit. de iniu. vbi quærunt, an liceat animal in meo fundo prehensum occidere, aut retinere, & conclusio est binis verbis collecta. Occidere, aut verberare, peiúsue quàm sua tractare non licet. l. quamuis. ad l. Aquil. retinere autem, vt sciam quis dominus eorum sit, licet non, donec damnum resarciat. Ista est communis resolutio. Sed hac lege melius cauetur, vt ad iudicem ducãtur: qui damnum æstimet ex titu. l. Aquiliæ. vel in factum. vel de pastu pecoris, & ea forma quam tradit Bart. in l. qui seruandarum. ff. de præscrip. verb. & Albe. in d. l. quintus. de captura adducit text. in argu. in l. capite quinto. ff. de adult. qui est optimus, vbi licet per 20. horas nocturnas diurnasq; retinere deprehensum adulterum testandæ rei causa. facit l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cum ibi no. & in l. 1. C. quan. lic. sine iud. se vendic. tamen Cy. ob diuersitatem iurium quę ponuntur in glo. d. §. si debitorem, dicit, quòd rem auferre potest: sed personam capere non potest, ne priuatum carcerem faciat: quia lege non permittitur. Et multas quæstiones de hac re videas præter Cæpollam per Rofredũ in titu. de actione de pastu pecoris. ad quem remittit Albe. in d. l. quintus. Dicebat autem Ludoui. Rom. equitanti mense Maij licere equum in pratis alienis pascere: quæ res à cano. deciditur in d. c. si lęserit. Item quod creditur iuramento damnum passi: facit tex. in l. si quando. C. vnde vi. cum ibi not. & videas Alexan. pulchrè in cons. 20. lib. 5. & quæstionem quam facit Nicol. de Neapoli. in l. 1. C. quã. ex fac. tuto. De statuto quod custodes villæ tenentur sarcire omne damnum, & prædam illatã, an debeat probare damnum per eum, qui passus est? ille tenet, quòd sic. Barbatius in l. si ex stipu. col. 5. ff. de verbor. oblig tenet, quod statur iuramento. De tempore & loco, facit quod Cæpolla decidit esse probandum locum, & tempus ad conditionem de pastu. & standum esse statutis regionum & consuetudini, vt est communis opinio scribentium, & ita hic cauetur: quia ob varietatem vsus non potest dari certa lex.

CAPVT X.

Pro deprehensis per custodiam, libertatemque, aut noctu in his locis vbi segetes, prata, aut pascua sint: septis fossatísue clausis, aut in cædua sylua sexaginta solidorum mulcta fisco detur. Extra custodiam vnius pecudis transgressæ solidorum quinque priuato cuius interest, damnumque

Animal in meo fundo deprehensum occidere an liceat

Adulterũ detinere licet.

Mense Maio licet equum pascere.

Iuramento damnum passi creditur.

que passus est, pœna detur. Quæ pro vniuerso grege ab vno pastore deducto, in singula capita non crescat: sed vna soluatur pro omnibus mulcta. Quòd si territæ fugatæue, aut luporum incursu dispalatæ sine pastoris negligentia fuerint, nulla illius casus pœna esto.

¶ Casus. Deprehensa sunt animalia in custodia, id est, gardia facta: vt dicunt per magistros gardiæ: & ad libertatem, id est, quando possunt liberè capi, & sunt in potestate custodum syluarum: quæ res dicitur à bandon, aut de nocte: quia grauius est quod de nocte fit in segetibus, pratis, pascuis, clausis vel fossatis: vel in sylua quæ est in cæsura, id est, talia, quæritur quæ pœna pro illis dari debet? Respondetur, quòd debetur pœna 60. solidorum, fisco applicanda: extra gardiam quinque pro vna oue: & pro omnib. simul transgressis non debetur nisi vna pœna, & casus non imputatur: sed negligentia. ¶ Glossa. Hic varia pœna statuitur, prima est pro pecudibus deprehensis in custodia, id est, in ea regione, quæ subest custodiæ regiæ & gardię. nam sunt magistri gardię per syluam regiam, qui sunt custodes syluæ: & habent subcustodes cursorios qui perpetuò illi rei incumbunt, & inuigilant in saltibus publicis, ne vastentur à gregibus priuatorum: néue in illis damnum detur. Altera est pœna, quæ applicatur priuato damnum passo: & est minor. Tamen hoc videtur esse contra l. insignis. C. de pascuis public. libr. 11. vbi eadem pœna est priuato, quæ & fisco applicanda. Sed ideo est, quia maior culpa est offendere custodiam principis, & violare edictum. facit l. 1. C. de grege domi. & text. bonus in l. si familia. ff. de iurisdict. omnium iud. ibi: quia contempta maiestas. de qua re, & de huius legis materia plenè Alber. in l. eos. C. de modo mulct. In fine autem dicitur vnam pœnam præstari pro toto grege. hoc est fundatum in l. illud. ff. ad legem Aquil. vbi in furto, damno, iniuria vna pœna soluitur pro tota famil. Et nota, quòd illic Dyn. scribit, vt Alber. refert, pro delicto vniuersitatis vnam pœnam sufficere: & vnam absolutionem pro tota vniuersitate excommunicata, quod ipse reprobat, quia de iure canonico vniuersitas non excommunicatur. cap. Romana. §. in vniuersitate. de senten. excommu. libr. 6. Item dicitur non teneri de ca. vt si territæ fuerint, vel expauefactæ: pro qua re habes text. in l. 1. §. si instigatu. ff. si quadrupes. text. in l. si ex plagis. §. in cliuo. in verbo, formidassent. ff. ad leg. Aquil. inducens text. de culpa. in l. si putator. & l. præce. ff. ad leg. Aquil. & in d. l. 1. in verbo, sine culpa.

Custodia.

Seruientes syluarum.

Pascua à liena vastantes puniuntur.

Pœna vna soluenda.

Pro delicto vniuersitatis vna pœna soluenda.

Vniuersitas non excommunicatur.

De casu pastor non tenetur.

CAPVT XI.

Licebit autem damnum passo intra quatuor & viginti horas absq; iudicis venia pœnam remittere: & pignus intra octo dies restituere: mittere vadimonium.

¶ Casus. Vicinus meus qui animalia mea, vel vadium receperat: voluit mihi restituere, & remittere pœnam. Lex dicit, quòd potest intra tempus legitimum. ¶ Glossa. Hoc intelligas extra custodiam: quia ius priuati à priuato remitti potest. Ius autem pub. vel alteri quæsitum, minimè. vulgata l. ius publicum. ff. de pact. l. 1. C. de remiss. pig. & not. per Scri. in d. l. eos. de modo mulct. ideo hic: quia pœna parti prorsus applicatur.

Pœna publica remitti non potest.

CAPVT XII.

Quod si pecudes deprehensæ, pignúsue ipsum è manibus possessoris vi ablatum fuerit, idq; iudici constet, raptorem pro arbitrio plectat.

¶ Casus. Cùm ego cepissem animalia tua, vel pignus seu vadium: tu per vim mihi illud abstulisti: qua pœna sis puniendus. Lex dicit, quòd arbitrio iudicis punietur. ¶ Glossa. Est iuri conueniens, vt puniatur, qui sua authoritate sibi ius dicit: & punitur de iure amissione rei, & pœna l. si quis ad fundum, vulgata. & l. si quis in tãtam. quæ variæ sunt, & variè loquuntur. Sed hic punitur extra ordinem arbitrio iudicis, quod poterit excedere ipsius rei æstimationem ob contemptum. l. fin. ff. de extraordi. cogni. d. l. si familia. in ver. contempta. & ad hunc locum videas tex. in l. in possessionem. C. ad leg. Iul. de vi. & gl. not. in l. 3. C. de pigno. & text. in d. l. si quis à se fundum, ad finem, circa id quod dicitur iudici constet. facit etiam text. in l. licitatio. ibi vigor publicæ disciplinæ. ff. de publica. l. 1. ff. vi bonorum rapto. & de eo qui quempiam extorsit de manibus iusticiæ, sed est impertinens.

Ius sibi dicere non licet.

CAPVT XIII.

Poterit quoque deprehensor ipsi pastori, vel domino captas pecudes custodiendas tradere: vt probato damno legitimam pœnam consequatur.

¶ Casus. Ego accepi tua animalia in fundo meo, & ea tibi tradidi in custodiam: & volui probare damnum, & petere mulctam. Lex dicit, quòd possum. ¶ Glossa. Et interea non deteriorem faciet: nec propriè tanquam sua erit: quia nemo potest esse dominus & depositarius. l. neque pignus. ff. de regu. iur. nec datur ei vtenda: sed conseruanda, vt fiat ius. De hac re autem non reperio text. formalem (vt dicunt) vbi hæc forma describatur. De tertio dictum est in præce. & de retentione, & disputatur per Scrib. in l. qui seruandarũ. ff. de præscrip. ver. & Rofre. in tract. de pastu. peco. & dixi quomodo probetur damnum.

Nemo potest esse dominus & depositarius.

CAPVT

CAPVT XIIII.

Quod si vel pignus dare, vel pecudes, quæ noxam dederunt, tradere damnū passo quis recusauerit, quinque solidorum pœna esto. Cuius rei fides fit vnico fide digno teste, & damnum passi iuramento.

¶ Casus. Ego inueni oues tuas in fundo meo, & volui capere: tu noluisti dare: nec dare pignus seu panariū: quæritur quæ sit pœna? Respond. quòd est pœna quinque solidorum, & de ea re creditur vni testi idoneo, & damnum passi iuramento. ¶ Glossa. Hac plectitur, qui iniustè resistit. l. defensionis. C. de iu. fisc. cum si. Et quòd dicit stari iuramento damnum passi, est ex forma l. si quando. Tamen ne fiat fraus, requiritur vnius testis cōcordantia, & de hac forma tex. est in c. si. de iur. in his quę sunt modici precij, secus in his quę sunt magni momenti: ob vnius testis dictum non deferretur iuramentum damnum passo. vt cano. in c. cum dilectus. de succes. intest. de hac re scrib. in l. ad modi. ff. de iureiu. l. iurisiurandi. per Alber. C. de testi. nolo hîc vagari in materia testium. & quæ ad testis approbationem requirantur, habes multa per Summistas & Panor. in ca. in nomine Domini. de testi. & Docto. in d. l. admonendi. cum simi. quæ non faciunt necessariò ad rem.

Vnius testis dictum facit deferri iuramētum.

CAPVT XV.

Si cuiusque altilia, anserésue pauperiem damnumque in alieno agro faciant: vnum duóue configere, fas esto: illicque mortuos deserere, aut in viam abiicere. quòd si malit viuos ad iudicem præferre, damni dati ius dicet: nullam fisco eius rei causa pœnā adiudicans.

¶ Casus. Quęritur de damno dato per anseres, vel alia volatilia, quomodo agatur. Respon. quòd potest vnum duóue configere & occidere, & relinquere mortuos: vel capere viuos, & ferre ad iudicem, vt ei faciat ius: & pœna erit applicanda parti, non fisco. ¶ Glo. Hic exemplum ponit in anseribus. dicit autem in genere de omnibus altilibus & auibus: quarum appellatione anseres continentur, & gallinæ, & huiusmodi. §. auium §. gallinarum, §. pauonū. Instit. de re. diui. & quia de hac re plurima scribit Boërius post Fabrum, & alios, non repeto. Videas q̄ ille dicit non licere occidere columbas innocuas: & eam esse consuetudinem: cui decisioni obstat generalitas huius legis. Tamē quia lex est recta ratio: crederem illius sententiam, quæ ex fontibus Fabri profecta est, esse æquiorem, quòd illud animal non sit adeo noxium: nec tantum afferat incommodi. estq; nobilius: quanquam & anseres Romani adorantur.

De damno dato ex altilibus.

Columba nobilis & innocua.

Anseres à Roman. adorātur.

est enim anseri vigili cura, inquit Plinius, Capitolio testata defenso. & galli quoque vigiles sunt huius testimonio, & bellaces, qui leonibus etiam terrorem incutiant, & in quacunque domo regnum exerceant. Pauones autem gloriosi ac maleuoli. reliqua quo ad materiam dicas esse contra tex. in l. quintus. ad leg. Aquil. & in §. gallinarum. quia si non licet detinere: multominus occidere. De hac re plus satis. & de auibus in pastum profectis, lege Columellam libro primo. Aduerte autem hic, quòd occisa capere & comedere non potest.

Galli vigiles & bellaces.

Pauones gloriosi.

CAPVT XVI.

Quo tempore fruges, segetesque non collectæ in agris sunt: illic pascere ante ortum, postq; occasum diem sine arbitraria pœna ne quis audeat.

¶ Casus. Hic est vna consuetudo, vt nunquā ante ortum solis & post occasum liceat ducere animalia ad pascendum in agris, in quibus fructus in terra sunt, & non sunt collecti vel debladati. ¶ Gloss. Ratio est, quia qui malè agit, odit lucem, & dies est ab ortu ad occasum: vt not. in l. 4. ff. de verborum signifi. distinguendo inter artificialem & naturalem inter Romanos, Babylonios, Aegyptios, & huiusmodi vulgaria. Quia hæc consuetudo maiori elucidatione non indiget in fin. titu. facit quod Columella in secunda de re rusti. scribit: Neque suem velimus impasci pratum, quoniam rostro suffodiat, & cespites excitet. & Hierony. in exo. Si dimiserit iumentum suum, vt depascatur aliena, restituet. Clara omnia sunt: nec est opus maiore apparatu: præsertim cum multas quęstiones occurrentes in hac re habeas plenissimè apud Boerium.

Dies artificialis et naturalis.

Columella de suibus.

De fugitiuis seu errantibus.

CAPVT I.



ERrones diebus quadraginta seruari, ac trib. hebdomadis, interim ter proclamari debent. Quòd si intra id temporis eorum domini nō appareant, illius loci dominis merum imperium, aut minorem vsque ad sexaginta solidos iurisdictionem habentibus, acquisita esse declarari debent. Venienti verò intra tempus fugitiuorum animalium domino refusis sumptibus iustis ei restitui æquum est. Quo elapso etiā (si declaratio vendicatioque à iudice facta nō sit) quandocunq; vænire licet.

¶ Casus.

¶ Casus. Animalia mea expauefacta vel aberrantia erant, & eorũ aspectum pastor perdiderat: nesciebatq; vbi essent. quæritur quid de illis sit faciendum? Dicit, quòd ille qui ea ceperit, debet seruare per quadraginta dies, & eo tempore facere ter per hebdomadas proclamari, vt eorum dominus veniat, & compareat ad ea recuperãda: & si nemo compareat, qui dicat se dominum, acquiruntur domino territorij. Si prius appareat dominus, ei restitui debent solutis legitimis expensis: & potest etiam post illud tempus ea recuperare, antequam declaratio facta sit. ¶ Glossa. Quemadmodum errones serui dicuntur qui sæpe fugere solent ac redire, vt l. quis sit fugitiuus. §. erro. ff. de ædilit. edict. ita errones appello pecudes: aut aues alterius errantes & dispalatas, quę interdum quoque redeunt: sed ex domini custodia atque aspectu fugere, errones que esse solent. Tu vel errones dicas vel fugitiuas. Vt Virgilius: *Ille meas errare boues.* & sæpius, nam hic expauæ dicuntur, quasi expauefactæ. & quarum dominus ignoratur: quia longè fugerunt. Et de hac consuetudine quòd domino loci acquirantur, meminit Ioan. Fab. in §. apium. Ratio verò est, ne rerum dominia in incerto sint, & ex negligentia custodum: vt not. in §. ferè. Institu. de rerum diuisione. Clara est litera, nec dubium occurrit. Boërius etiam de his meminit. Et Alexan. de Imol. in l. 3. §. feras. ff. de acquirenda possessione. loquitur de pecore oberrante, an liceat propria authoritate capere.

Errones pecudes.

Errones loci domino acquirantur.

De stagnis & cuniculis.

CAPVT I.



NE quis vel stagna, vel cuniculos, specus, fossatáue aliena nisi fracta deserta que sint, adeat hac lege iubemus, venatori piscatoríue furti pœnam infligentes.

¶ Casus. Quæritur an liceat in alienis stagnis piscari, vel in alienis cuniculis, id est guarennis venari? Dicit quòd non, nisi sint in fracto: Gallice *en frou*, & deserta incultaq; & informia. ¶ Glossa. De specu. & cuniculis alio significatu habes text. in l. supra iter. ff. de aqua plu. arcen. & cuniculus pro ipso lepusculo sumitur, qui sub effosa terra latitare solet: subq; cuniculis ipsis. Festus autem cuniculum in neutro genere protulit. Et Martialis:

Gaudet in effosis habitare cuniculus antris.

Potes etiam illas, quas guarennas nostri vocant, appellare: vt Plinius interranea, vel in ge ne. è viuaria, vel specus. ait enim in lib. 8. c. 55. Sunt quos Hispania cuniculos appellat fœcunditatis innumeræ. mox dicit repurgatis interraneis. Item magna propter venatũ eorum gratia est. Iniiciũt eos in specus qui sunt multiformes in terris. vnde & nomen animali, atq; eiectos supernè capiunt. nusquam potes elegantius descriptum istud guarennarum genus legere. fundatur autem lex nostra contra l. quod enim nullius. ff. de acquir. re. dom. vbi venari licet in alieno, nisi dominus ingredientem prohibuerit. Nam illud intelligitur in feris non reclusis: sed quæ nullius sunt. Hæ autem feræ velut priuatæ sunt, & in eius bonis, à quo sunt inclusæ: sicut in vinariis, & pisces in piscinis, & ab eo possidentur. l. 3. ff. de acquir. poss. in §. item feras quas in viuariis incluserimus, & pisces quos in piscina collegerimus à nobis possideri. vbi miror quo pacto Iureconsultus aliter in stagnis dixerit: quia inquit, sunt in naturali libertate. Nam in stagnis cohibentur sicut in piscinis, nec possunt stagnum euagari seu euadere, nisi dissolutum sit. quamuis in maiori libertate sint. Ideo gl. distinguit inter lacus & magna stagna & parua. De cuniculo & fossa est text. in l. Proculus ff. de dam. infect. Et facit ad hanc l. tex. in l. diuus. ff. de seruit. rustico. præ. multa de venatione habes, præter canonistas & præter legistas in l. 3. ff. de acquiren. posses. per Cæpollam in tracta. seruitutum rustic. habes etiam de venatione & guarennis quædam per Boerium egregie. Habes dictum Ange. in d. l. diuus. non vidisse venatorem sanctum vel canonisatum, quod est falsissimum. Sed ista lex non loquitur de venatione ferarum, ideo plura dicam. In tex. dico in fracto quod vernacula lingua dicit, *en frou*, sunt enim quædam quæ sic latinè dici nequeunt.

Cuniculus.

Guarennæ Interranea Plinij locus elegãs.

Venari in alieno licet.

Feræ priuatæ.

De Venatione.

CAPVT II.

In suo fundo stagna facere cuique liberum esto: modo ne viam iúsue alterius occupet.

¶ Casus. Quæritur vtrum liceat vnicuique facere stagna vel fossam, id est, piscinã in suo fundo? Respondet quòd sic, dum tamen non impediat viam publicam, vel ius priuati, id est, terram priuati. ¶ Glossa. Hic non dicit an liceat viuaria vel specus facere: sed de stagnis tantum loquitur. Tamen videtur idem dicendum, cum liceat cuique in suo facere quodlibet de iure, dummodo alteri non noceat. De hac re latè per Iasonem in l. quominus. ff. de flumini. in repet. Et Boerius hoc decidit Ioan. Fab. in §. feræ bestiæ. de rerum diui. dicit ex consuetudine tolerari. An tamẽ omnibus liceat. Dicas de iure licere rationibus & iuribus prædictis. De consuetudine videtur licere: quia si prohibet in alienis cuniculis venari, ergo tacitè permittit cuniculos habere & stagna. nisi vel edicto principis vel consuetudine loci aliter caueatur. quod ego communi vsui remitto.

An liceat habere guarennas.

Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

CAPVT I.



INter plebeios ea lex, vt altero ex coniugibus vita functo, detur minorũ cura superstiti, si quidem voluerit vsque ad viriles annos. Verùm is neque mobilium ad eos spectantium: neque fructuum lucrum habere intelligatur.

¶ Casus. Inter coniuges plebeios accidit quòd vnus eorum mortuus est, quęritur cui detur cura liberorum, si quos habeant? Responde, quòd datur superuiuenti, si velit vsque ad legitimam filiorum ætatem. Sed non lucrabitur mobilia eorum: neque fructus sicut nobiles faciunt. ¶ Glossa. Hunc titulum ego inscripsi, quibus modis ius patriæ potestatis soluitur: quamuis non sit propriè ea potestas patria, quo dabatur patri de iure Romanorum: neque hic tradantur omnes modi, qui in iure traduntur ad patriam potestatem dissoluendam: vt est titu. in primo. Institu. libro. Tamen est potestas, id est, administratio vsque ad pubertatis annos. de qua re dictum est in titu. de feudis. Nec possunt filij sine eorum consensu contrahere, nec distrahere: licet eis non acquirant. Sunt igitur parentes vel tutores curatorésue filiorum. vt l. fin. C. de bo. quæ libe. l. 1. C. de bon. mater. De hac constitutione dictum est aliquid in feudis quoad nobiles, & inferius repetitur. Ego itaque & breuitatis gratia & commodioris ordinis hunc totum titulum coniungam vsque ad fin. & in fine dicam nonnulla recondita & pertinentia.

Patria potestas.

CAPVT II.

Ea verò lex nobilibus atque plebeiis communis est: vt nuptiarum vinculo à patria potestate liberi prorsus eximantur.

¶ Casus. Quæritur nunquid nuptiæ liberent à patria potestate? Respon. quòd sic, tam nobiles quàm ignobiles.

CAPVT III.

Minores nobiles in parentis superstitis tutela esse debent, aut aui vel auiæ proximíue agnati: eo pacto, vt in titulo de feudis dictum fuit.

¶ Casus. Repetit quòd dixerat minores nobilium filios altero parente mortuo debere in superuiuentis potestate esse, eo modo quo declarauit: & cum illis oneribus.

CAPVT IIII.

Vbi tutor pupillis dandus erit, id ex consensu ac electione quinque agnatorum affiniúmue: hisque deficientibus, vicinorum consilio fiat. Quę in fœminis anno duodecimo, in masculis decimoquarto finietur.

¶ Casus. Erat vnus minor, qui carebat tutore: quia parentes & agnati eius nolebant suscipere tutelam. Lex dicit, quòd debet ei dari vnus de consensu quinque proximiorum, vel affinium: vel denique vicinorum.

CAPVT V.

Inter plebeios id obseruatur: vt si pater ad secundas nuptias transierit, filiorum tutelam ob id non amittat, aliud in matre statuimus.

¶ Casus. Pater plebeius mortua vxore transiuit ad secunda vota: nunquid per hoc amittat tutelam filiorum? Dicit, quòd non: secus est in matre. ita est potior conditio patris quam matris.

CAPVT VI.

Filia nupta, annisque nubilis: cum mariti authoritate potest contrahere.

¶ Casus. An filia habens maritum, & annos legitimos ad nuptias possit cõtrahere? Dicit, quòd sic: sed cum authoritate mariti.

CAPVT VII.

Liberi quatuordecim annos nati & fœminæ duodecimum ętatis annũ adeptæ sui iuris censentur: neque cuiusquam curæ tutelæue, aut potestati subiecti. Possuntque contrahere, agere, prosequi, ac exercere omnes lites, actiones, controuersias in iudicio, extraque iudicium: præsertim si curatorem ad lites acceperint.

¶ Casus. Dicit, quòd inter plebeios annus decimusquartus in masculis, & duodecimus in fœmina facit eos sui iuris, & eximit à tutela & cura: & possunt omnia facere quæ faciunt illi, qui sui iuris sunt.

CAPVT VIII.

Pater filios cuiuscunque ætatis sint: & præsentes & absentes emancipare potest.

¶ Casus. Pater voluit emancipare filios suos: quæritur quomodo, & quos possit? Respondetur, quod potest & præsentes & absentes, & cuiuscunque ætatis sint.

Sequi-

Sequitur Commentarius totius tituli.


N summa in hoc titulo ponitur primò quædā differentia inter nobiles & plebeios, quoad tutelam filiorum: quæ est primò, vt nobiles lucrentur eorum mobilia & fructus cum onere tradito in feudis: plebeij verò secus, quod illic satis superq; fuit deductum. Item, vt mater plebeia ob secundas nuptias tutelam perdat. de qua etiam re satis dictum. omnia enim quæ huc pertinēt, illic in pluribus locis expedita sunt. & huc adde, quòd si statuta nobilibus collectam imponunt, non comprehendunt nobiles scientia. vt scribit pulchrè Barb. in c. prudentia. de don. alia nobilitatis priuilegia non refero. Est autem in secundo capite vna lex communis, vt nuptiarum vinculo quis à patria potestate liberetur, ne prius vinculum impediat libertatem nuptiarum. argu. §. deinceps. in Auth. de nupt. vbi solet dici, omnia morte & nuptiis solui, quamuis text. non dicat nuptiis omnia solui: sed morte. Item quia matrimonium est hodie sacra dignitas quædam, & sacra indiuiduaq; sunt iura matrimonij, quòd debet esse liberum & quietum. l. Titia. de verbo. obliga. cum simi. Item, quia transit in potestatē mariti filia. est enim quædam (vt verè dicam) captiuitas vel mors ciuilis, qua molestia libenter careremus omnes: vt ille Romanus dicebat si carere possemus. & mulieris bonę beatus vir, & pleraq; id genus quæ fas nō est dicere coniugatis. nemo igitur duorū seruus rectè esse potest. Sicut ergo serui pœnæ vel captiui liberantur à patria potestate. §. cùm autem. §. sed si ab hostibus. qui. mo. ius pa. pote. sol. ita & matrimonio. At potius dicas sicut militia, vel alia ex 12. dignitatibus, quę continetur in l. fi. C. de decu. li. 10. præditus hodie à potestate patria liberatur. ita & nuptiæ liberant ob dignitatem & honestatem matrimonij. De vxore est communis consuetudo Gallię, vt sint in potestate viri: vt scribit Io. Fab. in l. 1. C. de bo. mater. & super hac re ac tota materia huius tituli plurima congessit Boerius, quē omnino legas, & non deceret à nobis resumi cùm sint in omnium manibus. Ego autē præter vulgaria propono tibi duas quęstiones. Prima est circa exéptionem à patria potestate, quę datur de iure multis, & specialiter episcopis. Auth. sed episcopalis. C. de epis. & cle. habēt enim sponsam, cui sunt alligati. Quæro an sit liberatus à patria potestate inuitus & in sui præiudiciū? Odof. illic decidit q; non: vt si statuto caueatur, vt liberatus à patria potestate non succedat patri. nam succederet ita, vt sentit Barbatius in l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. Et faciunt not. Bar. in l. in potestate. ff. de his qui sui vel alieni sunt. vbi expresè hoc decidit. Et illic scribunt militiam & doctoratū non eximere à patria potestate. post Bal. in l. si maritus. C. de pa. pot. secus de cōsue. pręsertim ista, qua potestas pubertate dissoluitur, cum paucos inuenias. qui tam imberbi ætate Doc. fiant. quę res hodie frequentior est, cum libri ac literæ sint potentiores. Quæro itaq; secundo an patria potestas in spiritualibus habeat locum? Phil. Deci. in Auth. quod locum. decidit non habere. in illis enim filius sine patre agit. c. fi. de iudic. in 6. quòd potest induci ad probandam consuet. qua nuptię non subsunt patriæ potestati. est enim causa matrimonij spiritualis, vt illic Decius docet. & in d. c. fi. per Scrib. cum vulg. quòd facit, vt sine consensu patris filia in matrimonio contrahere posit. Legas Decium, quia doctè loquitur, & occurrit nuper. ad hæc lege Paul. de Castr. in l. 1. C. famil. hercis. an filius vxoratus teneatur cum patre viuere. Item, quòd de cōsensu parentum vel affinium: facit quod sæpe Doct. disputant de statuto, quo requiritur consensus duorum parentum in contractibus pupillorum. Et an in distractu intelligatur, nihil dico, quia sępe in iure occurrit, & est plus millies à scribentibus de illo statuto dictum. De emancipatione est conforme iuri: sed aliter cauetur in §. pe. Inst. qui. mo. ius sol. vt apud iudicem fiat. & tutelam emancipati assumat. & reliqua. & in l. vt liberi. C. de coll. not. quòd solitum est dari aliquid filiis, vt emancipentur. Id autem quod dicitur, & absentes. est contra l. iubemus. C. de emancip. li. vbi rescriptum principis requiritur. alia clara sunt & vulgaria.

Cur nuptie à patria potestate liberent.

Matrimonium sacrum.

Ex Gellio.

Mariti in vxores Gallię de necis potestatem habebāt in Gallia, vt Cæsar scribit.

Quibus modis quis à patria potestate liberetur.

Liberatio à potestate patria in præiudiciū non cedit.

Doctoratus à potestate non liberat.

Patria potestas in spiritualibus locum non habet.

Emancipationis forma.

De societate inter virum & vxorem.

CAPVT I.


Nter coniuges omnium bonorum mobilium societas cōmunitasq; esto. Item & debitorū, creditorumq; tam ante contractū matrimonium, q̄ eo constante factorū. Item & quæstuum immobilium matrimonij tpe succedentium. Ita vt eorum omniū dimidia superstiti, altera mortui heredibus detur. cum & superstes ęris alieni dimidiam, atq; interusurij ob vectigalia à coniugibus debiti: alterā defuncti hæredes soluere teneantur.

¶ Casus. Maritus & vxor habebant inter se bona mobilia multa: maritus dicebat quòd erant sua, quia dominus. vxor dicebat quòd erat socia eius: & quòd habebat partem in illis. Lex dicit, quòd omnium mobilium communitas est inter eos. Sic etiam obligationes actiuæ & pasiuæ, tam antè matrimonium, quàm eo constante, & contractæ per eos sunt communes: & conquæstus immobilium facti durante matrimonio. & ad hæ-

Vbi fundetur in iure communitas coniugum. redes superuiuentis dimidia transit actiuè & passiuè. ¶ Glossa. Huius societatis communitatisq; inter virum & vxorem, ex consuetudine in bonis mobilibus, & nominibus actiuis, passiuisq;, & conquæstibus constante matrimonio factis meminit Io Fab. in Auth. in donatione. C. de secun. nup. scrib. antiq. & Moder. in l. cunctos C. de sum. Tri. cano. in c. significauit. de dona. inter vi. & vxo. quem vt celebrem commendat Boerius, qui de ea re tam multa, tamq; egregia collegit, vt nihil nobis reliquerit. Tamen de iure nō est inter eos *Societas animorum & corporum.* societas bonorum: sed animorum & corporum est. Sed fundatur ex apparatu Bal. & aliorum, quos Boerius citat ex l. ex diuerso. §. idem Proculus. ff. sol. matri. quæ lex nō hoc probat. quia loquitur quando mulier contraxit societatem, sed non dicit contraxisse cum viro: nec dicit quòd ipso iure sit contracta inter coniuges. Item nec id probatur per l. alimenta. §. ii. ff. de aliment. & ciba. leg. nec per l. cùm hic status §. si inter virum & vxorem societas contracta sit. quia loquuntur, quando ita erat actum & conuentum inter *Donatio nō reprobat vbi est reciproca.* eos nō donationis modo, sed societatis & cōmunitatis, per quam non priuantur mutuo amore. nec probatur per c. significauit. quia ille tex ex opinione gl. Panor. & omnium debet intelligi de bonis vtrisque relictis, vel ex communi pecunia emptis, vel vtriq; donatis. alioquin de iure præsumitur ex bonis mariti esse. l. quintus. ff. de dona. inter vir. l. certū. C. eo. tit. & ita illic Panor. egregiè declarat, quo pacto de iure nō est cōmunitas inter eos, nec habet mulier aliquid præter doté. Sed inducit, quòd per consuetudinem laudabilem id fieri *Inductio subtilis.* possit. Tu sic inducas, si potest fieri per pactū, vt legibus illis cauetur, ergo & per statutum vel consue. Bar. in d. l. cunctos. & in l. de quibus. ff. de legi. l. non impossibile. ff. de pac. Et procederet ex sententia Panor. d. c. & consue *Matrimonium putatiuum.* tudo in matrimonio putatiuo. Et Moder. plura qui remittunt ad Petrum de Anch. in consil. 101. apud quem multas leges. Quid quæstuum seu conquæstuum appellatione contineatur, late Boerius docet, vt ea tantū sint, quæ ex industria hominis, & opera quæruntur: alia quæ donata relictáue sunt, aduētitia sunt, non quęstus: neq; de his intelligitur ista *Quæstus & conquæstus.* consuetu. quanuis inter quæstus & conquæstus differētia fiat. Alia legas apud illum, qui citat l. coiri. cum l. seq. ff. pro socio. & est tex. in l. aditio. § 1. ff. de acqui. hær. vbi si societas inter duos inita sit: quæstus & dispendij, vel compendij, non intelligitur cōprehensa hæreditas obueniens, nisi (inquit glossa) omniū bō. socij essent, vel societatis causa delata esset. Ad hanc autem consuetudinem adduco tibi text. qui videtur mihi expressior qui sit in iure. in c. pe. de cōsue. vbi approbatur talis *Mulier habet priuilegiū ex persona mariti.* consuetudo, nisi adulteriis faueat in verbo medietaté omnium bonorum, quæ adeptus fuerit vir. Aduerte etiam quòd sicut de iure maritus habeat priuilegium, ne cōueniatur vltra quàm facere possit: ita & mulier ob istā societatem: vt est text. in d. l. ex diuerso. & est impropria hæc societas, & tacita contra ius inter coniuges. vt dicunt illic Moder. ad quā etiam priuilegiū illud extenditur, per quod ampliatur text. in l. verum. §. tempus. ff. pro socio. Aduerte etiam quod eleganter scribit Petrus in l. diuortio. ad princi. ff. solu. matri. hæc verba. Si mulier ex industria sua lucratur aliquid ex aliquo artificio, acquirit sibi, & non viro. quia tenetur viro ad operas obsequiales tantum, non artificiales. Sed ista lex est æquior: per quam æqualitas quæ amoré conciliat, & confirmat inter coniuges inducitur, vt mutuæ sint inter eos fortunæ ob illam societaté diuinæ & humanæ domus. Laudabilis est igitur hæc consuetudo: sed per eam tollitur edictum bonorū possessionis, Vnde vir & vxor: nam præferuntur agnati, & dimidiam illorum quæ ad mortuum spectabat, consequuntur. *Lucra Vxoris nō sunt viro communicāda. Bono. po. Vnde vir & vxor.* Id præterea quo dicitur nominū, & obligationum actiuarum, passiuarumq; commune onus esse debere, est conueniens iuri quo cauetur: vt qui onus sentit, sentiat commodum: & qui de lucris parté capit, de oneribus partem sentiat. sed ex captiosa in eo quod de debitis ante matrimonium contractis dicit. quia esset occasio decipiēdi vxores, vel econuerso, nec multis placet.

CAPVT II.

Constante matrimonio mobilia omnia, omniaque immobilia simul quæsita pro arbitrio distrahere maritus potest. Idque inter viuos contrahendo. Nam in testamento neuter coniugum supra dimidiam suam potest disponere. Solus etiam maritus citra vxoris consensum omnes actiones vxori competentes, eiusque causa ortas reales, personalésue & vectigalium vxori debitorum gratia interusuria prosequi, persequique: ac eius nomine experiri.

¶ Casus. Quia dixit esse communitatem inter virum & vxorem: quæritur quid si maritus velit vendere mobilia & conquæstus vxore nolente: Responde, quòd potest inter viuos contrahendo vel distrahendo. In testamento verò non potest de dimidia alterius disponere. Sed quæritur fortius. debebatur aliquid vxori, vel aliqua arreragia, vt dicunt, occasione patrimonij sui: ipse maritus suo nomine voluit ea exigere. Lex dicit quòd potest tam reales quàm personales actiones exercere sine ea. ¶ Glossa. Hic conceditur magna libertas viro, vt possit alienare bona communia inter viuos pro arbitrio: cùm tamé vxor non possit. quod fit ob fragilitatem vxorum, vt eis alienatio, etiam patrimonij sui prohibeatur. Item, & maritus agit, & exercet actio- *Vxores alienare nō queunt.*

actiones vxori competentes. Nam mulier non potest esse in iudicio sine mariti, in cuius potestate est, authoritate: sicuti nec filiusfamil. nec distinguitur inter dona æstimata, vel non, & ea quæ seruari possunt, vel non, vt faciunt de iure scrib. quos abundè citat Boerius. quia ista lex dat marito plenam libertatem, & ei, eiusq; fidei confidit: & est tanquam procurator vxoris, & administrator, cum libera, ne fœminæ persequendæ litis obtentu in contumeliam matrimonialis pudoris irreuerenter irruant. l. maritus. C. de procur. quæ est elegans, & pro huius fundamento licet requirat satisdationem de rato: quę de iure in paraphernalibus & dotalibus non requiritur. lege Boerium fol. 6. qui multum exclamat in vxores.

Ratio legis in vxores.

CAPVT III.

Vxor sine mariti consensu donare, distrahere, aliterue inter viuos contrahere non potest: excepta negociationis mercaturæue, cui præposita est, quamque publicè exercet, causa.

¶ Casus. Dicit breuiter & facile, quòd regulariter vxor non potest donare, vel alienare, vel contrahere sine marito, nisi in vno casu, quando est publica mercatrix. ¶ Glossa. Hic est, quod vbi Scribentes volunt, vt in his statutis, quibus requiritur consensus aliquorum in contractu mulierum, vel pupillorum, extendatur ad donationem. donare est perdere, & ad distractum, seu resolutionem contractus, & ad donationé causa mortis. Et alia quæ latè describit Boerius, cuius scripta nolo transplantare. Et de muliere, mercatrice, vt possit contrahere in mercatura. Idem adducit dictum Bald. de filiofa. mercatore. in l. Macedoniani. C. ad Macedo. Hoc autem tu intelligas, vt procedat in ea mercatura, seu negociatione, quam ex consensu mariti exercet, & cui præposita est à marito, quia tunc de omni contractu eius rei causa ab ea celebrato, tenetur maritus, ne contrahentes cum ea deludantur. in aliis autem causis secus. Et si publice eam exerceat, censetur ex mariti authoritate id facere. argumen. l. Barbarius. ff. de offic. præsi. l. eius qui in prouincia. ff. si certum peta. cum simil. Et ad hanc rem videas text. in l. 1. §. item præpositio. ff. de exercito. Alia Boerius diffusè. Et dicemus statim, quia est institoria non exercitoria. Legi consil. Paul. de Castr. 162. in antiq. vbi declarat quomodo intelligatur statutum, quòd minor exercens mercaturam habeatur maior.

In donatione authori tas requiritur.

Mulier mercatrix authoritate non indiget.

Minor mercator pro maiore est.

CAPVT IIII.

Mercatrix publica quancunque actionem eius rei causa competētem exercere potest. Ipsa etiam & maritus conueniri.

¶ Casus. Vxor mea publicè mercaturam faciebat, vt puta, vendebat aleca, vel triticum, vel aliud. Lex dicit q; ipsa potest conuenire & conueniri, & maritus eius obligatur ex ea re. ¶ Glossa. Istud est contra titu. de institoria. ff. vbi nō ipsi institori datur actio, sed præponenti. l. sed & si quis. & l. præce. ff. de insti. to. Sed dicas quòd vxor publica mercatrix est, tanquam procurator cum libera. l. sed & procuratorem. iuncta gl. ff. de instito. & quia publicè facit. Item nota. in d. l. sed & si quis. §. parui refert masculus an fœmina sit, qui tabernæ præficitur. ideo autem ipsa conueniri potest, ne publicè cum ea contrahentes decipiantur, quæ ratio ponitur in dict. tit. de instito. & de exercito. expediamus reliqua. nisi velis addere quòd Barb. dicit filium mercatorem pro patrefami. esse in cap. quòd quibusdam. de fideiusso.

Institoria datur præponenti.

Ratio consuet.

Mercator filius pro patref. est.

CAPVT V.

Facto sine fraude bonorum diuortio, diuisisque bonis vxor contrahere, ac de bonis suis mobilibus ac immobilibus ex pacto, quo innuptę mulieres agunt, liberè disponere potest. Id verò diuortium contrario consensu irritari potest, ac nouo consortio coniugalis societas instaurari.

¶ Casus. Maritus erat prodigus, & facta est separatio eorum. vtrum tunc vxor possit sine consensu eius contrahere? Lex respondet, quod potest omnino facere: sicut, si non haberet virum. Et, quòd si velint postea, potetunt reconciliari: sed intellige quòd ea quæ interea facta sunt, non reuocantur. ¶ Gloss. Diuortium corporum non fit ita hodie, sicut de iure antiquo & ciuili fiebat: sed est hic bonorum tantum: vt puta, ob prodigalitatem alterius, & est bonorum separatio, non corporum, ad instar illius separationis quæ fit ob creditores. quamuis etiam corporum separatio aliquando fiat. sed de ista separatione bonorum ob creditores, est text. in l. 1. & per totum titu. ff. de separa. Quot modis diuortium fiat de iure canonico, non est necesse hic referre, & satis est in Iure canonico expressum in titu. de diuor. & per Summistas, Et per Alberi. in dictionario. Ad rem autem facit quod in l. 2. ff. de diuor. ponuntur verba hæc, Res tuas tibi habeto: res tuas agito. & fit apud iudicem cum causæ cognitione. Et ad reconciliatum consortium facit text. in l. vir mulieri. ff. de don. inter virum & vxor. vbi est reparatio matrimonij, & simulatum diuortium. reparato enim matrimonio omnia in pristinum statum redeunt. Sed ita intelligas, vt non reparentur contractus interea facti ab vxore, & reuocetur, quia ius tertio iam quæsitum est, quando erat diuortium non simulatum, neque in fraudem. vt hic dicitur, & facit d. l. vir mulieri. An ob viri ꝓdigalitatem

Separatio bonorum.

Diuortij verba.

Reconciliatio.

Limitatio bona.

mulier possit petere dotem, Boërius, & alij disputant, ego non resumo.

CAPVT VI.

Vxor citra mariti autoritatem ob sibi illatam iniuriam in iure experiri potest: sicuti ipsa ob iniuriam conuitiúmue, quod intulerit, conueniri. Quia, si ipsa iniuriarum damnata sit: in maritum bonáue communia constante matrimonio executio nõ fiet.

¶ Casus. Vxor mea passa est iniuriam, vel verbo, vel facto, voluit agere suo nomine actione iniuriarum. Lex dicit quod in hoc casu potest, sicuti conueniri potest sine authoritate mariti, si iniuriam alicui fecerit. Sed pono quòd vxor mea verberauit tuã: & condemnata est illi in viginti. nunquid possit fieri executio in bonis meis, vel in bonis communibus durante matrimonio? Responde q̃ non. ¶ Glossa. Huius constitutionis fundamentum est in l. 1. §. fin. ff. de iniur. dum ait, ex vna iniuria tribus actionem dari, neque vnius actionem per alium consumi, vtputa vxori meæ filiæfami. iniuria facta est, & mihi & patri eius. & ipsi actio competit. quòd si viro iniuria facta sit, vxor non agit, quia defendi vxores à viris (inquit Paulus) non viros ab vxoribus æquum est. facit tex. in §. pariter. Institut. de iniur. quod vltimum facit secundum Bald. in vxore accusante de morte mariti, vt ille dixit in l. 2. C. qui accu. poss. colum. 23. Et an prælatus possit remittere iniuriam illatam ecclesiæ? Bald. in l. qui accusare. C. de eden. quòd nõ, & cano. in c. accendentibus. de priuile Et sponsus quoque agit. l. item apud Labeonem. §. sponsum. ff. de iniur. Non tamen intelligas hîc, cum datur actio iniuriarum vxori sine consensu mariti, per hoc tolli potestatem agendi ipsi marito, quia lex ei hoc permittit. vt d. l. 1. §. fina. Et facit pro hac l. tex. in l. lex Cornelia. §. item lex Corn. ff. de iniu. vbi est vnus ex casibus, quibus filius potest agere sine consensu patris, sic vxor sine marito, sicut & ipsa conueniri, & ex eius delicto maritus non tenetur. sicut pater ex delicto filij, nisi ex statuto: vt Barto. qui dicit ex statuto Perusino, patrem teneri ob condemnationem filij. in l. in cognitione. in fin. ff. ad Sylla. & in l. filius. ff. de verbo. oblig. videbatur autem quod pro parte dimidia hæc bona essent obligata. sunt enim velut peculium fœminę. Sed dicas id fieri ob communitatem, & indiuiduitatem constante matrimonio durantem. posset ergo, vt hîc tacitè innuitur, soluto matrimonio conueniri mulier, hærédésue eius iniuriarum.

Vna iniuria tres actiones parit.

Vxori non datur actio pro iniuria marito illata.

Prælatus non potest remittere iniuriã ecclesiæ illatum.

Filius pro iniuria sibi illata potest agere.

Pater ex debito filij non tenetur.

CAPVT VII.

In contrahendo matrimonio ante desponsationem quælibet donationes, conditiones, conuentionésue, quas vltro citroq; placuisse constiterit, robur, finemq; sortiantur. Idque & in secundis, aliísue nuptiis fieri posse decernimus.

¶ Casus. Ego volebam ducere beatam vxorem: & fecimus quasdam conuentiones in accordantiis ante desponsationem, quæ fidenciaria dicuntur? Lex dicit quod potest fieri, & seruari debent matrimonio postea contracto. ¶ Gloss. Quamuis de iure matrimonium debeat esse liberum omni pœna, omniq; conditione, cùm sit actus legitimus, tamen hic permittitur quanuis cõditionem, quamuis conuentionem apponi: dum tamen non sit turpis, aut iuri dissona. De donationibus & dotibus postea dicetur suo loco, suisq; titulis specialibus. Et pro hac l. facit tex. in l. si socer. § Lucius. ff. solu. matri. & in l. fin. C. de dona. ante nupt. vbi scri. dicunt, ante contractum matrimonium valere talia pacta, & donationes, & conuentiones, etiam si esset per verba de præsenti contractum. quod est dubium. & est contra hanc constitu. vbi dicitur ante fidem datam. Boerius multa citat, quę videas. vltra eum, an ista pacta & conuentiones valeant? dicas sic: Aut in aliis grauatur maritus, & potest ante matrimonium fieri: non autem eo contracto. l. liberis. §. fin. ff. de pac. dota. aut in pręiudicium vxoris & dotis. tunc ante matrimonium possunt in casibus permissis à iure. vt in l. 2. ff. de pac. dota. & gl. quam extollit Alexan. in l. 1. ff. de dotę præle. vbi nota quod dicit, non valere pacta, quibus ad delinquendum inuitamur. Reliquas egregias quæstiones quæ circa hanc rem fieri solent, habes expeditas per Ioan. de Imol. in d. §. Lucius.

Matrimonium liberum.

An pacta ante matrimoniũ valeant.

CAPVT VIII.

Vectigalium vsurę fructus, prouentusq;, & accessiones prædiorũ causa iam perceptę, aut debitę, cedentésue, mobilium appellatione cõtinentur.

¶ Casus. Quæritur, vtrũ vsuræ vectigalium, id est, arreragia rentarum, & fructus prouentus ac redditus, & accesiones perceptæ, aut debitæ contineantur appellatione mobiliũ? Dicit q̃ sic, & sunt communes. ¶ Glossa. Hæc omnia quæ hic exprimuntur, cõmunia sunt inter coniuges: nam mobilia censentur. licet ab immobilibus profecta, nec sequuntur naturam principalis, quia non est eadem ratio. fructus autem adhuc solo hærentes, non dicuntur mobilia: quia sunt pars fundi. l. arboribus. §. Iulianus. ff. de vsufruc. l. fructus. ff. de rei vendi. vnde dicerem quòd si mulier moreretur, quo tempore adhuc penderent messes, vel fructus: neq; collecti, vel à solo separati essent, maritus non posset petere partẽ eorum ab hæredibus vxoris, neq; de obligationibus, quarum dies nõdum cessisset. arg. d. §. Iulianus. sed de nominib. hic nihil cauetur:

Mobilium appella. quid veniat.

tur: & ideo puto appellatione mouentium non contineri. vt Bartol. in l. mouentium. ff. de verborum significa. Plura videas per Doctores in d. l. mouentium. & in l. longè. ff. de diuer. præscrip. & de agri. & censi. libr. 11. C. per totum. & in l. à diuo Pio. ff. de re iudica. ego enim succinctè volo procedere. Tu autem no. hic quod nummi repositi causa sunt mobilia. secus videtur in illis qui vt mutuo darentur, repositi erant. l. si chorus. & l. quæsitum. §. 1. ff. de legat. 3. Et de hac re plurima videas de eo qui legauit omnia mobilia sua, per Specul. in titu. de fructi. & interesse. §. 1. Tamen Doctor. communiter tenent redditus & annonas ciuiles perpetuas non esse inter mobilia, vt Boërius latè. sed hic est consuetudo contraria.

Nummi an sint mobilia.

Annona ciuiles.

CAPVT IX.

Tametsi vectigalia fiduciaria venditione constituta cùm redimi possint, inter mobilia censeri solent: id tamen ex parte emptoris, hæredumque eius intelligi debet, non aduersus venditorem, hæredésue eius vniuersales, aut singulares. Nam si venditor post contractum, contractúsue tempore, aut eo celebrato vxorem duxerit, vxorque contractui obnoxia non erat, soluto matrimonio ad dimidiam tantum præteritarum vsurarum tenebitur. Quòd si quid constante matrimonio simul quęsiuerint: idque ea marito mortuo possideat, ad simulati contractus obseruationem, vsuriique persolutionem eatenus hypothecaria conuenietur, quatenus possidere inuenta sit.

¶ Casus. Quæritur, vtrùm rentæ constitutæ sub facultate redimendi, sint mobilia? Lex dicit, quòd sic, ex parte emptoris, & hæredū eius: non autem contra venditorē, & eius hæredes, vel successores, quia si venditor habeat vxorem, quæ se ad illam rentam non obligauerit, non tenetur nisi ad dimidiam partem arreragiorum, nisi propter conquæstus, quos fecerunt constante matrimonio, & pro rata eorum. ¶ Glossa. Redditus annui perpetui sunt immobiles, vt dixi, idq́ notant scrib. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. c. 1. de controuer. inter do. & episc. cum vulga. per Boerium. Tamen, vt ipse in quodam consi. disserit, redditus non perpetui, vt per pactum de retrouendendo sunt mobiles, post Ioann. de Plat. in l. 3. C. de vendi. re. ciui. lib. 11. & id permittit constitutio nostra, quod tamen exponit intelligendum ex parte emptoris, non ex parte venditoris, quantum ad obligandam vxorem, quæ possidet conquæstus, quia in solidum tenetur peculio tenus, id est, vsque ad æstimationem conquæstuum: secus si essent mobilia, vt dictum est in c. 1. quia pro dimidia tantum teneretur. Sic vno respectu dicuntur mobilia, alio immobilia. nec bene intelligo, quo pacto istud procędat: cùm non habeat nisi dimidiam conquæstuum, & hæredes aliam. cur hæredes non teneantur pro part. per titu. de hæredi. actio. De hoc contra ctu lege vnam præsumptionem, quæ traditur per Ioan. And. in c. ad nostram. de empt. & Alexand. in consil. 46. volum. 3. & præsertim nota quòd dicunt præsumi vsurarium, quando ista facultas redimendi esset concessa in contractu, vel instrumento particulari: non autem in ipsa venditione, quod solet fieri. & melius esset non facere in priuato: quia inducit iniquam præsumptionē. quod non fieret, si in ipso contractu principali esset factum. Alia per Alexand. & Signo. de Homed. in consil. variis.

Perpetui redditus.

Non perpetui mobiles sunt.

Præsumptio vsurarij contractus.

CAPVT X.

Si maritus ob delictum damnatus sit, eiusq; bona fisco delata, atque adiudicata fuerint, ad eius debita, æsq; alienū ab eo contractū, vxor minimè cōuenietur. ne dotē amittet, in cuius repetitione fisco præferenda veniet.

¶ Casus. Maritus Bertæ commisit delictum, propter quod bona eius fuerunt confiscata. Quęritur vtrum vxor eius, de eius delictis & debitis teneatur? Lex dicit quod non, nec amittit dotem suam, in qua recuperanda præfertur fisco & omnibus. ¶ Glossa. Possem hic latius euagari super materia confiscationis, ex quibus causis, per quem, & in quibus bonis fiat. Sed non excedendo textum, legas quæ Boerius optimè cumulat in consuet. Bitur. titu. de iurisdi. omnium iudi. vbi citat Alexan. in l. quanuis. ff. solu. matri. cum aliis per eum adductis, quæ non refero, sed neq; tex. in d. l. assiduis. aliquid facit, nec Alexan. aliquid dicit. Habes multos tex. in iure, in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. l. si quis posthac. C. de bo. dam. vbi expressè dos conseruatur vxori: & in hoc ipsa pręfertur fisco. facit argu. l. assiduis. C. qui potio. in pig. ha. ad eius verò debita non tenetur, quia ex eius bonis nihil percipiet. Nam, vt Boerius docet, etiam conquęstus confiscantur. quia maritus eos poterat alienare. & dicuntur de bonis mariti potius quàm vxoris. Dos autem dicitur de bonis vxoris: & ad eam reuerti debet. l. in rebus. C. de iure dot. & ne vxor pro marito. C. vbi pro materia huius constitutionis habes tex. & alias rationes & quæstiones. vide apud Paridem à Puteo in tract. de dote. Lex, quinque legibus. ff. de bo. damna. quam citat Boërius, loquitur de dote confiscanda ex delicto vxoris: ista autem ex delicto mariti. Et intellige de dote vera, non autem simulata. vt d. l. si quis posthac. Et aduerte quod id quod dico dotem: intellige de donatione

Dos fisco præfertur.

Dos simulata.

propter nuptias, quę doarium dicitur, quam maritus facit vxori. vel est dos consuetudinaria, vt postea suo loco dicemus, in qua de consuetudine præfertur omnibus creditoribus, vt dicit Panor. in cap. ex literis. de pigno. allegans no. in d. l. assiduis. vbi plura per eum: & laudat illam consuetudinem. De dotis priuilegiis dicerem plura, nisi omnes ad nauseam dixissent: vt Paris à Puteo. Bald. Nouellus. & Alexand. in consil. & reliqui. Dicemus de materia huius l. in titu. de succes. in causa fisci. Non credimus autem dominum Boerium errasse: sed calcographum.

CAPVT XI.

Si alteri coniugum quippiam donatum, legatúmue fuerit: seu mobile sit, seu soli, quęstuum naturam id sortiri volumus, esséque inter eos commune, quod constante eorum matrimonio eis obtigit. Nisi aliter expressim à donante, testatoréue cautum sit, vt donatario sit proprium.

¶ Casus. Aliquid constante matrimonio, vni ex coniugibus donatum fuit inter viuos, vel in testamento, mobile vel immobile: vtrum sit commune? Lex dicit quòd sic. & reputatur conquæstus, nisi donator, vel testator aliter dixerit. ¶ Glossa. Hæc consuetudo est contra id quod prædixi in cap. 1. & communem iuris Interpretum sententiam. qui volunt conquæstus verbo ea quæ ex industria & labore tantum quæsita sunt, contineri, non autem donationes, aut legata, aut hæreditatem. de qua re dixi. Tamen hic etiam extéditur fauore matrimonij, quia in dubio videtur coniugi datũ matrimonij respectu: & fit interpretatio illi fauorabilior, per Bart. in l. 1. ff. solut. matrimo. & Scrib. in d. l. assiduis. nisi aliter appareat.

Conquæstus quid contineat.

CAPVT XII.

Bona & prædia in matrimonij tractatu futuris coniugibus data contracto statim, ac consummato eo, communia eorum, velutque conquæstus efficiuntur. Nisi ita cautum sit: vt alterius eorum ea prædia peculiaria propriaque sint, aliúdue in contractu expressum, quod communitatis legi derogare videatur.

¶ Casus. In tractatu matrimonij pater donauit filiæ suæ fundum: contracto & consummato matrimonio maritus volebat dicere illum fundum esse suum. Lex dicit, quòd est factus communis inter eos post contractum matrimonium: & est sicut conquæstus: nisi dictum sit in contractu, quòd esset proprium filiæ cui donatum est, vel mariti. ¶ Glossa. Ratio huius est: quamuis sponsi de futuro non sint coniuges, antequam matrimonium sit consummatum, vt prædixi: tamen eo consummato, donatio præcedens sortitur effectum: quia in illud tempus collata erat, vt Scrib. in l. in tempus. ff. de hær. instit. vbi hoc tradunt in materia dotis. Et aduerte, quòd omnes leges in contractu matrimonij poni possunt ab initio: & pacta priuatorum derogant iuri communi: quia ex statuto datur eis hæc potestas. De hac tota materia dotium recurre ad ea quę diximus in tit. de dotibus, & de dona. inter vir. & vxo.

Donatio per matrimonium consummatum

CAPVT XIII.

Vxor mariti autoritatem, vt actiones exerceat, postulare debet. Quo recusante iudice authore agere debet.

¶ Casus. Debebatur aliquid vxori meæ, ipsa volebat agere sine authoritate mea. Lex dicit quòd non potest: & si ego denegauero ei consensum, ibit ad iudicem, & habebit ab eo authoritatem. ¶ Glossa. Vbi authoritas alicuius requiritur, & is vel negat, vel est absens, ad iudicem recurritur. l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideiusso. tuto. l. iustè. ff. de acqui. posses. cum similib. Ego plenius dixi in titu. de feudis. Et iam propero ad consummationem operis, veritus ne quid mihi accidat impedimenti quo perficere non possim.

[illegible] thoritas.

De Societate.

CAPVT I.

Extra coniuges societas inter alios nõ contrahitur, nisi certis modis: vt pacto, contubernio, conuersatione, aut negociatione, bonorúmue cõmunicatione contrahendæ societatis causa facta per eos qui anno, ac die integris simul in societate permanserint. His enim modis inter eos omnium mobilium, quæstuúmque constante societate obuenientium communitas contrahi solet.

¶ Casus. Dictum est, quòd inter coniuges tacita societas cõtrahitur. Sed quæritur, nunquid aliis modis contrahatur? Respon. quòd sic, quando aliqui inter se societatem contrahunt per expressam conuentionem, vel simul habitando & communicando, vel negociando societatis causa, & per annum ita steterunt. Ita enim mobilium & conquæstuum communitas fit.

CAPVT II.

Si quis autem cum quibusdã coniugatis societatem contrahat: ex huiusmodi societate non nisi tertiam portio-

portionem bonorum quæ prædicta sunt, consequetur.

¶ Casus. Aliquis contraxit societatem cum Titio & Berta coniugatis, quæritur quã portionem habeat in bonis conquæstis & mobilibus? Dicit, quòd habet tertiam. ¶ Glossa. Postquam dixit de societate inter coniuges: nunc dicit de ea quæ fit inter alios, & est materia frequens pro socio & lucri pœna, vt nõnulli dixere. De hac forma contrahendæ societatis, vt non solum pacto fiat: sed contubernio. i. conuictu & conuersatione, cohabitatione, & communicatione lucrorum, & bonorum conquisitorum per aliquod tempus, per quæ tacite inducitur societas. meminit Io. Fab. in tit. de socie. Insti. in princ. & pleriq; per Boerium cumulati. qui decidunt de iure, ex sola cohabitatione nõ coiri societatem: nisi bona & lucra cõmunicentur: videas quæ ipse colligit. Et videas l. societates contrahuntur. ff. pro socio. vbi quatuor sunt species societatis omnium bonorum. alicuius negociationis particularis, vt vini, salis, olei. alicuius rei, vt equi, bouis, fundi. Et denique publicorum vectigalium, vt illic videbis. & optime de societate: quia in generali de iure veniunt immobilia. videas apud Iacob. de Fera. in for. li. pro contrac. socie. & per Alexand. in finita. in consil. 31. 32. cum sequentibus multis in li. 5. const. & in dubio intelligitur pro æquali parte lucri societatem esse contractam. l. si non fuerint. ff. pro socio. quod Alexand. latius prosequitur. Ad hanc verò constitutionem habes formalem text. in contrarium in l. vt sit iuncta seq. ff. pro socio. vbi ad hoc, vt sit societas: & detur actio pro socio, non sufficit communionem esse factam, nisi specialiter in societatem consenserint: datur autem actio nego. gest. vt illic gl. dicit. Sed hic inducitur animi & consensus præsumptio ex lapsu temporis, quando per annum simul communitatem omnium bonorum, vel negociationem aliquam fecerunt. An autem sententia lata pro vno, vel cõtra vnum ex sociis prosit, noceátve aliis. Dicas quòd prodest, & nocet, per not. in l. 1. C. res inter alios acta. Et distingue inter diuidua & indiuidua. & late habes de hac re per Barbatium, post Bar. & Lud. Ro. in l. 2. §. ex his. col. 15. ff. de verbor. obliga. Cætera postea occurrent. secundum enim caput est facile. De tertia: quia maritus habet vnam, vxor aliã, hic tertiam. in his enim maritus & vxor duo censentur: quia diuidua sunt. Et tu vide quæst. Bal. in fi. l. 1. C. qui test. de socio vendente partem castri ad ęmulationem alterius. & Moder. ibi.

Societatis materia fructuosa.

Societas tacite contrahitur.

Societas quadruplex.

Societas in dubio pro æquali parte lucri censetur.

Sententia lata pro vno ex sociis aliis prodest.

Socius partem ad æmulationẽ alterius vẽdere nõ potest.

CAPVT III.

Si coniuges ex matrimonio liberos susceperint: alterque eorum decedat illis relictis legitimis suisque hæredibus: & superstes bonorum descriptionem inuentariúmve, aut diuisionem, aliúdve æquipollens liberis suis non fecerit: censetur tacita societas communitasque inter illos continuari: quemadmodum & hæreditatis paternæ, maternæve possessio in illos transit: donec inuentarium, aut diuisio successionis, aliáve æquipollens conuentio facta fuerit. In eo verò quod communiter quęsitum sit, primogenitus nullam habebit prærogatiuam.

¶ Casus. Pater vxore mortua non fecit inuentarium bonorum, vel diuisionem filiis suis. Lex dicit q; per hoc erunt in cõmunitate omniũ bonorũ pro virilibus portionibus: & ideo quicquid erit acquisitum ab illis, erit commune, in quo antiquior non habebit prærogatiuam. ¶ Glossa. Quia cœpit dicere quòd etiam tacite & re ipsa cõtrahitur societas; vt l. societatem. l. itaque. l. planè. ff. pro socio. pergit addere alium modum inducendi tacitam societatem: vt Bartol. quærit in dict. l. societatem. & l. cum duobus. §. Papi. ff. pro socio. De duobus fratribus simul mortuo patre habitantibus & communicantibus, an per hoc inducatur tacita societas. & concludit quòd non, nisi negocientur. & illic ad Bartol. in addi. inuenies multa consilia & remissiones, vltra quas legi nuper Decium in Authentic. quòd locum. C. de colla. ita loquentem. Quæro an, si contracta sit societas omniũ bonorum tacita inter fratres habitando simul, & omnia communicando post mortem patris: vt dicit Bartol. in l. Titium. §. altero. ff. de admi. tu. l. si patruus. C. communia vtriusque iudi. an tunc si vnus habeat filiam, debeat de communi dotari. & communis Moder. conclusio est, quòd non, eorumq; fundamenta refert quibus respondet. tamen ipse tenet contra eos quòd debeat dotari de cõmuni, quia promiscuus est vsus: & quia tantum operatur tacita societas, quantum expressa: & ait se ita consuluisse. Et quæstio problematica: nec arguendus venit qui alterutrum tenet. Ego verò non deflectendo à communi, credo & de iure & de æquitate illam esse meliorem, tum quia eius responsiones sunt frigidę, & argumenta leuia. nam vbi non est eadem ratio taciti & expressi: non est eadem vis. Item istud esset facere inæqualitatem, nec istud quod Decius dicit in puncto iuris, putem procedere, & cõsulerem pro communi. quia sæpe Vltramontani animo dissentiendi & ostentandi ingenij sui vires à vero, rectoq; deflectunt, quod in consulendo absit: cum quis faciat causam suam, multo minus in iudicando, vbi & causæ & animæ periculũ est. Aliud, quod hic dicitur de inuentario, est, quia quando fit inuentarium, est actus cõtrarius societati, & per confectionem inuentarij in iure

An per cohabitationem fratrum societas inducatur.

An filia debeat de cõmuni dotari.

Communis opinio tutior.

Inuentarij confectio.

in iure quis non tenetur vltra vires: quod nõ procedit in foro animæ, vt vltra vires hæreditarias teneatur, vt dicit Panor. in cap. Raynaldus. de testa. facit c. literas. de resti. spolia. Item aliud quod dicit de possessione hæreditatis totius transmittẽda est, quia de iure censetur cõtinuari. l. 1. §. Scæuola. ff. si quis omis. cau. test. l. in suis. ff. de libe. & posthu. cũ vulga. in societate autem nota vnum quod huc pertinet, quòd possessio non requiritur, nec traditio in ea ad translationem dominij. l. 1. ff. pro socio. §. 1. & in l. socius. ff. si cer. pet. vbi latè Moderni. Et contra hanc legem est tex. in l. nemo potest. & duabus sequen. ff. pro soc. vbi in hæredem non transit societas, nisi dicas illud quod est in l. plane. de consensu intelligi etiã præsumpto, vt hoc casu. & est contra tex. in l. si fratres. ff. eo. vbi non inducitur communitas, nec societas per non diuisionẽ. Sic expeditam habeas istam constitutionem. alia visurus apud Alexan. & scrib. in locis cumulatis per Boërium. Nam de primogenito, de quo hic in fine satis superq; dictũ fuit. Sed abundè tacitæ societatis materiam nuper legi apud Iaso. in l. prima. C. qui testamenta facere possunt. vbi infinita videas.

In societate possessio non requiritur.

CAPVT IIII.

Si quid enim eo tempore ex his bonis quæsitum fuerit, etiam ex superstitis opera, id cum liberis pro virili partiri oportet. Nam cuique eorum viriliter quæstuum portio & possessio parta intelligi debet.

¶ Casus. Pater qui erat in cõmunitate cum filiis, ex opera sua vel artificio acquisiuit aliqua bona. queritur vtrùm sint cõmunia cum liberis suis? Lex dicit, quòd sic. vt Doctor, aduocatus, vel mercator. ¶ Glossa. Ratio & fundamentum huius est per id, quod dicit Bald. in cap. 1. de benefi. fratris. quòd opera illa per vnum ex sociis præstita censetur gratuita inter parentes & durante societate: vt not. Doct. in l. ex duobus. ff. de nego. gest. l. vt nemini. C. de colla. vbi alia per Iaso.

Opera per vnũ ex sociis præstita cẽsetur gratuita.

CAPVT V.

Inter nobiles ea lex esto: vt si superstes liberorum minorum ex eo matrimonio susceptorum tutelã suscipere voluerit, eosque alere ac educare, honesteque tractare, æs alienum persoluere, prædia colere, eorumque onera tribuere, nec deteriora facere. omnia mobilia in suum peculium cõuertet, neque vlla inter eos bonorum societas contracta esse censebitur.

¶ Casus. Pater nobilis habebat filios, quos ex mortua vxore susceperat annis minores in tutela sua. Quæritur nunquid bona sua cum illorum bonis communia sint? Respondetur quòd si velit eos nutrire, & eorum debita soluere, & prædia eorum colere ipse mobilia omnia & fructus suos faciet: nec erunt cum illis communes, neque vlla societas inter eos erit. ¶ Gloss. De hac lege dictum est in titu. de feudis. vt superstiti tutela detur cum mobilium acquisitione & onerib. hic & illic expositis, quorum mobilium appellatione etiam fructus prediorum durante tutela percepti continentur, vt illic abundè dixi. sic non censetur esse tanta societas, cum nulla sit bonorum communitas, neque lucri aut quæstus partitio. l. societatem. & l. sunt socij ff. socio. Inter tutorem enim & pupillos societas non est: sed peculium separatum. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. cũ si. Videas quæ dixi in feudis de hac tutela.

Fructus inter mobilia cõtinentur.

Inter tutorem & pupillum societas non est.

CAPVT VI.

Quod de tacita societate inter liberos per Inuentarij omissionem, vel diuisionem non factam, inducenda cautum est: id inter alios quoq; præmortui hæredes obtinere volumus, vt superstes qui nullos ex defuncto liberos habuit, tum illius hæredib. proximis societatem ante diuisionẽ, aut conuentionem habeat.

¶ Casus. Vxor mea erat mortua, nec vllos liberos reliquerat: quo casu hæredes eius debebant partiri mecum, ego non feci inuentarium nec diuisionem, cum eis, quæritur, nunquid per hoc contrahatur cum eis societas & communitas? Respondetur quòd sic. ¶ Glo. Extendit quod in tertio capite dixerat de tacita societate, non per diuisionem contrahenda ad hæredes proximos, agnatósve præmortui, cum sit eadem ratio. nam liberis non extantibus eorumq; capite excluso, agnati & cognati proximi parentes successorio ordine veniunt: vt dicetur de successionibus: & intelligitur etiam in transuersalibus. æquum est enim, vt rerum ad se pertinentium lucrũ sentiant, & imputatur negligẽtiæ superstitis, qui nõ facit inuentarium aut diuisionem. l. cum scimus. C. de iure delibe. d. l. tutor qui repertorium. Et Panormitanus dicit in c. Raynaldus, quòd illa pœna quæ venit ex præsumptione, non conuenit æquitati & Bart. in d. l. tutor. quòd ne patrimonij paupertas detegatur: vtputa, quia erat aliqua filia nubilis, mater noluit facere inuentarium, aut diuisionem: iudex potest remittere onus inuentarij, quòd intelligunt scribentes: nisi esset statutum quòd requireret inuentarij confectionem pro forma: tunc enim iudex non posset illud remittere. quod not. & lege Doct. in locis memoratis. Vide etiam recenter de societate expressa & incidenti multa per Iaso. in l. 1. C. qui testa. face. pos. per me adducta.

Ratio legis.

Pœna ex præsumptione est iniqua.

Iudex non potest remittere id quod pro forma ex statuto fit videbit.

CAP. VII.

CAPVT VII.

Inter socios bonorum, quod cuilibet ex legato, donatione aut successione obuenerit, commune esse non debet, nisi quid expressè aliter conuenerit. Verùm, si superstiti coniugi ante diuisionem vnius liberorũ morte mobilia bona ex successionis iure quæsita sint: nec ante annum ex eo tempore diuisionem cum cæteris fecerit: erunt hæc cum illis communia, simul cum prædiorum prouentu vsq; ad diuisionem sine primogeniti iure.

¶ Casus. Quæritur, vtrùm in societate bonorum illud quod vni est donatum, legatũ aut relictum per successionem debeat aliis communicari? Lex dicit quòd non, nisi expresse dictum sit in cõtrahenda societate. quod fallit, quando mater succedit vni ex filiis, & ante annum diuisionẽ aliis non fecerit. ¶ Glos. Huic legi conuenit text. in l. nec adiecit. cum duabus tribúsve seq. ff. eo. vbi nec hæreditas, nec legatum, nec donatio: neq; id quod personæ contemplatione obuenit communicari debet. non enim causa societatis accedit, nisi eius contemplatione factum esset. Verũ memini quòd in capite antepe. ti. præceden. inter coniuges aliud cauebatur: vnde videtur hæc lex corrigere præce. nisi dicas illam loqui inter coniuges, nostram verò inter alios: vel aliquid deesse in tex. Gallico quem habemus. Tamen postea hic loquitur de coniugibus. & id quod dicit in fi. de successione vnius ex liberis parenti obueniente, vt eam cum cęteris communicet. est contra l. & quia plerunque, vel à parente, vel à liberto quasi debita nobis hæreditas obuenit. ff. eo. sed dicas id statui in odium negligentis facere diuisionem, cui datur annus ad faciendam. hæc sunt leuia & facilia in tex. in materia verò longa. Ego legebam nuper l. si socius. ff. si cer. peta. vbi Iason multa dicit de vniuersali.

Quid ex societate sit communicandum.

Successionis communicatio.

CAPVT VIII.

Aes alienum ante matrimonium, eoque constante contractum, eo soluto diuiduum fit: ita, vt superstes ad dimidiam duntaxat conueniri possit, etiam si scriptura contractus celebratus sit: nisi quilibet insolidum se reum debendi constituerit. Actio verò hypothecaria semper obligati prædiis inhæret: & superstiti, qui solidum soluerit in prædia illa recuperandæ portionis causa refugium dari conueniet.

¶ Casus. Mortua vxore mea veniebant creditores multi, quibus ipsa debebat ante contractum matrimonium, vel eo cõstante: quæritur, vtrùm ego tenear, & inquantũ? Respondetur, quòd non teneor, nisi pro dimidia: qđ fallit quando ego me obligaui insolidum, & actio hypothecaria semper sequitur bona, & fundos obligati. Sed si ego solui totum debitum: ego habebo recursum ad eius bona pro dimidia, etiam si eram insolidum sicut ipsa, obligatus. ¶ Gloss. Hic loquitur de societate coniugali, non alia. nam de ære alieno soluendo inter socios, est ius, vt nõ nisi societatis causa factum, cõmuniter solui debeat, & in societate nõ autem ante: alioqui esset leonina & iniqua societas. tex. est in l. omne æs alienum. ff. eo. & sic passiuè non acquiritur, nisi ex societate quæsitum æs alienum. l. sed nec æs alienum. ff. eo. inhærendo textibus & Barto. nam plura dicit de hac re, Boërius, quæ videas. ego enim volo percurrere hæc quæ non indigent apparatu: super quib. vix quæstiones vllæ præponi possunt: quæ facilè non dissoluantur, nec omnia possumus omnes dicere: & sit posteris aliquid quod agant relinquendum. De duobus reis in solidum est titulus in iure: & quo pacto ab aliis recuperat, & in l. secunda. §. ex his. ff. de verb. obliga. vbi multa colligit Barbatius quæ bona sunt: sed non admodum hic necessaria. an vxor possit se obligare ad debita mariti? Boërius dixit, & hic deciditur, quòd posset: imò tacitè obligatur pro dimidia. ad plus non posset inter coniuges: nisi simul cum alio contrahendo, & se obligando insolidum.

Aes alienũ sociis solui an debeat.

Duo rei credendi aut debendi.

Vxor ad mariti debita se obligare an possit.

CAPVT IX.

Licet in nuptiarum tractatu, qui sponsalia cõtraxere, bonorum societati renunciauerint: id tamen in creditorum præiudicium fieri non posse intelligant. Ita enim quòd omnes leges per eos ascribi posse diximus, accipiendum est.

¶ Casus. Sæpe fit in fraudem creditorum, q vxor contrahendo cum marito sponsalia, renunciet communitati bonorum: & dicat, quòd non vult habere cum eo societatem. Ideo ista lex obuiat tali fraudi: quia per talem renunciationẽ non possunt fraudari creditores. ¶ Glossa. Dictum erat in titu. præce. licere in tractatu matrimonij quaslibet pactiones & cõditiones apponere: quod hic limitat in præiudicium creditorum, iuxta tit. de his quæ in frau. credi. quibus fauetur à iure, ne fraudentur per illum titulũ, & similes, quia pacta priuatorũ tertio non præiudicant, & intellige de præsentibus futurísque creditoribus, quanuis sit contra l. 2. §. fin. & l. 3. ff. de priui. credi. & contra tit. ne vxor pro marito. quando se communem cum marito nõ gerit, & de hac re Boërius alia de cõsuetudine Parisiorum: tamen salua eam, vt fiat ad tollendam

Limitatio. lendam occasionem fraudibus, quæ prætextu matrimonij fierent contra creditores: & puto intelligi de creditoribus habentibus expressam: non autem tacitam. licet loquatur generaliter, per d. l. assiduis. nisi de æquitate in omnibus intelligatur. vt ad dimidiam mulier teneatur, quæ nō est communis cum marito. quod iniquum est, & nimis grauat mulierum conditionem, contra ius commune. Sed pro hac l. facit tex. in l. qui auté. §. si quid. ibi. quia pupilli ignorantia non debet esse captiosa creditoribus: & ipsi lucrosa. ff. quæ in frau. credi. & magis expressum in eo. tit. non quærendo mēdicata suffragia. in l. ait prætor. §. si mulier. ibi: neque enim dos in fraudem creditorum constituenda est, & tu videas totam l. & l. fin. §. si à socero eodem titul. & l. 2. C. eo.

Dos nō debet esse fraudulenta creditoribus.

CAPVT X.

Bonorum separationes, quas inter coniuges fieri posse statuimus: item & bonorū cessiones donec iudici insinuatæ, atque apud Acta publicatæ sint: inq; Actis proscriptæ, apudq; loci iudicem pro tribunali sedentem factæ: vires non habebunt.

¶ Casus. Quæritur, nunquid separationes bonorum inter coniuges, & cessiones etiam bonorum debeant fieri publicę, & in iudicio: quia infamant quodammodo? Respondetur quòd sic: vt omnes sciant, & nemo decipiatur. ¶ Glossa. De separatione, quòd decreto prætoris sit facienda, tex. est in l. 1 ff. de sepa. l. is cui bonis. ff. de verbor. obliga. De cessione bonorum alibi forte dicemus plenius, sed est contra l. fin. ff. de ceff. bo. l. in omnibus. C. eo. hoc tamen est, ne latenter fiat: ego alibi plura de hac re bona dicturus sum fortasse.

Similitudo de sepa. bonorum in iure adistā De cessione.

De Seruitutibus.

Seruitutū species.



E seruitutibus realibus: quia de personalibus hic nullū verbum. Meræ personales autem, quæ in persona consistunt, vt in seruis nō sunt formales: sed causales & mixtę quæ à re personæ debentur, vt vsus, vsufruc. habitatio etiam causales sunt à Doctoribus appellatæ in l. sicut. ff. qui. mo. vsufruc amit. l. non solum. §. tale. ff. de libe lega. Est & tertia species seruitutis, quæ dicitur concessio: ad cuius declarationem do tibi hanc regulam ex Theorica Ioan. de Imo in l. apud Iulianū. §. si quis alicui. ff. de leg. 1. Aut venit aliquid indeterminatè: vt, concedo tibi, vt capias annuè de fundo meo tot fructus, vel tot corbes frumēti: tunc est ius personale & concessio potius quàm seruitus. Aut determinatè: vt, si dixerit, vt capias pro vsu tuo: tūc est seruitus vsus.

Cōcessio an sit seruitus

In illis autem iuribus, in quibus acquirendis est necessarium vicinum prædium, seruanda est Bart. distinctio in l. mella. §. fina. ff. de ali. leg. quòd si non habeat vicinum prædiū, non est seruitus, per gloss. in d. l. mella. & in d. §. si quis alicui. vtilitas est in l. Gaius. ff. de annu. leg. & in gloss. l. fina. §. 1. ff. de contrahen. emp. quia personalis obligatio non sequitur fundum: realis verò sic, ad quemcunq; transeat. Vltima species est, de qua hic dicit. nam mere realis est proprie seruitus, quæ à re rei debetur. l. quotiens. 1. in princip. ff. de seruitu. l. si cum fundum. ff. de serui. rusti. præ. Quædam autem habent causam continuam: quædam discontinuam, vt pulchrè declarat Bart. in l. foramen. per illum tex. ff. de serui. vrba. prædio. in l. seruitutes. ff. de seruitu. de quarum præscriptione dicemus in sequenti capite. Itē quædam vrbanæ, quædam rusticæ. l. vrbana. ff. de verbo. sign. §. pen. Institu. eo. Item quædam diuiduæ, quædam indiuiduæ. solus autem vsufructus diuiduus est, vt not. in l. prima. §. si vsufruct. ff. ad l. Falci. l 4. §. Cato. de verbo. obliga. & actiones quæ pro seruitutibus competunt, sunt cōfessoria & negatoria. §. æquè. Institu. de actio. In seruitutibus autem patientia pro traditione est. l. quotiens. ff. de seruitu. Plura videas apud Cępollam de seruitu. præter Alexā. & alios in variis consiliis, quibus nolo paginam producere: sed ea demum dicere quæ necessariò ad rē faciunt.

Continua. Discontinua.

Quæ actiones dentur pro seruitutibus.

Patientia pro traditione.

CAPVT I.

LVminis ac stillicidij seruitus possessione acquiri: nec absq; titulo quolibet tempore præscribi potest.

¶ Casus. Titius habebat fenestram, vel visum in fundum, vel domum meam: & longo tempore vsus fuit: aut etiam stillicidium, per quod aqua in me defluebat. Lex dicit, quod non præscribuntur. ¶ Gloss. Luminis verbum generale est, quod & prospectum, & fenestram seu speculam continere potest. Tamen est differentia inter seruitutem luminis & prospectus & fenestræ: vt declarat Cæpolla, per l. luminum. & l. inter seruitutes. ff. de seruitu. vrb. prædio. Hîc autem non est proprie quæstio de luminis seruitute: sed de seruitute fenestræ. de qua Paul. de Castro egregie differit in l. altius. C. eo. & eum sequitur Cæpolla in tracta. de seruitu. in capite de fenestra: vbi disputat, an liceat habere, aut facere fenestram in pariete suo, per quam aspicere possit in vicini fundum, & per hoc vicino nocere. Et conclud. non licere: & recitat multos casus, & disputat, an liceat in communi fundo fenestram facere, vel in cōmuni pariete. Tu illum videas, quia venalis est liber. videas etiā de stillicidio per l. fina. §. Lucius. ff. de seruitu. vrb. quòd non liceat immittere aquam per stillicidium: nisi sit consuetudo cōtraria. ego etiam in sequenti capite al quid boni

Luminis seruitus.

Fenestra seruitus.

boni dicam. Cepolla de vtraque seruitute multa egregiè scribit, quæ nolo referre: quia omnibus patent. Sed ad huius cōsuetudinis fundamentum, quæ est contra dispositionem iuris, Boërius multa cumulat, multosque Doctores citat, quos videas. In puncto verò dicas quòd seruitutes habentes causam continuam, vt aquæ ductus, altius non tollendi: & similes longo tempore præscribantur. l. prima. §. pe. ff. de itine. actu. priua. l. secunda. C. de seruitu. & aqua. sed in his requiritur scientia aduersarij, vt illic not. idem in habentib. quasi continuã, vt in seruitute stillicidij, vel fenestræ, de quibus hic ita Azo in summa de seruitu. ita gloss. & scrib. in magna. l. seruitutes. cum si. Habentes discontinuam, vt viæ, itineris, & simi. regulariter non præscribuntur, nisi in certis casibus, vt per tempus immemoriale: per titulum & bonam fidem, & similia quæ Cæpolla tradit. Cur ergo hic dicitur, quòd istæ seruitutes quæ sunt quasi continuæ, non præscribuntur vnquam: nec vllo tempore sine titulo? Dicas, quia de iure canonico malæ fidei possessor vllo tempore non præscribit. res autem omnis libera esse præsumitur. l. altius. C. eo. vnde iste qui titulum non habet, non potest esse bonæ fidei: nec sine scrupulo, vt dicunt & conscientia rei alienæ: prę sertim cum iure naturali non possis in tuo facere id quod alij noceat. quod ius naturale quámque æquitatem hæc nouissima iura considerant, magísque sequitur, quàm illa iura ciuilia quæ de rigore, præscriptione omnia acquiri voluerunt. Item quia hæ seruitutes duæ, de quibus hic agitur, maxime vicinis nocent: vt dicit Cæpolla, apud quem alia copiosius videbis.

Quo tempore seruitus præscribatur.

Titulo carens malæ fide esse p̄sumitur.

CAPVT II. III. IIII. & V. quia eandem rem continent.

In communi pariete alter altero inuito speculas, stillicidia, latrinas: cisternásve facere prohibetur.

¶ Casus. Habebam murum communem cū Titio vicino: ego volebam facere fenestram, vel stillicidium quæ guttaria dicitur imponere, vel latinam facere, vel cisternam. Lex dicit, quòd non possum eo inuito.

Si in communi solo diuidendo vicinus tuus parietem construxerit: illo vti, in illúmve ædificare te prohibebit: donec dimidiam pro rata eius portionis, qua vti voles, illius pecuniæ, quam in ædificandum parietem impenderit, illi refuderis.

¶ Casus. Vicinus meus fecit vnum murū ad diuisionem terræ, & prædiorum nostrorum: ego volui illic ædificare. Lex dicit, quòd non possum: nisi soluam dimidiam precij.

Communem parietem socius vterque perforare potest ad tigna trabésve immittendas reparato postea foramine. Præterquam ad eas parietis regiones, vbi caminos structos esse constiterit.

¶ Casus. Cum ego vellem ædificare in communi pariete, perforaui ad positionem trabium vel tignorū. Lex dicit, quòd possum: dummodò non sit in ea parte, vbi est caminus.

Si socius tuus in pariete communi prior maiores trabes fixerit: tuas postea illis opponere prohibeberis.

¶ Casus. Vicinus meus ædificando ante me in communi pariete posuit maiores trabes & soleas: ego volens postea ædificare: nō possum meas ponere contra illas.

In communi pariete qui prior caminos suos statuerit: ab alio repelli non poterit: modo dimidiam parietis soliditatem illi reliquam faciat: lateremque ponat ad infumibulum. Penetrare autem ad camini fulcra pilasque ac fœmora configenda parietem potest.

¶ Casus. Volebam ædificare caminum vel fornacem in communi pariete. Dicit, quòd ego debeo relinquere vicino dimidiam partem muri in latitudine profunda: & possum perforare ad ponendum gambagia. ¶ Gloss. Ideo hæc capita coniunxi: quia de eadem fere materia sunt, id est, de potestate aliquid faciendi in pariete communi. Ad primum caput in text. credo vocabula omnia satis esse nota: qui nescit, redeat ad Varonem, Plinium, Festum, Columellam, & vocabulorum interpretes. Camino etiam vsus est Cicero ad Atticum, Luculēto camino vtendum censeo. Et Plutarchus dicit,

Splendidior domus est cum lucet igne focus.

Et Virgilius, & plerique. & est in titu. de seruitu. vrba. prædio. ff. in l. si arborem heliocaminus. quæ sunt pilæ fulcra ac fœmora: videas apud Budæum post Victruuium. Ad materiam autem quæro, an liceat socio in communi pariete fenestras & stillicidia, & latrinas facere: & huiusmodi quib. paries efficitur deterior? Dicas post multa quæ Cæpolla tradit: quòd de iure non potest neque fenestram, neque latrinam, neque cisternam, neque stillicidium facere, cum per hoc paries deformetur, ac deterior fiat: faciliúsque consumatur. l. quidam Hyberus. ff. de seruitu. vrb. & illic Scrib. & Scrib. in l. altius. C. eo. & in l. quotiés. ff. eo. & in l. pariete. cū simi. tamen ille distinguit inter cōmunem pro indiuiso & pro diuiso, vt videbis. Tādem dicit esse in his standū Consuetudini: & in omnib. capitibus huius

Vocabula ex varijs authorib.

Quid liceat in communi pariete facere.

huius tituli ita reperies, vt ęqualis debeat esse conditio in communi pariete: & ita fieri ne vnus alij noceat. argu. d. l. quidam Hyberus. quam Alber. dicit esse curialem, & à probis viris seruandam, vt prius verbis quàm armis experiantur, & dicit Angel. ibi de materia camini esse consuetudinem, vt ex vtroque latere fiant camini: nec vnus vltra dimidiã profunditatis, seu soliditatis ipsius muri perforare possit: sed relinquere interuallum alij ad faciendum caminum ex parte sua. Tamen videas Cæpollam & in ca. de pariete circa partem precij refundendam per volentem ædificare, & aliàs quęstio. in fumibulum verò post Budæum dixi quem videas.

Lex curialis.

De caminis communibus.

CAPVT VI. VII. VIII. IX. & X.

In vrbe ac suburbiis Aurelianis parietes omnes inter vicinos communes sunt vsque ad nouem pedum spacium: duo scilicet in solo ac septem supra solum: nisi quis vel titulo, vel limitibus aliter esse docuerit. Eruntque vbi opus erit, communi sumptu vsque ad pedes nouem reficiendi.

¶ Casus. Breuiter dicit, quòd muri omnes vrbani ac suburbani sunt communes vsq; ad nouem pedes: nisi contrarium doceatur per conuentionem, vel per signa posita in muro. & si refici debeant vsq; ad nouem pedes, sunt ex communi reficiendi.

Latrinas cloacásve, aut recepticias fossas, vel cisternas intra communem parietem facere non licet: pone parietem, eo libero, licet. Eruntque latrinæ, fossa vel puteus periculo, impensisque construentis ad sexquipedalem ad minus latitudinem (nisi aliter conuenerit) bono pariete clausa.

¶ Casus. Dicit, quòd ego non possum facere latrinam, vel foueam ad recipiendas aquas meas, vel sordes in pariete cõmuni: sed iuxta bene possum: dum tamen non tangant murum, & claudantur bono muro sex pedum cum dimidio ad minus.

Si vicinus tuus puteum in solo suo fecerit prior: non potest è regione, vel puteum, vel latrinas, vel stillicidia ponere: nisi ad nouem pedum interuallum.

¶ Casus. Vicinus meus habebat vnum puteum in meo fundo facere, vel latrinã ex opposito: nisi sit distantia nouem pedum.

Inter furnum & parietem communem semipedalis distantia sit: incendij periculique vitandi causa.

¶ Casus. Volui facere furnum ad coquendũ panem iuxta vicinũ. Lex dicit, quòd non possum, nisi distet à communi muro per dimidium pedem: propter periculum incendij.

Obliquum, decumbentemque, aut prolabantem parietem, cõmuni sumptu reparari æquum est.

¶ Casus. Paries communis inclinabat & minabatur ruinam. Dicit quòd debet in communi reparari. ¶ Glossa. Huic legi & sequentibus à me coniunctis conuenit: quod scribitur in l. parietem. ff. de seruitu. vrba. præd. Parietem (inquit) qui naturali iure communis est, alterutri vicinorum demoliendi & reficiendi ius non est, quia non solus dominus est, neque aliud istæ leges volunt: nisi vt ex vicini facto non demoliatur, deteratúrve communis paries: aut puteo, aut fossa, aut latrina, aut fornace facta: facit l. quidam Hyberus. §. parietem. ff. de ser. vrba. Et circa id quod hic dicitur, nisi aliter ex titulo, vel limitib. docuerit: id est, ex signis quibusdam affixis. Quærit Cæpolla qualiter cognoscatur, an sit communis nécne. primo (inquit) ex positione tignorum. Item per fenestras perforantes totum murum. nam iudicatur esse illius tantum, ex cuius parte illud factum est: & si vterque habeat, communis est pro indiuiso. ita Angel. & scrib. in d. l. quidam Hyberus. l. si ædes. in glo. ff. communi diui. Item per fenestellas penetrantes vsque ad medietatem muri iudicatur esse cõmunis: & creditur iuratis & peritis in arte. Item per annulos ferreos, cornua & lapides infixos parieti: & similia signa, quibus ipse latius eam rem declarat: & illic plures quæstiones proponit in titu. de pariete. De puteo autem, fouea, cisterna, lanello, pœnu subterranea & cella: idem in variis titulis multa dicit. Sed inter cætera quærit, an sit dimittendum tantum spacium, quantum fouea profunda est inter vicinum, & ædificantem? De iure videtur, quòd sic: per l. fi. ff. fini. regund. vbi de nouem pedum spacio: & est lex Græca Solonis. de consuetudine autem vidi obseruari contrarium. Hic ergo temperatur istud interuallum sexquipedali spacio: & ita omnia temperantur in singulis, vt res alteri non noceat, iuxta l. fluminum. §. fina. de dam. infec. per quam decidit, quòd si faciã puteum, per quod venæ tui putei pręcisæ sunt, non teneor. Idem de furno faciendo plurima egregie scribit: quæ videas.

De pariete communi.

Signa parietum.

De puteo.

Spaciũ dimittendum.

CAPVT XI.

In publico flumine molendina supra infraq; pontem facere, quæ ponti vel aggeribus damnum inferant, non licet.

¶ Casus.

¶ Casus. Volebam facere molendinum in publico flumine. Respon. quòd possum: dum tamen non noceat ponti, vel aggeribus, seu chausseis publicis. ¶ Glossa. De molendinis multa apud Bartol. & Iasonem in l. quominus. ff. de flumi. aliquid per Cæpollam, aliquid per Commentarium Turonicarum Consuetudinum. quæ omnia de priuatorum commodo tractant, non de publico: vt hic. Et de molendinis habes per Ioan. de Platea in l. vsum. & l. decernimus. C. de aquæduc. hic ego dicam de ea re tantum, de qua loquitur lex: id est, quòd non licet habere molendinum, quo pons publicus destruatur, vel aggeres publici rumpantur. nam istud vult text. in titul. ne quid in flumine public. in l. prima, in versic. si fortè aggeres, aut quam aliam munitionem. & in vers. sine incommodo accolarum. Item facit optimus text. in l. seruitutes. § publico. ff. de seruitu. ibi sine incommodo publico. facit etiam lex fina. ff. de fluminibus. quia ratione molendini sui non facit pontem priuati iuris. & in l. primo. §. deterior statio. ff. de flu. Pontes enim quodammodo sacri, vel sancti erant: vt pons Sublicius Romæ: & Pontifices inde dicti. De aggeribus apud Cæpollam habes plura, & de aggeribus Nili non rumpendis. Cod. satis est mihi legis fundamẽtum posuisse. Nam ego tribus codicis libris emendandis enarrandísque operam daturus huic Operi finem imponere cupio. Vósque plura ex familiari domesticóque studio à multis magistris potestis accipere.

De molendinis. *Pontes sacri.* *Aggeres.*

CAPVT XII.

Qui luminis seruitutem habet in alienum prædium per fenestras, aut foramina: ea debet laminis obicibusque ferreis oppessulare: densioreque ac dormienti vitro præcludere: ita vt neque prospici, neque proiici inde quicquam possit: nisi aliter pacto conuenerit.

¶ Casus. Titius habebat seruitutem luminis in domum meam: quæritur nunquid debeat facere apertam fenestrã, vt videat super me? Responde quòd non: sed debet claudere eam vitro dormienti & spisso, & ferreis obicibus & barris claudere: ita vt vnus homo pertransire non possit: nec aliquid proiici: nisi conuentio alia sit inter eos facta qui hanc seruitutem constituerunt.

CAPVT XIII.

Nemini stillicidia canalésve habere permittitur, ex quibus in vicini puteum prius constructum aquæ sordésve labi, ac defluere possint: nisi id titulo ius sibi competere ostenderit.

¶ Casus. Ego habebam vnam guttariam, vel stillicidium, ex quo cadebat & fluebat aqua in puteum tuum prius factum: quæritur, vtrùm liceat? Lex dicit, quòd non: nisi ex titulo. ¶ Gloss. De seruitute luminis dictum est, quo pacto generalis sit, & diuidatur in tres species luminis. quod vsque in cœlum extenditur ius fenestræ, & ius prospectus, per l. inter omnes. ff. de seruitu. vrb. præd. Hic autem ille qui luminis seruitutem habet. i. vt lumen habeat in sua domo, vel fundo per fenestram, aut per foramen, vel quid aliud: non habet ius prospectus aspectúsve: & debet illud foramen præcludere vitro dormienti, quod affixum parieti sit: ne inde prospici, aut proiici quicquam possit: ne vicino noceat. argu. dict. leg. quidam Hyberus, & similium. satis est enim, vt commode vti possit. l. in fundo. ff. de rei vendi. l. fluminum. ff. de dam. infec. Est autem luminum seruitus propriè, vt cœlum videri possit. dict. l. luminum. & sic vicinus qui mihi eam seruitutem debet: quia quilibet in fundo suo proprio, vel pariete debet habere lumen aliquod ne res sua sit inutilis: ille potest altius ædificare, dummodo aliquid luminis, quod satis sit mihi, relinquat de iure. Secus in seruitute ne luminibus officiatur, quia non potest lumen diminuere. vt not. gloss. Bart. Florianus & Scrib. in d. l. luminum. alia per Cæpollam videas. Nam huius constitutionis ratio de vitro dormienti non est alia: nisi, vt non noceat vicino, vt dictum est de fenestra. & Cæpolla ponit multos casus: quia non est honestum videre secreta vicini, vel aliquid in eius domum immittere. Item de stillicidio vel canalibus seu aquariolis, ne puteo vicini noceant, est argu. in l. seruitutes quæ ex superficie. §. stillicidium. ff. de serui. vrb. quia non debet fieri cum vlla incommoditate vicini, vt noceas. Cæpolla etiam plura dicit, si vis copiosius. & satis est, vt videas text. expressum in l. fistulas. ff. si serui. vendi. & Bart. de aquariolis & siculis in ea lege: vbi etiam non potest quis ea habere, per quæ parieti vicini vel communi noceatur. Ea autem in venditione domus veniunt, eiusq; appellatione cõtinentur: quia affixa sunt domui. l. fistulas. ff. de contrahen. emp. l. fundi. §. Labeo. l. venditor hominis. §. fi. ff. de actio. emp.

Luminis tres species. *Seruitus ne luminibus officiatur.* *Puteo vicini ne noceas.* *Canales cũ domo vendita veniunt.*

CAPVT XIIII.

Intra vrbem ac suburbia ea lex est, vt qui vicinum prædiũ alteri habeat: filum ad parietem intermediũ communibus impensis faciendum possit compellere. Qui paries ex terra & lapide tantum fiet latitudine sexquipedali bipedalibus fundamentis in solo iactis, septempedali supra solum altitudine.

¶ Casus. Habebam fundum, vel hortum,

 vel

vel aream tibi vicinam intra vrbem vel suburbia: volui te cogere ad claudendum, & faciendum clausuram muri inter nos? Lex dicit quòd possum, vt soluas dimidiam partem clausuræ ex terra & lapide, non ex cæmento & calce: & erit latitudinis sex pedum cum dimidio, & septem pedum longitudine.

Vicinus ad claudendũ cogitur.

¶ Glossa. Ea lex cogendi vicinum ad parietem faciendum in fundis vrbanis, quorũ appellatione etiam suburbana continentur, habet locum: non autem in rusticis, quæ satis est claudi ac separari sæpib. vel tabulatis, macerie, aut ligno ac etiam fossis. l. fin. ff. fini. regund. Et quia non reperi hoc à Scribentibus admodum specificè declaratum, pro fundamento facit aliquo pacto text. in l. damni. §. cum parietem. ff. de dam. infe. melior in l. sed & loci. §. fi. ff. fini. regund. vbi dicit in rusticis agris confinia dici, in vrbanis vicina, & ea cõmunibus parietibus determinari solent, Bonus etiam tex. in l. si meo & vicini nomine. ff. communi diuidun. Super hoc autem quærit Cæpolla an liceat in eo muro qui ad clausurã sit ædificare, & citat tex. in l. si fratres. §. item Mela. ff. pro socio. ibi, si vicini parietem concratitium: vbi Budæus de forma ædificiorũ & parietum multa doctè. Et concludit non posse per consilium Raphaelis Fulgosij, incipiens, Duo vicini. quia ad eum vsum non est destinatus, per not. in re communi.

In pariete cõmuni. ad clausuram facto ædificari non potest.

CAPVT XV.

Si ob id quod via publica interrupta inaccessaúe erat per priuatos agros iter factũ sit, per eos viæ ac itineris vsus non acquiritur.

¶ Casus. Aliqui solebant ire vel transire per fundum meum cum fracta erat via publica, & non poterant per eam ire: quæritur an per hoc acquirant seruitutem eundi semper? Respondetur quòd non. ¶ Gloss. De hac Consuetudine habes duos text. expressos. vnum in l. 1. §. Iulianus ff. de itine. actúque priua. & tex. alterum in l. fin. ff. de via publica limitatur, quando vel charmate, vel alluuione, aut aliis modis via publica esset amissa: vt dicit tex. in l. si locus. §. fina. ff quemadmo. seruitu. amit. vbi gl. quærit an fiscus debeat precium rependere. & dicit de consuetudine non fieri: de iure autem sic. Albe. illud disputat, & videtur per glossam concludere. Et in alia quæstione per eundem illic proposita, An publica impensa refici debeant viæ publicæ? & cõcludit quòd ita videt obseruari: sed in his Consuetudo disponit.

An liceat per priuatum agrũ iter facere

CAPVT XVI.

Latrinæ cloacæue communes stillicidia communi impẽsa purgari debent. Quia si semel ab vnius domo purgatio euacuatióve facta sit: erit vbi primum opus videbitur, ex alterius latere facienda. Ita tamen, vt is qui hoc apud se fieri patitur, tertiam duntaxat impẽsæ portionem soluat. Quia si cloacam quis habeat vicino sic contiguam, vt cellæ vinariæ, vel penuariæ sit confinis: vbi ad cellæ altitudinẽ, cloacæ sordes excreuerint, purgandi necessitas esto: ne cella deterior efficiatur.

¶ Casus. Habebam latrinas tecum communes, quæritur nunquid debeant communib. impensis purgari? Dicit quòd sic. & si ego semel purgauero solus, tu etiam teneberis solus purgare, quamprimum necesse fuerit. sed si ego patiar quòd purgatio fiat in domo mea, ob id non tenebor, nisi ad tertiam partem pecuniæ. & si ego habeam latrinam propinquã caueæ tuæ, vel cellæ vinariæ, vel cellario tuo, si stercora crescant vsque ad altitudinem cellæ tuæ, ego teneor purgare. ¶ Glossa. Cloaca propriè est locus concauus, per quem colluuies fluit: & alia est publica, alia priuata. l. 1. §. hoc autem. ff. de cloacis. in genere autem & pro inferiori stillicidio, & pro latrinis sumi potest. Et pro eis est duplex interdictum. vnum de cloacis purgandis, & reficiendis. l. 1. §. 1. de cloacis. quod quanuis sit prohibitorium: hic tamen est præceptiuum. Curauit enim prætor vt cloacæ purgentur & reficiantur, quorum vtrunque ad ciuitatum salubritatem & tutelam pertinet. Nam & cœlum pestilens, & ruinas minantur immundiciæ cloacarum: cum publicæ salutis & securitatis intersit cloacas riuósque purgari, vt inquit iurecõ. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de ope. no. nun. gloss. in l. pen §. pe. in versi. quem cœli. ff quod vi, aut clam. text. & gloss. no. in l. 2. §. idem ait. ff ne quid in loco publico. per quem text. dicit Cæpolla se consuluisse, vt non liceret alicui exercere artem aliquã in ciuitate, per quam malus odor vicinis fieret, & aerem corrumperet: quæ res peßime in hac ciuitate obseruatur. Dicerem etiam fieri debere edictũ ne quis stercora vrinámve in viis publicis faceret: aut morticinia iactaret. vnde hic sæpe nos infestat aeris corruptio, nimísque frequenter. sæpe enim ex iis odoribus locus pestilentiosus fit: vt iurecons. ait in l. 2. §. idem ait si odore. ne quid in loco publico. vide elegantem text. qui vtinam ad vnguem apud nos obseruaretur in l. ædilis. ff. de via pub non permittant, inquit, rixari in viis, neque stercora proiicere: neque morticinia, neque coria iacere. Sed vt redeam ad text. quòd communi impensa refici debeant, si communes sunt, secus si non communes. l. si pendente. §. si quid cloacarij. ff. de vsu fruc. vbi ad vsufructuarium tantum spectat onus reficiendi. Est etiam cauendum ne vicino noceat, vt hic in cella vinaria: vt quia nimis excreſcit cloaca vel fordes. Et est aliud interdictum reparatorium, si quis in cloacã alterius

Cloaca duplex.

Cloaca purgari debet.

Nota cõtra vicinos qui infectas res faciũt.

Interdictũ reparatorium.

terius quid immiserit, vtputa canem cattúmve mortuum, aut aliud morticinium. vt d.l. 1. de cloacis. quia ita res debet fieri, vt alteri quis damnum non faciat. l. 1. ff. de pericu. & commo. rei vendi. l. ex damni. in versi. luxuria. ff de dam. infe. Et hic de cella vinaria imprimis loquitur: quia vinum est maxime necessarium mortalibus. l. 1. ff. de contrahen. emp. vbi Græcorum exercitus & ferro & ære, & etiam hominibus vinum comparabant. De penu autem, quia generale est, de omni eo quod esui potuíque præparatur, habes tit. & Barto. ff. de penu lega. habes etiam caput in tract. Cæpollæ, vbi egregiè disputat, an is qui habet penuariam cellam subterraneam, possit recipere lumen ex solo publico, & aperire viam publicam vt lumen habeat: & concludit de iure non posse: de consuetudine secus esse: & potest cogi ferro vel ligno eam occludere, ne transeuntes offendat. & ita intelligas ne viam publicam impediat. Cellæ autem vinariæ, carnariæ, oleariæ, penuariæ, promptuariæ, à Græcis Hypogea dicuntur, vt Budæus docet.

Vinaria res necessaria. *Penus.* *De fenestris penuariis.*

CAPVT XVII.

Si in pariete quo vicina prædia discernuntur, mutuli aliquot lapidésve prominentes affixique extent: hique deorsum versus rostrati sint, communem esse totum parietem indicant. sin sursum versus rostrum porrigatur: illuc vsque tantum, id est lapidum tenus communis esse intelligatur.

¶ Casus. In cõmuni pariete apparebant corui, id est lapides affixi, quæritur quid denotent? Respondetur, quòd si inferius sint arcumusati, id est rostrati, significãt totum parietem esse communem: si verò superius, significant non esse communem: nisi vsque ad illum lapidem. ¶ Gloss. Quædam sunt signa quibus significatur an paries sit communis, quæ describuntur à Cæpolla: vt per fenestellas, per annulos, per tubos, per caminos, per cornua parieti affixa: lapidésve, aut alia signa. Hæc autem ille latius prosequitur in titu. de pariete. Hic autem describitur alio pacto per mutulos quos nostri coruos appellant, lapidésve prominentes parieti affixos. & de hac re creditur architectis in dicto titu. de parie. per Cæpollam. De vocabulis architectonicis multa Budæus post Victruuium.

Mutuli qui sint.

CAPVT XVIII.

Item & cura caminorum pilæque aut fulcra, atq; id genus signa parieti imposita extantiaque, item & tubi ac foramina eorum, seu coronę ex eo latere vbi sunt positæ: communem illi murum esse arguunt.

¶ Casus. In pariete erant ex latere meo gambagia caminorum, vel alia similia signa. Respondet, quòd denotant murum esse cõmunem. ¶ Glossa. Budæus alibi fœmora, alibi crura domus vocat, & pilas ꝓ columnis structilibus, & fulcra, & tubos, ac tubulos, & coronas: & similia verba exponit, quæ ad hãc rem spectãt. Cæpolla autem tradit rationem huius constitu. quia in alieno ea facere non licet. l. quidam Hyberus. præsumitur ergo per ea communis paries.

Pilæ. *Tubi.* *Tubuli.*

CAPVT XIX.

Si quis vicinum parietem vel effoderit, vel excauauerit, aliterve detriuerit clam vicino, ex ea re nullo tempore ius in pariete præscribere potest.

¶ Casus. Vicinus meus in pariete meo fecit aliquod foramen ex parte sua, vel aliquid aliud, vt denotaret esse cõmunem, me nesciente. Respondet, quòd per hoc non præscribit: nec fit communis. ¶ Gloss. Clam facere dicitur: vt no. in l. clàm possidere. ff. de acqui. posses. & l. 3. §. fin. ff. quòd vi aut clam, qui celauit aduersario: quem prohibiturum sciebat, si certior factus esset, aut existimare debeat sibi controuersiam futuram: quia nõ opinionem eius aut resupinam æstimationem sequi oporteat: ne melioris conditionis sint stulti quàm periti. l. Seruius. ff. quòd vi, aut clam. Tenetur autem vltra hunc text restituere per interdictum illud. l. 1. ff. eo. & id quòd hic dicit, nullo tempore præscribi: quia est malæ fidei. ea enim sunt conuertibilia clã & mala fide, vt dicit gloss. not. in dict. l. clam possidere.

Clã facere quid sit. *Stulti non debẽt melioris esse cõditionis quã periti.*

CAPVT XX.

Vicinum ædificantem in suo, vel reficientem, alter tolerare sine controuersia debet, dum tamen ille confestim (si quid alteri damni ex ea re dederit) reparauerit atque restruxerit. Quæ patientia ædificanti nullum in vicini prædium ius vsumque tribuit.

¶ Cásus. Ego volebam in meo fundo ædificare: per quod fortasse vicinus aliquod damnum patiebatur, quia lapides, vel cæmenta cadebant in suum, vel alio modo. Respondet, quòd ego possum ædificare: dum tamen reparauero ei damnum, si quod dedero. ¶ Glossa. Licet enim ædificare in suo, vel reficere: cum reipub. intersit ædificiis ornari, & ædificia non derelinqui: vt est in hac materia text. in l. prætor. § hoc interdictum. ff. de ope. noui nu. tamen requiritur satisdatio de iure, quæ hic non requiritur. l. de pupillo. §. si quis riuos. nisi essent opera quæ in mora

Aedificia ciuitatis ornamẽtum.

periculum allatura sint: & hic intelligitur, facit l. damni. §. cum parietem. ibi alter ab altero exigere non debet, vt repromittat. facit l. fluminum. §. fin. eodem titu. cum simili. De patientia est text. in l. quotiens. ff. de seruitu. sed loquitur de volūtaria, per quam possessio acquiritur. hæc de necessaria, quæ nil derogat toleranti. Et videas de ædificiis priuatis. C. l. prima, & l. si vt proponis, & de eo qui prohibet ædificare quòd teneatur interdicto, Vti possi. l. si duo. §. 2. ff. Vti possid. l. vim facit. ff. de vi & vi arm. l. permisceri. in princip. ff. de acqui. poss. Et quòd si domus diuisa sit inter duos, possit vnus facere & ædificare parietem diuisorium, vt superius dictum est, vide Scrib. in l. secunda, C. de meta. libro duodecimo.

Prohibens ædificare interdicto tenetur.

Paries diuisorius.

CAPVT XXI.

Cum inter duo prædia fossata sunt, is qui excrementorum proiectum in sua parte habet, illorū dominus censeatur.

¶ Casus. Inter te & me erant fossata, quæritur cuius sint? Illius, in cuius parte est proiectus terræ ex illis fossatis eiectæ, & censetur illorum dominus. ¶ Glossa. Si quæstio sit de dominio fossatorum, quæ facta sunt inter duo prædia causa diuisionis: docet quis eorū dominus intelligatur. Nam is intelligitur, qui habet ex sua parte illorum proiectū seu purgamentum. Si enim hoc ei liceat, & hoc iure vsus sit, dominus intelligitur: vt dicit Cæpolla in titu. de seruitu. proiiciendi. & in tit. de fouea & de fossatis. & videas quæ scribuntur in l. fina. ff. finium regundo. vbi ponitur maceries & fossa, sicuti apud Columellam lib. 3. Priusquam pomarium constituas, quàm magnum habere voles, circummunito macerie vel fossa, ita vt non solum pecori, sed nec homini transitus sit. Ego fossata dixi: quamuis non admodum latine. De hac re autem Alexand. in consilio 54. volum. 5. dicit quòd de iure fossata inter duo prædia communia esse intelliguntur, & ab vtraque parte purgari: vt in l. 2. §. præterea. & glo. in versic. confinio. ff. de aqua plu. ar. & Bart. in trac. Tybe. & pars fundi est. l. prædia. §. ita legatum. ff. de fundo instruc. quę declarant istam constitutionem.

Fossata cuius sint.

Columella

CAPVT XXII.

Si quis fundum alteri vendiderit, aut vectigalis annui nomine distraxerit ea lege, vt quid in eo ædificij fieret: isque ad certam mensuram venditus sit, id est fundus tot perticarum, hunc cæmentarij mensura hexapeda metiri volumus: non carpentaria quinque pedum, ac semipedis pertica: nec ea quam prædiorum vitiumque mensores quinquepedalem gestant, nec syluarum nemorumque mensura quæ carpentariæ similis est.

¶ Casus. Ego vendidi tibi fundum decem perticarum, vel dixi quòd erant duo iugera seu arpenta terræ, vel vendidi pro vno modio frumenti annuo, vel pro vno aureo quod dicitur dare ad redditum ea lege & conditione, quod tu in eo faceres ædificium vt melius solueretur annua pensio. quæritur qua mensura debeat mensurari. Dicit quòd mensura latomi vel cæmentarij, non autem carpentarij: & declarat quot pedes habeant omnes mensuræ. ¶ Glossa. Hic locus describit mensuras, quibus omnia prædiorum genera dimetiuntur. aliis mensuris veteres vtebantur. Erant enim decempedarij, hexapedarij, ac similes quos Budæus egregiè describit in l. vltim. ff. si mensor falsum mo. dixe. vbi & carpentarij verbum ex Plauto citat. & perticam id significare ait, quo modo vinam modo tasiam vocamus. Plinius vlna vtitur. & geodetæ dicuntur terræ diuisores, & pleraque id genus, quæ ex Græcis Latinisq; authoribus egregie colligit. De fundo vendito ad modum vel mensuram; puta centum iugerum, centum perticarum, est textus nota. & elegans in l. si seruum. §. fina. ff. de actio. emp. vbi tenetur quanto minoris. & text. in l. 2. in prin. l. si in qualitate. eodem titu. Et rogo videas quæstionem Bald. & Alexand. in l. 1. C. si qui testa. face. pos. de eo qui non habebat totum, sed partem. & Scrib. in l. si domus. §. fi. de lega. 1. cum simi. quæ patent. De agrimensore qui falsum modum dixerit, habes titulum. ff. si mensor fal. mo. dixe. neque est hic opus illis vulgaribus augere commentarium, cum nihil hic difficile sit.

Mensurarū genera.

Carpentarij. Pertica. Vlna. Geodetæ.

Fundus ad mensuram venditus.

CAPVT XXIII.

Alaudij quod dicunt franci appellatione ea prædia continentur, quæ sic libera sunt, vt nullum fundi dominum agnoscant, nihilq; inde cuiquā pensitationis tributíve iure debeant, nec ab aliquo mancipio tradi, aut emancipari, aliúdve seruitutis genus sustineant, dempta duntaxat superioris iurisdictione, cui subdita sunt. Et censitorum ac priuatorum communiumq; prædiorum instar diuidi inter hæredes debent.

¶ Casus. Sunt quædam prædia quæ vocantur franci alaudij. quæritur quæ sit eorū conditio? Respondetur, quòd ideo dicuntur sic. quia sunt libera & franca: nec recognoscunt aliquem dominum, cui debeant tributum vel pensitationē: nec possunt ab aliquo saisiri aut

aut aliquod seruitutis genus subire: nisi quia subdita sunt iurisdictioni superioris, & debent inter hæredes diuidi, sicut priuata vel censualia, non sicut feudalia. ¶ Glossa. Audi Budæi verba de laudimiis, & alaudium à laudando inquit, id est nominando authore laudimias dictas esse puto: emptor enim nominare authorem suum domino soli tenetur intra paucos dies, & ab eo rem mancipio accipere: quod vulgo insaisinari dicunt, alioqui mulcta committitur. quin & alaudij appellatio ab eodem profecta esse videtur. quòd qui prædia eo iure habeant, laudare authorem suum nemini teneantur: vt qui nullum dominum soli agnoscant: nec patronum, id est qui in nullius fide sint. sic enim Latinè dici debet. Ad materiam verò est text. concor. in c. I. de alaudiis. in vsi. feu. in versic. iurisdictionem Imperatoris vendere non præsumat. Et de alaudiis quæ male per o scribuntur, plura per Scribentes, vide Hostien. in ca. nimis. de iureiu. cum simi. omne enim solum liberũ præsumitur, & quæ alibi dixi.

Laudimia.

Alaudium

CAPVT XXIIII.

Si sic inter socios conuenerit, actúmve aliter fuerit: vt domus communis diuideretur. vt cœnaculum vnus, alter inferiorem ædium portionem haberet: is qui cœnaculum habet, ædium tectum, quæque suprà superiorem contignationem sunt stabilire ac reparare debet, ipsámque contignationem lateritio pauimento sternere. Inferioris partis dominus quæ infra primam contignationem sunt, reficiet, nisi aliter conuenerit.

¶ Casus. Erat domus communis Titio & mihi, & nos fecimus ita diuisionem: vt vnus superiorem partem, alius inferiorem haberet. Respondet quòd tunc ille qui habet partem inferiorem, debet reficere, & intertenere primum planchagium: alius verò secundum, & superiorem partem, & coopertura domus. ¶ Glossa. Satis vulgare est, cœnaculum esse superiorem domus partem. Contignationem verò Budæus dicit significare id quod æstagium dicunt, alij tabulatum vocãt. Et quid sit concameratio, declarat multaque id genus egregiè. De hac autem forma diuidendæ domus in plures partes, habes text. in l. si finita. in versic. sed & si in plures partes domus diuisa sit. ff. de dam. infec. in l. si verò plures. ff. de his qui deiece. vel effude. Non est hic tanta difficultas, vt plura dicere opus sit, nisi extra rem sint: quia lex ista est rationabilis, quæ diuidit onera pro ratione vsus vel habitationis.

Cœnaculũ.

Contignatio.

Concameratio.

Diuisio domus.

De donatione inter viuos.

CAPVT I.



Nuptiarũ fauore, aut emancipationis causa liberis suis mobiliũ prædiorúmve donationem facere parentes possunt, non immensam, nec aliorũ legitimæ iure debitæ detrahentem. Licebit autem donatariis ad parentum hęreditatẽ cum cæteris venire donationis collatione facta. Alia enim lege prohibentur parentes quosdam ex liberis in hæreditate potiores aliis efficere. Sin ea donatione contenti paternæ successioni renunciare maluerint: rata erit, irreuocabilisque donatio.

¶ Casus. Pater volebat dare filiam suam nuptui: & dedit ei vnum fundum: vel cum emanciparet vnum ex filiis suis, ei donauit vnum fundum. Quæritur, vtrùm possit, & vsque ad quam summam? Responde, quòd potest ei dare, vel de mobilibus, vel immobilibus: dum tamen non sit immensa, nec fraudet legitimam aliorum filiorum. Et si ille cui donatio facta est, velit postea succedere cum aliis, debet conferre donatam rem, vt patri & matri cum eis succedant. quia est vna alia cõsuetudo, quæ dicit quòd nõ potest vnus filiorum plus capere, vel auantagiari, quàm alius. sed si velint esse contenti, & nõ succedere poterunt. ¶ Glossa. Multi de hac donatione dixere. Habet autem duas species. vna est emancipationis causa: de qua dictum fuit in titu. de pa. potesta. Alia est nuptiarum fauore. Circa hanc dicas breuiter, valere donationem, de iure inter patrem & filiam in potestate fauore dotis & nuptiarum. text. glos. Bart. & scrib. in l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. hercis. Doct. in l. 2. C. de inoffi. dona. Bar. in l. frater à fratre. ff. de condi. indebi. Bald. in l. cum oportet. §. I. C. de bo. quæ libe. & super iocalibus etiam valet donatio secundum Pau. de Castr. in l. cum pater. §. pater filiæ. ff. de leg. 2. alij in l. pactum. C. de colla. tamen ita valet, vt hic cauetur, si immensa non sit, non quidem immensa, vt in iure sumitur, vltra quingentos solidos. nam in Francia talis donatio non eget insinuatione, vt Boërius docet. tamen huic titu. repugnat in seq. ca. De hoc latius habes per Alexand. in consi. 20. in 3. volu. hic autem per sequentia verba declaratur, quòd immensa dicitur, quæ fraudat alios legitima: quia pater non potest plus auantagiare vnum quàm alium. & postea in alio capite permittitur immensa, sed non inofficiosa, vt illic dicam. sed immensa ratione legitimæ aliorum filiorum, quia priuari non possunt à patre per iura vulgaria. Nam si

Donatio quæ fit liberis est duplex.

Donatio fit per iocalibus.

Donatio immensa

legitimam habeant, valet quodcunque pactum. vt not. Bart. & scrib. in l. fi. C. de pac. vbi multa per Moder. per l. si quando. §. illud. super qua Bart. facit fundamentum. & de legitima conseruanda, eiusque priuilegiis volo fimbrias dilatare, cum nihil in iure sit frequentius, & aliquãdo late disserui in repet. l. in quartam. ff. ad legem Falcid. Item ad l. omnimodo. C. de inoffic. testa. & illic remissiones Moder.

Collatio.

De collatione autem, de qua hic dicitur, vt rẽ attingamus, est contra tex. in d. l. Pomponius. vbi non debet conferri fauore dotis datum. sed illic gl. dicit, hodie conferri dotem per l. filiæ. C. de colla. tam ex testamento quàm ab intestato, & Bal. in l. cum oportet. §. non autem. C. de bo. quæ libe dicit illam l. Pompo. extendi ad legitimam datam filio, & assignatam in vita. plura in d. l. 2. C. de inoffi. dona. Et per hanc l. videntur omnes dispositiones, quibus legitimæ præiudicantur, esse nullæ: ita est de mente huius legis, cum & naturali iure legitima debeatur. Habes hic aliud, vt breuiter dicã, quòd hic tex. meminit de quadam alia consuetudine, de non auantagando aliquos ex liberis, de qua plene remitto, & peregrinè ad Philip. Decium in consi. 184. vbi & late & subtiliter dicit. & no. hic de legitima, quia intelligitur de æquali portione, cum cæteris, non de quarta, vt alibi de æqualitate dixi. Ad hanc l. vide Moder. in l. pactum, & l. si donatione. C. de colla.

Consuetudo de non auantagando filium.

CAPVT II.

Liberum quibuscunque personis esto rectum animi iudicium, mentisque censum habentibus de suis prædiis, proprioque patrimonio, vel donatione, vel quouismodo disponere inter viuos, sine vlla reuocandi potestate. Idque cuicunque personæ illi placuerit, modò rem donatam, eiusque dominium ac possessionem donator emancipet, ipsoque viuente à donatario sit acceptata donatio: aut in ea sit vsufructus retentio facta. ea enim res pro traditione est: sicuti emancipatio rei donatæ, literarúmve traditio, ac huiusmodi, vel in testium præsentia, laicique notarij manibus; vel apud duos notarios facta. Immensæ tamẽ donationis quæstionem liberis eorum ex iuris scripti forma concedimus.

¶ Casus. Ego volui donare alicui bona mea. Quæritur, vtrùm possim: & vsque ad quam quantitatem? Respondetur quòd omnes personæ habentes bonum sensum & iudicium, donare possunt inter viuos, & disponere pro arbitrio de bonis suis, & proprij patrimonij: nec poterit reuocare, & cuicunque personæ potest donare, & est perfecta donatio, quando res tradita est donatario viuenti & acceptanti. vel per retentionem vsufructus, vel per literarum & titulorum traditionem: vel fecerit eam in præsentia duorum notariorum laicorum, seu vnius & duorum testium: reseruata tamẽ filiis eius, vel hæredibus dona. immensæ querela. ¶ Glossa. Hic loquitur à quibus possit fieri donatio. potest enim à masculo seu fœmina, sanum mentis iudiciũ habente. Nam ab insanis & mente captis, neque donatio, neque alij contractus fieri possunt. Sed tu extende etiam ad eos, qui per ętatis defectum mentis iudicium liberũ non habent, vt sunt infantes, pupillique à iure prohibiti cõtrahere: & intelligitur de habentibus liberum iudicium. Sine vlla reuocandi potestate intelligas, nisi ob ingratitudinẽ. quia est conueniens iuri gentium, & naturali, neque intelligitur ea causa sublata. not. in l. fina. C. de reuocan. dona. vbi exprimuntur causæ ingrati. Item à quibuscunque & cuicunque. dicit Bald. ab homine & muliere potest fieri donatio, etiam si decrepitæ sint ætatis, modò non mentis defectum habeant. l. senectus. C. eod. Et quæstiones per Alexan. & Ias. in l. senium. C. qui testa. face. poss. Et quibuscunque etiam absentibus, dum sequatur traditio, vt hic, & l. nec ambigi. C. eo. & extraneis, ignotisque. l. in extraneos. C. eo. & per traditionem instrumentorum transfertur possessio. l. 1. C. eo. & per retentionem vsufructus. l. quisquis. C. de dona. & aliis quibusdam modis, quos refert Boërius, ne repetamus ea quæ recte, satisque ab eo declarata sunt. multa Iason in l. traditionibus. C. de pac. De manibus notarij, vt constet de donatione. habes quòd de iure potest fieri donatio, etiam per epistolam. l. si aliquid. C. eo. & de iure vis traditionis non est tanta, vt ea sola faciat donationem valere. l. si quis argentum. C. de dona. §. si autem. Est enim perfecta donatio nudo consensu, cum meræ liberalitatis sit. Tamen hic limitatur, dum tamen donatarius viuente donatore acceptauerit eam: & possessionẽ nactus sit. vt de eo per Bal. in l. 1. C. de dona. ante nup. quem Boerius recitat spaciose. De immensitate donationis, & inofficiositate est titulus de inoffi. do. C. per l. 1 & multas ll. quæ dicunt. exhausit, exinaniuit, euicerauit, & similia. & intelligitur immensa. vel quia legitimum modum excedit, id est, qui in l. sancimus, continetur. vel quia fraudat legitimam filiorũ. vt in l. si mater. eod. titul. de inoff. donatio. Circa textum verò tu nota singula. quòd donatio non dicitur proprie perfecta ante traditionem secundum Bart. in l. si prius. C. de iure fisci. libr. 10. & dicit, quòd donans remanet semper dominus ante traditionem, & potest eam alteri obligare. l. quòd sæpe. §. si res. ff. de contrahen. emp. & de facto ita habuit, vt verba eius referam. sed est textus expressus in §. Lucius. l. penult. ff. de dona.

Donatio à quibus fieri possit.

Ob ingratitudinem reuocatur donatio.

Traditio multis modis fit.

Donatio ante traditionem perfecta nõ est.

CAPVT

CAPVT III.

Mancipatio, emancipatioque rei alienatæ, apud laicos tabelliones facta, traditioni reali, reique possessioni æquipollent. Isq; cui ea verborum traditio facta est: absque alia rei prehensione dominium, possessionemque nanciscitur.

¶ Casus. Ego donaui tibi fundum talem, & in præsentia notariorum laicorum verbaliter me dessaisiui, & te saisiui. Quæritur, vtrũ hoc sit loco traditionis verbalis? Respondetur quòd sic & donatarius per hoc sine alia apprehensione efficitur verus possessor & dominus rei donatæ.

CAPVT IIII.

Non donatori solum, sed ei venditori donatæ venditæque rei vsumfructum excipere, sibique retinere licet. finito verò vsufructu sine alia prehensione res insolidum fit emptoris, ipso vsufructu cum dominio vnito consolidatoque: etiam si in donatoris, venditorisque vita, emptores, donatariíue onera prædialia suo nomine non persoluerint.

¶ Casus. Dicit quòd non solum donator: sed etiam venditor potest sibi retinere vsumfructum rei venditæ. & eo finito reunitur vsufructus cum proprietate, etiam si donatarius vel emptor non soluerit suo nomine onera rei donatæ. ¶ Mancipatio. ¶ Glossa. Mancipatio est, quod saisinam dicimus. Emancipatio & dessaisina, cum quis se aliqua re destituit, atque à se abdicat: alterumq; instituit, dominumq; esse vult, & declarat apud acta. ea enim verbalis destitutio reali æquipollet per hanc legem, propter publicas personas, apud quas facta est, earumq; authoritatem. Si enim ex clauium traditione acquiratur de iure possessio naturalis, cur non ex consensu vtriusque apud acta? vt in l. 1. C. de silenti. libr. 11. l. cùm ostendimus. §. fin. ff. de tute. & rati. distrahen. & coram notariis publicis facta, magnæ sunt authoritatis, quamuis de iure aliud requiratur per d. l. traditionibus. & iste non sit casus inter eos qui & à gloss. & à scribentibus colliguntur: vt habes plenius per Iasonem, & Moder. in d. l. traditionibus. Ad secundum caput de retentione vsufructus, de qua prius dictum est: vt etiam in venditione procedat, est text. in d. l. quisquis. vbi etiam in dote danda potest retineri vsufruct. finita autem vsufructuarij vita, vel aliis modis finitus vsufructus, qui continentur in tit. ff. quib. mo. vsufru. amit. redit ad proprietariũ: quia res de facili ad naturã suam redit, & accessorium facilè reunitur, & consolidatur cum principali: & in habentibus symbolum facilis est transitus. vide no. in §. finitur. Inst. de vsufru. & in l. si duobus. ff. quib. mo. vsufruct. amit. & de vnione ac consolidatione dixi in tit. de feudis. sed tex de re nostra est in d. §. finitur. in ver. quæ res consolidatio appellatur: tamen non propriè de hac re loquitur: sed loquitur quando vsufru. proprietatem acquisiuit. sed potes ponderare text. in fine illius tit. dum dicit: Cum autem finitus totus fuerit vsufructus, reuertitur ad proprietatem, & ex eo tempore nudę proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem. tamen habes l. permisceri. ff. de acquiren. hæredi. quæ videtur esse contraria in princi. Quærit autem Barto. in l. quod meo. ff. de acquiren. possess. quid si ego alicui concedam vsumfructum, & cõstituam me ipsius nomine possidere: an habeat ius in re? Et dicit quòd sic, per l. 3. §. dare. ff. de vsufr. & not. in d. l. quisquis. vbi gl. dicit etiam per retentionem pignoris traditioné fieri. Adde etiam quòd hic apud notarios magis vestitur; quia stipulatio per eos fieri solet in contractibus. & omnes contractus sunt hodie ferè stipu. vt Scrib. dicunt in l. 1. ff. de verbor. obliga. vnde facit l. diuisionis. ff. de pact. iuncta glo. Et facit quod scriben. not. in l. ab emptione. eod. titu. quòd in rescindendo contractu non est opus traditione: ita hic dissoluto vsufruct. non est opus noua apprehensione.

Mancipatio. *Emancipatio.* *Authoritas notariorum.* *Vsufructus ad proprietarium redit.* *Consolidatio.* *Stipu. in omnibus contractibus apponitur.*

CAPVT V.

Inter coniuges constante matrimonio, nec inter viuos, nec in testamento fieri potest donatio. nec illa morte confirmatur, nisi mutua sit inter non habentes liberos rerum suarum donatio.

¶ Casus. Quæritur de donatione inter virum & vxorem. Respondetur, quòd non potest fieri, nec donatio inter viuos, nec in testamento: nec cõfirmatur morte, nisi sit mutua donatio omnium bonorum suorum, facta per eos qui non habent liberos.

CAPVT VI.

Possunt enim coniuges nullos ex quoquam matrimonio liberos habentes, sua inuicem bona mobilia, solique bona simul quæsita nuptiis constantibus donare, vt his superstes quoad viuet, vtatur, fruatur. Altero autem præmortuo repertorium, æstimationemque, ac descriptionem eorum quæ prædiximus mobilium, immobiliumque superstes facere tenebitur, & satisdare de dimidia æstimationis portione præmortui hæredibus, finito vsufructu restituenda. Habebit etiam onus prædiorum: illis boni

boni viri instar vtetur, neque faciet deteriora. Ad hæc super bonorum defuncti portione ex illis bonis eius testamentum implebit, exequiasque ac funeris impensas faciet. Aes alienum in communi persoluet: & eius quod illis persolutis reliquum erit causa satisdabit. Ita mutuæ donationis dominium possessionisq; causam adepturus, ac possessorij gratia agere tueriq; poterit.

¶ Casus. Ponit formam donationis mutuæ, quia maritus & vxor non habentes filios ex aliquo matrimonio, omnia bona mobilia & immobilia simul acquisita, donare possunt mutuò: vt ille q superuixerit, vtatur & fruatur illis. Et vno mortuo, superuiuens debet facere inuentarium illorum bonorum, & æstimationem, & dare cautionem de restituendo dimidiam portionem illorum bonorum secundum æstimationem factam hæredibus alterius, finito vsufructu. Et soluet onera prædiorum quibus vtetur, nec ea deteriorabit, sed rectè sustinebit & super illa dimidia quã debebit restituere, capiet executionem testamenti eius qui præmortuus est, & impensas funeris & debita in communi soluentur, & illis solutis omnibus, de residuo dabit cautionem pro dimidia. Et per hoc efficietur dominus & possessor: & intentabit interdicta cõtra eos qui in possessione eum turbabunt.

¶ Glossa. Inter coniuges. Hic præponitur vna lex generalis quæ continetur in titulo de donatione inter vir. & vxo. & hic est generalior quàm ibi: quia hic morte non confirmatur, contra not. in l. Papinianus. ff. de dona. inter virum & vxo. multa per Ioan. de Imol. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. dixi in tracta. Fictionis. Ratio verò cur in conquæstibus tantum habeat hic locum, est ob inequalitatem: quia ferè patrimonia inæqualia sunt. Et multa de hac re Boerius congerit. Habes Iasonem in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure, dicentem quod valet, quando est remuneratoria: tunc autem oportet merita probari, vt ipse latius de hac specie in l. si donatione. de collati. & de rustico donante nobili vxori: & de sene ducente iuuenculam. quæ omnia videbis per eum in d. l. ex hoc iure. colum. 12. postea hic limitat in donatione mutua, quæ non fit in fraudem liberorum. Nam & Boerius docet nunquid ob superueniẽtiam liberorum vitietur. Deinde in alio capite hic subdit formam huius donationis: & in quibus bonis procedat: & quo pacto quo ad vsumfructum tantum, & de cautionibus præstandis. & reliqua in text. satis clara sunt. De hac autem donatione ad vitam, Cyn. meminit in l. si pater. 2. C. de inoffic. testa. & pauca dicit. quòd per illam l. Petrus determinauit valere donationem ad vitam inter coniuges, si vnus præmoriatur: vt superstes gaudeat bonis illius ad vitam. quia non est merè liberalis. Dicas etiam, quia neque fit in fraudem liberorum per hunc textum: neq; se mutuo amore spoliant. cessante ergo ratione legis cessat prohibitio. Illa autem lex approbat reciprocum fideicommissum: sic reciproca & mutua donatio valet, ita inducendo. facit l. de fideicommisso. C. de transact. in ver. vicissim. & in l. si ea lege. in ver. inuicem. C. de vsur. & vide quæ Iason post Modern. in l. licet. C. de pac. & idem Iason post Bald. & Salic. & alios quos citat de hac consuetudine reciprocæ donationis inter coniuges: multa dicit addendo quatuor fundamenta in d. l. si pater puellæ. quæ bona sunt: & ea videto, nam proderunt. Aduerte autem circa id quòd dicit non procedere, quando eodem tempore & simul fieret, quia & ipse dubitat, & illa opinio est falsa. non enim refert an simul fiat, an diuerso tempore: imò hic innuitur quòd simul fiat: nec propterea posset impugnari, cũ hoc nulla lege sit cautum. Item quod reprobat Ludo. Rom. dum adducit l. quod autem. §. si vir & vxor inuicem donauerint. ff. de donation. inter vir. & vxor. illa enim lex non expressè probat huius donationis speciẽ: quia est illic donatio perfecta quæ & effectum habet illis viuentibus. tamen in argumen. facit: quia si approbat lex donationem, etiam quo ad proprietatem, & quo ad effectum constante matrimonio: longè facilius approbat eam, quæ quo ad vsumfructum duntaxat fit: cum etiam multi tenuerint valere quo ad vsumfructum de iure inter coniuges, & confirmari morte, vt not. in d. l. Papinianus. & videbis in eodem tractat. fictionis quem feci, sumq; propediem cum meis Annotationibus æditurus. Ita potes illum text. inducere saluando Ludo. Rom. Videto etiam Philippum Decium de hac donatione mutua, quod sunt in ea facienda periti consulendi, in l. pactum. C. de collati. quia valet per modum donationis: non autem pacti. Tu autem circa hunc text. in quo fit mentio de executione testamenti, & solutione debitorum in communi, audias quod Mathesillanus in sing. suis in 4. singula. quòd si vxor sit instituta, & relicta vsufructuaria omnium bonorum mariti, & post mortem eius debeant bona ad aliquos redire: poterunt interim creditores & legatarij agere contra vxorem: & ipsa contra debitores & possessores, hæreditarios, vt hic innuitur & est tex. in l. fina. ff. de vsufruct. lega. Et Barb. in Rub. de re. eccle. non alie. char. 16. loquitur de valido statuto, q immobilium pars dimidia mortuo marito ad vxorẽ pertineat: & q̃modo. & plura multo de hac re dicit. Aliã de hac donatione habes in plerisq; locis. sed Bar. bene in l. si inter. ff. de reb. dub. & Alex. in 5. vol. cons. 140. de vno in Frãcia, alio in Italia. Pergamus ergo ad reliqua: ego enim de hac donatione tractatum feci: quẽ habes in fine istarum Consuetudinum cum aliis.

Donatio remuneratoria.

Donatio ad vitam.

Donatio reciproca.

Donatio quo ad vsumfructum valet inter coniuges.

Creditores contra vxorem agunt.

CAPVT

CAPVT VII.

Donare ac retinere quis non potest: vt si quis vel rem mobilem, vel soli donauerit, eiusque vsum ac possessionē apud se retineat. debet enim tradi donatario. quanquam vsufructus retentio permissa fuit, proque traditione est. Tunc autem donatarius (si res feudaria est, aut censita) in fidem sese nō conferens, aut censum non pensitans: ob id donatæ rei dominium, possessionemq; nō amittit.

¶Casus. Est vna consuetudo antiqua, quòd dare & retinere simul non valet. & eam declarat: quia debet res donatario tradi. vnde donans eam retinere non potest. quamuis vsufructus possit retineri. & tunc pro traditione est. nec retento vsufructu is cui res donata est, tenetur in fidem intrare, vel censum soluere, vt per hoc perdat ius suum. ¶ Glossa. *Donare & retinere.* Donare ac retinere quis non potest, quia, vt prædictum est, ad perfectionem contractus requiritur traditio vera vel ficta. vt l. si quis argentum. C. eo. l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. de qua re multa illic per Bar. & omnes. multa etiam per Boerium. tex. est in §. aliæ. Instit. eo. aliàs dicitur simulata. vt Bart. dicit in d. §. superuacuum. facit l. fin. § Lucius. per me allegato. ff. eodē. iuncta g off. faciunt no. in l. quotiens. de rei vendi. C. Notandum est autem quòd est glos. singu. in ca. quicunque. 17. quæst. vlti. quam ponderat Ludoui. in Authen. similiter. C. ad leg. Falci. quòd donatio ad piam causam non reuocatur per superuenientiam liberorum. *Donatio ad pias causas.* quod limitat. l. si vnquam. C. de reuoc. dona. Bart. tamen ponderauit prius in l. Titia. ff. de leg. 2. & Bal. in l. 1. C. de inoff. dona.

De donationibus nuptialibus, seu dotalibus.

CAPVT I.

Si quid de bonis suis soli, vel mobilibus liberorum cuipiam, dum nuptui traditur, donauerint parentes: qualecunque id sit ea lege, vt eorum successioni renunciet. valida erit donatio, ac irreuocabilis renunciatio, nisi de iure ob aliud improbata. Licebit autem res donatas conferendo à repudiatione discedere: cumq; cæteris petere hæreditatem.

¶Casus. Pater donauit filiæ in matrimonio aliquas res mobiles aut immobiles, ita quòd non reuerteretur ad diuisionem vel partagiū cum cæteris, & renunciauit successioni parentum, id est, patris & matris. Dicit ꝗ erit valida illa renunciatio, nisi de iure propter aliā causam reprobetur, vt quia sit immensa. & in fine dicit, ꝗ ea nō obstāte poterit facta renunciatione succedere cū cæteris cōferendo res donatas quando ob aliā cām querelatur.

CAPVT II.

Vbi quid vni ex liberis ob nuptias donatum est: isque minimè renunciauerit hæreditati: mortuis parentibus cum reliquis succedet, res donatas sine fructibus tamen ac alimentis conferendo, minúsue capiendo.

¶Si quid de bonis. Huius donationis forma est in l. pactū dotali. C. de colla. & nihil aliud hic cauetur. Primò enim præsupponitur ꝗ valeat renunciatio: quia per consuetudinem potest induci pactum de non succedēdo. per c. 1. de fil. nat. ex matri. ad morga. & scri. in d. l. pactū. tamen ista consuetu. postea dat ei potestatem discedendi à pacto cōferendo ex dispositione legis pactum in fin. vnde videtur mihi hæc consuetudo esse ineptè ordinata. *Donatio cū renunciatione hæreditatis.* prius enim dicit non posse renunciari: postea dicit posse, sed conferendo. vnde cogitabam, quòd illa vltima clausula referatur ad proximum: scilicet, quòd si ob aliam causam de iure sit reuocata donatio: vt quia erat imméſa, poterit. C. de colla. quia æquipollet. Ego hic occasione huius rei nolo Collationis materiam examinare. Sed quæro vnū de quo sæpe dubitaui, & nuper inueni ferè decisum apud Decium enarrando d. l. pactum inter extraordinaria. Nunquid si filius, aut filia renunciauerit, cum iuraméto, teneatur stare pacto per c. quamuis. de pac. lib. 6. Videtur enim ꝗ sic. nam tollenda est occasio peierandi: & illud pactum negatiuum non est contra bonos mores, iuramentoq; firmatur de iure canonico. *Renunciatio cum iuramento.* Tamen crederem contrarium per ea quæ Decius illic dicit octauo limitari, dicto ca. quamuis. si statutum remitteret iuramentum: licet loquatur quando remittit expressè: tamen idem est si remittat tacitè permittendo à tali pacto recedere. Dubito tamen adhuc, quia nō permittitur hic recedere quando erat iuratum. non enim de iurato loquitur, nec puto liberari à periurio: sed absolui debet facile à pœna, cùm legē permittente facere videatur. Ad renunciationem autē implendam non teneretur: quia ista causa successionis in foro ciuili tractaretur, in quo iuramentum non inducit obligationem. Doct. Moder. de hoc multa in cap. 1. de sponsa. Tu cogita, & videas Decium in loco memorato. *Iuramentum nō inducit obligationem.* habes multa egregia per Barbatium in cap. cum tibi. de testa. fol. 169. vbi dicit hoc statutum, quòd filia dotata renunciet, esse rationabile, quando est honestè dotata, per authoritatem Bald. in l. si defunctus. C. de suis & legit. idem Barbat. plura in cap. tua nobis. Habes de collatione facienda inter liberos de dote, ac donatione propter nuptias. in l,

Fructus & alimenta non conferuntur. in l. vt liberis. & in l. illam. C. de collat. Fructus autem & alimenta non confert: quia fauore matrimonij, & pro eius oneribus ita factum est. cum & deducto ære alieno fiat collatio, & boni viri arbitratu.

De testamentis, & mortis causa donationibus.

CAPVT I.



HAEredis institutionem substitutionémue in testamento, codicillísue factam, nullius momenti esse in hac patria satis constat.

¶ Casus. Queritur, vtrum liceat in testamento institutionem hæredum, vel substitutionem facere? Respond. quod non: nec est in testamento, nec in codicillis in hac patria. ¶ Glossa. Incipit à capite testamenti, quod est hæredis institutio. §. ante hæredis. Institu. de lega. quæ quidem hic locum non habet, vt notum est contra liberam decedentium voluntatem: sed ad hæredum naturalium vtilitatem. Iure enim naturali parentum hæreditas ad filios deuoluitur. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. l. scripto. in fin. ff. vnde liberi. l. cum ratio naturalis. ff. de bo. damna. Sic & illis deficientibus viro atque vxori, tandem fisco & principi, qui rerum omnium dominus est. quod potest esse fundamentum huius legis, ne tanta sit libertas testandi, vt suos hæredes legitimos, quibus naturali iure debetur hæreditas, leuiter priuare possint. Et tamen contra omnem iuris decisionem. vt not. Franciscus Areti. quòd non valet consuetudo vel statutum, per quod aufertur libera testandi facultas, vt quo mulier sine viri consensu testari non possit, aut quo probatur voluntas captatoria, vt dicit in l. ex facto. colum. 4. ff. de vulga. & in l. moribus. eodem titu. Licet ergo non valeat consuetudo, per quam tollitur omnino substantia testamenti & dispositionis (vt ille latius probat) hoc tamen statutum valet: quia ex certa scientia factum est, & maturo consilio ab his, qui potestatem habent legis condendæ, & longissimo vsu seruata in toto pœnè hoc regno. potest ergo tollere ius commune, maximè cùm in totum non auferat testamenti factionem, sed coërceat. sicuti potest detrahere de numero testium. vt ibi docet Barbat. in l. 2. de verborum obliga. multa Bart. Iaso. & Scrib. in l. 1. C. de summa Trinita.

Hæredis institutio.

Consuetudo contra ius.

Potest limitari ius testandi.

CAPVT II.

Nemo heres & legatarius eiusdem testatoris esse potest.

¶ Casus. Quæritur, vtrum hæredi possit aliquid legari in testamento? Respondet quod non. ¶ Glos. Istud est consonum iuri, & habes tex. in §. an seruo. Instit. de lega. habes expressiorem in l. legatum. §. 1. ff. de leg. 1. quod intelligitur quando est hæres insolidum. secus si pro parte. vnde si testator habens duos filios, vel fratres hæredes, vni aliquid legauerit, ab altero debetur. vt in d. l. legatum. debet enim esse differentia inter eum cui relinquitur, & eum à quo relinquitur, vt in simili, in l. 1. C. de furt. per Iaso. sicut inter contrahentem, & eum cum quo contrahit. nemo enim sibiipsi debere, aut in re sua pignus de iure habere potest. Intelligerent etiam nonnulli: & potest esse quæstio, vt procedat, si quis sit in omnibus bonis hæres. secus si in quibusdam tantum: & in aliis omnibus testator per legata disponat: potest enim ei aliquid legare: quia ab executoribus ea legata percipiet diuerso iure, arg. d. l. legatum. sed illud de iure procedit, cui derogat hæc Consuetudo expressè. plura dicerē, si ad huius legis breuitatem hęc pauca non responderent. Et an consuetudo spiritualis seu localis circa testamenta porrigatur ad bona alibi sita? Communis est quod sic, vt scrib. in l. 1. C. de sum. Trini.

Heres & legatarius qui esse non potest.

Limitatio.

Consuetudo porrigitur ad bona alibi sita.

CAPVT III.

Testamentum à testatore scriptū eiúsue manu subsignatum æquè validum est, ac si per duos tabelliones vnúmue in duorum testium præsentia confectum est.

¶ Casus. Testator sua manu scripsit, vel signauit testamentum: quæritur an valeat? Responde, quod sic: nec alia solennitas requiritur. ¶ Glossa. Ista consuetudo est generalis in Gallia, vt Boerius dicit, & refert Ang. & Paul. de Cast. in consiliis tenentes ita valere consuetudinem, qua tollitur numerus testium, & solennitas testamenti extrinseca. nam solennitas ista est iuris positiui, quæ per statutū tolli potest, vt tibi ostendo text. in l. fin. in ver. consuetudo. C. de testa. vt late vltra eos Aretinus in d. l. moribus. contra l. iubemus. C. de testa. vbi debet signari à testibus illud testamentum à testatore scriptum: vbi tu nota vnum quod Petrus & Cy. dicunt in d. l. quòd si quis fecerit scribi testamentum per alium, & postea legat, vel legi faciat per notarium & testes, & ille dixerit volo & confirmo, quod non valeat, vt fraudibus occurratur. Ita post eos dicit Lud. Ro. in consi. 306. & Ias. in d. l. iubemus. quod puto verum, quando esset in graui infirmitate constitutus, nec etiam à notario eo dictante factum. esset enim captatorium & fraudulentum. aliud si à notario eo pręsente & singulis consentiente fieret, atque singula intelligente. Istud autem quod hic dicitur, est periculosum: quia potest signum testatoris exprimi & effingi per aliquem, sed ista suspicio non attenditur. Item not. quòd si de testamento sublata sit solennitas testium vel numerus, intelligitur etiam sublatus de

Consuetudo qua tollitur numerus testium valet.

Testamentum inualidum.

Donatio causa mortis. de donatione causa mortis, vt dicit Barba. in l. 2. colum. 6. ff. de verbor. obliga. & vide huc glos. pen. in l. hac consultissima. C. qui testa. facc. pos. an tabellio testis vicem agat. & glos. in l. 1. C. de test.

CAPVT IIII.

Testamenti executores omnium bonorum quæ defuncti erant, possessionem nanciscuntur pro testamenti implemento, eiusq; æstimatione, possuntque intra annum eius rei causa quaslibet actiones intentare.

¶ Casus. Dicit quòd executores testamenti ordinati à testatore, vel à lege possunt saisire bona ipsius vsque ad æstimationem & summam testamenti, & intra annum intentare omnes actiones pro illa executione, sicuti agere contra hæredes & contra debitores hæreditarios, & similiter ab illis conueniri pro executione facienda, & à legatariis & omnibus quorum interest intra annum & diem.

CAPVT V.

Poterunt etiam qui id oneris susceperint à creditoribus hæreditariis cæterisque, de quibus in testamento actum est, intra annum ac diem conueniri. Debent quoque legata persoluere, eorumque possessionem legatariis tradere. Habent etiam omnium actionum possessoriarum, petitoriarum, personalium, aliarumq; exercitium actiuum passiuumque: dum tamen id testamentum à testatore vel notariis, aliterue ritè sit confectum.

Executores testamentarij. ¶ Testamenti executores. Hic de executoribus testamentariis de quibus habes text. ordinarium. & illic Scrib. in l. nulli. C. de epis. & cler. vbi sunt executores à testatore electi, quibus deficientibus Episcopo potestas datur ex forma illius legis, vbi notabilis tex. de his qui Barbaræ sunt nationis. Pondera etiam text. in l. & si quis. §. si cui funeris sui curam testator mandauerit. ff. de relig. Tamen *Contra ius* hic tex. est cõtra l. alio. ff. de ali. & cib. leg. vbi non potest nudus minister distrahere bona testatoris pro executione: sed agere potest: tamẽ hic datur eis plenior potestas, vt sint saisiti quod dicitur, & statim possessionem habeant bonorum omnium mobilium, ac soli ad faciendam executionem vsq; ad æstimationem & quantitatem testamenti. & hoc fauore testa. vt facilius executio fiat, & quam primum *Ratio.* voluntas testatoris impleatur, vt iura volunt. De his loquitur apud cano. c. tua. & c. Ioannes. de test. c. fin. de testa. lib. 6. qui autem possint esse, & quæ sit eorum potestas, dicerem, nisi variè à Doct. essent repetita: tu omnia videas apud Iacob. de Ferra. in for. libel. de redden. ratio. tute. & quòd habeantur loco hæredum, vt hic videtur. & plenius de hac materia habes Alexand. in consil. 45. in 5. col. & consil. 12. & 13. in 1. volum. vbi multa dicit & remittit. & ante eum Barto. in l. alio. de ali. leg. quem refert pulchrè Ioan. de Imo. in l. Centurio. de vulg. sub. & Francis. Areti. qui adducit text. in Authen. de ec. titu. §. si quis autem. post alios. & Ioan. de Imol. in l. Lucius. §. in testamento. ff. de legat. 1. refert Ioan. And. in addi. Specu. titu. de instru. edit. §. nunc verò aliqua. & dicit quòd si testator mandauerit aliquid distribui per executorem, non potest distribuere spurio ipsius testatoris: nisi ex sententia Ioan de Imo. ad alimenta. quod notandum & communiter approbatum est. Hæc autem executorum materia, quia breuitati studeo, amplissimè tradita est per Bart. in l. nemo. ff. de testa. tute. l. si plures. ff. de administra. tuto. & plerisque locis, quæ recitarẽ nisi esset vsus Repertoriorum hodie frequentissimus in omnibus libris. Tuus erit labor, candidissime Lector, reliqua, si voles, indagare.



CAPVT VI.

Ex mortuo in viuũ possessio transit, proximum quidem hæredem non incapacem.

¶ Casus. Mortuus saisinat viuum, id est ipso iure, sine aliqua apprehensione quis efficitur hæres & possessor. ¶ Glossa. Consuetudo est antiquissima & vulgatissima, quæ habet quòd mortuus saisinat seu saginat viuum, id est, quòd possessio & mancipatio rerum ad defunctum pertinentium, in hæredem proximum transit sine apprehensione: vt statim eo mortuo hæres defuncto succedat in dominio, & possessione rerum omnium hæreditario iure obuenientium, quamuis de iure aditio hæreditatis requiratur, antequam dominium possessióue transeat in hæredem. l. gerit. cum simil ff. de acquir. hære. & ferè in tota Gallia seruatur, vt Boerius docet, qui multa de hac re abundè colligit, ac innumeras penè remissiones facit. & primum videtur sentire hanc Consuetudinem pro suis hæredibus minimè inductam esse: quia in suos de iure transferri possessio videatur. per l. in suis. ff. de liber. & posthu. cum infinitis iuribus in materia Suitatis à me adductis in tractatu Suitatis & Transmissionis, quẽ ad calcem huius Operis habes cum aliis quibusdã. Sed ea sententia q; possessio transeat in suos, sicut dominium, de iure est falsa & contra opinionem Bar. in l. cum hæredes. ff. de acqui. poss. & communẽ. & in l. si sorori. C. de iure deliber. quam sententiam postea Boerius sequi videtur, dum in tertia col. citat Iaco. & alios hoc tenentes in dict. l. si sorori. nisi quòd de aditione loquitur, quæ non requiritur in suis: quamuis multa prius collegerat, in quibus

quibus videtur contrarium sentire. præsertim in secunda colum. dum dicit, sed si non sit de suis, de iure communi non transit possessio in hæredem vel proximum, per quod innuit quòd transit possessio in suos sine apprehensione de iure. quæ opinio, vt prædixi, falsa est, nec vsquam in iure probari potest vere intelligẽdo textus. & idem in principio dicit, quòd maritus saisinat viuum de iure: ex vi tamen & potentia suitatis. quod est verum quo ad dominium, non autem quo ad possessionem: & ita intelliguntur iura & authoritates per eum adductæ. & in hanc sententiam multa elegãter ac doctè contulit vir eruditissimus Petr. de Stella collega noster, dum nuperrime hanc rem in Scholis tractaret, publiceq́ disputaret. Ego ad hanc consuetudinem puto addenda esse multa, & de hac re tanquam de re vtili maturius dicendum. Et primum omnium nonnullis argumentis tuebor hanc sententiam, q̃ consuetudo ista etiam suis hæredibus conferat, & sit necessaria: quia de iure quamuis transeat in eos dominium: tamen non transit possessio per generalitatẽ illius l. cũ hęredes. facit quia possessio & dominium diuersa sunt: illa facti, hæc iuris est, nihilq́ commune habent. l. si quis vi. §. differentia. cum simi. ff. de acquir. pos. nõ sequitur, Dominus est: ergo possessor cùm domino, etiam aduersus possessorẽ detur vendicatio: detur etiam interdictũ & similia. quæ dantur per hanc consuetudinem sicut, vti possidetis. Facit etiam pro hac parte, quia esset duplex fictio in suis. quòd & dominium & possessio fingatur cõtinuari, & quod esset possessor sine vllo actu. facit etiam gl. expressa in d. l. cum hæredes. quæ tenet quòd non transit ad suos de iure. & respondet l. cũ miles. ff. ex quib. cau. maio. & illa lex in fine dicit, quòd lex circa pos. nõ fingit, vt in postliminio reuersis. Facit etiam, quòd si hoc esset verum, esset statim de iure fundata intentio creditorum contra suos, antequam vllo pacto declarassent se velle hæredes esse. contra Bart. & Communem in l. necessariis. post gl. ff. de acqui. hære. & text. for. in l. 1. C. si minor se ab hæredi. absti. ibi, si vos paternæ hæreditati non immiscuistis, ob eam rem testificatio non est necessaria, & in hoc potest esse vtilitas huius quæstionis, an in suos transeat possessio de iure creata à lege. quę si transiret, statim de iure conueniri possent. & de cõsuetudine nostra statim conuenientur. omnesq́ actiones in eos transeunt actiuæ passiuæq́. Facit quia non plus operatur, vt Corneus dicit, ficta quàm vera aditio, per not. in l. filio quem pater. ff. de liber. & posthu. dixi in tractatu meo Fictionis: sed aditio quæ solo animo fit, non transfert possessionem, sed dominium. d. l. cum hæredes. ergo nec ficta à lege aditio in suos transferet possessionem quæ est facti. Et sunt textus & casus speciales, quibus istud induci potest de consuetudine, vt in l. raptores. C. de episco. & cler. c. ex literis de consuetu. ergo de iure non est inductum. Multa ad hanc rem adduci possunt, quę nunc omitto, alia dicturus. Dicam ergo aliud circa vtilitatem huius quęstionis, quod Albe. in d. l. cum miles. singu. decidit in tali quæstione. Decedens ab intestato relicta filia sola, habebat res feudales, in quibus filia non succedit de iure feudorum. agnati ingressi possessionem earum rerum feudalium, eam volebant excludere. ipsa autem filia dicebat res esse alaudiales, non feudales, an restitui debeat filio possessio earum rerum, tanquam ipsa iure suitatis dicatur possessione priuata, quam ipso iure nacta erat. facit pro ea d. l. cum miles. Pro agnatis facit, quia de iure non transit possessio etiam in suos, nisi apprehensa, tamẽ ipse dicit quòd alia ratione filia debet habere possessionem illarum rerum donec sit determinatum, an sint feudales: quia non præsumitur esse huiusmodi. vt dixi in c. 1. de feudis suprà. & hoc determinatur in cap. 2 si de feu. fue. contro. vbi scrib. Sed istud hodie nõ est magnæ vtilitatis inspecto iure consuetudinum. quo etiam fœminę succedunt in feudis, & etiam possessio transit in viuum. Concludo igitur, vt absoluam hanc possessionem ex consuetudine creatam in suos hæredes, & non suos transire quæ de iure, nec in suos quidem transit. vnde sicut possessor, & dominus omnes actiones in se suscipit. per consuetudinem enim potuit hoc induci: vt d. ca. 2. de consuet. vbi est gloss. not. quam videas. & dicit Paul. de Castro in consil. 79. in nouis, vt nuper legebam, quòd non perditur hæc possessio, nisi longo tempore: vbi de hac re alia dicit. Est autem hęc consuetudo naturali iuri conueniens, & intelligitur primò, si velint esse hæredes. quia in inuitum non transit, & nemo est hodie necessarius, vt alibi dixi in hoc titulo. & facit §. sui. Insti. de hæred. quali. & differen. potest enim repudiare, vel ponere claues sub ostium, vt dicunt: & à me declaratum est. Secundò intelligitur in proximum secundum edictũ successorium: quia in iure ordo traditur: quamuis hic aliqua sint immutata, vt quòd paterna paternis: materna maternis referantur, quæ consuetudo, an sit iuri consona, dixi suo loco. Tertiò intelligitur, capaci & habili ad succedendum, vt non indigno, non deportato, non mendicãti & similibus. & sufficit eum esse habilem tempore mortis, hoc iure quo nec testamenti tempus inspicitur. quia hæredis institutio locum non habet, nec tempus aditæ hæreditatis: quia aditio non est necessaria. habilitas autem ista interdum ratione rei est, vt si sit publica sacráue, vel vsufructus, aut similes quæ ad hæredes non transeunt. Interdum ratione personæ defuncti, vt ob delictum eius, ex quo bona confiscantur. Interdum ex persona hæredis deportati: damnatiue ex publico crimine, quæ plenius in iure describuntur. Et latissimus campus huius materiæ: sed ad glossema hęc satis sunt.

CAPVT

CAPVT VII.

Mobilia & conquæstus immobilium alodialium eiusdem naturæ esse intelliguntur.

¶ Casus. Ego volebam donare conquæstus meos immobiles: quæritur vsque ad quam quantitatem? Respondetur, quòd æquiparantur mobilibus: dum tamen sint alodialia, vel non feudalia, nec censualia. quod latius declaratur in cap. seq. ¶ Glossa. Præmittit istam constitutionem ad declarationem sequentium, quòd mobilia & conquæstus æquiparantur quo ad dispositionem. ego habeo in text. *roturiers.* quòd intellige de bonis non feudalibus seu allodialibus. Hæc tota constitutio ex præcedentibus fuit declarata, vbi dictum est de conquæstibus, & de his quæ immobilium appellatione veniunt, iuxta l. mouentia. ff. de verbo. signi. diuidun tur enim isti conquæstus sicut mobilia, & in omnibus eis æquiparantur. secus in feudalibus, non allodialibus. *Declaratio.*

CAPVT VIII.

Licet vnicuique in testamento omnia singulaque mobilia, quæstusque immobiles: patrimonialium verò censualium quartam: feudalium quintam portionem, & quicunque voluerit donare. Id verò legatum quod descriptum modum excedet, ad legitimam reducatur.

¶ Casus. Quæritur, vsque ad quam quantitatem, licet de bonis suis in testamento donare, & cui personæ? Responde, quod licitum est, cuilibet facienti testamentum donare in testamento, cui voluerit omnia mobilia & conquæstus: de patrimonio verò quartam censu, quintam in feudo. ¶ Glossa. Licet vnicuique habili, scilicet ad testandum. & hæc libertas est consona iuri in l. prima. C. de sacrosan. eccl. cum simi. quę tamen hic restringitur ad certam quantitaté in bonis patrimonialibus: ne hi qui legitimi hæredes sunt, fraudétur legitima hæreditate, si omne patrimonium legatis exhauriat testator. reducitur ergo legatum ad legitimum modũ: non autem est nullum. de qua reuideas Alexand. de diminutione legati in consil. 98. in 2. volumi. & in consil. 71. eod. libr. vbi plenè. & videas l. si vniuerse. C. de lega. de patrimonio est apud Bartol. in l. frater à fratre. ff. de condict. indebi. *Libertas testandi.* *Legatum diminuitur.*

CAPVT IX.

Si quis infirma valetudine pressus donauerit: exq; ea valetudine decesserit, non inter viuos donasse intelligitur: sed mortis causa donatio est, nisi post donationem triginta diebus superuixerit. tunc enim donatio inter viuos censeri debet.

¶ Casus. Describit quid si mortis causa donatio, quia si ego grauiter ægrotans donaui tibi aliquid; & ex eo morbo decessi: est donatio causa mortis non inter viuos, nisi superuixi post donationem triginta diebus. vtilitas in glos. declaratur. ¶ Glossa. Ita loquitur Paulus in titu. de mort. cau. dona. ff. sed ista constitutio est contra ius. Nam de iure donatio causa mortis, fit quando quis in aduersa valetudine est: & ista propria est, quando hic text. dicit censeri mortis causa donationem. Alia est impropria, quę fit ex cogitatione mortis generali. l. si alienam. §. Marcellus. l. senatus. §. mortis. ff. eo. vbi sunt tres species istius donationis. quòd autem iudicetur an superuixerit per triginta dies, vt sit inter viuos, an non, vt sit mortis causa: istud non est in iure traditum: sed est contra ius. quia donatio mortis causa tenet, si ex illa valetudine moriatur, quandocunque, vt illic iura sunt per totum tit. Sed quę est vtilitas, vt reputetur donatio inter viuos, aut causa mortis? Dicas esse: quia mortis causa donationes legatis comparantur. l. Marcellus. §. Paulus. ff. eo. quæ legata ad certum modũ reducuntur, per l. præce. & de iure de illis detrahitur Falcidia, sicut de legatis, quod in donatione inter viuos non est. Varia etiam iura statuuntur in hoc lib. inter donationes inter viuos & legata. nec video aliam causam, ex qua facta sit ista lex. An mortis causa donatio comparetur cõtractibus: pręter multos vulgares locos habes latissimè per Alexand. de Imo. in l. 1 ff. de lega. 1. Dicit etiam Lud. Rom. in singu. 523. quòd donatio causa mortis hodie nudo pacto fieri potest etiam à pagano, sicut alia donatio: & quòd l. si quis argentum. in ea procedat. Hæc satis sunt pro intellectu legis nostræ. nam breuitati studendum est. *Mortis causa donatio.* *Vtilitas.* *Donatio causa mortis pacto nudo fit.*

CAPVT X.

Executionis testamentariæ cognitio tam laicis iudicibus ex præuentione, quàm ecclesiasticis iudicibus datur.

¶ Casus. Conueniebam executores testamenti: quæritur coram quo iudice possim? Responde, quòd tam laicus quàm ecclesiasticus iudex potest cognoscere per præuentionem.

CAPVT XI.

Si executores in mora fuerint legata omnia persoluendi, legatariisque tradendi, alteriúsue territorij essent, quàm vbi testator decessit: résue legatæ sunt sitæ: in eo quidem territorio vbi mortuum testatorem con

stiterit, résue legatæ reperiantur, ius sibi fieri petant legatarij.

¶ Casus. Executores differebant soluere legata: quæritur vbi conueniri à legatariis debeant, si fortè sint alterius territorij? Responde, quòd debent conueniri in loco, vbi est mortuus testator, vel vbi res legatæ situatæ sunt. ¶ Glossa. Executionis. Ista lex videtur esse contra l. nulli. C. de episcop. & cleric. vbi episcopo loci datur eius rei cognitio. & in Authen. de eccle. ti. §. si quis pro redemptione. & in Authen. licet testator. C. de epis. quæ loquitur in episcopo, vel œconomo. Tu autem dicas quod pro hac l. facit illa l. nulli. in fin. vbi dicit clarissimo viro rectori prouinciæ, vel episcopo loci, vbi decesserit, illic præponitur rector prouinciæ: quòd facit hic pro ista præuentione iurisdictionis. nam est res mixta testamentum, & videas Barto. in l. ne quicquam. §. obseruare. ff. de offic. procons. & est rationabile, vt fiat facilius executio testamenti. & de præuentione vide Scrib. in l. si quis posteaquam. ff. de iudic. & Barto. in l. si plures. ff. de lega. 1. cano. in c. pen. de foro competen. Felin. late in c. cum Mart Ferrar de constit. colum. 13. quæ præuentio iurisdictionis fit per citationem, vt vult Barto. in d. l. si plures. & Scrib. in d. l. si quis. & l. vbi acceptum. quod practicari solet statim mortuo aliquo, vt is qui vult pręuenire, prius faciat citari: ea quę in secundo capite sunt, conueniunt d. l. nulli. & not. quòd ratione rei quis sortitur forum.

Episcopus de executione testamenti cognoscit.

Fundamentum.

Testamentum est mixtum.

Præuentio.

CAPVT XII.

Tutores, curatores, templorum œconomi (qui & ædituí dici possunt) receptores, executoresque testamentorum, ac cæteri rationibus reddendis obnoxij, de singulis expositis fidem facere, ac docere debent. Eorum etenim iuramento supra solidos quinque pro singulis articulis non creditur: atque id ita demum si fraus inesse non videatur, sitque verisimile sic exposuisse.

¶ Casus. Tutores, vel curatores, vel gagiarij, aut executores testamentorum, aliíue subditi reddendis rationibus & ad ratiocinia obligari debent ostendere suas quictantias: & docere de omnibus & singulis expositis seu misiis: quia non creditur eis nisi vsque ad quinque solidos pro vno quoque articulo, & sine fraude. ¶ Glossa. Hic æquiparantur executores tutoribus quo ad reddendam rationem, vt dicit Specul. in titu. de instru. edit. §. nunc verò. isti ædituí qui ædium sacrarum tutelam curamq; habent, an nobis vulgari sermone gagiarij dicuntur? Et pro materia legis audi quæ Specu. de hac re sentiat. an credendum sit eorum libris & rationibus, nisi aliter fidem faciant de expositis causa suæ administrationis ostendendo apochas liberatorias, quæ Quictantiæ vocantur. Specul. dicit credi debere cum iuramento, inspecta tamen personarum qualitate ab Episcopo. præsumitur enim pro executoribus inspecta rei tẽporis ac personarum conditione. l. fina. C. de ali. pub. præst. Ita etiam tenuit Iacob. Ferra. in form. libe. quo agitur ad redden. ratio. tute. hic verò non creditur, nisi vsque ad modicam summam in singulis articulis, ne fraus fiat: ne detur occasio periuriis spe lucri. & quia regulariter non creditur iuramento eorum: & est speciale in damnum passo violenter: ne fraudetur testator & hæredes periurio executorum. Sunt enim quidam ita faciles ad iurandum, vt dicit textus in l. quæ sub condit. ff. de condi. instit. & creditur quando est verisimile in illis modicis.

Reddenda ratio per executores.

Æditui.

An credatur executoribus.

CAPVT. XIII.

Donationes dispositionesque bonorum tam inter viuos, quàm in testamento mortisque causa factæ: quanuis immensæ, insinuatione non indigent.

¶ Casus. Quæritur, vtrum donationes immensæ debeant insinuari secundum iuris dispositionem? Respondetur, quòd non. ¶ Glossa. Istud est contra dispositionem iuris, quo donationes immensæ insinuari debent: nec regulariter excedere possunt quingentorum auri solidorum summam. l. sancimus. cum Authenti. sequen. C. de donat. præter quosdam casus, qui illic describuntur: & videas plenius Alexand. in consilio 154. & consilio 84. volumi. 2. & consil. 20. in 4. volumi. Hic autem datur libertas donandi inter viuos in testamento, & mortis causa vsque ad maximam quantitatem secundum formam titulorum præcedentium, per l. in re mandata. C. manda. & quia liberis hominibus rerum suarum administrationem liberam tradere ingenuum est: nisi aliud impediat donationem, & seruata dispositione præced. titulorum, ne in fraudem legitimę fiat. habet ergo locum dispositio tituli de inofficiosis dona. non autem lex sancimus. nam permittitur donatio immensa per hanc constitutionem sine insinuatione: sed inofficiosa non permittitur, quæ fuit prius reprobata in in cap. 2. de dona. inter viuos. vbi verbum, immensæ, intelligi debet, id est inofficiosæ, ex causis positis in dict. titu. de inoffic. donat. Hic succurrit, quod Barbatius lepidè differit de donatione facta per canonicum suæ concubinæ, an valeat in l. diuortio. colum. penulti. ff. de verborum obliga. vbi tenet, quòd sic, probatis meritis, & seruitiis aliis quàm concubinariis, & ita consuluit Bononiæ, vt illic per eum, hæc plus satis.

Donatio immensa insinuatione non indiget.

Ratio.

Inofficiosa donatio non permittitur.

Donatio facta concubina valet.

De

De donatione propter nuptias.

CAPVT I.

SI quis vxorem nobilẽ plebeiámue duxerit, nihilq; propter nuptias donauerit, aut eius causa præfixum cõuentúmue sit: moribus inductum est, vt in dimidia bonorum omnium immobilium quæ maritus, vel matrimonij consummati tempore habuisse repertus est, vel illi ex patris matrísue, aui, auiæ, aliorumq; ascendentium morte postea obtigisse constiterit, à marito dotata intelligatur. Cuius dimidię vsumfructum eiusque possessionem illico mortuo marito consequitur, vt ea viuens arbitrio boni viri solutisque oneribus, quæ dum fruetur prædiorũ causa præstari conueniet, vti possit: quæ dos consuetudinaria nuncupatur.

¶ Casus. Hic loquitur de dote consuetudinaria. Titius duxit vxorem, à qua accepit dotem & nihil ei donauit propter nuptias, nec constituit aut præfixit aliquam dotem vxori: quæritur quæ dos ei detur mortuo marito? Responde, quòd habebit vsumfructum in dimidia omnium immobilium maritiq; tempore consummati matrimonij: ipse habebat, vel ei constante matrimonio ex successione patris vel matris aui, & auiæ, vel aliquorum ascendentium obuenerunt: & dum vtetur, soluet onera eorum prædiorum.

Antiferna. ¶ Glossa. Hæc donatio propter nuptias, quæ prius ante nuptias dicebatur, antiferna dicitur, quasi contra dotem, vel remuneratoria dotis. l. cum multæ. C. de donat. ante nupt. & *Dos duplex.* Authenti. dos data donationem propter nuptias meretur, vocatur autem dos in vulgari, & maritus per consuetudinem dotare vxorem debet, vel si præfixam dotem non constituat in contrahendo matrimonio, datur à lege dos consuetudinaria: quando vere accepit ab eo dotem, vt in Authent. sed quæ nihil. & Authent. æqualitas. C. de pac. conuen. *Dos confessa.* tam super dote quàm dona. prop. nup. & latè per Ludo. Ro. & Moder. in l. si diuortio. ff. de verbo. obliga. de eo qui confessus est dotem accepisse quam non accepit, vbi multa hinc inde super hoc an valeat. De hac autem donatione, quæ etiam dos dicitur, est text. in c. & si necesse. & c. nuper. de dona. inter vir. & *Dos à marito vxori datur.* vxor. vbi maritus vxori dotem constituit, & est dos præfixa. Et postea dicit Ioan. Andre. quod potest fieri consuetudo super dotanda *Opinio Moder.* vxore, & valet, & cùm ista doctrina omnes transeunt præter quosdam Moder. in d. l. diuortio, qa Barb. ait esse contra bonos mores. Primò, quia est donatio inter virum & vxorem. l. 1. ff. de dona. inter vir. & vxo. & ibi Bar. & facit matrimonium venale, talis dotis datio à marito facta, & operatur, quòd mutuò amore se spolient. fatetur autem quod potest fieri donatio propter nuptias: sed non dos à marito vxori. Tu cum opinione cõmuni dicas, valere talem donationem, & posse appellari dotem, tum quia esset facere vim in verbis, tum quia ius ita vocauit in d. c. & si necesse. & habet rationem: nec est irrationabilis, vt melius viduæ mulieres collocentur habẽtes vsumfructum illum: fortè etiam quod ea viuente maritus dotem acceptam consumpserit, & ob bene trãsactum matrimoniũ: & quia dos data, vt lex dicit, donationẽ propter nuptias meretur. *Ratio.* *Limitatio.* Tu etiam intellige prout dixi, quãdo dotem aliquam accepit ab vxore verè & non fictè, de iure Authenticorum allegato, licet hic non dicatur: tamen hic punctus dubius est ob generalitatem legis: sed illa opinio esset sanior in dubio, & iuri conueniens. Nam indotatam vxorem ducere fatuum est. l. fin. §. 1. in fi. ff. quæ in frau. credi. l. purè. §. fin. eo. titu. l. apud Celsum. §. sed & si indotata mulier. eo. tit. l. si donaturus. ff. de condi. cau. da. quos tex. videas pro hac re. videas glos. magnam & scrib. in § est & aliud. Institu. de dona. l. cum veterum. C. de dona. ante nupt. & not. quod Bald. in c. iurauit. de probat. dicit, quòd si quis iurauit accipere aliquam in vxorem, intelligitur si dotem dederit: quod intelligendum est inspecta qualitate personarum ex doctrina Philip. Decij. in Authen. præterea. C. vnde vir & vxor. per quam Authenti. potest ista lex fundari. quia glo. eam extendit ad donationem istam. Glo. autem in Authen. æqualitas: dicit quòd hæc donatio propter nuptias non est in vsu. tamen Bart. dicit quòd Perusini ea vtuntur: & seruanda est dispositio consuetudinis. non est autem propriè hæc donatio propter nuptias, quæ ob duo fiebat, ob securitatem dotis, & ob lucrum. sed in genere est, & in ratione propter nuptias donatio: vel propter dotem donatio. Alia de hac re per Scrib. in locis memoratis. Videas quæ in sequentibus dicam pro confirmatione huius consuetud. ex Cæsare de bello Gallico.

Indotatam vxorẽ ducere fatuum est.

Iurans accipere vxorem intelligitur, si dotem dederit.

Perusinorum consuetudo.

CAPVT II.

Vbi à marito dos vxori certa statuta est: ea contenta esse debet, nisi conuenisse dicat, vt præfixæ legalísue dotis optionem haberet. Tunc enim alterutram petendi ius habet. Priusquam verò dos statutaria petita fuerit: nec debita, nec quæsita esse intelligatur.

¶ Casus. Maritus non neglexit dare dotem, sed dedit ei præfixam: quæritur, vtrùm ipsa, si velit habere dotem consuetudinariam,

posſit eam petere, & relinquere præfixam? Dicit quòd non: niſi ita dictum eſſet. Quæritur etiam vtrum fructus debeantur ex dote conſuetudinaria antequam petantur? Lex dicit, quòd non. ¶ Gloſſa. Quia conſuetudinaria dos in ſubſidium datur, vbi certa dos præfixa non eſt, vt quarta illa, de qua in Authen. pręterea. Et in bonis ex tranſuerſali ordine quęſitis non intelligitur: arg. c. præced. à contrario, per l. cum prætor. ff. de iudic. Et no. hic in fin. quòd non debetur niſi petatur, quod facit quo ad fructus, quia à die litis conteſtatæ veniunt: iura ſunt vulgata.

Conſuetudinaria dos in ſubſidium datur.

CAPVT III.

Dos iſta vxori debita qualiſcunq; ſit, perſonalis eſt: niſi in contrahendo matrimonio conuenerit, vt eius proprium perpetuumq́; peculium eſſet: tunc enim prædium dotis cauſa datum mulieri patrimonij loco erit.

¶ Caſus. Ego præfixi dotem vxori: ipſa poſt mortem meam volebat habere iſtam dotem propriam, non ſolum in vſufructu: vel ea mortua eius hæredes eam petebant, quæritur vtrum poſsit? Reſpondetur quòd non, niſi dictum ſit quod eſſet proprium. ¶ Gloſſa. Donatio propter nuptias de iure vxori acquiritur, etiam quo ad proprietatem: licet conſtante matrimonio maritus fruatur, per ll. allega. Hic autem vſufructus tantum quæritur, & perſonalis eſt: niſi ex contractu aliter fiat: vt propria vxoris ſit. quod fieri poteſt, ex pacto ſi per legem factum intelligatur, vt dicta. Barto. in l. primo. C. de ſacroſanct. eccleſ. & l. de quibus. ff. de legi. l. non eſt poſsibile. ff. de pactis. multa enim fiunt contractus matrimonialis fauore.

Donatio propter nuptias vxoris fit.

CAPVT IIII.

Si in contractu nuptiarum huius dotis cauſa nihil actum fuerit: neque maritus immobilia patrimoniúmue vllum habeat: eius portionis quam mariti hæredes ex conquæſtibus vendicabant, quartam mulier dotis loco detrahet, vt ea ſcilicet vti frui penſitatis oneribus poſſit: quòd ſi conquæſtus nulli ſint, eius dimidię, quæ ex mobilibus ad mariti hæredes ſpectat, quartam peculiarem perpetuamque ac propriam alieno ære deducto conſequetur.

¶ Caſus. Ego in contractu matrimonij non dedi aliquam dotem vxori, nec habebam patrimonium: poſtea feci aliquos conquęſtus, poſt mortem meam vxor petebat ab hæredibus meis dotem. Reſpondet, quòd debet habere quartam partem illius dimidiæ portionis, quam hæredes mei debent percipere de immobilibus: & ſi non ſint, de mobilibus. ¶ Gloſſa. Hæc conſtitutio facilis eſt in fine. nota quòd Cæſar ſcribit de moribus Druydum. Vxores ſi quid in dotem maritis dederint: tantundem iſti domeſticarum fortunarum illis conferre debent. Ego niſi ſtuderem breuitati, plura de hac re ſcriberem.

Cæſar de dote iſta.

De Succeßionibus.

CAPVT I.



IN recto ordine directaq́; linea bonorũ mobilium ac immobilium non feudalium ſucceſſio ad ſuos hæredes ęqualiter tranſmittitur: nulla antiquiori prærogatiua in iſtis data. In tranſuerſali verò etiam æqualiter mares fœminæq́; eiuſdem gradus bona quęcunque etiam feudalia ſucceſſionis iure inter ſe partiuntur.

¶ Caſus. Erant plures fratres, vel ſucceſſores in directa linea. quæritur quomodo debeant ſuccedere? Reſpondetur, quod debent æqualiter in omnib. bonis ſuccedere, pręterquam in feudalibus. Si verò ſint tranſuerſales, vel collaterales: etiam in feudis ſuccedunt ęqualiter proximiores in æquali gradu. ¶ Gloſſa. Hic de ſucceſsionibus, ſuccedendiq́; ordine tradit, vt ad proximos ſemper hæreditas deuoluatur ęqualiter, quando eodẽ gradu ſunt iuxta ſucceſſorij ædicti formam ei tit. de ſuc. ab inteſta. In tranſuerſali autem linea priori tempore aut ętate, id eſt, antiquiori cognato, vel agnato non datur aliqua prærogatiua, vt dictum eſt in tit. de feudis de tranſuerſalium ſucceſsione. Quia ius primogenituræ, & antiquitatis in directa tantum linea locũ habet. Hæc autem forma ſuccedendi viriliter eſt de iure, in l. quod ſcitis. C. de bon. quæ liber. l. quęcunq́;. ff. ad Tertul. Auth defuncto. C. eo. vbi de coniunctis vtrinq́; vel non. & ſublata eſt differentia ſexus, vt hic, & in §. ſi verò, in Authen. de hære. ab inteſta. l. maximum vitium. C. de bonis quæ lib. Plura de ſucceſsionibus, & earũ ordine habes per Alex. in conſ. 86. in 3. vol. & Regula eſt in his ſucceſsionib. quòd poſterior gradu ſemper excluditur, quandiu ſpes eſt priorem admitti. l. cum quidam. ff. de acquiren. hæred. l. 1 §. item videndum. ff. de ſucceſ. edict. l. 2. ff. vnde legi. Item, vt aliquam inſtructionem habeatis in ſucceſſionis materia: hic agitur de duplici ordine ſeu linea. Directa ſcilicet, quæ eſt deſcendentium, vt filiorum naturalium ac legitimorũ ſimul non aliorum. deinde nepotum & cæterorum ordine ſuo. aſcendentiumq́; patris ac matris, & poſt eos aui, auiæ: ſic de cæteris aſcendẽtibus, & de ſucceſsione iſta plura inferius dicẽtur. De filiis enim vterinis & cõſanguineis dicturi ſumus. Altera linea eſt Collateralium

Antiquitatis ius non datur tranſuerſalib.

Succeſſio per Viriles.

Regula ſucceſsionum.

Directa linea.

Collateralis. teralium seu Transuersalium, quæ ex agnatis cognatisue constat sublata hodie differentia. §.nullam.de hæred.ab intesta.col. 9. Authen. in succeßione. C. de suis & legiti. Ego hic plura de istis non dicam: ea etenim tantum quæ ad legis intellectum necessaria putaui, hoc breuiario collegi. Tu in consil. Oldradi, Romani, Paul. de Castro, Signoroli, Aretini, atque aliis infinita super istis succeßionibus habes, quibus volumen producere potuissem: sed præter rem. Reliqua in locis suis deducemus. Sed huc adducas no. in Authen. in succeßione. C. de suis.

CAPVT II.

Profectum à parentibus patrimonium, vel liberorum proprium mortuis liberis ad illos reliquosq; ascendentes non reuertitur.

¶ Casus. Filius meus habebat aliqua bona propria non conquesta, eo mortuo, vtrùm ad me vel ascendentes debeant reuerti? Dicit quod non. ¶ Glossa. Hæc consuetudo est contra ius, id est contra Authen. defuncto. C. ad Tertull. cum lato apparatu scrib. de qua re nonnihil per Boerium qui probat ab authoritate Alber. & aliorum valere consuetudinem huiusmodi. alibi enim etiam in solis mobilibus succedunt: hic etiam in aduenticiis, & quasi castrensibus, vt postea dicetur. Sed ratio esse potest: quia ista propria quæ ex veteri stipite procedunt, posteris quodammodo sunt debita & affecta. Sed non est conueniens iuri communi, vt dicunt scrib. per dict. Authenti. defuncto. de cuius intellectu, & de bonis mobilibus ac immobilibus videas Paul. de Castr. in consil. 66. in nouis. & Alex. consi. 126. in 2. volum. Et Bald. in dict. Authent. defuncto. tradit rationem, quæ huc potest adaptari. quia hæreditas ascendentium magis debetur descendentibus, & pleniori iure, quàm econuerso. per not. in Authen. in succeßione. C. de suis & legitim. vbi dicit quòd semper potior causa est liberorũ: siue de iure communi, seu de statuto, aut consuetudine deferatur. vt cap. 1. de gradi. suc. in feudo. seu per contractum, seu per testamentum. facit dict. Authenti. vbi non excludunt fratres, sed concurrunt. ergo in totum non debent succedere. satis est ergo quòd in aliis succedant. facit, quia, vt illic Baldus dicit, in feudo filij & emphyteosi ecclesiastica pater non succedit, sed alij. & Pau. de Cast. dicit ibi quòd pater non repræsentat personam filij: sicut filius personam patris, & facit tex. & ibi not. in cap. 1. de natu. feu.

Ascendẽtes nõ succedunt in patrimonio.

De intellectu Auth. defuncto.

Pater non repræsentat personam filij.

CAPVT III.

Inter directo succedentes ordine, ea quæ repræsentatio dicitur, habet locum: etiam si parentibus constante matrimonio, aut per alterum eorum eo dissoluto expreßim de hac re conuentio facta non fuerit.

¶ Casus. Quæritur, vtrum repræsentatio locum habeat? Respondetur quòd in linea directa locum habet, etiam si nihil dictum sit à parentibus. ¶ Glossa. Est conueniens iuri posito in §. cum filius. Instit. de hære. quæ ab intest. Et de hac re dixi in tit. de feu. de vetere alienationis interdictione, & ibi aliquid remisiuè. Quod autem dicitur quòd filius succedit in locum patris, eiusq; personam repræsentat, intelligitur primo, quia in eo gradu est, in quo erat pater: non quòd ex persona patris succedat: vt dicit Bartol. in l. 1. §. si filius. ff. de coniung. cum emancip. lib. Secundò intelligitur in succeßione ascendentium, non autem collateralium, vbi nepotes in locum patris præmortui non succedunt: sed à patruo excluduntur. Diuersitatis ratio traditur à Ioan. Fab. in §. cæterum. Institu. de legi. agna. suc. per scrib. in l. si auiæ. C. de suc. edic. in Authen. post fratres. C. de legi. hære. vbi de hac re est text. Et Cyn. optimè in Authen. cessante. eod. titu quia hæreditas transuersalium non sic, neque tam potenti iure debetur quàm ascendentium: vt dixi in titu. de feudis. Item & tertiò fallit in patronatus iure. l. si libertus pręterito. §. 1. ff. de bo. liber. l. à duobus. de ope. liber. ff. l. 3. §. proinde. in gl. ff. de legiti. tuto. & Ioan. Fab. in d. §. cum filius. Et quæ dicuntur de repræsentatione, habent locum in feudis. §. 1. de suc. feu. cap. 1. §. his verò. de gradi. suc. in feudo. Et habes alia per cano. in c. cum Bartoldus. de re iud. Anton. de Rosellis in tractatu de succe. ab intest. Angel. & Iacob. de Belui. in §. reliquum. in Authen. de hære. ab intest. Alexan. in consil. 44. colum. penul. volum. 5. Et Philip. Decius in d. l. si auiæ. & in consil. 1. vbi decidunt quòd iura C. de instit. quæ non admittebant repræsentationem in transuersalibus, non sunt correcta per Auth. post fratres. nisi quo ad succeßionem patrui carnalis: reliquis ergo incorrecta sunt.

Repræsentatio.

Filius personam patris repræsentat.

Repræsentatio inter transuersales non est.

Repræsentatio in feudis locum habet.

In quo iura antiqua sint correcta.

CAPVT IIII.

Si quis sine liberis decesserit, nepotesque collaterales ex vtroque parente coniunctos habeat: isti in illius succeßione auunculos, patruosq;, amitas, materteras & sorores ex altero tantũ latere coniunctas antecedunt.

¶ Casus. Titius sine liberis deceßit, & habebat nepotes collaterales ex vtroque latere coniunctos. quæritur, vtrum excludant patruos vel auunculos aut superiores? Respondetur quòd sic, si ex vno tantum latere coniuncti sint. ¶ Glossa. Ratio huius est, quia duo vincula sunt fortiora vno. §. 1. in Auth. de consangui. & vte. fratri. isti autem non sunt propriè nepotes: sed lingua nostra sic vocantur filij fratrum & sororum, nepotes

Duo vincula.

ex fratre vel sorore. Dicam hic plura pro intellectu huius consuetu. quæ obscura est. De iure dictum est, nepotes ex fratre cum patruis succedere per Authen. cessante. post fratres. defuncto. §. reliquum. cum simil. quod late prosequitur Alexand. in consil. 88. volu. 1. vbi distinguit inter legalem & voluntariam hominis dispositionem. Sed iura etiam admittunt ad huiusmodi successionem omnes cognatos seu nepotes collaterales per repræsentationem gradu æquales, licet ex diuersis patribus natos: dum tamen essent ex vtroque parente illis coniuncti, id est, dum pater eorum esset consanguineus & vterinus simul illi mortuo, de cuius successione agitur. Nam si non ex vtroque essent, qui duo vincula habent, præferuntur aliis vnum vinculum habentibus. Istud est quod hæc consuetudo dicit, super qua vidi quosdam hæsitare, sed est dispositio illius iuris noui: vt no. in Authen. defuncto. & in Auth. vt fratrum filij. ibi, hoc verò sancimus de his filiis, quorum pater ex vtroque latere coniunctus erat defuncto. De qua re per Alexan. in 3. volum. consil. 86. Aduerte autem quod Paulus de Castro dicit quod in dict. Authen. defuncto. quòd repræsentatio habet locum in filiis fratrum, non autem in filiis filiorum, per Auth. post fratres. quod not. quia vidi quæstionem. & est glos. in d. Authen. quæ dicit quòd contraria opinio nihil est, & potes adhuc plenius hic ponere casum sic. ego habeo fratrem ex patre & matre: & quia pater meus transiit ad secunda vota, habeo fratrem ex patre tantum. si quæratur de successione illius fratris consanguinei & vterini, filij mei qui sunt illi nepotes ex vtroque, præferuntur fratri consanguineo, & omnibus ex vno tantum latere.

Nepotes collaterales quomodo succedant.

Quomodo intelligatur vtrinque coniuncti.

Repræsentatio nō extēditur ad filios filiorum.

CAPVT V.

Naturales tantum filij successione indigni, prorsusque ab hæredum nomine alieni sunt.

¶ Casus. Titius habebat spurios vel bastardos. Vtrum debeant succedere? Respondet quòd nullo modo.

CAPVT VI.

Habent tamen illi etiam liberam testamenti factionem, & omnium bonorum suorum dispositionem, atque inter viuos. Et si quos ex nuptiis legitimis liberos susceperint, hi legitimi hæredes eorum erunt.

¶ Casus. Quæritur, vtrum bastardi possint facere testamentum, vel disponere inter viuos de suis bonis? Respondet quòd sic. & si contrahant nuptias, filij eorum eis succedēt. Naturales. ¶ Glossa. Naturalium plurimæ species sunt. hic autē dico naturales eos qui bastardi nostra voce dicuntur: latina spurij, qui ex incerto patre & publica muliere nati sunt. l. vulgo ff. de statu hom. sed generaliter de concubinariis etiam intelligitur, de quibus l. humanitatis. C. de natu. libe. & titu. ff. de concubi. & in Authenti. quibus mo. natu. effi. sui. & de natis ex damnato coitu & quibuscunque illegitimis. quod intelligas, nisi sint legitimati quo ad succedendū: quia iura de legitimatione disponentia per hanc legem non intelliguntur correcta. de qua re habes plenè per Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. per Scrib. in dicta Auth. quib. mo. natu. cum vulgar. Hæc autem consuetu. est conueniens iuri ciuili & canonico. quia de iure naturales ex concubina non succedunt ab intestato. Authen. licet. C. de natu. libe. extantibus aliis liberis, non extantibus dicas, vt illic deciditur. Spurij nullo pacto succedunt, nec etiam alendi sunt de iure ciuili. de canonico secus. Et de hac re plenè habes per Iaco. de Ferra. in for. libelli de hære. ab intest. in ver. nullis. §. nunc verò ad filios naturales. Vnde ego consulerem quòd nati ex concubina possint petere alimenta iuxta dict. Authen. licet. quia per hanc l. nihil est ei derogatum, quo ad alimenta. de spuriis & aliis esset dubium: quia ius canonicum in hoc non haberet locum in terris Imperij. vide quæ latius dicit Specu. bonus & vulgaris Doctor in titu. de succ. ab intesta. versi. nunc de naturalium. & Felin. in c. in præsentia. de probatio. quæ cum sint hodie præ manibus studentium, minimè sunt recitanda. Et in genere puto per has constitu. ius commune sublatum non esse in aliquo: vtputa, circa reuocandam donationem spurio vel concubinæ factam: iuxta l. 1. cum simi. C. de natu. lib. nec alia iura abrogata, nisi quo ad successionem quòd omnino bastardi nothíue non succedunt in hæreditate. Testari autem possunt, matrimonium contrahere: & qui ex eis nati sunt, legitimi sunt & hæredes: quia cum inter prohibitas personas non contineantur in titu. qui. non est permis. face. testa. intelligitur eis permissum testari, & donare & contrahere, cùm non prohibeantur de iure, serui enim non sunt. Tu autem nota quòd sicut nō potest naturalis succedere patri: ita nec nepos ex eo legitimus ex communi opinione: vt Scrib. in l. fina. C. de natu. libe. nec ipsi naturales inter se succedunt: vt latè probat Alexan. contra quosdam in consil. 174. volum. 5. vbi pulchra dicit. Et quia de alimentis aliquid dixi: habes text. quem Panor. dicit non esse alibi. quòd spurij vel ex damnato coitu nati debeant, ali à parentibus pro eorum facultatibus. in c. cum haberet. ad finem. de eo qui duxit in matrimo. quam poll. per adulte. Et licet Petrus de Ferra. in loco prædicto tenuerit hanc opinionem in terris ecclesiæ tantum obseruandam, vt prædixi. Aduerte quòd Panor. tenet hodie stari iuri canonico vbiq; in hoc. quia ecclesia induxit hoc ex quadam æquitate naturali: & ne filij, qui nihil deli-

Naturales qui sint.

Concubinarij.

Legitimati

Ius commune non corrigitur nisi expressè.

Testamentum naturalium.

Successio naturalium.

Spurij à parentibus ali debent.

deliquerunt, alimentis priuati pereant, cùm alimentorũ cauſa ſit pia & fauorabilis, quod videtur ſentire Bar. in Authen. ex cõplexu. C. de inceſt. nupt. vbi per rationẽ d. c. cum haberet: dixit parẽtes poſſe legare ſpuriis ratione alimentorũ: & donare, aut relinquere dotes filiabus, cũ dos ſuccedat loco alimentorum: qđ Anto. Corſetus ait eſſe not. & ſingul. plura de hac re dicerem: niſi breuitati ſtuderem: & multa habes per Barbat. in c. cũ tibi. de teſta.

Legari ſpuriis alimenta poſſunt.

CAPVT VII.

Si quid pater matérve, auus aut auia, liberis aut nepotibus nuptiarum cauſa dederint, vt proprium eorũ peculium fieret: poſtmodũ donatarius ſine liberis deceſſerit ad donatorem: eoq; deficiente ad proximum aſcendentem res donata reuertetur: excluſis fratribus defuncti ac tranſuerſalib.

¶ Caſus. Pater donauit filio ſuo cauſa nuptiarum vnum fundum, vt eſſet ei proprius: poſtea filius ſine liberis mortuus eſt, quæritur vtrum ille fundus acquiratur fratrib. defuncti, vel tranſuerſalibus? Reſpondetur, ꝙ non: ſed reuertitur ad eũ, qui donauit, vel alios aſcendentes, in eius defectũ. ¶ Gloſ. De hac dote ſeu donatione quæ fit filiæ, aut filio per parentes in contractu matrimonij, vt eorum fiat: & in locũ ſeu modum anticipationis, ſeu anteſucceſsionis, eſt ſuperius dictum in pleriſq; locis, & eſt velut dos: quia datur in matrimonio contrahendo: & ob matrimonium, vt hic dicitur. ꝙ ergo mortuo donatario ſine liberis ad donantem, vel proximum aſcendentem redeat, eſt iuri conforme, vt eſt tex. in l. dos à patre. C. ſolu. matri. l. vnic. §. illo proculdubio. C. de rei vxo. act. cum vulga. præterquam in l. 1. C. vnde vir & vxor. Alexã. in conſil. 63. vol. 5. Bar. in l. poſt dotem in ver. quinto quæro. vbi concludit contra opinionem Martini quòd redeat ad patrẽ, ſeu cum liberis, ſeu ſine liberis deceſſerit filia. Tamen hic expreſsè dicitur. ſi ſine liberis, quorũ appellatione etiã nepotes, & omnes deſcendentes hic continentur, quia fuit prius vna conſtitutio huius tituli, per quam deſcendentes aſcendentibus præferũtur, & ſic pro opinione Martini eſt iſta lex maxime, cum hoc iure patria poteſtas locum non habeat: & id quod eſt datũ, dicitur datum vt fiat proprium patrimoniũ donatarij, ex quo tranſmittitur ad filios. l. ſi ab hoſtibus. ff. ſolu. matri. & opinio Martini vſu præualet, vt dicit glo. in d. l dos à patre, & de cõſuetudine ſeruatur. & multi eã tenuere, præſertim Petrus & Citramontani, quæ in puncto iuris ſuſtineri poſſet: eámque ſpero hoc anno publicè diſputare. Ideo plura hic non habebis. Nã à ſcribentibus in d l. dos à patre. & l. illam. C. de colla. & in aliis locis vulga. ſatis ſuperq; examinatur, & habebis à me diſputatam cum quibuſdam inauditis rationibus & exemplis.

Dos redit soluto matrimonio ad ditem.

Liberi i dote præferũtur aſcendentibus.

Opinio Martini.

CAPVT VIII.

Repræſentatio inter collaterales locum non obtinet, niſi ex eorum omnium, quorum intereſt, conſenſu.

¶ Caſus. Dictum eſt quòd repræſentatio habet locum in linea directa. quæritur vtrum in collaterali? Reſpondetur quòd non, niſi de conſenſu eorum, quorum intereſt.

CAPVT IX.

Nepotes neptéſve directi auo atq; auiæ in patris matríſve locum ſuccedunt in omnibus bonis prædiiſq; cenſitis, ac feudariis eodẽ iure, eademque prærogatiua, qua parentes ipſi ſuccedere potuiſſent.

¶ Caſus. Quæritur nunquid quando ſucceditur per repræſentationem in linea directa, ſit locus primogenituræ, & quomodo ſuccedatur? Reſpondetur quòd nepotes qui in locum patris ſui ſuccedunt, capiũt illud ius, & illa omnia quæ accepiſſet eorum pater ſi ſucceſsiſſet. Repræſentatio. ¶ Gloſſ. Dictum eſt ſatis ſupérque de repræſentatione, de qua hic adhuc duo capita ponuntur. Primum, quo prohibetur inter tranſuerſales: niſi de conſenſu omnium parentum & agnatorum quorum intereſt. & hoc ſatis eſt priùs expoſitum. Secundum declarat quomodo in linea directa repræſentatio fiat in omnibus bonis, & eo iure quo pater ſucceſsiſſet: vt dicit Ioan. Fab. in §. cum filius. Inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſta. quia repræſentatio eſt eiuſdem perſonę, eodemq; iure ſucceſsio: nec filius dicitur repræſentare perſonam patris in parte, ſed in totum. & eodem modo. §. 1. in Authent. de iureiu. à mori. præſti. l. cũ hæredes. ff. de acqui. poſ. l. 1. ff. de acqui. hære. & ibi Docto. & præſertim Franciſcus Areti. & de bonis feudalibus an & quãdo filius repræſentet perſonam patris, habes latiſsime per Alexand. in conſil. 55. in col. 13. volum. 4. Iſta ſatis clara ſunt, neque indigent maiori expoſitione. Aduerte autem circa conſenſum omnium quorum intereſt, id eſt, ad quos hæreditas poteſt peruenire, tanquam proximiores. de repræſentatione ſuperiùs ſatis dixi.

Repræſentatio quomodo fiat.

Conſenſus eorum quorũ intereſt

CAPVT X.

In ſucceſſione collateralium in bonis paternis, non aduentitiis proximitatis conſanguinitatiſq; ratio non habetur: ſed his qui defuncto ex eo latere vnde bona profecta ſunt, coniuncti eſſe reperiuntur, ea prędia adiudicari ſolent: paterna paternis, materniſque materna referendo.

¶ Casus. Titius sine liberis decessit, habebat fratres vel parentes collaterales: quosdam ex parte patris, alios ex parte matris, vtputa, patruos & auunculos. & quædam bona ex parte & patrimonio patris, alia ex parte matris? Lex dicit quòd paterna ad coniunctos ex patre, materna ad alios pertinebunt. ¶ Glossa. Boërius meminit de hac cõsuetudine quam dicit approbari à Ioan. de Imol. in consil. 114. colum. 3. versi. restat. quòd in ciuitate Lucana est statutum quòd bona defuncti frondent & furcant, hoc est quòd venientes ab intestato ex linea, vnde patrimonium defuncti descendit, succedunt. licet sint remotiores aliis ex alio latere coniunctis. & citat Alexand. in consil. 137. volu. 1. de successione nepotum cum patruis, & qui proximi dicantur: sed de hoc statuto Alexand. nihil dicit. Scio quòd is qui fecit commentarium in consuetud. Turonicas vir sane doctus, & multæ lectionis obiter in materia Retractus tenet, quod proximi possunt retrahere, verum est inquit reddendo paterna paternis, & materna maternis. & plura illi de hac re non dicunt. Et quia hæc cõsuetudo videtur plene contraria iuri communi: quia in omnib. bonis proximi ex edicto successorio vocantur sublata agnatorum & cognatorum differentia. Audi quid de ea re dicat Ioan. de Imol. Est inquit statutum Lucanæ ciuitatis de iure municipali: vt patet ex statuto posito sub Rubri. de suc. ab intestato. vbi apparet quòd mortuo aliquo abintestato sine descendentibus vocantur ascendentes per masculum salua gradus prærogatiua. & non extantibus masculis descendentibus nec ascendentibus, vocatur frater germanus ex vtroque parente, vel ex patre tantum, & filij masculi talium fratrum præmortuorum. Et illis non extantibus vocantur certæ personæ expressę in tali statuto: quibus etiam non extantibus, vocantur attinentes venientes ex linea paterna de patrimonio, hoc est de agnatione paterna defuncti vsque ad quartum gradum, inclusiue intelligendo gradum secundum comptuum decretorum, salua gradus prærogatiua & prioritate. Hæc sunt verba Io. de Imol. in eo. consil. vbi diffuse scribit de successionibus filiorum primi & secundi matrimonij. sed neque probatur, neque confirmatur proprie ex illis hæc consuetudo. Pro qua habes quæ notantur in l. de emancipatis. C. de legiti. hære. vbi consanguinei in paternis: vterini in maternis succedunt & præferuntur. & in l. 1. & 2. C. de bo. quæ libe. in ver. per lineam maternam. Et præterea legi ad hanc rem Paul. de Castr. in consil. 7. & consil. 92. in nouis. post Bald. in l. 1. C. de legiti. hære. dicentem, quòd si statutum excludat filiam dotatã à patre extantibus masculis: intelligitur à bonis patris vel dotantis: non autem matris: sic paterna paternis referendo quod aliquid facit. habes text. in Authentic. de cõsangui. & vte. fra. & in l. defunctis. C. de legiti. hæred. quæ in fratribus loquuntur, non in aliis. & regula illa de habentibus duo vincula, loquitur in fratribus, nõ in pronepotibus, per Authenti. post fratres. eod. titu. facit, quòd not. And. in c. 1. de natu. succe. feu. & post eum Lucas de Penna in l. 8. C. de impo. lucra. descrip. quòd cõiuncti ex linea materna in feudis maternis succedunt, & præferuntur. quia nõ dicuntur propriè succedere: sed ad eos reuerti dicitur. arg. l. filio. ff. de libe. & posthu. & quia facile res ad naturam reuertitur. & Hierony. in Hieremiam dicit, Non erat licitum possessionem transire de tribu, nec de familia in aliam familiam. Et similem consuetud. Neapoli esse illic dicit Lucas de Penna. Adde huc quæ Franciscus Areti. scribit in l. humanitatis. C. de impu. sub.

Statutũ Lucanæ ciuitatis.

Turonicarũ consuetudinũ interpres.

Fundamentũ consuetudinis, quod refert paterna paternis, materna maternis.

CAPVT XI.

Delinquentis bona ex eo crimine damnati, ex quo fisco delatio fieri solet supremo eius territorij, vbi sita sunt, domino merum imperium habenti, acquiruntur cum onere æris alieni, atq; hypothecæ, dotisq; vxoriæ ex his bonis persoluendæ.

CAPVT XII.

Dominus simplicẽ iurisdictionem habens ex illis bonis tantum sibi vendicat, quanti sua iurisdictio est.

¶ Casus. Titius commisit delictum, ex quo bona veniunt confiscanda. quæritur cui acquirantur? Respon. quòd acquiruntur domino loci: in quo bona situata sunt, habenti altam iusticiam, qui tenebitur ad onera & hypothecas & dotem vxoris super talibus bonis soluenda. Et ille qui habet simplicem iurisdictionem, vtputa, vsque ad sexaginta solidos capiet pro quantitate suæ iurisdictionis.

¶ Glossa. Hæc constitutio duo continet. primum, ad quem spectet confiscatio bonorum, eius qui ex crimine damnatus est, ex quo bona confiscari solent. vel de iure in l. 1. & per to. ff. de iure fisci. & in l. si quando. & per to. C. de bo. vac. quod tu intelligas, non ex omnibus illis causis. quia hic loquitur de criminosis & damnatis crimine capitali, & quorum confiscatio per sentẽtiam declarata est. Primò igitur dicit spectare ad eum qui merum imperiũ habet in eo territorio, vbi bona sita sunt. vt tenuit Bartol. in l. 1. ad fi. C. de sum. tri. vbi quærit, an ciuitates non habentes merum imperium, possint confiscare, ei multa dicit. ego aliquid dixi in tit. de feud. c. 50. & de sentẽtia quæ requiritur ad hoc, vt bona fisco delata intelligantur: præter multa habes latissimè per Ioan. de Plat. in l. eorum. C. de iure fisci. lib. 10. vbi tandem dicit, quòd regulariter sententia requiritur: nisi in casibus l. ex iudiciorum. ff. de accu. vbi ante mortem non requiritur. Sunt & casus quidam, in quibus ipso iure bona confiscantur. vt est in eo qui incestas

Confiscatio ad quẽ pertineat.

Sententia requiratur ad cõfiscationem.

ſtas nuptias cõtraxit. in raptore, in eo qui fecit occidi aliquem per aſſaſinos. vt per eum, & Bar. in l. ex quibuſdam. ff. de iure fiſci. dicit quòd ciuitates quæ recognoſcunt ſuperiorẽ, habent merum imperium, & regalia habent fiſcum: & eis bona deferuntur ex criminalibus cauſis & aliis. de iure communi ſecus. Idem in l. item veniunt. §. ſenatus. ff. de peti. hære. Secundo, in primo capite noſtro dicitur quòd acquiruntur cum onere ęris alieni, atque hypothecæ, dotisq́ue vxoriæ. Ratio eſt ex dictis Bald. in l. fi. C. de contrahen. emp. quia fiſcus cum ſuccedit, loco hæredis eſt: & in eũ tranſeunt omnes obligationes, actiuæ & paſſiuæ: quanuis Bart. in l. quotiens. ff. de noua. & in l. capitis. l. inter eos. §. fi. ff. de fideiuſſo. tenuerit conditionales obligationes nõ tranſire: quod reprobat Ludou. Ro. in l. ſi marito. ff. ſolu. matri. quia etiam tenetur ad legata, & fideicõmiſſa conditionalia. Alij dicunt eum non teneri ad legata condi. ſed ad cõtractus conditionales, vt tenet idem Bartol. in l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. per tex. in l. inter ſocerum. §. fin. ff. de pac. dota. Et vide Bart. in l. 1. C. de peti. hære. dicentem, quòd in his, in quibus fiſcus habet priuilegiũ expreſſum, non vtitur iure priuati, in aliis ſecus. Et hic tex. in hac parte eſt ſumptus ex d. l. ſi marito. quæ dicit, ſi marito ex publico crimine damnato, pars aliqua bonorum eius publicetur, fiſcus creditoribus eius ſatisfacere neceſſe habet: inter quos vxor quoque eſt. & text. in l. 2. C. ſolut. matrimo. facit l. 2. ff. de fundo do. vbi gloſſ. declarat, quomodo fiſcus dicatur ſoluendo. In ſecunda conſtitutione dicit, eos qui iuriſdictionem habent vſque ad certam quantitatem: puta, centum ſolidos, tantundem ſibi vendicare, eſt pro onere iudicandi: & dictum eſt ſuprà titul. de paſcuis. & titulo de feud. quòd aliquam portionem mulctæ accipiunt.

Aſſaſſini. Ciuitas q̃ habeat fiſcum. *Fiſcus loco hæredis eſt.* *In fiſcum tranſeunt conditionales obligationes.* *Fiſcus quã do vtatur iure priuati.*

CAPVT XIII.

Mulieris ex publico iudicio damnatæ, bona mobilia ac immobilia cõquiſitá, quæ damnationis tempore cum marito communia habebat, fiſco non acquiruntur: ſed ab illius hæredibus vendicantur.

¶ Caſus. Mulier cõmiſit crimen, ex quo bona ſua confiſcari debent: habebat quædã bona mobilia & immobilia cõmunia cum marito: quia erant conquæſtus per eos facti. nunquid debeant confiſcari? Reſpondet quòd non. ſed dantur hæredibus. ¶ Gloſſa. Dictum eſt in titul. de ſocietate. mobilia & conquæſtus inter coniuges communitatis iure eſſe, communiaque cenſeri. Hic autem dicitur non confiſcari: quia in hoc non dicitur, quod commune eſt, meum eſt. nec dicitur viuente marito eius rei domina. l. doce ancillam. C. de rei vendica. nec ſua dicuntur, quia eorum alienatio ei tunc interdicta eſt. ſecus eſſet ſi mortuo marito damnata eſſet, & plenius redi ad Bart. de materia Confiſcationis in l. 1. C. de bo. vac. & Io. de Plat. latiſsime per totam l. 1. de iure fiſci. libr. 10. Satis eſt enim mihi poſuiſſe fundamentum & rationẽ iſtarum Conſuetudinum.

Communia non confiſcantur.

CAPVT XIIII.

Si quis ſine hærede legitimo deceſſerit: illius territorij domino merum habẽti imperium bona quæ illic ſita ſunt, acquiruntur. niſi alienigena fuerit, qui extra patriam deceſſerit.

¶ Caſus. Titius ſine legitimis hæredibus deceſsit: quia non habebat parentes, nec tranſuerſales, qui peterẽt eius hæreditatem. Quæritur, quis ei ſuccedet? Reſpõdetur, quòd dominus ſuperior illius territorij, vbi ſunt bona: niſi eſſet vnus alienigena mortuus extra patriam propter ius Albinatus. ¶ Gloſſ. Solebat olim fiſcus poſt agnatos admitti. vt not. in l. 1. C. qui admi. ad bo. poſſ. & l. 1. Cod. vnde vir & vxor. cum ſimi. poſtea datæ ſunt nouæ conſtitutiones à iure ciuili ac pręterio, ac generaliter: ſi quis habeat hæredem legitimũ, vel ex agnatis, vel cognatis fiſcus excluditur: vt deſcribit Iaſo. & Decius in locis prædictis. & ſcrib. in l. 1. ff. de ſuc. edic. & text. in l. §. diuus. ibi, nec hęredem, nec bonorum poſſeſſorem. ff. de iure fiſci. ſunt enim vacantia. l. 1. in verſic. ſine legitimo hærede deceſſerint. C. de bo. vac. vbi glo. enumerat eos qui fiſco in bonis vac. præferũtur. & deſcribitur iſta lex in l. vacãtia. eo. tit. dum dicit vacantia mortuorum bona, tunc ad fiſcum iubemus transferri, ſi nullum ex qualibet linea ſanguinis, vel iuris titulo legitimum reliquerit inteſtatus hæredem. vbi legas gloſſ. exponentem. Et inter hæc bona vacãtia, & ea quæ fiſco ob crimẽ publicata ſunt, de quibus prius diximus, ea differentia eſt à Dy. & Bart. tradita, quòd publicata facta ex ſententia, vel ipſo iure acquiruntur: ipſo etiam iure fiſco ſine agnitione, vacantia vero ſecus. ita dicunt in l. 1. §. an bona. ff. de iure fiſci. l. 1. C. de bo. vac. vide Ange. & Franciſc. Areti. in l. ſi de eo. §. ſi forte. ff. de acqui. poſſeſ. Areti. pulchrè in l. ſi ſeruus. §. ſi quis ante. ff. de lega. 1. Sed aduerte quòd ſuperius in tex. dicebatur ex illis bonis: quia fiſcus non tenetur vltra vires hęreditarias, etiã ſine inuẽtario, ſicut nec eccleſia. vt ſcrib. not. per d. §. an bona. optime per Bal. in l. ſi tutoris. C. ad leg. Iuli. de vi. & in Authen. ſicut. C. de ſacro. eccle. vide Moder. in Rub. de acquiren. hære. ff. vbi etiam legas Barto. de hac tota materia. Item in tex. dicitur, niſi alienigena fuerit, qui dicuntur Albini, quaſi alibi nati, ex alia patria, aliòve regno nati: quorũ bona ipſi principi acquiruntur. non autem domino territorij principem recognoſcẽti, quanuis merum imperium altamq́ue iuſticiam habeat. q̃s ego alienigenas vocaui, quia ſic appellantur in l. 1. C. de emãcipa. libe. vbi loquitur de con-

Fiſcus quo modo ſuccedat. *Fundamentum.* *Fiſcus non tenetur vltra vires hæreditarias.* *Albini.*

de consuetudine, quæ dat potestatem alienigenis suos liberos emancipandi, & Albini nomen proprium cuiusdam multos liberos habentis ponitur in l. cum ratio. ff. de bo. damna. vbi est elegans tex. ibi cum imperium augeri hominũ copia magis quàm pecunia expedit, sed nihil huc facit. & facit tex. in l. nulli. in versiculo quòd si testator Barbaræ nationis sit. C. de episco. & cleri. & l. omnes peregrini & aduenæ. C. cõmunia de successſ. quæ videntur esse contra consuetudinem regni Franciæ, quia per illam l. nulli. & l. omnes peregrini, episcopus loci in ea re præfertur principi. & illa l. omnes. tollit omnia statuta in cõtrarium: & admittit parentes eorum ad successionem. tamen hic priuilegiũ est, vt Guymerius ait, iure Albinatus, vel Aubennæ, vt dixi in fudis, vt princeps bona eorum tanquã vacantia occupet, nec testari possunt: nec beneficia habere in hoc regno, nisi ex permissione principis, & ex literis naturalitatis confirmatis ab his qui computorum rationúmque principalium magistri dicũtur. quæ res ideo fit, quia Barbaræ extraríæque nationis homines suspecti sunt, nec facile in regni arcana sunt admittendi. l. omne. §. exploratores. ff. de re milit. qui sunt consiliorum nostrorum renunciatores. l. si quis aliquid. §. 1. ff. de pœnis. Tamẽ quòd ex statuto vel priuilegio possit successio dari alicui, facit quòd disputat late Barbatius in ca. cum tibi. in 22. colum. de testa. quòd mihi aliud legenti occurrit. vbi citat Alber. in prima parte statutorum. q. 44. vbi dicit, Consuetudo erat Venetiis, quòd successiones morientiũ ab intestato pertineant ad episcopum: an bona filiifa. qui testari non potuit, ad eum perueniant. & cõcludit quòd non: quia non dicitur intestatus propriè, sed impropriè: sicut esset de alienigena, qui non posset hic testari, diceretur impropriè intestatus. Idem Alber. in 3. p. statu. q. 18. consuetudo, inquit, erat quòd bona decedentium sine hærede, & ab intestato pertinerent ad episcopum. quædam vetula se suspendit. an episcopus habere debeat: an verò communitas, vel dux Venetorum? & concludit quòd non: sic per statutum aut priuilegium potest derogari legi omnes peregrini: maxime cùm istud præscriptione æterna sit quæsitũ Franciæ regibus. Adde quòd potest fieri per statutum, vt nec alienigenæ, nec forenses in regno, vel territorio aliquo possint acquirere immobilia: vel quòd in non subditum non possit alienari. de quibus differit egregiè Barba. in Rubric. de reb. eccle. non alie. in cap. 2. vbi dicit Oldra. Laudensem, non mediocris authoritatis virum disputasse hanc quæstionem in famoso studio Paduano, & determinasse tale statutum valere. per text. in l. 1. C. ne lice. habi. metra. lib. 11. l. dudum. C. de contrahen. emp. quòd tenuit Bart. in l. fin. C. de sacro. eccle. l. filiusfa. §. diui. ff. de lega. 1. l. in quorum. ff. de pigno. & alia citat ad hanc rem Barbatius in d. Rubri. vbi postea decidit valere statutum, quòd Doctor alienigena nõ legat mane: nec intret collegium Doctorum, quod est Bononiæ. quòd tamen non habet locum in Doctore eminentis scientiæ. per l. sed & reprobari. §. valde disciplinatos. ff. de execu. tu. qui tex. vulgaris est: sed iudicio Barbatij singu. & literis aureis notandus, qui disputat etiam de eo, qui facit testamentum in terris Turcorum, vel Soldani Babyloniæ. & an is qui nulla habet bona, possit condere testamentum, & de obsidibus. post Bart. in l. quià latronibus. ff. de testa. & de peregrinantibus in terram sanctam, & plerasque id genus egregias quæstiones in materia testamentorum: facit etiam quia extraneus & alienigena non debet gaudere commodo, & beneficio statuti, ex quo nõ sustinet onera ciuitatis. ita tenet Ludo. Ro. in consil. 221. post Angelum in consil. incip. cui d. actio quæratur. & Paul. de Ca. in consil. 342. per c. ecclesia. de constitu. l. 1. in fi. ff. de tuto. & cura. da. ab his. in ver. qui sunt eiusdem prouinciæ. tamẽ pondera quod lex dicit, vel ibidem domicilium habent: facit etiam quod idem Barba. cuius Opera libenter lego, scribit in c. requirendum. de pecu. clerico. dicit quòd extraneus neque per se, neque per alium potest acquirere immobilia: quæ non præcise huc adduco, sed ad corroborationem legis. Hæc autem iura sunt consuetudinaria & localia. quæ multi lõge melius intelligunt quàm ego.

Albinatus iura vbi fundentur Cosmas. Guymerius. — *Barbari suspecti sunt.* — *Consuetudo Venetorum.* — *Vetula se suspendit.* — *Statutum contra alienigenas.* — *Doctor alienigena.* — *Doctore eminentis scientia.*

CAPVT XV.

Spuriorum ac Barbarorum, qui Albini dicuntur, viduæ dotes suas atque bonorum societatem non amittunt.

¶ Casus. Quidam Spurius vel Albinus decessit sine liberis relicta coniuge. Lex dicit, quòd ipsa vidua debet ante omnia habere dotem suam, & dimidiam cõquæstuum & mobilium. ¶ Glossa. Ista consuetudo est rationabilis, & superius dictum est de societate, vxorem ob mariti damnati delictum nõ amittere dotem, neque donationem propter nuptias, neque illam dimidiam quam societatis & communitatis causa habet, ne pœnæ extra suos authores porrigantur. sic in hoc casu de spuriis, de quibus dictum est, quorum hæreditas si liberos non habeant, ad fiscum spectat: item de istis Albinis, quasi alibi natis. nam semper dos fisco præfertur fauore matrimonij. l. marito. ff. solut. matri. cum simi. recitatis. De spuriis, quia dixi, eos ali debere, tenet etiam Barba. in c. cum tibi. de testa. quòd debent dotari. & multa de illis.

CAPVT XVI.

Emancipatus, aut præsens, aut absens, atque à patris potestate manumissus ad parentum hæreditatem vocatur, vt cæteri, modo id quod emãcipa-

cipationis causa illi à patre donatum est, conferre velit sine fructibus quos ex ea re perceperit.

¶ Casus. Quæritur de emancipatis, an cum cæteris succedant? Respondetur quòd sic, dũ tamen referant & cõmunicent eis res sibi donatas propter emãcipationem sine fructibus, quos perceperunt, quia eos non tenentur cõferre. ¶ Gloss. De emancipatione multa dixi, & in his claris puto percurrendũ. Hæc autem constitutio est conformis iuri nouo, per quod sublata est quo ad successionem patriæ potestatis, & emancipationis differẽtia. §. nullam. in Authen. de hęred. ab intesta. cum simi. & quo pacto emancipati conferant suis, habes in l. vt liberis. C. de colla. & per scrib. late in eo. ti. in l. si emancipati. & intelligas, quòd emancipati conferant non solum suis: sed etiam inter se, & sui illis sublata dispositione illius l. si emancipati. l. 1 ff. de colla. & in titu. de coniung. cum emancipa. libe. per omnia enim sublatam intelligo in successionibus, & in accessoriis earum illam differentiã. Et hoc siue eodẽ iure patri succedant, seu vario contra l. filium. §. videamus. ff. de bono. pos. contra tabu. siue ex testamento, siue ab intestato contra l. 1. §. pater. ff. de colla. tum quia hoc iure successio ex testamento non habet locũ. tum quia illud correctũ erat per §. illud quoque. in Authen. de trien. & semis. & in Authẽ. ex testamento. C. de colla. Ista materia nõ est dubia, nec frequens, vt sit opus facere verbosum commentarium. & prius hoc erat dictũ: sed addit vltimum de fructibus, quod est notandum. & conuenit iuribus præallegatis in tit. & materia collationis.

Sublata est emancipationis differẽtia ab intestato.

Collatio per emancipatos facienda.

CAPVT XVII.

In mobilium quæstuumque successione ascendentes, descendentésve fratribus, cæterisque transuersalibus potiores sunt.

¶ Casus. Quæritur, in successione mobiliũ & acquisitorum qui præferantur? Respond. quòd præferuntur illi qui sunt de linea directa collateralibus. ¶ Gloss. Dictum est in secundo capite huius tituli, quòd bona profectitia, & paternum patrimonium. vt in l. 2. C. quando & qui. quar. pars debeat. libr. 10. non redit ad ascendẽtes, qđ est contra iuris dispositionẽ. Hic dicitur, quòd præferuntur transuersalibus in successione mobilium, & conquæstuum, & aduentitiorum. quanuis de iure pater non habeat tantum ius in aduentitiis filij, quantum in profectitiis. l. cum oportet. C. de bo. quæ libe. Sed hoc fit, quia patrimonium quod ab antiqua generis stirpe profectum est, ipsi generi ac posteritati, ipsiq; lineæ, videtur affectum esse: ideo fit transitus in fratres, cæterosq; posteros ex ea propagine deductos. & bona mobilia & conquæstus aduentitij, vel quasi castrẽses, acquiruntur ascendentibus in compensationem, quæ bona non habent illam radicem veterẽm: & id genus consuetudinum valere probatum est in d. c. 2. & videntur mihi hæc iura cogitasse ad quãdam æquitatem, cum in plerisque iuris partibus, transuersalium conditio sit deterior: vt dixi in tit. de feudis: in aliquo releuentur, vt iura volunt, vt habeant patrimoniorũ successionem præ ascendentibus. Illis autem alia cõferantur. habes aliqua de hac re per Iaco. de Ferra. de hæred. ab intesta. & tex. ac scri. in §. frater. Institu. ad Tertul.

Patrimonium ad ascendẽtes non redit.

Transuersalium conditio.

Fundamentum et declaratio.

CAPVT XVIII.

Qui se hæredem gessit simpliciter: eos qui cũ inuentarij beneficio adire volunt, excludit, solusque fit hæres.

¶ Casus. Erant duo fratres Titij, hæredes legitimi. vnus nolebat esse hæres nisi sub beneficio Inuentarij: alius gessit se pro hærede simpliciter. Respon. quòd iste præfertur illi, & eum excludit. ¶ Gloss. Inuentarium, est descriptio omnium bonorum defuncti, facta coram iudice citatis, quorum interest, ex forma tradita in l. fin. C. de iure delibe. quod facit hæres, vt non teneatur supra vires hæreditarias: eiusq; priuilegia qui cum Inuentarij beneficio adiit in illa l. describuntur: & pœnæ quas patitur is, qui non fecit in §. quia verò. in Authent. de hære. & Falci. & in dict. l. fi. quod ecclesia, fiscus, monasterium monacho succedens, & pater filio peculij iure, & filius arrogatus patri arrogãti, & alij per Doctores traditi in locis allegatis facere non tenentur. Tu autem aduerte quòd hic tex. præfert eum qui simpliciter vult esse hæres aliis scrupulosis, & de hæreditate dubitantibus: fauore creditorum id factum puto, & legatorum. argument. eorum quę Doct. dicunt de iure accrescendi in l. 1. ff. de acquiren. hære. l. 1. C. quan. non pet. par. Item nota quòd de iure digestorum Inuentarium non erat introductum. vt scribit Barbatius in Rub. ff. de acquir. hære. Adde, quia est sumptus in Inuentario faciendo plerunq; maximus, & qui hæreditatis portionem exhauriat. vnde Bart. dicit in l. Mediterraneæ. C. de anno. & tribu. li. 10. quod non est faciendum inuentariũ, quando plus sumptus fieret, quàm vtilitatis afferret.

Inuentariũ quid sit:

Præfertur qui simpliciter vult esse hæres.

Inuentariũ ob sumptus remittitur.

CAPVT XIX.

Feudarium prædium in censum alicui datum, census naturam habet in accipientis successione: ac instar censualium inter eius hæredes diuiditur: quamuis is qui tradidit illud prædium feudi, non census titulo possedisset.

¶ Casus. Titius habebat fundum, tradidit eum alicui in cẽsum, cum ipse haberet in feudum: postea hæredes eius qui in censum acceperat, voluerunt illum fundum diuidere, primo-

primogenitus petebat suam prærogatiuam. Lex ista dicit quòd non habebit: sed reputatur inter eos censuale.

CAPVT XX.

Feudarium prædiũ in perpetuum conductum, aut ad longum tempus, vitámve cuiuspiam vectigalis nomine acceptum: etiam si is qui tradidit fidem sibi exceperit inter accipientis, tradentisq́ue hæredes feudi naturam non mutat.

¶ Casus. Ego habebam feudum quod tradidi alicui ad redditum, vel rentam, seu perpetuam, seu ad tempus. quæritur vtrùm sortiatur naturam census vel alodialium? Respondetur, ꝙ non mutat suam naturam feudi, tam quo ad hæredes accipientis, quàm tradentis.

CAPVT XXI.

Si quis feudo suo tributũ annuum imposuerit: aliterque vectigalem fundum feudarium constituerit. ipsum quoq; vectigal feudi naturam in successione sortietur: tametsi in feudum datum non fuerit. nisi fiduciaria venditione id factum sit: tunc enim mobilium instar erit, si intra tempus redemptum fuerit. sicque inter hæredes diuidetur.

¶ Casus. Ego constitui vel vendidi tibi redditum annuum super feudo meo. quæritur, nunquid ille redditus sit de natura feudi? Respondetur quòd sic: nisi sit venditus cum facultate redimendi, & sit redemptus: tunc sequitur naturã mobilium. Feudariũ prædiũ. ¶ Glos. In his tribus capitibus est quæstio, an feudum seu fundus feudalis in censum datus, sequatur naturã census, & mutet naturã feudi. sic de feudo dato in perpetuam vel temporalem emphiteosim, vel super quo constitutum est tributum seu vectigal, quæ dicitur renta, & de fiduciario vectigali sub facultate redimendi. & de istis dictum est sæpe in tit. de feudis, nunquid naturam feudi mutet: dictumq́; est non mutare, nisi quãdo fiduciaria vẽditio est: tunc rei mobilis instar habet. De censu verò quòd feudarium prædium in censum datum, quantum ad diuisionem faciendam inter hæredes censuale reputetur, hic à principio cautum est: quia in præiudicium domini vel patroni non fit: quominus semper ei fides & laudimia debeãtur. quantũ verò ad ipsos hæredes, census loco est: & æqualiter diuiditur sine vlla antiquitatis prærogatiua: quia mutauit naturam feudi in censum ob census dignitatẽ. facit §. similiter. in ti. si de inuestitu. in vsi. non posset autem dari pignori sub pacto legis commissoriæ. ca. I. de feud. da. in vicem le. commiss. & facit text. in c. I. §. donare. qualiter olim feu. pote. alie. vbi potest locari etiam perpetuo: dum tamen nõ esset fraudulenta sub liuellario nomine pro vilissima duorum denariorum pensione. & in ca. quid iuris sit si post aliena. feu. vas. recuperet. ibi pro liuello ei datur singulis forte annis quinque. & Azo in Sum. de loca. §. item morte. dum dicit à vasallis solitum locari vsque ad 20. annos. & dicitur libellus. vide quę dixi in ti. de feu. quæ Iason de feudis in materia liuellarij contractus.

An fundus feudalis in censum datus mutet naturã feudi

Feudũ sub pacto l. commissoriæ dari nõ potest.

Feudũ per[...] perpetuo loca[...]ri potest. Liuellus.

CAPVT XXII.

Prædium à parente quæsitum, eo mortuo, filiorum atque posteritatis patrimonium est.

¶ Casus. Pater meus acquisiuit vnum fundũ. quæritur eo mortuo, cuius naturæ, & cui acquiratur? Respondetur, ꝙ acquiritur mihi, & est patrimoniũ meum. ¶ Glos. Patrimonium dicitur late, quicquid in bonis nostris est, de quo possumus liberè disponere: sed stricte dicitur illud qđ à maioribus nostris quęsitum est, sicut feudum paternum. text. est in l. 2. C. quando & qui. quar. pars debe. & hic dicitur ꝙ est patrimonium. & paternum censetur etiam, si à patre aut matre quæsitum sit: non ab auo vel maioribus. incipitq́; id quod à patre est acquisitum esse patrimonium, eiusq́; naturam sortitur vt ad posteritatem trãseat, nec ad ascendentes redeat. vt in c. 2. huius tit. dictum est. profectitia enim sunt, quæ vel à patre, vel ab auo, aut ascendentibus profecta: etiam si ab ipso tantum patre stipitẽ habeant. l. cum oportet. l. cũ non solum. C. de bo. quæ libe. l. I. C. de bo. mater.

Patrimonium quid sit.

Profectitia quæ dicantur.

CAPVT XXIII.

Si quis prædium vbi domus sit & mansio, ruinæve, aut mansionis vestigia, & circuniacens iugerum in vectigal annuum, quod fundiarium dicitur, alicui dederit: poterit eius filius primogenitus ex vetustatis prærogatiua pro mansionis iure illud vectigal prædiariamque hypothecam accipere.

¶ Casus. In hæreditate patris mei nullum erat manœrium: sed vestigia & ruinæ apparebant, vel erat vnum, sed modici valoris quod datum erat alicui ad redditum annuum seu rentam. ego primogenitus volui capere illam rentam loco manœrij. Respondet quòd ego possum.

CAPVT XXIIII.

Quòd si diuersorum prædiorum feudalium causa illud vectigal debeatur: inque pluribus sint ædificia, in vno tantum loco mansionis suæ iura

iura facta cæterorum æstimatione capiet: nõ habita aliorum ædificiorum ratione. reliquumque, vt cætera feudaria diuidetur.

¶ Casus. Pater meus habebat multas domos feudarias, quas tradidit omnes alicui ad redditum annuum super omnibus constitutum insolidum. ego volui capere totũ redditum pro mancerio meo. Respon. quòd nõ possum: nisi pro vnius domus seu mancerij ęstimatione. Si quis prædium. ¶ Glos. Dictũ est superius de feudis, quòd antiquior masculus habet quædam iura & prærogatiua: is ratione antiquitatis pro conseruatione familiarum, ac præcipue habet vnam domum & mansionem & circumiacens iugerum, id est, qđ dicimus caponis volatum. nunc docet quid iuris, si illud principale moncerium (vt ita dicã) sit datum in emphiteosim, vel redditum annuum, & renta quod dicunt fonciariã & primæuam, quę fundi traditi causa debetur tradenti: nunquid illa pensio seu vectigal posit ab eo, si videatur, capi loco suæ mansionis, & item si vectigal illud super diuersis mãsionibus constitutũ sit: super qua re hic prouidetur à legislatore, vt in tex. patet. si quid enim loco alicuius rei sit surrogatum, illius naturam sapere debet. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. assumitque naturalem, nõ accidentalem qualitatẽ illius l. certi condictio. ff. si cer. pet. not. in l. cum fundo. §. si fundus. ff. de iure dot. quem videas in huius rei argumentum. reliqua satis clara.

Declarat regul. sur rogatum.

CAPVT XXV.

Institutionem hæredis, substitutionemque hoc iure pœnitus abrogamus. Exheredationem verò ex causis in iure comprehensis fieri permittimus.

¶ Casus. Dicit quòd non licet hæredem instituere, vel substitutionem facere de cõsuetudine. Sed bene potest quis filios, vel hædes legitimos exhæredare ex causa secundum formam iuris. ¶ Glos. In primo capite dixerat institutionem locũ non habere, nunc ad substitutionem extendit edictum. Nam si institutio locum non habet, quo pacto erit substitutio, quæ est secunda institutio. vt no. in l. 1. & in Rubri. ff. de vulga. substi. Ad exhæredationis verò causas, quæ in iure comprehenditur, tollendas, nullo pacto procedit: quæ sunt in iure quatuordecim in §. aliud quoque. vers. causas. vt cum de appel. cogno. colum. 8. quas exprimere opus est. vt voluit Bart. in Authen. ex causa. C. de libe. præter. à plurimis Doctoribus egregie repetitæ. Et habes text. sing. in l. pe. ff. de cura. furio. quod si pater exhæredat filium bona mente, debet causam exprimere. nam ibi filium prodigum exhæredauit, eiusque nepotes instituit: & ipso iure in eos transit exhæreditas. ita etiam tenuit Bartol. in l.

Substitutio Causa ingratitudinis.

cum ex filio. ff. de vulg. & pupil. sub. Multa habes per gloss. ordi. in ca. Quintauallis. de iureiu. per Spec. in tit. de instru. ædi. §. 14. versi. si autem per Alexan. Iaso. Igneum subtilissimum huius Academiæ alumnum & ciuem, & alios in Authen. ex causa. per Bart. & scrib. in l. quidam cum filium. C. de ver. oblig. & alias huiusmodi remissiones quas facio, vt videant plura qui voluerint per ocium legere. Sed quia hic text. dicit ex causis in iure comprehensis: est quæstio, an si sit causa similis, posit fieri, vt puta, si filius vxorem ignominiosam duxerit: quia ex ea causa poterat olim exhæredari. hodie non potest: quia non posit exhæredari hodie, nec ei alimenta denegari, nec dos omnino: sed bene diminui per l. 4. §. emancipatus. ff. de bono. possess. cõtra tabu. & ex his causis possunt alimenta denegari ingrato: ex quibus potest exhæredari. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de libe. agno. Vnde dicit quòd si filia quæ peccauit in corpus, quæ nec ali nec dotari debeat à patre. vt nota. Specu. in titu. qui filij sint legi. §. pen. versi. quid si filia. & Bal. in l. fi. C. de dot. promiss. & etiam exhæredari. d. §. causas. facit l. palam. §. quæstum. ff. de ritu nupt. si tamen pœnitentiam egerit, debet ali & dotari, vt illic voluit Specu. in versicu. quòd si pœnitentiam. l. imperiales. C. de nupt. cap. ferrum. 50. di. Bald. in l. si filia. Cod. de inoffic. testamen. Cano. in cap. Quintauallis. de iureiuran. ex quo infert, quòd filius exhæredandus à patre ob ingratitudinem, si viuo patre egerit pœnitentiam, vel ante conditum testamentũ, non poterit exhæredari, nec ei alimenta denegari. Tamen videas Felynum tenentem contrarium in c. Rodulphus. column. 4. de rescript. cuius opinio contra Alexand. est nimis dura, & illa sanior esset: Deus enim pœnitentibus nos parcere docuit. nã & supplicibus & prostratis leones parcunt, vt Plinius ait. Plura de hac re per alios Moder. hæc enim mihi magis probabilis opinio semper visa est, & magis communis: & quæ potius obseruaretur in foro contentioso: cum in dubiis iudex humaniorem sententiam ferre debeat in exhæredatione & odiosis ac pœnalibus. l. interpretatio. de pœnis.

Io. Igneus. Aurelianus Doctor

Ignominiosam vxorẽ ducens.

Filia quæ i corpus peccat.

Pœnitẽtia delet peccatum.

Iudex humaniorem sententiam sequi debet

CAPVT XXVI.

Si quis monasterium ingressus, atque professus religionem prius fuerit, quàm de bonis suis mobilibus, ac soli disposuerit: huic proximiores hæredes sunt, non aliter ac mortem naturalem passo.

¶ Casus. Titius ingressus est religionem, & professus antequam de suis bonis disponeret: postea voluit ea donare, vel de illis disponere. Lex dicit quòd non potest, sed hæredes eius legitima omnia eius bona capient.

¶ Glos. Hanc legem ego crediderim nec cœlestinensium, nec illorum qui solẽt ex l. Deo

nobis, Authenti. ingressi successiones petere causa facta: sed ne appetat ingressorum hæreditates. Nam & qui causa successionis ad religionis ingressum prouocat quospiam, eorum hæreditate sunt indigni, ex sententia Anto. de Rosellis, & aliorum in d. Authen. & d. l. Deo nobis. quod nec Iaso. reticuit. Est ergo hæc lex iuri contraria, sed non omnino caret ratione quā præmisi. argu. l. aufertur. ff. de iure fisc. cum simi. Est contra iura ciuilia in locis prædictis, & canonica in ca. in præsentia. de proba. & illic scri. vbi & multa Felinus, sicut Ias. in d. Authen. & iuris dispositio non procedit in ingressis religionem eorum qui non sunt capaces hæreditatum: vt mendicantes sunt, per not. in cle. 114. de verbo. signi. vt late Anto. & reliqui in d. ca. in præsentia. Secundò nō procedit quo ad legitimam descendentium. Authentic. si qua mulier. C. de sacro. eccle. c. eum simus. de religi. domi. cuius intellectus est varius, ad eiusq; enarrationem Panor. desiderat integram legere decretalē. Tertio non procedit si professi non fuerint, aut ante professionis annū obierint, non imputando tempus varium, sed continuum: vt Cy. in d. Authen. cano. in d. c. in præsentia. cū aliis de hac re per Modernos illic traditis. Tu autem aduerte quòd dixi ab initio, non esse bonum, si ab aliquo abbate vel prælato instigatus sit. nā hoc casu perdunt eorum successionem, quos induxere variis persuasionibus. per text. singul. in c. constituit. 20. quæst. 3. & gloss. in cap. penulti. de offic. delega. Item ad finem. quia quæ text. concernunt, dicenda sunt, quia dicitur nisi disposuerint ante ingressum: facit quia etiam de iure possunt testari & disponere ante professionem, prout eis placuerit. c. quia ingredientibus. 18. quæst. 3. cano. in d. ca. in præsentia. vbi si voles, nihil non videbis. Nam ego paucis contentus sum, videorq; satisfecisse textum exponendo, vel ratione, vel lege.

Prouocantes ad ingressum religionis.

Monasterium est hæres de iure

Mendicantes hæredes nō sunt

Professio continuum tempus requirit.

Inductus ad religionem.

Ante professionem quis disponit de bonis suis.

CAPVT XXVII.

Nepotes, consanguinei ac vterini auunculis patruisq; ac consanguineis in capita succedunt, nisi quòd in feudis masculi paris gradus fœminas excludunt: vt prius dispositum est.

¶ Casus. Quæritur quomodo succedant nepotes ex vtroque latere suis auunculis, vel patruis & consanguineis? Respondetur quòd succedunt in capita, quando sunt paris gradus, nisi in feudis, in quibus fœminæ nō succedunt, si sint masculi paris gradus cum eis. ¶ Glossa. Quod in capita succedunt, quando sunt proximiores, est conueniens iuri in tit. vnde cognati. ff. & C. per totum. & quòd excludantur fœminæ in feudis, est prius declaratum in titu. de feudis.

CAPVT XXVIII.

Collaterales, & hæredes, & donatarij esse possunt ex contractu inter viuos.

¶ Casus. Habebam duos fratres, ego donaui vni inter viuos aliquid: postea me mortuo ipsi volebant succedere mihi, ille cui nihil donaueram, voluit in plus succedere? Respondet lex quòd non debet, quia donatio tenuit. ¶ Glossa. Quod quis non possit esse hæres & legatarius, cautum est in cap. 2. tit. de donatio. testamentariis & causa mortis. per l. legatum. ff. de lega. 1. ex contractu inter viuos quis percipere potest rem donatam, & donatori succedere. nec eam rem conferet, si sit collateralis: vt hic intelligitur. si verò esset directus, conferret: vt in primo capite illius tituli dictum est. Item quia iura non dicunt quòd teneantur inter se collaterales conferre donationes: sed loquitur de directis. vt per totum titu. de colla. bono. ff. & C. insuper potest esse donatarius & hæres, & si onera vel debita excedant hæreditarias vires, non tenebitur donationem in hæreditatem adducere: sed eam retinebit & ex hæreditariis bonis satisfaciet, ita potest ista consuetudo applicari.

Donatarius & hæres.

Prima similitas.

Alia similitas.

CAPVT XXIX.

Abstinendi beneficium hoc quoque iure quibuscunque legitimis hæredibus concedimus: iusque deliberandi ei, qui se nondum immiscuerit, quanuis apud iudicem super adeunda hæreditate sit interpellatus vsque ad quadraginta dies tantum post interpellationem iudiciariam porrigimus.

¶ Casus. Quia de iure prætorio sui & legitimi hæredes habent ius abstinendi, & datur hæredibus ius deliberandi, quæritur vtrum etiam de consuetudine detur? Respondetur quòd sic. & postquam legitimi hæredes conuenientur apud iudicem à creditoribus vel legatariis, habebunt adhuc quadraginta dies ad deliberandum. ¶ Glossa. In prima parte tribuit beneficium abstinendi, per quod nemo potest cogi se immiscere legitimæ hæreditati, quemadmodum & à prætore datum erat suis & necessariis, quibus ex l. 12. Tab. erat necesse tam ab intestato, quàm ex testamento hæredes esse. Nam his prætor permittit volentibus abstinere ab hæreditate, vt potius parentum, quàm ipsorum bona à creditoribus possideantur. & satis est quòd se non immisceant. §. sui in fi. Institu. de hære. quali. & differen. l. ei qui se. ff. de acquir. hære. l. 1. C. si vt se ab hære. absti. l. necessariis. ff. de acquiren. hære. vbi communis opinio est, quòd non sit fundata intentio creditorum contra hæredem filiū ex eo solo quòd probatur non abstinuisse. nam interim dum non se immiscuerit, potest abstinere: nec ante conueniri potest, per argumen. d. l. ei qui se. per Scrib. in l.

Abstinendi beneficium.

Intentio creditorū vbi sit fundata.

in l. si filius qui se patri. ff. de vulga. substi. & transfertur istud beneficium cum hæreditate non adita. l. si quis filium. §. 1. ff. de acqui. hæredi. quod illic egregie declarat Areti. Postea autem de iure deliberandi docet quòd de iure ciuili est datum in l. fina. §. & hęc quidem. C. de iur. delibe. per quem probari potest & ius abstinendi à iure ciuili confirmatum, & ius deliberandi concessum. de qua re scrib. in l. qui se patris. C. vnde libe. nam Bal. dicit se ponderasse præ omnibus illum text. in §. & hęc quidem ad probandum, quòd ius abstinēdi esset datum à iure ciuili. ibi autem datur annus à principe, nouem menses à iudice: hic à iure dantur quadraginta dies fauore creditorum: vt in §. 2. d. l. scimus post interpellationem, id est conuentionem in iure factam, & vides fere quòd hoc iure quadraginta dierum terminus est frequens. An autem intelligi debeat, quòd teneatur vltra vires hæreditarias, etiam si Inuentarium fecerit, vt in d. l. fi. §. si autem hoc aliquis. videtur quòd sic: quia deliberauit: & nihil est circa id per hanc constitutionem immutatū. Alia non sunt hic necessaria, quanuis de hac materia deliberandi latissima sit arena.

Ius abstinēdi transmittitur. Ius deliberandi.

CAPVT XXX.

Molendina in nauibus structa quæ mobilia sunt, alioque facilè transferri possunt, item ea quæ ventis aguntur præter pedem & pilum (qui burdo dicitur) mobilium appellatione censeri statuimus.

¶ Casus. Quæritur de molendinis, vtrùm sint mobilia vel immobilia? Respondetur ꝙ molendina quæ in aqua sunt, & ea quę ad ventum mouentur, præter pedem & burdonem, sunt mobilia. ¶ Glossa. De molendinis superius dictum est, quia Scrib. in l. quominus. ff. de flumi. & Bart. in tractatu Tyberiades. de hac re dicunt, scilicet de iure faciendi molendinum. Hic autem docet satis impertinenter ad titulum de quibusdam rebus quæ mobiles censentur: vt de his molendinis, quorū duæ species sunt. Nam quædam aquarū impetu mouētur, alia ventis agitātur: habentq; alas longiores, cuiusmodi fere in Belsia sunt, illisq; regionibus quæ fluminib. fontibusq;, aut torrentibus carent, & de istis in iure nihil cautum. Quod verò inter mobilia censentur, non est mirum cum & aliò natura traduci possint, ar. l. mouentia. ff. de verbo. signi. ego alibi dixi de his quæ mobilium appellatione continentur, quæve solo non sunt affixa, vt illic perpetuò sint: vel vt illinc sine rei corruptione possint amoueri. De molendinis habes clarè admodū permultas quæstiones apud Petr. Ferra. in for. li. in confes. pro seruitutibus. & de Mola, & Meta, & Cacillo habēs elegan. text. in l. cum de lanionis. ff. de fundo instruc.

Molendinorū duæ species.

CAPVT XXXI.

Omne vectigal quod ex traditione aut licitatione fundi creatur, soli ac fundi esse dicitur: prædiariumque ac perpetuum esse censetur.

¶ Casus. Ego tradidi fundum ad redditum, vel ex licitatione est adiudicatus alicui pro redditu anno certo, quæritur vtrū sit immobilis ille redditus & fonciarius? Respondetur quòd sic. ¶ Glossa. De his iam sæpe dictum, & ista vectigalia seu rētæ istæ perpetuæ quæ ob fundi traditionem creatæ sunt, fundiariæ appellantur: quia ob fundum traditum, ei qui tradidit, debentur, quæ præferuntur cæteris etiam fisco. l. si pignus. ff. qui potio. in pig. habe. Ideoq; immobile censetur: quia fundo immobili adhæret, & accessoriū sequitur naturā principalis, quando est principali necessariò accedens. Hic autem mentio de licitatione, de qua nihil hactenus audisti. Ego dico licitationes duas propriè species esse. vnam quæ inter priuatos fit, vt in iudicio communi diuidundo. l. 1. & 3. C. com. diui. vbi videas bonum text. & formam eius quando communis domus, aut fundus non potest æqualiter & commode partiri, fit licitatio. Altera est in prædiis aut vectigalibus locandis plus offerenti, de qua loquitur text. in l. licitatio. ff. de vectiga. & commissis. & in tit. de loca. re. ciui. & de vendi. re. ci. C. libr. 10. & in l. si tempora. de fide instru. & iure hastæ fisca. eo. lib. vbi Ioan. de Platea. Si ergo licitatione traditum fuerit prædium, aut priuatum, aut publicum pro annua pensione, immobile censetur, & fundiarium est. De licitatione autem lege Specu. in titu. de in integ. restitu. §. 2. ad princ. In fine legas abunde Barbatium in l. Stichum. §. stipul. ff. de verb. obligatio. qui latè disputat an redditus annui sint mobiles: & dicit quod perpetui sunt immobiles, alij non.

Primani creditores qui fundū tradiderunt.

Licitationis duæ species.

CAPVT XXXII.

Fructus pendentes omnes immobiles censentur in successionis quæstione: nisi cum vites ligatæ sunt: earum enim fructus eo anno mobiles censeri in hoc præfecturæ territorio citra Censæ flumen.

¶ Casus. Quæritur vtrum fructus pendentes, puta vites & segetes sint immobiles? Respondetur, quòd sic. nisi vites iam ligatæ sint, quarum fructus reputātur mobiles eo anno in territorio ad hinc Censæ fluuium. ¶ Glos. Ratio est in l. fructus. ff. de rei vēdi. quia sunt pars rei. sicut ergo res ipsa est immobilis, ita & ipsi fructus adhuc rei inhærentes: quia cedunt solo. qui ergo succedit in prædiis, etiam fructus pendentes habet. excipit in vitibus ligatis. quia ita obseruatur in territorio præfecturæ: eo quod opera maxima in

Declaratio

Omnes Vitium cultura.

illis iam est adhibita. de satione, pastinatione, sulco, scrobe, colligatione, repastinatione, occatione, pampinatione, cæterísque ad vitium culturam spectantibus, habes apud Columellam quem Plinius citat. & habes in l. qui pendentem vindemiam. ff. de act. empt. ibi vuam calcare, & mustum euehere. Habes etiam ad hanc legem text. in l. diuortio. ad princ. ff. solu. matri. quid sit istud flumen, patriotæ sciunt: nec admodum curo: sed audiui esse fluuiolum qui labitur ad pōtem monachorum citra Iargolium.

CAPVT XXXIII.

Vectigal etiam fiduciaria lege constitutum in prædium aliquod eo nomine traditum, immobile est.

¶ Casus. Dicit ꝙ etiam rentæ ad reemere, vt vulgariter loquar, sunt immobiles: etiam si cōstitutæ sint. ¶ Glos. De his rentis, quas vocant ad reemere cōstitutis super certo fundo eius rei causa tradito, ꝙ sint immobiles, ideo est: & fundi causa createȩ sunt, & ob traditionem fundi ad onus illius pensionis: quamuis redimi possit ex facultate cōcessa. aliud esset, si quis ob pecuniam mutuò acceptam constitueret decem annua sub illa facultate conditione fiduciaria: de qua dictum est, quia non ratione fundi esset, & de ea re nō loquitur iste tex. loquitur enim de prædio dato ad pensionem. tamen propter generalitatem aliud dici posset: tu videas quæ prædicta sunt.

Vectigalia redemptibilia.

CAPVT XXXIIII.

Statutis lanionū, quibus certa forma est, eorū mensis succedendi tradita nullo pacto his legib. derogamus, sed ea in suo robore esse volumus.

¶ Casus. Laniones & macellarij, qui becarij dicuntur, habent quædam statuta, in quibus succeditur eorum banchis & mensis, seu officinis. quibus ista lex non derogat. quia sunt præscripta. ¶ Glos. Laniones qui & macellarij & carnifices dicuntur, & beccarij vulgo appellantur: & habent mensas, pondera, ferramenta, quibus carnes laniare solent. Item toncinas, cultros, dolabra: quæ describuntur in l. cū de lanionis. in prin. ff. de fun. instruct. Habent autem isti leges suas, & sua statuta ab antiquo obseruata: eisq́; concessa & priuilegia quædam cuiusmodi sunt, quæ apud nos ouationes dicuntur: in quibus ipsi eorumq́ꝫ liberi ouare, legatari, ac commessari solent: quæ inter eos obseruantur, vt sunt statuta inter mercatores, atq; omnes fere artifices, quæ pro lege sunt. Habes de istis bestiaugariis tex. in l. quod ad præsens, & in l. æternam. C. de murilegu. libr. 11. vbi Ioan. de Plat. dicit quòd statuta, conuentiones macellariorum violari possunt: superueniente publica necessitate in populo, & indigentia annonæ. cessant enim omnes exemptiones & priuilegia in publicis subuentionibus. l. vni. C. ne lic. in empti. spe. se excu. & l. fin. de qui. præsta. nemi. lic. se excu. C. libr. 10. alioqui cessante publica necessitate, non est illorum moribus derogandum, vt hac l. fit. ipsiq́; vix paterentur, cum id genus hominum rude & contumax sit, parúmque reuerentiæ etiam in ecclesiam habet: vt est fere omne id genus hominum sanguinarium & ferox. à quibus olim occisi, & vexati sunt huius academiæ alumni & studiosi, vt ex veteribus libris & monumentis constat apud nos: quia homine imperito nihil quicquam est iniustius.

Laniones & eorū instrumenta

Ouationes.

Statuta macellariorū violari possunt.

De retrahendis venditionibus.

CAPVT I.

SI quis proprium ac patrimoniale prædium vendiderit: vectigalísve, aut hypothecæ nomine obligauerit ac distraxerit extraneo: minimeq́; ex eo stipite ac latere vnde profectum est prædium coniuncto: licet proximiori ex ea radice venditoris cognato intra annum, & diem venditionem reuocare: sibiq́; rem venditam, emptori preciū sortemq́; traditam, simul & iustos sumptus ac impensas refundendo vendicare.

¶ Casus. Titius vendidit fundum patrimonialem: non ab eo acquisitū extraneo alicui: quia nō est de linea, vnde ille fundus est profectus. alius de alia linea & parentela voluit retrahere & reuocare. Responde quòd potest intra annum & diem restituendo emptori & offerendo precium, & sortem principalē cū impensis legitimis. ¶ Glos. Hic tradit de beneficio retractus quod parentibus à iure traditur & cognatis. i. coniunctis vēditori ex eo stipite, vnde processit res vendita: ne extra familiam res exeat. Sicut iure diuino licitum non erat possessionem transire de tribu & de familia: nulliq́ꝫ alij poterat venundari: nisi ei quem propinquitas sanguinis expectabat, vt Hierony. scribit in 32. c. Hieremiæ. vbi, tibi competit ex propinquitate emptio. facit l. 1. C. de damno. ciui. libr. 10. l. scripto. in fin. ff. vnde libe. à maioribus enim profecta sunt: & per maiores posteris collata, argu. l. 3. ff. de interdict. & relega. facit huc præter no. in l. dudum. C. de contrahen. empt. quæ resistit huic legi prima fronte. tex. in l. voluntas. C. de fideicom. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. l. 1. C. de priui. credi. c. 1. per quos fiat inuesti. in feudis. Licet ergo non sit alienatio prohibita, ꝙ abhorret illa lex dudū, sicut etiā per has quęstiones, alienationis interdictio sublata est: tamen

Retractus beneficium.

Ius diuinum.

Ius ciuile.

tamen cōceditur proximo retrahere, vt in familiā redeat. Et de huiusmodi statuto loquitur Albe. in 1. part. statutorum. quæst. 93. Statuto inquit cauetur, quòd si quis alienauerit rem immobilem extra parentelam, possit aliquis de parentela intra annum proximum oblato precio recuperare: de quo in ca. constitutus. de in integrum restitu. ꝗ si dat rem immobilem in solutum creditori, non poterit recuperare. Idē tenet Specu. in tit. de emp. & vendi. fol. vlt. ver. sed post statutum. Et Albe. in l. statu liber. §. quintus. ff. de statu li. & multa super alienationis verbo. an specialis hypotheca, & alia contineantur. vide per Andream Siculum in Rub. de re. eccle. non ali. de anno & die habes tex. in ca. 1. de capi. Corra. & ca. imperialem. §. item si quis. de prohi. feu. alie. Et de hac cōsuetudine, vel statuto meminit Cy. post Iaco. de Rauen. in l. ea demum. C. de colla. vbi etiam Decius disputat: nunquid resoluto cōtractu precium loco rei succedat: vbi tenet, quòd non, contra Alexan. Id autem quod dixi de donatione in solutum pōst Albe. quòd nō reuocetur, quia contrà disputat Io. de Plat. aduersus Andream de Barulo in l. 1. de fun. patri. C. li. 11. limitatur per eundem Albe. quando esset datum in solutum à iudice: quia est omnino necessaria alienatio: secus, si ab ipso creditore, per l. cum fidei. ff. de fideicom. liber. Itē limita, cessante omni fraude collusionis. Ego tamen credo, quòd etiam si ex necessitate vendatur: dum tamen preciū interuenerit, possit retrahi: & ita fit. Si verò vel donaretur sine fraude, vel in solutum daretur, non esset retractabile. quia emptio & venditio ex re & precio consistit: & ita obseruatur in materia huius tituli. Multa de materia huius retractus habes per cano. in d. c. cōstitutus. Legi etiā Repetitiones domini Bordelli, & domini Ioan. Ignei: Doctorū nostratium elegantes & egregias super hac re, quibus pauca addi possint: licet multa dixerit & vtilia Boërius, quæ satis sunt.

In solutum data nō retrahitur.

An resoluto contractu preciū loco rei succedat.

In solutum data à iudice.

Bordellus & Igneus Aureliani Doctores.

CAPVT II.

Quòd si is qui prædium venditum retraxit, illud alteri vendiderit extraneo: à proximis rursus, eademq; forma reuocabitur.

¶ Casus. Ille qui retraxerit fundū à me venditum, ipse alij vendidit, alius proximus volebat retrahere? Respōdet litera quòd potest.

CAPVT III.

Si verò frater, aut soror tua prædiū à patre, aut matre quæsitum, neque à maioribus profectum: quod ex eorum hæreditate illi obuenerat, extraneo quoq; vendiderit: potes tu frater venditoris ipsius quoque liberi reuocare: patrui tamen auunculíve, aut cognati illius id minime possunt, qđ ex eorum maioribus non est deductū retractare. Idemq; de eo fundo, quod à patre quæsitum, filioque in successionem prædonatum, ab ipso alienatum sit, statuimus.

¶ Casus. Pater meus habebat vnum fundū, quem ipse acquisierat, & non veniebat à maioribus suis: ego qui habui illum fundum ex successione, vel quia pater mihi donauerat, ipsum vendidi alicui extraneo. Respōdet litera, quòd filij mei, vel frater meus poterūt retrahere: sed patrui, vel auunculi non poterunt. Quòd si is qui prædium. ¶ Glossa. In hoc capite deciditur de quodam dubio, quod plerunque fieri vidimus, an res semel reuocata per retractum, possit, si rursus alienetur, retractari: quia vetus consuetudo de hac re certa non erat: & priuilegia quæ sunt contra ius non duplicantur, neque non extendūtur. Sed ex idētitate rationis hic deciditur, quòd quandocunque alienetur; toties retractari possit per proximiores. Lex enim generalis est: & occurrit collusioni, & fraudi quæ fieret faciendo retractari per aliquem, vt postea illi cuius mandato erat factum reuenderet. excluderétque alios proximos de familia. per l. 1. & 2. de coll. deteg. Quod hic dicitur de fratre, est conueniens iuri ob proximitatem sanguinis. per not. in l. si fratris. C. de iure delibe.

Retractus secundus.

Declarat fraudem.

CAPVT IIII.

Qui prius in ius emptorem vocauerit, potior est: quanquam non proximior ob diligentiam. Concurrentibus verò pluribus eodem die ac hora vendicantibus: præfertur gradu proximior. Quòd si omnes æquales sint, æqualiter pro virili rem consequentur.

¶ Casus. Erant multi propinqui & parentes venditoris, quorum vnus qui non erat proximus ante alios vocauit actione retractus, vel suas oblationes fecit. Responde, quòd præfertur cæteris, sed in concurrentia diei & horæ præfertur proximior in gradu. & si sint multi æquales, diuiditur retractus. ¶ Gloss. Hic declarat quis ex pluribus cognatis vel cōsanguineis sit præferendus in retractu, & quòd diligentior sit præferendus, facit tex. in l. qui autem. §. sciendum, ibi. sibi enim vigilauit. & in l. pupillus. ibi suæ negligentiæ expensum ferant: & quia vigilaui, meliorem conditionem meam feci: iura enim vigilantibus facta sunt. ff. de his quæ in fraud. credi. facit l. 4. C. de anna. except. cum contrà desides homines, suiq; iuris contemptores odiosæ exceptiones propositæ sunt: & prioritas ista etiam ex vna hora inducitur, vt not. in cap. pastoralis. de rescript. & hic cauetur, & est vulgatum

Quis in retractu præferatur.

Vnius horæ prioritas.

gatum in iure, Qui prior appellat, prior agat, cæteris autē paribus, id est, data paritate temporis locus est proximiori gradu. In vltimo casu plures concurrunt æqualiter data paritate gradus & temporis, vt in l. idemq́. §. si tibi. ff. qui potio. in pigno. habe. De huiusmodi statutis, quibus aliqui admittantur intra annum ad retractandam venditionem oblato precio, & quomodo intelligantur: multasq́ quæstiones indico tibi apud Paul. de Castro in consil. 327. in antiq. omissis aliis remissionibus quæ legenti occurrunt, ne videar facere repertorium, nimisq́ remittere: nec enim libens remitto nisi ad meliores locos: & quādo satisfactum est materiæ, propositæ sine magno apparatu.

CAPVT V.

Si quis prædium proximitatis iure euictum alteri extraneo vendiderit, aut vectigal in illud constituerit: licet proximiori quoq; prædictis modis retrahere.

¶ Casus. Ego retraxeram vnum fundū, postea eum vendidi alteri extraneo. venit alius qui retrahere voluit ab eo, cui vendidi? Respondetur, quòd potest eo modo, quo ego feceram ab alio.

CAPVT VI.

Si quis coniugum à consanguineo suo prædium patrimoniale comparauerit, eo mortuo superstes portionem quam in eo prædio habebit defuncti hæredibus aliisve de eius familia, vt prædictum est, recepta sorte ac iustis sumptibus pro ea portione restituet intra annum morti proximum: neque id fructibus si quos ex eo prædio perceperit, illis vllo pacto restituendis.

¶ Casus. Maritus emit vnum fundum ab aliquo de suis cōsanguineis qui erat patrimonialis: quo casu pro dimidia acquiritur vxori tanquam conquæstus: mortuo marito hæredes eius volebant retrahere illam dimidiā quæ erat debita vxori. quæritur quomodo possint? Responde, quòd possunt intra annū à die mortis reddēdo vxori precium & sumptus pro dimidia illa: & ipsa fructus, si quos perceperit, non restituet.

CAPVT VII.

Ex retractu fundi feudarij, vel censualis nihil laudimiorū nomine quoquo modo præstari debet.

¶ Casus. Ego retraxi fundum feudalem, vel censualem, quæritur, vtrùm debeātur aliqua iura ipsi domino? Responde, quòd non. ¶ Si quis prædium. ¶ Glossa. Hoc caput est omnino simile secundo huius titu. nisi quòd addit de constitutione vectigalis seu redditus quæ venditionis appellatione venit. vt in primo capite dictum erat in ca. si quis cōiugum, extendit retractum ad nouū casum inter coniuges, quod clarum est: nec est dissimile cæteris, in ratione præsertim cum faciat fructus suos. quia est bonæ fidei possessor: nec imputantur in sortem, vel expensas in retractu isto ob bonam fidē, & quia est de patrimonio eorum. aliud capitulum est clarum: quia retractus est dissolutio contractus. *Ratio.*

CAPVT VIII.

Si maritus vxoris nomine fundum retraxerit, ipsius vxoris patrimonium fiet: eoque mortuo totum vxoris erit: vel si mortua sit, hæredum ipsius dimidiam sortis ac impensarum marito hæredibusve eius refundēdo: sic e conuerso mariti erit, si vxor prædecesserit, idque intra annum & diem morti proximum fieri oportebit.

¶ Casus. Cognatus vxoris meæ vendidit fundum, quem ego retraxi nomine vxoris meæ: quæritur cuius sit, & an hæredes mei habebunt dimidiam in eo post mortem meā? Responde, quòd est vxoris totum tanquam patrimonium: sed ipsa debet restituere hæredibus mariti dimidiā precij traditi pro retractu. & e conuerso. ¶ Glos. Quando ex parte vxoris quæ est proxima venditori maritus euincit fundum proprium vxoris, fit. & quod nomine ipsius est factum, ab ipsa factū videtur. l. non solum. §. si mādato. ff. de iniu. cum simi. & facit huc tex. in l. si cum dotem. §. fin. ff solu. matri. sed ideo dimidia precij restituitur à superstite hæredibúsve eius: quia de cōmuni pecunia retractus erat fundus, & de hac dimidia & communitate prius dictū est in tit. de societate. clara sunt omnia in hoc loco: & pro maiori parte superius declarata, vt est in c. seq. *Quod meo nomine, fit à me factū videtur.*

CAPVT IX.

Si permutatus æqualiter fuerit fundus, retrahi euincique non poterit.

CAPVT X.

Idem in mera donatione dicēdum.

¶ Casus. Ego permutaui fundū meum patrimonialem cum alio. quæritur vtrū subiaceat retractui? Lex ista dicit, quòd non. & idem est in donatione pura, quòd in permutatione.

¶ Glossa. Ratio est, quia permutatio æqualis quæ fit sine aliquo superaddito precio, nō æquiparatur venditioni: alia verò venditio dicitur, vt prædixi in feudis. per l. i. cum no. per Bart. ff. de re. permu. Sic in mera & simplici: nec fraudulenta donatione quæ permittitur libere fieri in tit. de donatio. suprà. *Ratio.*

CAPVT

CAPVT XI.

Prædium non feudarium perpetuo annui vectigalis titulo venditum, retrahi non potest: ipsum tamẽ vectigal venditum potest.

¶ Casus. Ego vendidi tibi, & tradidi fundum alaudialem in redditum seu rentam perpetuam, quæritur, an retrahi possit? dic quòd non, sed ipsa renta potest retrahi.

CAPVT XII.

Nisi in ea locatione precium aliquod interuenerit: quod locatori, eiúsue causa datum promissúmue sit: tunc enim precij causa retractus fit, licet in contractu celebrando nulla precij mentio facta reperiatur.

¶ Casus. Retento eodem themate pro illo fundo tradito ad redditum datum est adhuc aliquod precium: & fuit bursa dissoluta. Respondet, quòd propterea fit retractus, etiam si non sit facta mentio de precio. ¶ Glossa. *Alaudiale.* Prædium non feudarium, id est alaudiale & liberum, quòd vulgaris sermo dicit roturarium perpetuo locatum pro annuo vectigali vel redditu, non retrahitur, quia non censetur venditum, nisi precium interuenerit. *Retractus non fit nisi precium interuenerit.* Ea est enim regula in retractu, vt sine precio non fiat: quia propriè fit de re vẽdita retractus. l. dudũ. C. de contrah. emp. sed emptio non est sine precio, vel æquipollenti: vt fide habita. §. idem precium. Instit. de emp. & vend. ita hic cauetur de ꝓmissione, aut quoquo pacto res fiat siue in contractu, siue extra contractum, ne collusio fiat, per l. 1. 2. & 3. ff. de collusi. detegen. *Locatio perpetua.* an autem & quando ista perpetua locatio alienationis verbo contineatur: habes per Barb. in Rub. de re. eccle. non alie. & dicas venire appellatione alienationis quæ est generalis, vt in l. alienationis. ff. de verb. sig. & dixi in princ. de feudis. non autẽ venditionis quę habet substantiam & precium. Sic nec in statutis quibuslibet loquentibus de venditione: puta ꝙ soluatur gabella, nõ contineretur ista locatio. secus si diceret de alienatiõe. per no. in d. Rub. & per Franciscinum in prima parte feudorum.

CAPVT XIII.

Qui proximitatis iure vendicare potest, ciusq; rei incapax non est, feudarium dominũ antecedit: excludítque à retractu rei feudariæ intra annũ, etiam si prior dominus euicerit.

¶ Casus. Vasallus vendidit feudum: dominus ipsum volebat retrahere: sed erat vnus consanguineus vasalli, qui etiã volebat. quæritur quis præferatur? Respondet, ꝙ ille qui est de parentela præfertur etiam si patronus prior conuenerit emptorem, dummodo intra annum veniat. ¶ Glossa. Proximus linearius pręferri dicitur in retractu feudi do- *Proximior præfertur.* mino feudi: qui rem à vasallo venditam potest reuocare feudi pro eodem precio, vt dixi in feudis, quia venit iure naturali ad retrahendum: ille verò iure feudi & merè ciuili, & quod de iure sit pręferendus is qui proximitatis nomine habilis est ad retrahendum: tenet & sentit Ioan. Fab. in titu. de empti. & vendi. Instit. in princi. & de feudo paterno est text. in tit. qualiter olim feu. pote. alie. in §. pe. ibi: in prohibendo autem, vel redimendo potior erat proximi agnati, quã domini conditio, si tamen feudum erat paternum, licet Bald. tenuerit contra. in l. Imperator. ff. de pact. habes per Boeriũ alias quæstiones, quas omnino videas: quia nihil ita exactè tractauit, neque vnquam melius scripsit quàm de retractu. Habes etiam domini Bordelli, & domini Ioan. Ignei nostratium doctorum egregias repetitiones de retractu.

CAPVT XIIII.

Intra horas quatuor ac viginti ex quo res euicta proximo est, adiudicata decretáue, aut cessa sortis ac impẽsarum quæ tunc liquidæ fuerint refusio ac persolutio fieri debet, alioqui à retractus iure deciditur.

CAPVT XV.

Quòd si res sit controuersa: iudex lite iam contestata ex suo arbitrio tẽpus refundendi præfigere, ac vendicanti indicere poterit.

¶ Casus. Titius retraxit fundum per me venditum: emptor ei cessit, & obtulit in iudicio, vel iudicatum fuit super retractu. emptor autem petebat pecuniam. ille non habebat paratam. Lex dicit quòd debet eam dare intra 24. horas: nisi sit controuersia super retractu: tunc iudex poterit præfigere tempus soluendi. Intra horas. ¶ Glossa. Hic loquitur quo *Quo tempore sumptus refundi debeant.* tempore debeant impensæ legitimæ, ac expositæ causa rei quæ retrahitur per emptorem bonæ fidei, refundi à retrahente: cuius rei in iure nulla mentio est. ꝙ autem non debeant tunc refundi, nisi sint liquidæ, id est de quibus in promptu apparebit. facit in simili de compensatione liquidi ad liquidum. l. fin. C. de compẽsa. cum si. quamuis compensatio apud nos in foro seculari non habeat locum. *Quæ impensæ repetantur.* Liquidum autem dicitur per testes, instrumenta, confessionẽ partis, & huiusmodi probationes quæ in promptu afferri solẽt. Auth. ad hæc. C. de vsu. vbi de liquidis fructibus. Et intelligas de impensis necessariis & vtilibus: inter quas est differentia, vt videbis in l. 1. impensæ. & per totum tit. de impen. in reb. dot. fac. ff. vbi necessariæ diminuunt dotem. vtiles cum fructibus imputantur, quod nota.

nota. & vide illum titulum ad discernendũ, si questio esset in materiam retractus, vt sæpe fit: aut alia de reputatione impensarum.

CAPVT XVI.

Fructus prædij, quod euincitur à proximis ex die motæ controuersiæ preciique oblati euincenti acquiri incipiunt.

¶ Casus. Quæritur à quo tempore fructus rei retractæ incipiunt pertinere ad retrahentem? Respondetur, quòd à tempore oblati precij, & motæ controuersiæ. ¶ Glossa. Bart. in l. ex diuerso. ff. de rei vendic. multa de fructibus, & qui fructus, & à quo tempore veniant, in l. indebito. ff. de cond. indebi. in l. si filiusfami. sub conditione. §. cum fundum. ff. de obliga. Sed ad hanc legem nota, quod glo. in l. sed si lege. §. si ante. ff. de peti. hære. dicit, quòd post litem contestatam etiam in iudiciis particularibus quis presumitur malæ fidei: quamuis in iudiciis vniuersalibus, vt ibi Barto. docet cuiusmodi est petitio hæreditatis à die motæ controuersiæ, & denunciationis factę quis sit malæ fidei, vt not. in d. §. si ante. & in l. certum. C. de rei vendi. Dixi alibi de fructibus.

Fundamẽtum de tẽpore fructuum.

CAPVT XVII.

Res tradita in vectigal seu redditum ad vitam conductoris, aut plurium sine pecuniæ interuentu, retrahi euinciq; à proximis non potest.

¶ Casus. Ego dedi tibi fundum pro annuo redditu ad vitam tuam, vel filiorũ tuorum: an illud sit subiectum retractui? Respondet quòd non, nisi interuenerit pecunia.

CAPVT XVIII.

Qui proximitatis iure fundum euincit, reparandi causa factus, omnesque necessarias, ac vtiles impensas (quod sine fraude fiat) quas quidem probauerit, pleneque docuerit emptor restituet.

¶ Casus. Quæritur, de quibus impensis restituendis intelligatur? Respondetur quòd de necessariis & vtilibus, de quibus erit probatum.

CAPVT XIX.

Prædia quæ nepotibus aut cognatis aliisue remotioribus de familia ex patruorum vel auunculorum, aut consanguineorum, vel cognatorum successione qui huiusmodi prædia acquisierant delata sunt, si ab eis distrahantur, minimè retrahi posse decernimus.

¶ Casus. Auunculus meus acquisiuerat aliquem fundum qui mihi obuenit ex successione: ego illum vendidi, vtrum cadat in retractum? Respondet quòd non.

CAPVT XX.

Proprium patrimonialéue prædiũ aut vectigal fiduciaria venditione distractum intra redimendi tempora, hisq; profluxis intra annum ac diem à proximis retractari potest: siue facultas illa fiduciaria in venditionis contractu sit expressa, siue extra contractum ita conuenerit.

¶ Casus. Ego vendidi tibi fundum vel annuam rentam super patrimonio meo, sub facultate redimendi. quæritur an & quo tempore possit retractari? Respondet q; retrahi potest intra tempus reemendi, & eo elapso intra annum & diem. ¶ Glossa. Hic ponuntur quædam leges circa retractus materiam, quòd sine pecunia non sit retractabilis venditio. quæ res prius declarata est, sicut de impensis. de cognatis autem est limitatio præcedentium. de fiduciaria venditione & facultate retrouenditionis, seu retroemptionis sæpe dixi: nec video hic esse aliquod dubium, vel in quo sit opus insistere. pergo ad reliqua.

CAPVT XXI.

Si quis proprium fundum annuæ pensionis nomine vendiderit ea lege vt vel totam pensionem vel eius partem redimere emptori liceat: intra annum diemq; à proximis fundus ille retrahi potest. eoq; tempore lapso non fundum ipsum euincere postea licet: vectigal tamen si redimatur, retrahi intra annum, diemque redemptioni proximum permittimus.

¶ Casus. Ego vendidi tibi fundum ad redditum annuum, & dedi tibi facultatem redimendi illum redditum seu rentam vel partem eius, quæritur vtrum ille fundus cadat in retractum? Respondetur quòd sic, intra annum & diem: & eo lapso ipsa pensio annua, postquã est redempta, intra annum & diem, retrahi potest. ¶ Glossa. Hic non est eadem species fiduciariæ venditionis quæ in præcedenti capite dicebatur, quandoquidem non ipsi venditori fundum retroemere per simulatum contractum conceditur: sed emptori, id est conductori pensionis onus & annui vectigalis redimendi potestas datur: vt fundus omnino sit ei liber. de qua re non vidi formam in iure, quia in l. 1. & 2. ff. si ager vectig. dicit tandiu frui eo agro qui in perpetuum locatur, quandiu vectigal soluitur per conductorem hæredésue eius. tamen ita conueniri potest, & venditionis naturam sortietur ob pre-

Ex conuentione contractus indicatur.

ob preciũ, quod in redimendi facultate continetur. est enim veluti simulata venditio. quamobrem hic permittitur retractus tam fundi quàm redditus.

CAPVT XXII.

Feudarium prædium retractui obnoxium, etiam donec emptor se in fidem contulerit, iustaq; patrono fecerit, atque ex eo tempore in annum ac diem à proximis reuocari potest.

¶ Casus. Ego vendidi feudum patrimoniale. quæritur quo tẽpore possit retrahi? Respondet, quòd potest intra annum, ab eo die ex quo venditor in fidem se contulit. ¶ Glossa. Dictum est superius feudum à vasallo venditum retractui esse obnoxium, & in eo retrahendo parentes præferri patrono. Hic docet intra quod tempus possit reuocari. nam emptor priusquam patrono fidem fecerit solueritq́, aut obtulerit iure laudimiorum, nullum ius in re habet, vt satis de hac re dixi in 2. & 3. cap. de feudis.

CAPVT XXIII.

Prædium quod ex permutatione accepisti, illius quod tradidisti naturam sortitur: dum tamen permutatio pura æqualisque fuerit.

¶ Casus. Ego permutaui tecum fundum patrimonialem. quæritur vtrum ille quem dedisti mihi ex pura permutatione sit patrimonialis? Respodetur quòd sic: & si ego vẽdam, cadit in retractum.

CAPVT XXIIII.

Si eodem contractu decretóue diuersa prædia distracta sint, quorum aliqua ex venditoris patrimonio profecta, retractus atque legibus obnoxia erant. hæc secum alia quæ huiusmodi non erant, in retractum trahunt, & feudaria censualium ac contra confusionem faciunt: sicque omnia simul retrahi possunt ad hæc & mobilia illis annexa, cumque illis simul vendita decretáue, aut quoquo pacto ita distracta, vt retractui contractus subiiciatur.

¶ Casus. Ego vno & eodem contractu vendidi tibi multos fundos, quorum aliqui erant patrimoniales, alij non. Dicit quòd illi trahunt ad se alios, & omnia etiam mobilia propter illos retrahi possunt. Prædium quod ex, &c. ¶ Glossa. Hic duo sunt capita quibus quædam metamorphosis inducitur: quia fundus ex permutatione acceptus, illius naturam assumit, qui traditus est quo ad retractum. Si enim is qui traditus est, erat retractui obnoxius: iste qui pro eo est acceptus, fit etiam obnoxius. Nam de iure subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. l. prima. §. hæc actio. ff si quis testa. lib. es. ius. fue. quæ loquũtur de surrogatione actionis. & Bartolus latè in d. §. hæc actio. & pro hac lege habes à me casum à simili in l. si donatæ. §. si sponsus ff. de dona. inter vir. & vxor. vbi si sponsus donauit alienum anulum sponsæ, & postea constante matrimonio pro illo suum dedit: valet donatio. quia istud sapit naturam illius, nec videtur noua donatio: sed permutatio. facit l. cum filię. §. fin. ff. de condit. & demonstra. In alio capite, vbi vna res trahit ad se alias, quãdo eodem contractu alienantur: quia contractus est indiuiduus, & non debet claudicare. & facit quia etiam sub vniuersitate rerum veniunt etiam res sacræ, publicæ, & vendi prohibitæ. Adde quòd etiam veniunt res alienari prohibitæ à testatore: vt in l. quidam ita. §. si quis filium. ff. ad Trebel. in l. si. in fi. in ver. retractari. ff. de leg. 2. quæ nõ propriè faciunt pro lege nostra: sed melius facit l. 1. & l. emptor. ff. de rescin. vendi. vbi contractus dissolutio non debet claudicare: quia si in parte resoluitur, ex alia est resolutus. & in fi. hic loquitur de mobilibus annexis: quia lex ciuilis dicit quòd venditis ædibus, etiam ea quæ affixa sunt, veneunt. l. Iulianus. §. fin. ff. de actio. empt. & vendi. sed hic plus dicit de annexis & illatis mobilibus, etiam non vt perpetuò illic sint: sed quæ ad vsum domus vel fundi illata erant, & cum eo vendita.

Metamorphosis. *Ratio iuris* *Surrogatio actionis.* *Optimum exemplum* *Vna res ad se alias trahit.* *Cõtractus non debet claudicare* *Affixa & anexa causa perpetua moræ.*

CAPVT XXV.

Si prædium patrimoniale in vectigal datum, permutatum insolutúmue datum sit precio interuenien te, aut alia re quæ precij loco sit, retrahi potest.

¶ Casus. Dicit quòd quando precium in venditione interuenit, siue aliquid loco precij: vt quia in solutum detur, est subiectum retractui. ¶ Glossa. Regula est generalis, quòd vbi interuenit precij datio vel exbursatio, vt dicitur: tunc res subiacet retractui. quia est venditionis forma. l. 1. ff. de rerum permu. tamen habes vnum dictum Bart. cuius nunc memini in l. conuenit. ff. de contrahen. emp. quod per illam legem determinauit, quòd si sit venditus redditus alicuius fundi quòd non videtur venditio: quia non commutatus dominum. De eo quod precij loco datur, vt vinum, frumentum, vel alia res: quia non refert quid ex æquipollentibus fiat. & hoc ne fiat fraus legi, vt diximus per l. 1. ff. de côllu. deteg.

CAPVT XXVI.

Feudarium prędium retractabile in vectigal datum retenta fide à tradente

dente (si vectigal accipienti postea venditũ sit, alteríue ipsius iure vtenti remissa fide) totũ retractui obnoxiũ efficitur. quod si alij cuipiam vectigalis ius distrahatur, vectigal solum nõ prædium euictionis legem subibit.

¶ Casus. Ego vendidi tibi fundũ pro annuo redditu retenta fide, quia erat feudale: postea vendidi tibi vectigal, id est redditum ipsum remissa fide. Respondet quod est totum subiectum retractui. si verò alij illam rentam vendidero, ipsum solum erit in retractum, non autem fundus.

CAPVT XXVII.

Si quis omnia bona sua generali quidem hypotheca vectigalis nomine fecerit alteri obligata, ea res euinci potest à proximioribus.

¶ Casus. Titius vendidit hypothecam seu redditum super omnibus bonis suis. quæritur vtrum istud cadat in retractum? Respondetur quòd sic.

CAPVT XXVIII.

Quia si is qui super rei euictione proximitatis iure vocatus est, priusquam de ea re controuersia mota esset, denunciatioque facta, rem illam alienauerit: itaque esse asseruerit, ac in iudicio iuramẽto asseuerauerit: euictionis retractusq; actionem in singulares successores post annum ac diem cõtinuari volumus: his oblatis quæ prioribus legibus continentur.

¶ Casus. Ego vendidi tibi fundum: aliquis propinquorũ meorum fecit te conueniri: & tu ante denunciationem tibi factam super retractu illam rem alienaueras, & ita iurasti. Lex dicit, quòd ab illis quibus alienasti, retrahi potest. ¶ Feudarium prædium. Gloss. Hæc tria capita coniunxi: quia satis aperta mihi videbantur. De feudis enim & fide retenta, quod ferè fieri solet in hoc casu, dictũ est in primis capitibus feudorum: nec admodum potest hoc nostrum caput in iure sumere fundamentum, nisi quòd semper id consideratur, an sit venditio & pecuniæ interuentus aliquid ad hoc, vt res sit obnoxia retractui. De obligatione omnium bonorum intelligitur per venditionem. secus per alium contractum: quia in text. nostro dicitur, & vendita. de perpetuanda actione est ratio: quia annus & dies conceditur vtilis ad retrahendum. si ergo interim emptor disponeret, fieret in fraudem & collusionem: merito continuatur. l. eum qui debere. de serui. vrba. præd. per Bart. cum similibus.

Fundamẽtum.

CAPVT XXIX.

Si patrimoniale prædium cum altero sit permutatum: & hoc permutationis causa datũ intra annum ac diem per tradentem aliúmue eius nomine ac causa redemptum sit: per hoc patrimoniale illud in retractum cadit.

¶ Casus. Ego permutaui fundum Tusculanum proprium cum fundo Corneliano. & iste Cornelianus datus pro contracambio (vt dicunt) fuit retractatus intra annũ & diem per eum qui dederat: vel per alium in eius vtilitatem. Dicit, quòd fundus meus proprius cadit propter hoc in retractum.

CAPVT XXX.

Quicquid in eodem contractu venditum esse constiterit: non pro parte, sed insolidum retrahi debet.

¶ Casus. Ego vendidi vno contractu plures fundos. Titius frater meus voluit retrahere vnum ex illis duntaxat? Respondet quòd non potest, nisi omnes simul. Si patrimoniale. ¶ Glossa. Huius capitis ratio esse potest, quia semel facta est permutatio: licet reuocatus sit ex parte alterius contractus, in quo non admodum intelligo quid sibi velit, aut quo iure probari possit hęc constitutio: quia permutatio non cadit in retractum, vt prius dictum est, nisi dicas quod erat permutatio inæqualis, vnde retractus fuit. In sequenti verò capite pulchrum est fundamentum. nam vnus est & idem contractus, quando plures res simul & eodem contextu venduntur & distrahũtur, quia vno precio & vno contractu res celebratur: licet in stipulationibus secus. l. scire debemus. ff. de verbo. obliga. vbi distinguitur an generaliter plures species nominatæ sint, an specificè priore casu est vna, vt promitto seruos meos. secundo sunt plures: vt, si dixerit, promitto Stichum, & Pamphilum, & Damam, & Herotem: Et pro hoc tex. adduco tibi tex. ad literam, in l. cum eiusdem generis. ff. de ædil. edic. ibi, referre an in singulis rebus precium sit constitutum, an in vniuersum, & lege totam illam legem, vbi Bald. post Richar. & Oldra. in d. l. dicit idem esse in emphyteota, cui plures res sunt traditæ simul in emphyteosim, si in vna malè sit versatus, cadit ab aliis. quæ sententia placet Barbat. in dict. l. scire debemus. vbi etiam legas Barto.

Cur pro parte non fiat retractus.

Nota de emphyteota.

CAPVT XXXI.

Quanquam ex motę controuersię reiq; oblatæ tempore fructus omnes retrahenti quæsitos esse statuimus, nolumus tamen id de fructibus, qui lite fortassis ex agẽtibus negligentia

inter-

interpellata interruptáue per annum percepti fuerint intelligi: nam rei nõ contumacis huius temporis fructus esse iuri conuenit.

¶ Casus. Ego feci te conueniri in causa retractus, quo casu fructus incipiunt esse mei, tamen vt semper fructus perciperem, distuli causam prosequi, & non processi per annum & diem. Dicit q͂ tunc fructus desinunt esse mei. ¶ Glossa. Limitat regulam in qua diximus à tempore motæ controuersiæ & interpellationis iudicialis ritè factæ fructus effici retrahentis, cùm is à quo res euincitur, incipiat esse malè fidei: nam vbi is qui cœpit agere ex retractu discontinuauit instantiam, & reus non est in mora, neq; in contumacia eo tempore, quo lis deserta vel dilata est in odiũ negligentis & non prosequentis, hoc nõ procedit: sed fructus eo tempore perceptos amittit, cum morosus & prædo in iure soleant æquiparari. & pro hac lege facit quod scribitur in l. properandum. §. & siquidem. C. de iudi. l. consentaneum. C. quo. & quan. iud.

Litis discontinuatio. *Fundamẽtum iuris.*

CAPVT XXXII.

Omnes annuas pensitationes in domos ac fundos intra ciuitatis mœnia sitas constitutas; in posterum ab ipsis dominis possessoribusque prædiorum vrbanorum, vt sua prædia liberent: redimi posse statuimus, ita vt quindecim solidis præstitis, vnusquisque solidus annuus redimatur: quamuis maiore precio distractas esse constiterit: sin minore, eo quo venierint precio, redimi poterunt lapsi temporis pensionibus, quæ reliquæ sunt, velutq; interusuriæ persolutis. Nisi pensiones illæ annuáue vectigalia ecclesiæ precationis piæ causa exequiarúmue annuarum onere relicta donatáue sint. tunc enim vllo pacto, vllóue tẽpore nequeunt aboleri. Saluo principis aut superioris domini iure, quo clerici è manibus suis eas res mittere compelli possunt. Exceptis ab hac lege veteribus fundiariisq; ac subfundiariis vectigalibus.

¶ Casus. Ego constitui redditum annuum alicui super domum meam, vel fundum meum intra vrbem & ciuitatis muros vel clausuram. Dicit quòd ego possum redimere eam rentam, & tales omnes sunt redemptibiles pro quindecim de vno soluendis, vel eo precio quo venditæ sunt & solutæ arreragiis. & hoc non habet locum ob pias causas, nec in veteribus fonciariis subfonciariisq̃, id est, secundis rentis. ¶ Glossa. Duæ sunt species pensitationum seu vectigalium, quas rentas vulgo appellamus. quædã enim sunt constitutæ in aliquam domum vel fundum ad tempus: vt pro pecunia mutuo accepta constituuntur 10. libræ annuæ supra fundum Tusculanum, vt dicunt. hęc hypothetica redimi potest iusto precio soluendo 15. pro franco, nec enim sunt vsuræ excedentes vel illegitimæ, de quibus in l. eos. C. de vsur. & fructus possunt per emptorem retineri hoc casu, vt dicit text. in l. 2. C. de pact. inter emptorem & vendi. & ibi Bald. & vide gloss. egregiam in c. conquestus. de vsu. istud ergo precium est legitimũ. & dicit Bal. in d. l. 2. q͂ pactum de reuendendo eodem, vel legitimo precio etiam si emptor fructus medij temporis ante moram lucretur, vt hic, nõ est cõtractus simulatus, per istam l. 2. de quo sæpius dixi. & ibi decidit, quòd si venditor non redemerit, hæres eius potest redimere. hic autem etiam si tale pactum non interuenerit, datur facultas redimendi: quia sunt reditus volantes. aliæ sunt pensiones fundiariæ, quæ fundi accepti causa de veteri debentur. & subfundiarię quæ post acceptum fundum primo loco alicui venditæ sunt per possessorem: istæ non rediмuntur, quia perpetuæ ob ligationis causa fundum sequuntur ad quẽcunque transeat. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis. §. si in rem. Instit. de acti. cum similibus. quod limitat, piæ causæ vel ecclesiæ ratione est: quia mens donantis vt perpetuò pro anima sua ecclesiæ sint de iure principis, quod dicitur hic circa ecclesias dixi in fin. feudo. & vide Ias. in l. 1. C. de summa Tri. an statuto permitti possint vsuræ.

Pẽsitationum duæ sunt species. *Legitimũ precium.* *Cõtractus simulatus.* *Fauor ecclesiæ.*

De Præscriptionibus.

CAPVT I.



PRæscriptio triginta annis minor in rebus immobilibus inter priuatas personas locum non habeat.

¶ Casus. Quæritur, quæ præscriptio locum habeat, & quo tempore res immobiles præscribi possint? Respondet, quod triginta annis inter personas priuatas.

CAPVT II.

Quicunq; enim fundi, vectigalísue, aut alterius iuris incorporalis quietam possessionem triginta annis integris ac cõtinuis habuit inter maiores iure cõmuni vtentes, etiam absque titulo rem acquirit: efficiturque illius dominus quod possedit. venditor tamen vectigalis, aut qui hypothecaria tenetur, eiúsue hæres, non minori

minori tempore quàm quadraginta annis illud præscribit.

¶ Casus. Ego triginta annis possedi fundum, vel redditum percipi, aut seruitutem aliquã contra eum qui erat maior annis, & non priuilegiatus: sed nõ habebam titulum. Respon. quòd etiam sine titulo præscribo. Sed pono quòd ille qui debebat mihi rentam, non soluit eam per 40. annos. Respon. quòd illo tempore præscribit libertatem. ¶ Præscriptio. ¶ Glossa. De præscriptionibus multa in iure traduntur: multiq; scripserunt amplissimè: quapropter ego ea tantum quæ nostram literam attingent, hic inseram. Et primò, quia dicit de præscri. rerum immobilium, seruitutum, vectigalium priuatorum, quæ rentæ dicuntur, aliorumq; iurium incorporalium: vt vsufructus, actionum, de iure est earum rerum multiplex præscriptio. neq; sic præscribuntur res incorporales, sicut corporales immobiles. In istis enim incorporalibus aliquando longum, aliquando longissimum, aliquando immemoriale tempus requiritur: vt sunt hæ seruitutes quę habent causam discontinuam, vt via, iter, & similes. l. seruitutes. ff. de serui. cum simi. Et requiritur tempus, continuatio possessionis sine interruptione. de qua hic dicitur. l. si quis diuturno. l. 2. C. de serui. & aqua. Item bona fides. vt d. l. si quis patientia & scientia aduersarij. d. l. 2. l. quoties. ff. de serui. Hic autem coniungit illis corporalium pręscriptionem, in qua si minori tempore, quam 30. annis fiat, de iure quatuor requiruntur: tempus, titulus, bona fides, continuata possessio. vt not. in l. 1. C. de vsuc. transfor. cum vulgar. Sed quia reducit omnem præscriptionem ad spacium 30. annis non minus, quę est magna æquitas. neque tum dicitur esse ex rigore, sed merè in odium negligentium: ideo tollit illa requisita de iure. & voluit, vt omnia præscriberentur sine titul. 30. annis. nam in præscri. ista 30. an. sufficit vnum de iure continuata possessio. l. sicut omnes. Authen. malæ fidei. C. de præscrip. 30. an. & excipiuntur pupilli & priuilegiati, qui iure speciali vtuntur, vt ecclesia, princeps, ciuitas. vt in Anthen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. l. omnes. alleg. c. de quarta. c. ad aures. de præscrip. cum simi. vbi multæ ad pręscribendum contra illos requiruntur. & hanc l. 1. & 2. huius tit. habes ferè ad verbũ in l. cum notissimi. in prin. C. de præscri. 30. vbi traditur id quod in fi. hic dicitur de venditoribus hypothecæ, seu debitoribus, hęredibúsue eorũ. vt 40. an. præscribebant per d. l. cum notissimi. in §. 1. De interruptione autem habes, quòd de iure per litis contest. fit. & actio perpetuatur. vt d. l. sicut. & l. cum notissimi. c. illud. & ibi Panor. qui limitat extra ea. l. minor. C. de rei vendic. vbi litis contest. interrumpitur longissimi temporis præscrip, nisi in præscrip. libertatis contra seruitutem. l. si cui. ff. si serui. vend. l. 2. & ibi not. C. de serui. & aqua. vide Paul. Cast. in l. fin. §. si quæratur. ff. si serui. vendi. fallit quando agens renunciaret liti, & fraudulenter litem contestatam non prosequitur. per Specu. dictum sing. in titu. de rescri. præsen. §. ratione. versi. quid si quis vtitur ita literis. Sed quomodo probetur continuata possessio? Specu. in titu. de proba. §. 1. ver. sed quæritur, tradit vnum modum probandi sic. quòd omni anno temporibus debitis collegit fructus. l. litibus. C. de agri. & censi. libr. 11. nec enim opus est perpetuo in fundo esse. Alij dicunt aliter probari per extrema, id est, per initium possessionis, & quòd nunc possidet: quia medij temporis præsumptio est probatis extremis. l. pen. C. de apo. pub. lib. 10. Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. vbi ordinariæ de hac re. l. licet. C. de acqui. poss. cum simi. Casus in quibus præscrip. locum non habet à multis, relatos habes quod nimis longum esset referre. eosq; refert ad longum Petr. de Ferrar. in pract. in form. respon. rei conuenti. & his quem citaui in fin. de feud. in eo. capite vbi agitur de præscrip. feudi. Ego paucis contentus, prosequar textum.

Præscriptio incorporalium. — *Quæ requirantur ad præscriptionem incorporalem.* — *Præscrip. corporalium.* — *Præscrip. 30. an.* — *Interruptio quomodo fiat.* — *Renunciatio fraudulenter.* — *Possessionis continuatio quomodo probetur.*

CAPVT III.

Patronus feudum aduersus vasallum præscribere non potest: nec vasallus aduersus patronum vllo tempore: laudimia enim triginta annis præscribi poterunt.

¶ Casus. Vt in feudis est dictum, patronus contra vasallum: nec econuerso præscribere potest vllo tempore. sed ipsa iura, quæ debentur domino, possunt præscribi per 30. annos. ¶ Glossa. Vide huc quæ dixi in d. tit. de feudis, de his præscriptionibus. Et de limitatione quæ hic ponitur, quod laudimia & commoda, quæ debentur domino per mutationem præscribi possint. & videas etiam multa quæ Boerius dixit. est autem ratio: quia est res mobilis quæ facilius præscribitur. est etiam, quia dominus potest ad laudimia consequenda fundo feudali incumbere, manumq; iniicere, & fructus occupare: vt latius illic dixi. Et præter ea quæ dixi, habes Panor. in ca. ad audientiam. de præscrip. colum. fin. quærentem, an vasallus possit pręscribere libertatem, & directum dominium rei feudariæ 30. annis seruiendo: ex cuius dictis potes facere hanc conclusionem. Aut dominus nõ indiguit ministerio & obsequio vasalli non consistente in præstatione annua, & non pręscribitur, puta, nõ petiit equum, quia nõ iuit ad bellum. Aut cum indigeret, eo nõ est vsus: & præscribitur, si vasallus habuerit bonã fidẽ, vt quia successit alicui, & nesciebat se esse vasallum. casus est bonus in c. sancimus. de feudo sine cul. non amit. in verbo nisi necesse fuerit. quem ponderat Bal. ad hoc in c. ex parte, de testib. Habes illic multa per cano. in d. c. ad audientiam. de præscrip. feudi.

Ratio legis. — *An vasallus possit præscribere aduersus dominum.*

CAPVT

CAPVT IIII.

Cenſus ac ſuperioritatis iura à toto præſcribi non poſſunt: ſed à tanto. præteritæ verò penſiones & laudimia, vel commoda, vt prædictum eſt, præſcribuntur.

¶ Caſus. Sicut dixit, quòd feudum non præſcribitur: ita nunc loquitur de cenſu & iuribus ſuperioritatis, quòd nõ poſſunt præſcribi à toto: ſed a tanto: & commoda ſeu releuationes poſſunt præſcribi, vt dictum eſt.

Cenſus an præſcribi poſsit.

¶ Gloſſa. Quia dixi in cap. fin. ſuprà de cenſi. me aliquid dicturum poſt Boerium & alios in hoc loco. Habes quòd cenſus debitus in ſignum ſuperioritatis non poteſt præſcribi de iure, per l. comperit. C. de præſcrip. 30. anno. Aliud in cenſu priuati qui præſcribi poteſt de iure. per c. olim cauſam. de cenſ. & dicunt Ioan. Andr. & Butrig. quod non eſt differentia, an agatur de præſcriptione totius cenſus, vel à toto, an à tanto, ſeu diminutiuè. cuius cõtrarium hic ponitur. quare videretur iſtæ text. loqui de iure cenſus in ſignum ſuperioritatis & vniuerſalis dominij ob hæc verba quæ ſequuntur, & alia ſuperioritatis iura. tamen credo quòd etiam de cenſu priuati loquatur: quia in genere dicit, eo quod lex dicit ſine cenſu vel reliquis fundum poſsideri non poſſe. ideo præſcribi non poteſt à toto per hanc conſtitu. Et dicunt Hoſti. & Anton. de But. in d. c. olim cauſam. quòd ſicut totus cenſus non poteſt præſcribi cum mala fide: ita nec poteſt diminutiuè præſcribi ſine bona fide. Alij ſic diſtinguunt. Aut loquimur in ipſo principali debitore, qui ſe obligauit ad penſionem annuam, & ipſe nullo tempore præſcribit, ſoluendo minorem penſionem, vel de pecunia debiliori ob malam fidem. c. fin. de præſcrip. nec eius hæres cui nocet mala fides defuncti ex communi opinione, cùm teneatur eius conſcientiam exonerare. c. fin. de ſepultur. niſi eſſet ſucceſſor in beneficio, vel prælatura, cui non nocet mala fides defuncti. c. cura. de iure patro. præſcribet enim cum bona fide ſpacio 40. annor. Aut loquimur in ſucceſſore ſingulari. tunc ſi habet titulum & bonam fidem: quia fundus fuit ei venditus cum expreſsione minoris cenſus, & re vera debeatur maior: tunc præſcribit ſecundum opi. Io. Franc. Balbi. in tracta. præſc. decennio inter præſentes: & 15. ann. inter abſentes, etiam ſi habeat cauſam à malę fidei authore: quia communis ſententia eſt per DD. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquiren. poſſeſ. quòd autem malæ fidei. C. de præſcri. longi tempo. habeat locum in præſcriptione dominij, non autem alterius iuris inferioris, minoriſq; præiudicij. Si verò nullum titulum habeat: ſed bonæ fidei eſt, præſcribet de iure ciuili, quod in hac parte non eſt immutatum ſpacio 30. anno. l. cum notiſsimi. l. ſicut. l. ſi quis emptionis, §. 1. C. de præſcrip. 30. anno. faciunt. no. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. Et contra eccleſiam. 40. annis. cum bona fide. d. c. olim. c. de quarta. c. illud. de præſcrip. & quæ ibi ſcrib. Quæro inſuper circa hæc verba, & alia ſuperioritatis iura, an merum imperium iuriſdictio & ſuperioritas præſcribi poſsit. diſputatur hæc quæſtio latè per Bald. in repet. l. 1. C. de emanci. libe. l. imperium. ff. de iuriſdi. om. iud. vbi Iaſon & ſcrib. cano. in c. peruenit. de cenſi. cum ſimi. & tandem potes optimè ita concludere. Ea quæ ſunt reſeruata principi in ſignum recognitionis vniuerſalis dominij præſcribi non poſſunt vllo tempore à toto: vt præſtatio cenſus vel tributi. l. comperit. C. de præſcript. trigin. an. ea verò quæ ex ſpeciali priuilegio & prærogatiua principi conceduntur, ratione ſupremæ poteſtatis pręſcribi poſſunt tanto tempore, cuius initij memoria non extat, per not. in c. ſuper quibuſdam. §. præter. de verb. ſign. hæc eſt cõmunis. ſed hic tex. ſtatuit quòd non præſcribatur in genere: quia non licet à capite membra diſcedere etiam quocunq; tempore. Et aduerte quòd illa quæſtio DD. eſt propriè de præſcribenda ipſa ſuperioritate, an poſsit acquiri. Sed noſtra conſtitutio loquitur de pręſcribẽda immunitate, ſeu libertate aduerſus ſuperioritatẽ, vtputa, immunitas à ſoluendis tributis & collectis. & hic dicit quod non præſcribitur, veluti in d. l. comperit. Sed Alexan. in conſil. 136. volu. 2. col. pen. & conſi. 30. 5. vol. tenet, quòd præſcribatur quibuſdã modis & requiſitis. Primò, quòd præſcribens probet ſe aliquando interpellatum, vt ſolueret, & non ſoluiſſe. l. cum ſcimus. C. de agrico. & cenſi. Secundò, contradictionem & recuſationem interueniſſe. l. hæc autem iura. ff. de ſerui. vrb. pręd. Tertiò, bonam fidẽ, quæ ſaltem debet allegari. Quartò, ſcientiam & patientiam communis. ſed quando eſſet titulus coloratus, vt conceſsio immunitatis licet inualida per 40. ann. præſcri. vt Alexan. d. conſi. triceſimo.

A toto an præſcribi poſsit. *Hęredi non nocet mala fides defuncti.* *Succeſſori in benefi. non nocet mala fides prædeceſſoris.* *Expoſitio auth. malæ fidei.* *Præſcriptio contra eccleſiam.* *An merũ imperiũ & ſuperioritas præſcribatur.* *Immunitas an præſcribatur.* *Titulus coloratus.*

CAPVT V.

Operæ corporeæ in diem præſtitæ ſi fuerint: earum merces poſt quadraginta dies peti non poterit: niſi interim ex ſtipulatu vel pacto ſint promiſſæ.

¶ Caſus. Ego ſeruiui tibi, & præſtiti operas in diem conductas, quòd dicitur operari ad diem. ego non petij mercedem per aliquod tempus. quæritur, vtrum præſcribantur. Reſpondet, quòd quadraginta diebus, niſi interea promiſſæ fuerint.

CAPVT VI.

Merces ex artificio, opere, cultu, agrorum, aut vitium, vectura, famulitio, nutritione, educatione, libero-

 rum

rum instructione ac institutione, ab iisque minutioribus rebus, ac mercimoniis debita biennio præscribi solet. neque postea peti potest, nisi de ea re syngraphum, aut contractus celebratus actióue in iudicio mota fuerit. Cæterùm, si creditor voluerit debitori iusiurandum necessarium deferre: isque iurare noluerit se soluisse: creditori fides adhibebitur iuranti id sibi deberi, nulla obstante præscriptione.

CAPVT VII.

Merces ex animalibus, equis, bobúsue locatis debita anno præscribitur.

CAPVT VIII.

Si feudum, cui dominus manum iniecit, vectigali obnoxium sit, quod in feudum nō sit traditum: aduersus eum, cui vectigal debetur, eo tempore non currit pręscriptio. eo quòd dominus ipse ad huiusmodi pēsionem, cui non consensit, non tenetur: nec per eam manus iniectio impeditur.

¶ Casus. Ego feci tibi vestem, vel domum, vel vites, vel famulatus sum tibi aliquot annos, vel instruxi, aut nutriui filios tuos, & similia minuta. quæritur, quo tempore peti possit merces? Respon. quòd biennio præscribitur, nisi habeam syngraphum vel obligationem de ea re, vel ego vocauerim te in ius. Sed si ego velim tibi deferre iuramentum. & tu nolueris iurare: creditur mihi: & non obstante præscriptione tu satisfacies. Item dicit postea, quod precium debitum ex animalibus, vtputa, equis vel bobus locatis anno pręscribitur. Item si dominus inuasit feudum propter iura sua, ille cui debetur renta super illo feudo, non perdit suam rentam, nec contra eum pręscribitur, quia per eum non impeditur saisina. ¶ Opere. ¶ Gloss. Hic statuitur de præscriptione quarundam rerum minutiorum, vt mercedis vel salarij, vel operarum, & similium: statuiturq; tempus breuissimum, & longè aliter quàm in iure caueatur. nam personales istæ actiones ex locato, & similes triginta annis præscribuntur. l. 2. C. de const. pecu. l. competit. C. de præscri. 30. an. cum si. & Paul. de Cast. in consi. 99. tenet, quòd communis est opinio Bart. in l. omnes. ver. 3. ff. de iustit. & iure. quod non valet statutum, quo inducitur præscriptio debiti: quia inducit peccatum. Sed ideo hic fit: quia sæpe contingebat obliuione istarū rerum quæ minutiores sunt, fraudem fieri, vt no. Corn. consi. 93. incipien. quia causa est parui regni & tenuis

Personales actiones præscribuntur.

Ratio consuetudinis

merces, volum. 4. & ne fiat fraus, prouidetur hic de iuramenti dilatione. quia ista sunt bonæ fidei. & vide Barto. an possit præscribi petitio pensionis in l. male agitur. C. de præscr. 30. annor. aliter non video rectum iuris fundamentum in hac parte: cætera coniicietis & cogitabitis. Sed in fine huius tituli quæro, nunquid per statutum possit tolli, vel induci præscriptio. Bald. & Sali. in l. receptitia. C. de constitu. pecu. concludunt quòd sic. & Bart. in l. cum satis. C. de agrico. & censi. & cano. in c. cum nobis. de præscript. Et magna quæstio est, an statutum inducens quòd triginta annis sine titulo res immobilis præscribatur, tollat ius commune, quo potest fieri præscriptio 10. annis, cum titulo, Bertachinus in ver. præscriptio, refert quendā Marcum Perusinum consuluisse quòd non. Tamen ego aliter credo hanc consuetudinem intelligi: quia ex quo induxit tempus triginta annorū videtur tollere, & excludere omne minus: vide Ioan. Francisc. Balbum in trac. pręscrip. parte quinta. ver. septimò quæro, quia omnia de huius materia dixit.

Pensionis petitio an præscribi possit.

Præscriptio an per statutum induci vel tolli possit.

De executionibus ex locato vel pensione ædium.

CAPVT I.



Dominus ędium, aut is cui primæua pensio, seu vectigal debetur, potest in illis ipse, aut procurator, ministérue ab eo missus bonorum prehēsionem, atq; executionem facere pro trium terminorum proximorum, ac præteritorum pēsione sibi debita. In eaque re agenda vnius satellitis ope vti potest ad sui corporis tuitionem, vimq; repellendam: bonorumq; prehensorum venditionem denunciare: ac opponenti quippiam, audiendæ oppositionis, exceptionisq; diem indicere. Pendente autem lite dominus ipse, vel creditor fundiarius res possidebit. Idemq; de secundo locatore statuimus qui alteri locauit domum quam ab alio tenebat.

¶ Casus. Ego locaui tibi domum meam, tu non soluebas pensionem: vel tu debebas mihi rentam fonciariam super fundo vel domo tua: nec volebas soluere. Quæritur, quomodo procedam? Respond. quòd ego possum per me, vel per alium facere executionem in illa domo, & captionem bonorum quæcunq; ibi inueniam pro pensione trium terminorum proximorum & præteritorū, vel adhibere vnum seruientē, seu satellitē: & denun-

denunciare vêditionem bonorum. & si quis se opponat, dare illi diem ad dicendum suam oppositionem: & interea ego possidebo illa bona. & idem de secundo locatore, qui locauit alij domum sibi locatam, vel tertio, &c. ¶ Glossa. Hic traditur quædam forma, per quam dominus alicuius domus ex locato, vel pensione sibi debita annua & fundiaria super fundo, vt de eo qui dedit rê in emphyteosim perpetuam annuæ pensionis, & redditus causa potest incumbere bonis conductoris & possessoris. Et primò facit pro locatore, quia omnia inducta & illata sunt ei tacitè obligata. l. certi iuris. C. loca. cum simil. & ideo nô mirum, si potest incumbere pignori suo: tamen quòd propria authoritate capiat sine forma iuris, & præcepto iudicis est contra ius. l. si quis in tantam. C. vnde vi. & toto titu. de bo. aut. iudi. poss. l. 2. C. de pig. à contrario sensu. propter pactum potest tamen retineri. vt Barto. in l. 1. & 2. ff. de Saluia. interdict. sed hoc statutum potest confirmari per l. præses. C. loca. vbi dicit, præses pensionem ex locatione debitam sine mora solui curabit. Et facit etiam tex. in l. circa. eo. tit. vbi dicit, quòd in locatione seruanda est consuetudo regionis: cui tamen expresso pacto renunciari potest. facit, quia potest expellere conductorem ob pensionem non solutam. l. ædem. C. loca. & hoc in primo & in secundo locatore. vt dicit Barto. in l. vectigalia. §. fin. ff. de publica. & facit l. nemo. iuncta gloss. C. loca. multo fortius capere bona. & est vnus casus singularis, vbi horrea aperiuntur, & bona capiuntur, & distrahuntur, in l. cum domini. ff. loca. tamen istam formam executionis non habes in iure in materia locati. Sed quia hic contractus est bonæ fidei, facilè ita statutum est. & vide Cardina. plenè in l. creditor. C. de pignor. Emphyteota verò priuati non potest expelli, nisi triennio cessauerit in solutione: & ad expellendum conductorem requiritur sententia. vt voluit Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versicu. 42. Alexan. in consilio 119. in volum. 5. vide gloss. in cap. fin. de locato. & Panor. in d. titu. est ergo contra ius ista consuetudo. De apparitore autem Bartol. dicit, quòd ei creditur circa executionis formam. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. per l. magis puto. §. non tamen. ff. de reb. eo. in ver. viatorem. iuncta gloss. Et nota, quòd illic dicit esse seruandum ordinem & modum in facienda executione, vt res quæ minus sunt necessariæ conductori, vel reo prius capiantur, vtputa, non capiantur instrumenta, quibus vtuntur in artificio, vel similia si alia sunt. quod malè obseruatur. De tempore, intra quod debet fieri venditio: quia Dyn. & Bartol. illic variant, alius quadrimestre, alius bimestre requirit. tu dicas stari consuetudini, & ferè post octo dies fit venditio. De instrumentis autem guarentigionatis, quæ habent paratam executionem, postea dicetur. & vide huc Paulum

Inuecta & illata obligantur.

Autoritate propria facere.

Primus & secundus locator.

Emphyteota sine sententia non expellitur.

Apparitori creditur.

Ordo in executione seruandus.

Intra quod tempus bonorũ venditio fieri debeat.

Castr. in consilio 166. in antiq. de eo quod dicit in secundo locatore. & habes postmodum vnum caput.

CAPVT II.

Quod si annus totus pro termino sit: neque amplius quàm semel anno elapso pensio solui debeat: tres anni pro tribus terminis numerabuntur.

¶ Casus. Tu debebas mihi soluere pensionem vel redditum in vno termino tantum, vtputa, quia totum debebat solui in festo Ioan. Baptistę. Dicit quod ego potero facere executionem pro tribus annis. ¶ Glossa. Solet in contractibus dici, & soluetur pensio duobus terminis in festo Ioan. Baptistæ, & in festo omnium sanctorum. Ista enim sunt verba contractuum communia. Si autem dicatur quòd in anno semel tantum: quia in fine anni debet solui. l. 4. ff. de annu. legat. distinguendo inter legata & stipu. vt ibi gloss. & Bart. tunc tres anni pro tribus terminis habebuntur. non autem potest facere executionem vltra tres terminos: sicut de iure vltra tres annos emphyteota expellitur, & non præsumitur locator diutius expectasse. & in hoc statur côsuetudini. l. excepto. C. eodem. & Bart. in l. ædem.

Termini pensionis soluendæ.

Annua legata quando solui debeant.

CAPVT III.

Si executio per apparitorem præsente domino, eiúsue procuratore literis obligatoriis prolatis facta fuerit: reus impugnans possessionem sequestrariam, non habebit cauêdo de resistenda referendaque, sed domino res mancipabitur, donec controuersia decisa sit, sin aliter facta fuerit, executio secus erit. tunc autem is qui referre manum (quod dicitur) plenam spoponderit, vsque fuerit factus pro ea restituenda, capi atq; in carcerem ignominiosè detrudi poterit.

¶ Casus. Apparitor in pręsentia mea, vel procuratoris cû literis obligatoriis fecit executionem in domo tua, vel quam possidebas. voluisti cauere de bonis restituêdis: & quòd relinquerentur bona apud te: ego nolui. Respondet, quod ego eas seruabo res si voluero vsq; ad finem processus. secus si ego non fuero præsens: tunc datur alicui seruanda, qui promittet ad diem certam reddere: qui poterit pro ea re in carcerem detrudi si non velit restituere. ¶ Glossa. Ista consuetudo est contra ius, quo nô permittitur creditori sua authoritate pignus inuadere. l. creditor. C. de distract. pign. in l. fin. C. de iure domi. impe. l. creditores. C. de pign. & etiam si ex pacto aliter conuenerit, authoritate tamen præsidis possessionem adipisci debent. cum simi &

Creditor sua authoritate non capit pignus.

Instrumenta guarentigionata. mi.& per tex.& no.in l.si pacto quo pœnam. in fin.C.de pact. licet instrumenta guarentigionata sint huiusmodi effectus, non de iure: sed per statuta & consuetudines: vt dicunt Barto.& Paul.& alij in l. à diuo Pio.§.1.ff.de re iudica.l.1.C.de confes.l.1.ff.de his quæ in testa. delen. Bald. in l.etiam.C.de execu. rei iudi.& dicit Ioann. Fab. in l.si certum.C.famil. hercisc. quòd ista est consuetudo regni Franciæ: quòd de literis contractuum fiat executio sine sententia: cuius rei meminit Boerius,& plura dicit.& vide Pet.de Ancha.in c. canonum statuta.de constitut.& Bartol. in l. cunctos.C.de summa Trini.dicentem, quòd huiusmodi statuta ligant clericos, & executionem paratam habent.

Consuetudo regni Franciæ. Instrumenta habent executionẽ etiam contra clericos.

CAPVT IIII.

Si inter duos de dominio, vel hypotheca sit controuersia, conductor debitam pensionẽ apud iudicem offerendo ac obsignando, prehẽsorum bonorum possessionem recuperabit.

¶ Casus. Erant duo qui dicebant se dominos fundi vel redditus, & vterque fecit executionem in bonis meis: ego nesciebam, cui soluerem. Dicit, quòd ego debeo iudici dare, & consignare debitum: & dabitur mihi res per eos ablata. ¶ Glossa. Ista consuetu. est de iure & æquitate, vt per oblationem & consignationem, de qua sæpe dictum est, quis liberetur: quia in istis habetur pro solu. l. obsignatione. C. de solu. de qua re dixi in feudis. nec est opus omnia sæpius repetere. & tu habes Bart. in l. si rem. ff. de pigno. act. pro hac parte vbi etiam verbalis oblatio sufficit. eundem in l. acceptam. C. de vsu.

Oblatio & consignatio.

CAPVT V.

Si inuecta illataque in conductam domum à conductore alióue præter vectigalis primęui dominum sublata fuerint absque locatoris consensu: is qui sustulit in restitutionem eorum, à locatore compelli in iure poterit ad suæ pensionis trium terminorum, si tot deberi dixerit, securitatem. Ad hęc cogendus conductor erit pro anni sequentis pensione supellectilem inferre.

¶ Casus. Tu conduxisti domum meam, & bona quæ portaueras in eam, fuerunt per te, vel per alium quàm per dominum fonciariũ sublata sine consensu meo. Respondet, quòd is qui abstulit, cogitur eas reponere pro securitate trium terminorum: & præterea conductor debet pro sequentis termini pensione bona in domum ponere. ¶ Glossa. Quia diximus inuecta, & illata esse obligata pro pensione tacitè. Idcirco hic prouidet, si auferantur in fraudem locatoris: vt restituantur & reponantur. argu. l. 1. ff. de his quę in frau. credi. præfertur autem creditor fundiarius. l. 1. ff. qui potio. in pigno. habe. & vide quod remedium detur in casu isto. per Barto. in l. creditor. in quarto princi. C. de pigno.

Restituuntur ablata per conductorem.

Prædiarius creditor præfertur.

CAPVT VI.

Potest autem ædium vectigalísue dominus ea bona ablata persequi, ea que ipse, eiúsue procurator, aut minister vocato apparitore, vel satellite, ac notario, duobúsue in huius locum testibus prehendere, occupare, atque ex alienis manibus sublata reuocare ad illius temporis quod prædictum est cautionem.

¶ Casus. Dicit addendo ad præcedentem, quòd ipse dominus domus vel redditus fonciarij bona illa sublata vocato apparitore & notario, cum testibus vbicunque ea inuenerit apprehendere, vsque ad æstimationem trium terminorum. ¶ Glossa. Est casus in quo licet propria authoritate rem auferre à violento & clandestino: quia vim vi, & dolum dolo licet repellere: tamen est casus in iure non permissus. Sunt enim certi casus in iure expresssi: quibus hoc cauetur: vt in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. credi. & in nocturno de populatore. l. 1. C. quan. lic. sine iudi. in pacto. vt l. 2. C. de pigno. in legatario. & not. in d. l. 1.

An liceat propria authoritate rem auferre.

CAPVT VII.

Caupones, qui vinum panemque minutatim venditant: rei venditæ precium aduersus eos, qui apud illos epulati fuerint, persequi possunt: illísque super mercede creditur vsque ad solidos quinque: modo cõstet eos ab anno illic pastum fecisse, ac solutionẽ domi recusantes spoliare possunt, pignusque auferre, & retinere, donec satisfactum sit. eumq; qui cæteris fugientibus remanserit pro integro epulo retinere ac spoliare: post annum verò eius rei persecutionem non habent.

¶ Casus. Aliquis apud cauponem, vel vini vẽditorem, qui tabernarius dicitur, epulum fecit, quod scotum vulgò appellant, & nolebat soluere. Dicit hęc consuetudo, quòd possunt prosequi precium, & creditur eis vsque ad quinq; solidos: dum tamen constet quòd ab anno citra fecerint illic epulum, seu illic diuerterint, dat eis potestatem spoliandi & diuadiãdi, vt dicunt, eos qui nolunt soluere in domo sua. & vltimus epulonum qui remansit, potest pro omnibus detineri. ¶ Glossa. Habes hic alium casum fauorabilem, in quo

Fugiens capi potest. in quo potest sibi quis ius dicere propter fugam. arg. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cre. interest enim Reipu. vt cauponibus soluatur, quia interest caupones esse, vbi viatores diuertere ac depasci possint. l. nauta. ff. nau. caupo. stabu. & vinum ac panis maximè duo necessaria sunt. vt in Psalmo. Educes panem de terra: & vinum lætificet cor hominis. Habes de vino tex. in l. cum quid. & l. vinum. ff. si cer. peta. in l. iubemus. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. & in titu. de oleo, vino, triti. lega. cum simil. dixi de huius laudibus in Panegyrico. & fauorabilis est alimentorũ causa, nec videtur donasse, nisi sit consanguineus. l. Nesennius. ff. de nego. gest. ca. 1. de infan. & langui. & etiam habes tex. in l. 1. §. pen. ff. de var. & extraor. cogni. de nutriciis petendis. & quomodo stetur iuramento in causa alimentorum, habes Bart. in l. si quis à liberis. §. solent. ff. de alen. libe.

Cauponũ vsus vtilis. Alimenta donari nõ videntur.

In causa alimẽtorum statur iuramento.

CAPVT VIII.

Qui pro eo qui pila luderet, sponsorem se fecit: prior ad soluendũ, quod ludens debuerit, conueniri potest.

¶ Casus. Cum aliqui pila luderent, ego respondi, vel intercessi pro aliquo: & promisi pro eo soluere. Lex dicit, quod ego possum primus conueniri. ¶ Glossa. Hic ludus honestus est, & de iure non vetitus: exercitij enim causa fit. l. item Mela, in princi. ff. ad leg. Aquil. & vocabatur rex qui optimè pila luderet: qui nesciret, asinus. De hoc ludo quẽ dicunt esse regium: & dicitur Carolus octauus, dum pila ludentes in sphæristerio spectat, occidisse. dixi in panegyrico post Pollucem & Græcos autores. Est autẽ hæc constitutio contra Auth. præsente. C. de fideiussor. vbi prius est excutiendus debitor principalis quam fideiussor. & Auth. hoc si debitor. C. de pig. sed sunt multi casus, in quibus non seruatur ille ordo: & ex statuto id fieri potest, vt Bal. scribit in l. mancipium. §. 1. de euict. facit text. & glos. §. argentariorum. in Auth. de fideiusso. & facit quia vt plurimum isti sponsores habent pignus aliquod à ludentibus depositum. vnde creditor potest prius eos conuenire, vt dicit Bald. in d. Auth. hoc si debitor. per glos. in §. sed nec quid. in Auth. de fideiusso. & hic lusus est fauorabilis & honestus, quod vt plurimum exercitij, non auaritiæ causa fiat: in quo non solet esse dolus.

Pila ludus honestus.

Fideiussor secundo excutiendus.

CAPVT IX.

Ciues Aurelianæ vrbis, ac suburbiorum incolę ex priuilegio ciuitatis forẽsium res mobiles ob debitum in ciuitate, aut præsidatu vel primo lapide contractum sistere possunt: etiam si de eo per instrumentum, aut confessionem, vel syngraphum non constet. Exceptione tamen proposita intra horas vigintiquatuor, aliúdue tẽpus à iudice datum saltem vno teste docebit debitum esse creditori.

¶ Casus. Forensis vel peregrinus quispiam debebat mihi pecuniam ex contractu in hoc territorio, vel balliua contracto seu celebrato: ego volui sistere & arrestare eius equos, vel res mobiles, vtrum hoc possim? Respondet quòd sic. etiam si de eo debito non constet literis, sed intra breue tempus docebo de debito. ¶ Glossa. Hoc est priuilegium ciuibus Aurelianis datum, quod est in ciuitatis Archiuo: nec vidi, aut legi, sed eo sæpe vtuntur habitatores vrbis & suburbiorum. quia in fauorabilib. ciuium appellatione veniunt suburbani. l. ædificia. l. quæ in continentibus. ff. de verbo. signi. nec enim hoc iuri conuenit, & per hoc multi viatores vexantur: quorum equi sistuntur & retinentur in ciuitate. sed est priuilegium, & non habet locum nisi in obligationibus & contractibus celebratis in vrbe, etiam si sit promissio simplex. & ita ratione contractus sortitur quis forũ, etiam per detentionem rerum ob priuilegium, quod in legatis principis non obtineret. vide text. in l. 2. §. omnes autem. ff. de iudi. & in l. omnem. eo. titu. est autem contra text. in l. hæres absens. ff. de iudi. vbi scrib. & intelligitur de ciuibus habitantibus ciuitatem, & habentibus in ea domicilium. De quo in consil. Alexan. 16. in volu. 5. & non dico hic: quia materia est nimis frequens. Sed hic est casus sicut præcedentes, in quo propria authoritate licet res alterius sistere cum apparitore publico, qui censetur habere mandatum iudicis. Hic autem dico sistere pro eo quod est arrestare in vernaculo, & vt dicunt, sistere gradum, quamuis aliter in iure sumatur de sistendo in iudicio. Potes huc adducere ea quę Bart. scribit in tractatu Repressaliarum.

Priuilegiũ ciuium de capiendis rebus debitorũ transeuntium.

Legati principis non retinentur.

Ciuium appella. qui veniunt.

CAPVT X.

Maritus ob pensionem vectigálue vxori debitũ velut ædium, dominus potest executionem facere.

¶ Casus. Vxor mea habebat domum, quam locauerat vni sartori: vel habebat redditum annuum super aliquo fundo. Dicit quòd possunt executionem facere. ¶ Glossa. Ratio est, quia prædictum est in titu. de feud. & de donat. de societa. quod censetur dominus rei dotalis, & tutor vxoris. l. doce ancillam. C. de rei vendica. cum similib. licet hic non loquatur in rebus dotalibus, sicut in illa, & in l. vbi. C. de iure dot. dixi plura de mariti potestate in illis locis.

Maritus est tutor vxoris.

CAPVT XI.

Fructus fundi, agríue, aut villæ ob annuam pensionẽ à colono præstan-

 dam,

dam, aut primæuum vectigal à domino sisti ac interdici possunt: item & à marito eius cui debetur, nec cessat interdictio, donec persolutũ fuisse constiterit: idemq; de stramẽtis in pecoris pabulum collectis, deq; sterquiliniis ad stercorandos agros paratis, etiam si literariam obligationem non habeat ad eam agendam. Quod si ea iam sublata fuerint, adhuc inuadere ea poterit, cæterisque potior erit.

¶ Casus. Quæritur de executione quæ fit in fundis rusticis? Respondetur quòd dominus propter suam pensionem annuam: vel is qui habet redditum primæuum super fundo, potest pro eo non soluto interdicere, seu impedire, vel arrestare omnes fructus, donec solutio facta sit. & similiter stramenta, vel fourragia: & sterquilinia seu fimos, & si iam de fundo sublata sint illa, potest adhuc ea prehendere etiam sine obligatione literaria.

CAPVT XII.

Sterquilinia autẽ à colono alióue transferri non possunt: translataque reuocare licet ad agrorum cultum.

¶ Casus. Dicit quòd stercora seu fimi non debent auferri ab aliquo vltra locum: & si translata fuerint, reuocantur: quia illius agri causa parata sunt. Fructus fundi. ¶ Glos. Hæc constitutio dat remedium contra colonos fraudulentos, qui nolunt præstare messem & pensionem domino: & de stercoramentis seu sterquiliniis, de quibus Plinius & Columella, & Varro. tamen hæc forma est aliter tradita in l. litibus. C. de agrico. & censi. vbi est quæstio, quando inter dominum & colonum est controuersia: quòd colonus tenetur cauere de fructibus restituendis, & maior forma ibi traditur. tamen ita succurritur summariè per has constitutiones. & an fructus sint obligati pro pensione, vide Bart. in l. in prædiis. ff. in quibus cauſ. pign. tacit. contrahi. & in l. si seruus communis. §. locaui. ff. de furtis.

Quomodo aduersus colonũ domino succurratur.

Fructus pro pensione obligati

CAPVT XIII.

Licet pluribus eiusdem fundi dominis, aut in eadem domo ius vectigalis habentibus domum totam singulis ingredi, ac pensionis causa omnibus rebus illatis incumbere: nisi ea domus variis cœnaculis, habitationibusque, ac vestibulis distincta sit & separata.

¶ Casus. Eramus duo domini eiusdem domus vel fundi pro indiuiso, vel duo domini fundiarij redditus: vterque volebat facere executionem? Respondet quòd potest. & in eadem domo & in omnibus bonis, nisi esset separata diuersis habitationibus & corporibus. ¶ Glossa. Loquitur propriè quando quis ædificauit domũ in prædium commune plurium, vel in plures fundos, quorũ partem plurimi habent & superficies non est distincta: licet vnicuique pro sua portione bona inuecta capere pensionis, vel locationis causa: secus si domus per cœnacula & habitationes sit diuisa. textus est in l. si diuisa. C. de locato. facit lex si verò plures. ff. de his qui deiece. vel effude. vide huc text. formalem, & glos. in l. 2. ff. de Saluia. interdict. & in l. 1. de migrando.

De domo ædificata in solo plurium.

Fundamẽtũ expressum.

CAPVT XIIII.

Conductor qui soluendo non est, aut qui supellectilem in domum non induxit, quæ duorum terminorum pensioni non sufficiat: expelli poterit per dominum prætore authore.

¶ Casus. Ego locaui tibi domum meam, tu non habebas aliqua bona in illa domo, quæ sufficiant ad pensionem duorum terminorum. Dicit quòd ego habebo facilè à iudice autoritatem expellendi te à domo ¶ Glossa. Hic est aliud, quod de iure cautum non est, vt quis ante tempus expellatur, priusquam aliquid debeat, ob suspicionem, argumen. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. credi. mitiùs tamen agit, quia prætoris aut iudicis authoritatem requirit. Ita misera est paupertas, cuius miseria satis dicta est per Ioan. Fabr. & alios in plerisque locis. vtcunque tamen suspecta est. Interdum prodest, interdum nocet, in testimoniis repellitur: ea igitur fugienda est. facit huc l. si fideiussor. l. sciendum. ff. qui satisdare cogun. l. si creditores. ff. de priuileg. creditorum. l. de creationibus. C. de episc. audien. l. si proponatur. ff. de in diem adiec. vbi in gabella non auditur.

Paupertas misera.

CAPVT XV.

Conductor qui alteri domum locauit eo pacto, in secundum conductorem experitur, quo primus locator & dominus in ipsum potest.

¶ Casus. Ego conduxi tuam domum, & eam alteri locaui: quia nolebam habitare? Respondet, quòd ego eodem iure vti possum, quo primus locator, qui mihi locauit. ¶ Glossa. Rursus dicit quod in primo capite dixerat, & idem de secundo locatore, & vt Bartol. declarat in l. vectigalia. §. fina. ff. de publica. is etiam qui habitationem habet, potest eam alteri locare. l. cum antiquitas. C. de vsu. & habi.

Secundus locator agit vt primus.

CAPVT XVI.

Ob superioritatis iura pensionis ac reddi-

redditus fundi possunt occupari, donec illa persoluantur.

¶ Casus. Dominus census vel feudi pro suis iuribus facit arrestari & impediri pensiones, vel fructus fundi? Lex dicit quòd potest.

Feudi et cēsus domini omnib. præferuntur.

¶ Glossa. Ob superioritatis, id est feudi, vel census: quia isti omnibus præferuntur. l. 1. C. fine censu vel reliquis. & ego dixi in tit. de feudis, & de censi.

CAPVT XVII.

Bona mobilia vendicari à domino suo possunt aduersus quemcunque, exceptione autem proposita penden te lite à iudice possidebuntur.

¶ Casus. Ego inueni bona mea mobilia apud te, vel in manibus tuis: ego feci ea intertiari, & vendicaui ea. quæritur pendente vendicatione quis possidebit? Respondet quòd remanebunt in iustitia pendente processu.

¶ Glossa. Hic dicit quòd si bona mea mobilia ad aliquem peruenerint, possum ea vendicare & petere vt exhibeantur, & vt deponantur apud tertium: vel sequestrentur, & pendente lite apud iustitiam remanebunt. licet sequestratio de iure sit regulariter prohibita de iure ciuili & canonico. vt in titul. de prohi. seq. tamen hic non videtur fieri iniuria, cum in manibus iudicis est. De rei vendicatione hic nolo dicere, cum sit frequens materia. Et datur actori ratione dominij, vel quasi. l. in rem. ff. de rei vendi. contra quemlibet possessorem, vel qui dolo desiit possidere aut detinere. l. officium. cum simi. ff. de rei vendi. & in tit. non traditur hæc forma sequestri.

Sequestratio prohibita.

Rei vendicatio quid requirat.

CAPVT XVIII.

Anni ac quinquennij beneficium quod debitorib. ad soluendū datur, non habet vim, neq; eo quis vti potest in debitis contractis ob interusuria pensionum veterum, quæ ex prædiis debentur: aut ex cōducto aliáve fundi possessione ac fruitione redditúve aut fructibus: item ob nutricia, vel educationem, institutionem puerorū aliorúmve: item ex deposito, ratione, administratione bonorum ecclesiæ, reipublicæ, minorum, prodigorum, mente captorum. Item ob delictum & crimen: ob salaria vel operas ac ministeria.

¶ Casus. Titius debitor meus cum ego eum cogerem soluere, non poterat soluere, & impetrauit annum vel quinquennium à principe ad dilationem. quæritur vtrum indifferēter dari debeat? Responde, quòd non. vtputa pro reliquis seu arreragiis reddituū, vel ex domo conducta vel fructibus aut pensione fundi: ob nutricia, instructionem puerorum, depositum, ob ratiocinia, ob crimina, ob salaria & mercedes & seruitia. ¶ Glossa. Istud est, de quo loquitur tex. in l. vniuersa. C. de preci. impe. offe. vbi princeps potest dare dilationem debitori ad soluendum: & quia illa lex non loquitur de tēpore certo. & Scrib. dicunt esse rationem: quia in mora modici temporis non est graue damnum. & Iaso. super ea re non admodum pertinenter multa dicit. Habes Paul. de Cast. decidentem quòd non debet dari maius quinquennio: aliàs nō valet per l. fi. C. qui bo. cede. pos. in ver. quinquennales inducias. vbi creditor cogitur hoc admittere: vel cessionem capere. Ita Paul. de Castr. scribit in l. 2. Cod. de preci. impe. offe. quod limitatur vt non procedat sine cautione, per d. l. vniuersa. quæ opinio communis est: sicut ea quòd non extendatur ad debitum iuratum, vt illic Iason dicit: & ante eum Alexand. in consil. 38. libr. 3. tamen ego dubitaui propter d. l. fin. quæ non hoc dicit: sed loquitur simpliciter, & est posterior. nisi dicas quòd debet distingui per d. l. vniuersa. quæ de his rescriptis dilatoriis loquitur. multas quæstiones super ea re habes per Cy. in d. locis: vtputa, An teneatur ad vsuras, an præscribat, an prosit fideiusso. quę tu videas cum his, quæ notantur de eo qui ius iniquum impetrauit in l. 3. ff. quod quisque iuris. Casus autem excepti per hanc consuetudinē sunt speciales & fauorabiles. & fecit quod in locato & emphiteosi non procedat: neque in oneribus personalibus quod scribentes volunt in l. cum fructibus. ff. de vsufru. Specu. in titul. de loc. §. nunc autem. versi. 128. & Ioan. And. Ludouic. Ro. in consil. 48. & idem in feudo per Florianum. in d. l. cum fructus. & Iaco. de Beluiso in cap. 1. de vasal. qui contra constitu. Lotha. in gloss. l. incola. ff. ad municipa. In delictis per not. in l. generaliter. de pœnis. quia tunc pœna pecuniaria cōuertitur in corporalem. cum simi. in quibus cessio locum non habet. tamen hic text. non de cessione loquitur: sed de quinquennalibus induciis, quas si quis habuerit, non admittitur ad successionem postea. d. l. fin. C. de cessio. bo. vbi videas quæ scrib. dicunt. Ego enim maximè studeo breuitati, grauissimis lectionib. pressus. Reliqua supplebis. Aduerte tamē vnum singulare: quòd qui talem dilationem impetrauit, ei nocet confessio in libello facta. l. cum precium. C. de libe. cau. l. 2. C. de institu. & substitu. Et quòd non habet locum in debitore ex delicto: tenet Alexan. in l. 1. ff. si cer. peta. ad fi. sed Ludo. Ro. & Phi. Decius illic tenent contrarium, cum beneficia sint extendenda. & plura hic Decius de hac re. quem nuper legi enarrando illum titulum in ordinario post meridiana. & vide Albericum in l. quotiens. C. de preci. dicentem, quòd interea vsuræ non debentur. & eundem in l. lecta. ff. si cer. peta.

Annus & quinquennium.

Cautio requiritur.

Beneficiū quinquennij in quibus nō procedat.

Cōfessio nocet petenti dilationē.

CAPVT XIX.

Si forenses, aut peregrini contractum aliquem, pactum, stipulationem, aut mercaturam fecerint intra vrbem: eiusque rei causa intra horas quatuor ac viginti in ius vocati fuerint coram prætore: ius audire accipereque ab eo ius debent.

¶ Casus. Dictum est superius, quòd forensium res capi & detineri possunt pro debito in ciuitate contracto: nunc dicit quòd possunt vocari coram prætore: & erit eorum iudex. ¶ Gloss. Hic ego forenses dico eos qui foranei etiam dicuntur, & non ciues, aut incolæ, qui tum ratione contractus forum hic sortiuntur: sicut faciunt etiam legati, qui ius domum reuocandi regulariter habent. tum quia vbi mercantias plurimas habẽt, illic domicilium sortiuntur, vt Bart. dicit in l. de iure. ff. ad munici. & illic addit Alex. quod seruatur consuetudo. de forensibus alij Moderni multa dicunt. Est autem (vt nimis crudus non sim) pulchra quæstio in l. fi. C. vbi in rem actio. an si forensis transeat cum equo vel libro meo, possim eum remorari & vendicare rem meam. Azo tradit opi. quam dicit Io. de Pla. in l. cum neque. de incol. C. li. 10. esse magis æquam. licet Bart. aliter sentiat, ꝗ potest. Alij quòd non: sed cogatur ille cauere: in hoc statur cõsuetudini. Hæc satis sunt: alia de hac re prius habuisti: & videas in l. hæres absens. ff. de iudi. quæ est contraria.

Forenses qui dicantur.

An forensis remorari possit.

CAPVT XX.

Si quis in foro suario porcos emerit, emptosque exploratori qui ad linguam probat, tradiderit: isque eos leprosos corruptique sanguinis reperit: emptor eos redhibere potest, exploratori verò pro singulis quinque Turonicos denarios præstari conuenit. Quia si sub linguam nihil extiterit, vnde hic morbus appareat: hique mactati ac euiscerati, tabidi, morbosique videantur, venditor eos recipere debet. Exploratori verò male iudicanti, cum sub linguam lepræ calculi ac grana reperta fuerint: quod ipse nõ dixit, pœna hæc infligitur, vt ipse eos precio venditionis soluto habeat, venditoremq; liberet & emptorem. Emptori quoq; sumptus ob eam rem factos, aut à venditore: aut ab exploratore refundi statuimus. Cum verò emptor id vicium perceperit: eos non auulsa lingua venditori redhibeat: alioqui ne supposita lingua videatur, erit venditor liberatus, & explorator. Exploratoris quoq; officio incumbit morbosi porci auriculam in morbi signum findere.

¶ Casus. Ego emi vnum porcum in foro publico: & dedi eum exploratori qui linguator dicitur, vt videret vtrum esset morbosus, vel leprosus, qui dixit mihi quòd erat: vtrũ possim eum restituere venditori, & repetere precium? Respondet ꝗ sic. Et imponitur hic pœna exploratori male iudicanti, & alia dicit in textu satis clara circa officium linguatoris.

CAPVT XXI.

Exploratores in foro mutuo vades esse volumus; alterumque pro altero teneri.

¶ Casus. Dicit quòd illi linguatores debent vades esse mutuo. i. respondere alter pro altero de officio suo.

CAPVT XXII.

Animaliũ, porcorúmve emptores ad preciũ persoluendum carcere contineri possunt, si intra dies octo à venditore conueniantur: neque illius rescripti annalísve, aut quinquennalis dilationis beneficio iuuari debent.

¶ Casus. Dicit quòd illi qui emerũt porcos, vel alia animalia, possunt pro precio soluendo intra octo dies conueniri, & in carcerem trudi: neque habere possunt aliquam dilationem, etiam à principe.

CAPVT XXIII.

Piscium emptores eadem via preciũ soluere, qua illi, compellẽdi sunt.

¶ Casus. Idem dicit in illis qui emerunt pisces: vt eo modo compellantur soluere precium: sicut illi, qui emunt animalia.

CAPVT XXIIII.

Proxenetæ intercessoresque emptionis ac venditionis faciendæ cuiuscunque rei vendendæ curam susceperint, eam eiúsve precium, si vendita fuerit, venditori restituere per carcerem cogantur.

¶ Casus. Ego tradidi alicui proxenetæ qui facit vendi equos vel alias res ad vendendum. Dicit quòd si non reddat rem vel preciũ, erit incarcerandus. Si quis in foro suario. ¶ Glo. Erat apud Ro. forum boarium, in quo boues cæteraq; animalia venditabantur. Hic autem ponit quædam capita de venditione porcorũ & piscium: & omnium animalium quæ sunt ex bonæ fidei iudiciis: & quia reipu. interest. l. 1. & 2. C. de suariis. libr. 11. & cura eius rei ad præfectum pertinet: vt l. 1. §. cura. ff. de offic. præfec.

Forum boarium.

Forum suarium. præfec.vrb.vbi dicit forum suarium ad eum pertinere. Sunt autem hic certi casus, in quibus etiam fauore reipublicæ quis ad carcerem cogitur. vt in l.nemo carcerem, C.de exacto. tributo. De proxenetis mediatoribusq; emptionum & commerciorum quòd teneantur de dolo & culpa, habes Bartol. in l.1.ff. de proxene.l.aut qui aliter.§.hæc verba ff.quod vi aut clam. & quòd si fecerit fieri cõtractum vsurarium, ad vsurarum restitutionem teneatur. Habes Bar.in l.si sciente.in glo.ff. de partici. An autem eis mediatoribus credatur inuita parte, habes egregie per Alexandrum in consil.153.vol.5.quam sequere: sed Communis videtur quòd sic. De animalibus morbosis venditis quòd redhibeantur, habes in tit. de ædili.edic.& redhi.ff.vbi de variis animalium morbis multa videbis quæ faciunt ad hunc locum: tamen ista forma in iure nõ est expressa. spero plura dicere in Commentariis quos in posteriores C. libros præparo.

(Marginal notes: Carcer. De proxenetis. Morbosa animalia.)

De auctionibus & subhastationibus.

CAPVT I.



VBi præscriptæ res sunt, ac subhastatæ, nisi decreti literæ, prehẽsionis causam sigillatim, aut ꝓpter quas obligationes pensionésue tot annorum facta sit subhastatio: eiusque formam, ritum atque ordinem relationemque satellitum, ac omnem solennitatem contineant, sigillatim nullius rei, nulliusque vigoris esse decernimus.

¶ Casus. Ponit formam literarum decreti, quod est factũ in subhastatione. Debet enim sigillatim narrare causam, nomẽ creditoris, debiti quantitatem, propter quod est res saisita & subhastata: aliàs non valet.

CAPVT II.

Fieri autem debet proclamatio in loco publico eiq; rei addicto, vbi bona eius territorij proscribi solent.

¶ Casus. Dicit, quòd debet subhastatio fieri in loco publico & solito.

CAPVT III.

Debet etiam venditioni executionique præfectus apparitor prehensionem rerum facere, ac earum dominis & possessoribus detentoribusque coram testibus aut notario nunciare. Quòd si nemo dominus possessorúe appareat, vacanti rei curator dandus erit à iudice, iudicísve præcepto libelloque speciali: eiq; præcepto ac commissioni apparitoris relatio annexa alligataque sit quæ doceat: fidemque faciat obseruatum esse proclamationis, ac singulorum terminorum ordinem continuum, omniaque hæc decreti literis inserta sint, vt videatur an interruptio vlla facta fuerit. Si enim vnius diei intermissio, defectúsve vllius solennitatis intercesserit, quicquid antè actum est, reuocatur. nec præsumuntur seruata solennia. Ad hæc proclamabitur res intra octo dies venalis dominica die in exitu missæ parrochialis eius loci, vbi res sita est, edictúmque proclamatorium præ foribus tribunalis eius territorij, cuius est prædium, affigi cõueniens est.

¶ Casus. Dicit, quòd seruiens seu satelles ante omnia debet saisire bona illa quę subhastare vult ad requestam debitorum: & auctioni supponere. & saisinam denunciare dominis, & detentoribus earum coram notario, vel testibus. & si nemo comparcat: dabitur curator rei à iudice, & singulis terminis fiet proclamatio: & inseretur istud relationi seruientis. & quomodo non est omittendus vnus dies: & quomodo affigetur proclamatorium edictum in valuis publicis eius loci, & in parrochia.

CAPVT IIII.

Vacantia tamen prædia quę nemo occupat, procuratoris fiscalis nomine absque curatoris, aut commissarij donatione prehendi distrahique possunt: ac plus offerenti tradi.

¶ Casus. Procurator fiscalis alicuius loci inuenit prædia vacantia sine detentore. Dicit quòd potest ea saisire & vendere per decretũ, vt vacantia, absque eo quòd requiratur curator, vel commissarius.

CAPVT V.

Si ei cuius nomine & causa res alterius hastæ supposita est à debitore alióve eius nomine satisfactũ sit: potest ab illa subhastatione desistere, eiusque respectu cessat.

¶ Casus. Ego feci prostitui & subhastari res tuas pro debito meo: postea tu satisfecisti mihi. Dicit quòd ego possum facere, quòd desistatur à subhastatione.

CAP.

CAPVT VI.

Eo verò desistente alius, qui se opposuerat auctioni iure hypothecario in eius locum surrogari debet: vt peragatur eo volente subhastatio, si debiti sui, aut hypothecæ fidem prius apud acta fecerit.

¶ Casus. Limitat præcedentem, quãdo erat alius qui iam probauerat debitum suum, & se opposuerat subhastationi.

CAPVT VII.

Is cui res auctionis iure est adiudicata, eam à se abdicare ac deserere potest, soluto tamen auctionis, quam fecerat, precio: id est, eo quod ipse licitatione obtulerat: oneribusque ex eo prædio debitis à licitationis tempore ad desertionem.

CAPVT VIII.

Adiudicatio ex decreto facta feudariis ac censuariis dominis nõ præiudicat: nisi quo ad laudimia & commoda iam debita atque elapsa: quæ perdunt, vbi se decreto nõ opposuerint.

¶ Casus. Ego in subhastatione obtuli precium pro prædio: & mihi fuit adiudicatum & decretum, postea volui pœnitere, & relinquere ipsum. Dicit quòd non possum, nisi soluendo precium quod obtuli, & arreragia debita à tempore adiudicationis: & dicit postea quòd domini feudarij & censuarij debẽt se opponere subhastationi: aliàs perdunt suã commoda: sed non alia iura. De auctionibus ac subhastationibus. ¶ Gloss. Hic est bonus titulus & iuridicus, quem ego totum cõiunxi: quia fere vnam rem prosequitur, & maximè solennitatem & formam subhastationis faciendæ. Ego aliqua dicam necessaria.

Subhastatio quid sit.

Primò subhastatio, quæ auctio dici potest, est venditio rei in publico, vt Bart. declarat in l. licitatio. ff. de publicanis. & in l. 1. C. de iure hastæ fiscalis. C. libr. 10. vbi Ioan. de Plat. docet, quî differat à licitatione. fit autẽ hoc modo ex Bart. doctrina, vt publice preconis voce fiat notum, vel edicto quicunque vult emere talem rem, veniat intra octo dies coram talibus in tali loco ad promittendum, & plus offerenti dabitur: vt in Authenti. hoc ius porrectum. C. de sacro. eccle. l. 1. C. de iure hastæ fisca. Ista sunt Bartol. verba quæ conueniunt illi consuetudini, quæ est hic, quæ habet in parrochiis: quibus Græci parœcias dicunt. & ita melius diceretur fieri debere proclamationem, & per edictum describi in loco vbi

Proclamatio.

exercetur iurisdictio, vt omnes sciant. Secundo quæritur quantum tempus. Bartol. dicit in rebus ecclesię fisci, minorum requiri & viginti dies. l. si tempora. Cod. de fide instru. & iure. libr. 10. in aliis arbitrio venditorũ. Sunt quædam regiones, in quibus fiunt tria edicta, vt in iudiciis de iure: alij aliter obseruãt. in hoc standum est stylo & consuetudini: eique quod fieri solitum est, de qua re hic nihil statuit. Quod autem debeat fieri præsente persona publica & officiali publico: vt hic de apparitore. est text. in l. fi. Cod. noua vectig. vbi Bald. cuius forma non esse leuis solennitatis debet, Bald. quem videas in l. ordo. C. de execu. rei iudi. Et vide circa id quod hic dicitur de eo cui res est adiudicata, quòd nõ possit eam deserere, nisi soluendo. Ita tenet Bald. & Paul. de Castr. in dict. l. licitatio. vbi videas quæstionem de duobus licitatoribus, quorum secundus non est soluendo. Item quia in primo capite & aliis dicit, quòd in decreto debet esse descriptio ordinis seruati. adde quod solennitas ista præsumitur, vt egregiè concludit Alexan. in consil. 30. in volu. 5. contra hunc text. & ita tenuit Bal. in l. fi. C. de præd. mino. tamen alij tenent contra. & præcipuè Moderni per l. quæcunque. §. fin. ff. de Publicia. & quia istæ solennitates extrinsecæ non præsumuntur, nisi probentur, per Doct. in l. sciendum. ff. de verb. obli. & ad vitandã fraudem hæc constitutio bona est, vt Ang. egregiè in §. fin. Institu. de fideiusso. Item tu limita egregie hoc statutum, quòd plus offerenti res tradatur, non procedere, quando esset facta adiudicatio iustè. sed nimis modico precio, & læsio est in dimidia iusti precij: quia duplo plus debebatur. l. 3. C. de iure fis. not. in d l. 1. de iure hastæ fiscalis. faciunt no. per Barto. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. vide consilium integrum Paul. de Castr. in consil. nouis, in consi. 462. de auctione ista quæ subhastatio dicitur. habes multa per scrib. in variis locis quæ non refero. Habes Cice. dicentem, Bis iam vidimus hastam in foro ponere: & bona ciuium subiacere voci præconis. & Sueto. in Cæsare, Amplissima prædia auctionibus hastæ minimo addixit. est enim auctio ab augendo dicta per augmentum precij, & addictio dicitur adiudicatio: sicut addictio in diẽ. Possem multo plures quæstiones proponere in materia subhastationis: quas inserui commodè in tit. de fide instru. & iure hastæ fisc. C. libr. 10. vbi in l. quæcunque dicitur sub actione licitanda: & legendum auctione: quia res decernitur augẽdi in licitatione. Habes etiam quòd hic loquitur de scriptura publica, quæ contineat formam decreti: text. contrarium, in l. & si instrumenta. C. de fide instru. quæ loquitur quando emitur à fisco. esto his paucis contentus: quia textus & substantia satis clara est: nec possum omnia hoc libro complecti.

Præsente publi. persona fieri debet subhastatio.

Licitatorẽ deserere et desistere.

Solennitas non præsumitur.

Renocatur adiudicatio ob modicitaté precij.

Cicero.

Sueto.

Auctio.

Addictio.

Scriptura publica requiritur in subhastatione.

De exe-

De executione instrumentorum ac sententiarum.

CAPVT I.



INstrumenta omnia obligatoria regio sigillo alióve Authentico, ac publico laicæ iurisdictionis signata, pacatam executionem habent: manusque iniectionem aduersus obligatum.

¶Casus. Loquitur de instrumentis & literis obligatoriis, quòd habent paratam executionem, si sint signata publico, vel Authentico sigillo laicæ iurisdictionis in bona obligati. ¶Glos. Hæc instrumenta sigillata sunt maioris authoritatis: quia insinuata dicuntur, vt dicit Pau. de Ca. in consil. 63. in nouis. & ad laicos notarios spectat instrumentorum confectio: vt ibi dicit, quòd est no. pro consuetudine quæ dicit, quòd ecclesiastici non faciunt instrumēta hypothecaria, de qua ipsi cōqueri solent: sed etiam spectat ad alios. Et an requiratur signum, vel sigillum in instrumēto? dicit Bart. in Rubr. ff. veteris: quòd statur consuetudini. Est autem in Italia consuetudo frequens, ꝙ instrumēta guarentigionata habeāt executionem paratam. per ea enim fit præceptum obligato, & hæredib. eius vt soluant: & bona sunt obligata, & subdita executioni per tale præceptum. vt Pau. de Ca. scribit in consil. 67. in antiquis. Limitatur autem per Bar. in l. proinde. §. fi. ff. ad l. Aquil. vt intelligatur de liquido: secus si non est liquidum. vtputa, promisisti emendare damnum, & non apparet quantum sit: adeundus erit iudex, vt declarat quantum sit, nō vt condemnet. ita debet intelligi l. 1. C. de senten. quę sine cer. quāti. pro. ita Bartol. in l. eleganter. ff. de condict. indebi. per illum text. & in l. 1. de eden. late Bart. in l. 2. C. de execu. rei iudi. Non autem intelligas sublatam esse per hoc statutum exceptionem, vel oppositionem: vtputa solutionis, acceptilationis, aut aliàs: quæ differt, aut impedit venditionem rerum: quia statutū non dicit, non obstante exceptione: quanuis statuta Italiæ hoc dicant. de quibus habes subtilem disputationem Io. de Imo. in l. fi. ff. à qui. appel. lic. vbi facit quinq; aut sex columnas de istis instru. plura in seq. dicturus sum. Hanc autem consuet. esse in toto hoc regno, dicit dominus Boërius, & eam exponit. vide notanda de instrumentis habētibus paratam executionem, per Bald. in l. ad probationem. la 1. C. de proba. & Decium in l. cum quid. ff. si cer. pet. & Car. pulchrè in l. vinum. eo. tit.

Instrumenta sigillata.

Instrumenta guarentigia.

Liquidum debitum.

Exceptio non est sublata: quia de iure naturali est.

CAPVT II.

Nuncius habēs instrumentum obligatorium, potest executionem facere in obligatum ad eam rem instar creditoris: & tanquam ipsius hæredumque procurator lites, quæ super ea re fient, prosequi.

¶Casus. Ego tradidi literas obligatorias alicui nuncio vel satelliti. Dicit, quòd potest facere executionem sicut ego: & meo nomine litem prosequi tanquam procurator. ¶Glo. Solet in illis instrumentis apponi hęc clausula, quòd quicunque tulerit illas literas obligatorias, possit facere executionem, vt ei soluatur: & fit præceptum tale obligato & hæredibus eius. & quandoque hic vocatur nuncius, aliquando apparitor: quandoque executor, per quem fit executio. vt in l. executorem. C. de execu. rei iudi. l. apparitores. C. de appa. lib. 12. eiq; & eius relationi creditur: vt dictum est in tit. præce. & de iure: & quomodo credatur, habes per Io. de Plat. in l. apparitores. C. de exac. tribu. lib. 10. tamen per ordinationes regias secus.

Præceptū soluendi instrumento fit.

CAPVT III.

Omnis executio morte obligati cessat & expirat, nisi hęreditate iacente: vbi nemo hæres extat vel apparet. Tunc enim executioni subiacent mobilia, creditoris tamen hæredes in obligatum executionem facere possunt: ea est enim lex semper apud nos obseruata, vt mortuus in viuum executionem faciat, non econtrario.

¶Casus. Titius erat mihi obligatus in centum sub sigillo regis, ipse mortuus est. ego volebam virtute literarum mearum facere executionem contra hæredes eius? Respondet quòd non possum: tamen hæredes mei bene possunt contra obligatum facere. ¶Glo. Ista cōsuetudo est cōtra ius, & contra id quod dicebam de instrumentis guarentigionatis: vt contra hęredes obligati fiat executio. bona enim sunt obligata, & hæredes repræsentat personam defuncti. saltem ergo fieri debent pro hæreditariis portionibus. l. pro hære. C. de hære. ac. Tamen facit quòd Pau. de Castro concludit, quòd in illis instrumentis executio non fit, nisi contra obligatos in eis. l. ad probationem. C. de proba. ligat tamen hæredes debitoris, vt dicit. Item adde huc, quia fauorabiliores sunt hæredes reorum. Item facit text. in l. in summa. §. fin. ff. de re iudi. in argu.

Contra ius est vt hæredes executionem nō patiantur.

Fundamentum consuetu.

CAPVT IIII.

Literæ quibus ad annuam pensionem obligatur quis, seu perpetuū primęuumque sit vectigal, seu aliud propensionis præteritæ interusuriis executionem secum trahunt: nisi sit tempore personalis actio præscripta.

¶Casus.

¶ Casus. Ego eram tibi obligatus ad redditum annuum,& declarauerам hypothecam. tu debebas mihi arreragia : ego volebam te per executionem molestare. Dicit quòd possum,nisi tu meum debitũ præscripseris: quia intra tempora non petij. ¶ Glossa. De istis vectigalibus dixi sæpius vsque ad nauseam. & de præscriptione habuimus titulum. Dicit autem Barba.in Rubr.de re.eccle.non alie.de instrumentis guarentigionatis & hypotheca, quod habent executionem paratam.habes suprà quo tempore personalis actio præscribatur in præscriptionibus.

Hypotheca habet executionẽ paratam.

CAPVT V.

Contra tertium rei obligatæ possessorem in bona ipsius mobilia, executio fieri non potest, sed interdici pensiones ac fructus pendentes eius rei specialiter obligatæ possunt: nec eorum possessionem fiduciariam habebit reus, nisi spõsorem dederit qui in debitum quod constiterit esse, vel in fructuum prehensorum ęstimationem fideiubeat.

¶ Casus. Tu debebas mihi aliquid pro quo domus tua erat mihi obligata. Dicit quòd si tu eam non detineas: sed alius, puta conductor.ego non potero facere executionẽ in bonis eius, sed impedire seu arrestare pensionẽ, aut fructus debitos: nec interim ipse reus ea habebit vel possidebit, nisi det aliquem qui referat manum plenam. ¶ Glossa. Istud est quod Pau.de Castr.dicit & disputat latè in d. consi.67. vbi ait ista instrumenta habere executionem contra eos tantum qui sunt obligati in eos & eorum hæredes. non autem cõtra tertium detentorem vel possessorem,quibus non est factum præceptum guarentigiæ:quia istud est speciale præceptum, quod non extenditur vltra ea quæ in contractu descripta sunt,l.non omnis.ff si cer.pet.& confessio facta per vnum vel aliquos aliis non præiudicat, neque eos obligat ad executionem Bald. in l.etiam.C.de execu.rei iudic.multas quæstiones facit super his instrumentis, quas videto.limita hoc ca.per c.si creditor ob debitum.infrà.eo.

Tertius nõ patitur executionẽ paratam.

Confessio vnius aliis non præiudicat.

CAPVT VI.

Fundi dominus aut veterẽ pensionem habens, aliúdve ius in re, traditione, diuisione, aut licitatione quæsitum:item ex locato potest ipse,eiúsve procurator, aut nuncius etiã absq; obligatoriis literis,aut iudicis authoritate bona mobilia in eo fundo reperta per executionem occupare ob tres elapsos terminos duntaxat, eritque lite pendẽte bonorum possessor.

¶ Casus. Hic enumerat quosdam, qui possunt sine literis obligatoriis facere executionem per se, vel nuncios suos, vel procuratores ob tres terminos: vt dominus fundi, vel antiquus creditor qui fonciarius dicitur, vel habens ius in re, & erit pendente lite possessor. ¶ Glossa. De his superius dictum est in tit.de executionibus ex conducto. quòd hæc consuetudo est contra ius quòd propria authoritate fiat sine literis & sine iudicis præcepto.contra l.fi.C.de iure domi.impe.l.1.C.de vendi.pigno.

Contra ius est quòd quis sua authoritate capere possit.

CAPVT VII.

Emptor bonorum auctione addictorum cuiuscunque conditionis sit carcere ac celeri summariaque rerum suarum venditione ad soluendum cogi potest pro eo precio & debito, quo se emptorem bonorũ constituit. Neque ad vllam exceptionem admittendus est, nisi solutionẽ à tempore emptionis fecisse dicat. Tunc autem vel carcerem non exibit, vel precium aut pignus iustum obsignabit, nec anni vel quinquennij beneficium aut cessionis impetrabit.

¶ Casus. Docet quomodo emptor bonorum per decretum compellitur per carcerem rerum suarum distractionem soluere precium, nec habet exceptionem nisi solutionis, nec quinquennium vel cessionem. ¶ Glos. Vidimus de hac re superius, & emptor bonorũ se vadẽ facit. Et de solutione opposita dicunt vbique Doctores, quòd solutionis exceptio admittitur: vt Paul.de Castr. in d. consil.63. esset enim contra naturalem æquitatem, vt dicit Ioan.de Imol.in d. l. fina. ff.à qui.appel. lic. quæ dictat neminem cum aliena iactura locupletari. De carcere, an quis pro debito possit incarcerari, Bart.in l.sacrilegij.§.cum eo.ff.ad l.Iul.pecu.dicit, Aut quis est debitor fisci, & potest ob contumaciam d. §. & l. nemo carcerem. Cod.de extrac. Aut est debitor priuati.tunc si est condemnatus,potest.l.1.C. qui bo. cede. pos. Item si est contumax in iudicio.§ si verò,in Authent. de exhi.re.l.consentaneum.C.quo.& quando iud.Item si pacto se ad carcerem obligauerit.not.in l.ob æs. C.de actio.de iure autem,& de honestate debet prius fieri excussio bonorum, vt d. Bart. in l.3.§.tutores.ff.de suspec.tuto.quanuis aliter obseruetur. Ego insuper hoc putarem quòd quanuis non habeat beneficiũ anni vel quinquennij: per hoc non sit sublatum beneficium cessionis, per quod à carcere liberatur: vt in l.1.& fi.C.qui bo. cede.pos. sed expresse hic sublatum est. & dicas esse potius ꝙ debitor fisci non potest cedere.l.2. C. de extract.tribu.Bar.in d l.sacrilegij.& in l.1. ff.de cessio.bono.& habes gloss.singu.ex opinione Ange.

Exceptio solutionis.

potest quis se ad carcerem obligare.

Debitor fisci cedere non potest.

Vilis et pauper nō gaudet priuilegio. Ang. in Auth. de here. & falci. in ver. substantiam. quòd si sit statutum quòd nemo possidens apothecam posit capi personaliter: is qui habet apothecam vilem non gaudeat.

CAPVT VIII.

Bona cedentis prehensa per executorem auctioni subiicienda sunt illico, ac sine vlla solennitate in loco vbi solet hasta figi.

¶ Casus. Ego cessi bonis. Dicit quòd bona mea sunt capienda & saisienda per executorem illico, & summariæ auctioni hac subhastatione subiicienda. ¶ Glossa. In odium cessionis quæ præiudicat creditoribus hoc seruatur, vt illico bona veneant: & si capta sint, nondum tamen vendita vel addicta, possunt à cedente per pœnitentiam reuocari, non tamen sine solutione. l. 3. & l. quem pœnitet. ff. de cessio. bon. quæ lex non requirit solutionem, sed defensionem. illud enim verbum, Cedo, reuocari potest re integra. l. 4. & l. quātitatem. C. de his qui bo. cede. pos. quę lex requirit oblationem in verbo inferre paratus es, & intelligas realem in istis ponderando illud verbum inferre. *Reuocatur cessio per pœnitentiam.*

CAPVT IX.

Debitor ex contractu, promissione, obligatione verborum, aut in scriptis si decesserit: eiusq; hæredes extra territorium Aureliani præsidatus habitare domiciliumq; habere dicātur: licet creditori in bona quæ hic sita reperiet, manum iniicere, tenetq; iniectio donec in totum satisfactum sit. Quòd si de eo debito per literas non constaret, essetque aduersus iniectionem, exceptionem exceptio aliqua obiecta: dabitur creditori breuis dilatio ad debitum probandum.

¶ Casus. Titius debebat mihi centum ex aliquo contractu, ipse mortuus est cum haberet aliqua bona in hoc territorio. hæredes autem eius non habitabant in hoc bailliuiatu. Dicit quòd ego potero saisire bona quæ hic inuenio, & si de debito non constet per literas, ego intra breue tempus probabo debitum.

¶ Glossa. Ratio est, quia vbicunque sint, obligati sunt pro hæreditariis portionibus, tamen bonorum possessores pro hypotheca vel pignore tenentur insolidum. l. pro hæreditariis. C. de hæred. act. & ratione contractus celebrati per se vel prædecessorem quis sortitur forum. l. hæres absens. cum illic notatis. ff. de iudi. l. 2. C. de iurisdi. om. iud. & ne creditor habeat necesse persecutionem debiti facere personaliter contra forenses, incumbet bonis, si quæ sunt in territorio. Facit quia in his quæ sequuntur naturam cōtractus, inspicitur consuetudo loci contractus: in his quæ ex mora veniunt, secus. l. si fundus. ff. de euic. l. 1. ff. de vsu. per Bart. tamen hic dubium facit, quia non loquitur quando bona erant hypothecata: sed fit propter periculum. argum. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau. credi. faciunt notata per Barto. in l. 1. C. de bo. aucto. iud. posi. & in l. quæro. ff. de solut. & in l. de iure. ff. ad munici. & hæc omnia fiūt, vt occurratur malignitatibus & subterfugiis hominum. *Hæres sortitur forū.* *Locus contractus.*

CAPVT X.

Operarij qui messem collegerint, ac, vt dicitur, debladauerint: aut messem terra vel flumine transuexerint ob salarium mercedemq; operarum: frumentum ipsum, currus, equos mercimonias, ac cætera debitorum bona in solutionem manus iniectione possunt occupare. Quòd si occupationem debitor impugnauerit, inficiatusque sit debitum: breue ad probandum spacium creditori à iudice dabitur: aduersus alios autem, quam eos qui locauerint, actionem non habēt operarij.

¶ Casus. Ego conduxi operarios ad faciendum messem meam, & portandum eam, vel traducendum in alium locum: nolebam eis soluere suam mercedem. Dicit quòd possunt occupare, & arrestare illa omnia bona, & currus & equos debitorum: sed non habent actionem contra alium, quàm eum, à quo sunt conducti. ¶ Glossa. Ista est causa fauorabilis, vt istæ operæ quæ necessariæ sunt ad vitā hominum celeriter mercedem consequantur: vt operarij pauperes viuant. Multi enim sunt operarij, messis verò pauca: & *Operariis satisfaciendum.* *Quæ actio ad operarū mercedem datur.*

Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas.

Petitur tamen ex locato actione istud, vt in l. Titio. ff. ad munici. per Bart. & toto titulo de locato. Sed putarem de vindemia idem statuendum quod de messe. per l. 1. ff. de feriis. tamen hic nihil est.

CAPVT XI.

Si duo creditores in debitoris bona simul ierint: eiusdemq; conditionis sint ac priuilegij, præfertur is qui prior res abstulisse dicetur illi qui nihil abstulit: sed interdictione facta apud debitorem reliquerit.

¶ Casus. Erant duo creditores fonciarij, vel eiusdem priuilegij: vterq; bona mea saisiuit, quis præferatur? Respondet, quòd præfertur ille qui prius abstulit res illi etiam qui prius saisiuit: sed non abstulit. ¶ Glossa Hæc consuetudo videtur iniqua, cum inducat occa-

Rixarum occasio tollenda. sione rixarum & iniuriarum, seu violentiæ. dicit enim Bar. ꝙ non valet potestas data parti ad violéter posidendũ, & est contra l.cum vnus.& per tot. ff.de bo.auct.iud.pos.sed pos sidentis conditio cæteris paribus, potior est.

CAPVT XII.

Si manus iniectio executione geminata sit ex eodem debito, ac inter eosdem: postrema nullius momenti est, nisi prima decisa terminataq; prius fuerit.

¶ Casus. Ego feci executionem in domo tua pro debito bina vice, quæritur vtrum secunda valeat? Respondet quòd non: donec prima fuerit euacuata. ¶ Glossa. Potest enim geminari arrestum, ꝙ dicitur manus iniectio & executio, quãdo bona quę soluendo non erãt, primo loco prehensa erant, & postea petuntur alia, vel fortè prima ritè facta non erat: tunc debet prima determinari & euacuari, antequam secunda admittatur: quia qui bis idem exigit, non auditur. l. qui bis. ff. de verbor. obliga. cum similibus. & vide scri. in l. 1. C. de iudi. pro hac materia, quia sæpe de hac executione & manus iniectione dixi, quæ nõ sunt repetenda. *Geminatũ arrestum.*

CAPVT XIII.

Si creditor ob debitum personale aliud quam pensionis domus, aut veteris vectigalis prehendat, tollátue per executionem, mobilia quæ debitoris esse asseuerat: & quispiam tertius ea ad se pertinere dicat, executionem remorabitur, atque audiendus erit, eiusque rei fides fiet iureiurando istius & debitoris. Nam si vterque iurauerit bona ista esse opponentis, sine fraude soluetur executio: habebitque ille tertius possessionem ac manum illorum bonorum.

¶ Casus. Titius erat mihi obligatus ex debito personali alio quàm propter locatum domus & primæuum redditum. ego in domo eius repperi quædam mobilia, & ea cepi pro executione: venit quidam tertius dicens illa mobilia esse sua & non debitoris? Respondet quòd est audiendus, & iurabit ipse cum debitore vtrum sit sua & sine fraude, tunc restituentur ei. ¶ Glo. In materia huius constit. habes Bar. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. & Inno. in c. veniens. de testi. à quibus traditur hæc distinctio. Quandoque fit executio in re petita. aut illa res à nemine possidetur: tunc quilibet tertius veniens impedit executionem. arg. in l. fin. C. de edic. diui Adri. tol. d. c. veniens. de testi. Si verò res illa non vacabat, sed ab alio erat possessa: tunc tertius veniens non impedit execu. sed cauebitur de identitate possessori. l. is à quo. ff. de rei vendic. Si verò fit missio in alia re, quam quæ sit petita, vt pro pecunia, in qua quis est debitor: tunc debet summariè cognosci, & sic missionem potest quilibet impedire: vt d. §. si super rebus. & hic. vnde iuramento debitoris & opponentis creditur summariè ad leuandam manum, licet postea probatio in contrarium admitteretur: vt illic not. per Ioan. de Imol. Nam quando agitur personali mera, vt hic quilibet opponens impedit executionem in re non petita. ratio est inquit Bart. quia de iure illius rei nunquam fuit cognitum. De quo per Lud. Rom. consi. 69. in fin. plura Moderni dicunt in d. §. si super rebus. *Tertius potest impedire executionem.*

CAPVT XIIII.

Instrumenta per alios confecta, quam per secularis curiæ notarios, executionem non trahunt: nisi ex priuilegio quod Debitis appellatur.

¶ Casus. Dicit quòd instrumenta facta per laicos notarios habẽt executionem paratam: ea verò quæ fiunt per notarios apostolicos, vel curiæ ecclesiasticę non habent, nisi per virtutem Debitis ex priuilegio. ¶ Glossa. Dictum est in cap. 1. ꝙ ista regula de executione parata in instrumentis guarentigiæ vel confessis, intelligitur de his, quę cõfecta sunt per notarios secularis curiæ. In his enim regula intelligitur, non in alia curia, quando in materia executionis paratæ, quæ est de iure speciali laicorum: vt dicit Pau. de Cast. in consil. 63. & Bar. in l. diuo Pio. §. sententiam: non fit extensio ad curiam ecclesiasticam: & multa habes differentia inter has curias: vt de exceptione non numeratę pecuniæ. compensationis & reconuentionis de quibus inferiùs cauetur. Huc vide quæso, Bart. in d. §. sententiam, in fin. ibi secundum consuetudinẽ Thusciæ notariis conceditur. dicam alia in c. contractus. hoc tit. infr. priuilegiũ istud est quod vocatur Debitis, omnibus practicis notum & commune ex priuilegio. pro quo faciunt notata in Auth. habita. C. ne fil. pro patre. *Notarij curiæ ecclesiasticæ.*

CAPVT XV.

Sententia lata in eum qui loco alterius in ius successit, litemque suscepit tam ob sortem, quàm ob expensas litis: & in eum in quem lata est sententia, & in eum cuius nomine subrogatio facta est, executioni mandari potest. excusso tamen prius litis successore condemnato.

¶ Casus. Ego vocatus à te in guarentigiam suscepi litem pro te, lata est sententia contra me & fui condemnatus: quæritur contra quẽ possit executio fieri? Respondetur. quòd potest contra vtrumque, sed prius contra me excussione facta, qui condemnatus fui. *Sententia contra successorẽ executioni mãdatur.*

¶ Glossa:

¶ Glossa. Habes de hac re text. in l. si is. & in l. is qui se obtulit. ff. de rei vendi. vbi videas gl. d. l. si is. quæ adducit l. etiam. §. penulti. ff. de petit. hære. tamen ibi aliud cauetur quòd potest (quanuis is qui se obtulit liti, sit condemnatus) nihilominus agi contra possessorem, & contra illum, cuius loco surrogatus est. quod hic non dicitur: nisi prius excusso eo qui est cōdemnatus. hoc ideo, quia fiunt multæ fraudes in istis surrogationibus, & est condemnatus nomine suo: vnde potest prius excuti, imo debet, per l. Plautius. ff. de procu. & ille tex. loquitur, quando in rei vendicatione constabat istum, qui se obtulit, non possidere: sed alium, cuius nomine facta erat surrogatio. in quo propter l. qui seruum. ff. de actio. & obligat. in verbo nisi in id quod amplius competit, agatur, quòd ista verba sonāt: excusso tamen prius condemnato: dicas, aut se obtulit, vt deciperet actorem, vt fit sæpè. tunc procedit lex, si is qui se obtulit aut ad defensionem rerum: tunc procedit l. qui seruū. vt Bart. voluit in d. l. si is qui opponit. de leg. si quis dolo. ff. de re iudicata. & dicit, quòd si quantitas debita soluatur à quocunque, liberatur debitor. secus si species certa debeatur: vt late Bar. in l. quotiens. ff. si fami. furt. fecisse dicatur. l. nec vllam. ff. de peti. hære. §. pen. quod cadere potest in materiam tit. de alien. iudi. mut. cau. facta.

Distinctio in eo qui se obtulit liti.

CAPVT XVI.

Sententia declaratoria hypothecæ aduersus possessorem, etiam post annum quandiu fundū vectigalem possidebit, executionem trahit.

¶ Casus. Ego habui sententiam declaratoriam hypothecæ contra te possessorem & detentorem fundi. Quæritur, quandiu in vim huius sententiæ potero contra te executionem facere? Respond. quòd quandiu tu detinebis. ¶ Glossa. Hic dicitur aduersus possessorem fundi obnoxij parere executionem, quia pignoris persecutio de iure semper est aduersus possessorem. l. pignoris. ff. de pigno. Hic autem intelligit, cum fundus aliquis debet mihi annuam pēsionem, seu vectigal, quę dicitur renta & peto, vt possessor declaret mihi, & fateatur se debere illam rentam ratione fundi, quem possidet. ita enim loqui oportet, vt Practici intelligant. ego obtinui sententiam declaratoriam hypothecę, per quam declaratur, mihi deberi hypothecam. hæc sententia potest semper contra detentorem domus vel fundi mandari executioni. quia est onus reale, quod rē sequitur, & contra quem libet possessorem procedit. §. in rem. Insti. de act. l. 1. & per totum. ff. de pigno. acti. l. 1. ff. si ager vectiga. etiam vltra annum, quo solet sententia executioni mandari.

Pignoris persecutio.

Familiaris declaratio. Fundamētum.

Onus reale rem sequitur.

CAPVT XVII.

Testamentorum executores, vt pecunias, quæ ad postremæ voluntatis executionem desiderantur, integras habeant: intra annum, ac diem debitores, vel literis, vel sententia obligatos defuncto persequi, ac eorum bonis incumbere vsque ad testamenti quantitatem possunt.

¶ Casus. Dicit facilè, ꝙ executores testamentorum possunt pro complemento testamenti facere executionem contra debitores testatoris, vel literis, vel per sententiam obligatos. ¶ Glossa. De his executoribus hic libet plura dicere, quàm omninò ad rem sit necesse: sed quia sæpe commodo est: & est materia frequens & plena lucri. Primo itaque quæro, qui possint esse executores? Dico ex not. in cap. Ioannes. de testamen. quòd tam clerici quàm laici possūt: imò etiam religiosi. c. fi. de testa. libr. 6. quamuis nonnulli limitent in piis causis: sed semper est pia causa, exequi voluntatem defuncti: & tolleranda est consuetudo, inquit Barbat. quæ patitur clericos esse executores testamentorum, licet aliquo pacto per hoc à diuinis distrahantur: patet, quia legitimi executores sunt Episcopi. l. nulli. C. de episcop. & cler. l. omnes peregrini. C. communi. de succesio. Secundò quęro, An sit officium necessarium, ad quod possit quis compelli? Dico, quod est voluntarium, etiam si ad pias causas fit, vt not. in dict. cap. Ioannes. Si autem expresè vel tacitè gerendo aliquid susceperit: tunc cogitur ad peragendum Episcopum. per d. ca. Ioannes. siue sit eis aliquid relictum, siue non. & potest cogi. vt voluit Io. Andr. & Specu. in tit. de instrum. edi. §. nunc verò. per cap. sede vacante. Quæro tertiò: an executor possit agere contra hæredes: vt fiat executio. & habeat bona. Ista quæstio fuit latè disputata. & videtur quòd possit agere per d. l. nulli & dicit Sali. esse magis communem apud cano. quem reprehendit Barb. quia pręcipua pars cano. tenet contrarium. & hoc per l. Lucius. §. Mæuia. ff. ad Trebelli. vbi dicitur quòd nō potest exigere: sed si gratis ei detur, vt distribuāt, debent distribuere. Sed melius est, & magis obseruatum, vt possint agere & contra hæredes & contra alios debitores, vt in hoc tex. facit tex. in l. 1. ff. de administ. tuto. vbi tutor agere potest: ita executor qui æquiparatur illi, vt volunt cano. in d. c. Ioannes. & gl. in l. tutela. ff. de tut. facit, quia sua interest, per §. si verò expressum. in Authen. de hære. & Falci. ergo habet actionem. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. & intra annum. c. nos quidem. de testam. & nomine suo. non autem legatariorum. ita Iaco de Areti. & Bal. in d. l. nulli. & Moder. in d. c. Ioannes. Quæro quartò, an possit cogi ad satisfaciendum inuentarium, & reddēdas rationes. Dic ex mente Io. Andre. ad Spec. in d. §. nunc verò. quòd tenetur facere Inuentarium, non vt teneatur vltra vires hæreditarias, si non fecerit: sed vt reddat

Executores testamentorum esse qui possunt.

Executoris officiū an sit necessarium.

Executor an agat cōtra hæredes.

Executor an cogatur reddere rationes.

reddat rationes: nisi testator dixerit, quòd exequatur omnia pro conscientia sua. gl. sing. in ca. statutum. §. assessorem. de rescript. in 6. quam illic Dominicus multum commendat. Quæro quintò, an teneatur cauere de exequendo? Communis est, quòd non: vt tenet Hostien. in d. cap. Ioannes. & Bart. in l. diuus. ff. cui plus quam per leg. Falci. Sunt aliæ multæ quæstiones, quas egregiè videas apud cano. in d. c. Ioannes. Sed ad materiam huius consuetudinis dicas, quòd de iure non datur ista potestas capiendi bona debitorum: sed conceditur, quia fauorabilis est, & pia causa executionis. per dict. §. si verò expresßim. Communis est autem, quòd executor non posßit alienare, aut distrahere bona defuncti pro executione: nisi testator dixerit. l. alio. vbi Barto. egregiè. ff. de leg. & ego alibi superius dixi. & de hac re Cy. & Bal. in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler. Dicit autem Bald. quòd si testator mandauerit pauperes puellas maritari, cuius arbitrio sit discernere de paupertate, quod est arbitrio executoris, per l. Theopompus. ff. de do. præl. qui si male arbitretur, ad iudicem recurri debet. per l. 1. ff. de leg. 2. & Bal. in l. paupertas. ff. de execu. tut. dicit, quòd intelligitur de illis etiam, quæ possunt se nutrire: sed non habent pecunias vnde dotentur. quod est no. Et nota q̄ hic cedit à die mortis tempus. quod Bal. limitat in piis causis tantum. & nota etiam quòd Barb. in d. c. Ioannes. post multa concludit, quòd si sint plures, & omnes sint absentes vel impediti: dempto vno, hic solus potest.

Executor an teneatur cauere de exequẽdo.

Executor non põt distrahere bona defuncti.

Executoris arbitrium est in dubiis sequẽdum.

Quæ sint pauperes puellæ.

Quid in executoribus impeditis.

CAPVT XVIII.

Contractus omnes, omniaque instrumenta per notarios spiritualis curiæ confecta: ius hypothecę, ac executionis secum non trahunt.

¶ Casus. Dicit iterum, quòd contractus & instrumenta facta manibus notariorum ecclesiasticorum non habent executionem paratam neque hypothecam. ¶ Gloss. Quia sunt notarii etiam in curia spirituali & ecclesiastica, & hi solent de quibuscunque rebus rogati instrumenta conficere: dubium est hic, an instrumenta eorum secum trahant hypothecam & realem executionem: quod erat tacitè decisum in primo capite, iuxta illud dictum Pau. Castr. in consil. 63. quòd instrumenta ista guarentigiæ solent per notarios laicos confici. & iterum dictum erat in ca. instrumenta, & quòd non habeant hypothecariam obligationem, quæ realis est. dicas esse: quia iudices spirituales non solent de realibus: sed personalibus causis cognoscere, vt per Iacob. de Aret. in l. 2. C. vbi in rem actio. cum ibi notatis. & in c. si clericus. de fo. compet. Hic autem pro toto titulo declaro tibi, quòd tabelliones seu notarij ab Imperatore, vel summo pontifice, rege, aut aliis habentibus ab eis potestatem, creantur, vt dicit Inno. in c. cum P. tabellio. de fide instru. vbi multa Moderni de hac re. & in ca. per venerabilem. qui fil. sint legiti. Specu. in titu. de instru. edi. §. restat. ver. sed quis potest. Instrumentorum autem duæ species sunt, vt colligitur ex dictis scrib. Publicum & priuatum, quia de publicis superius dictũ est: statim de priuatis dicetur. Publicum est cui de iure vel consuetudine (vt Innocen. dicit) plena adhibetur fides: vt in eo quod manu notarij scriptum est vbicunque. l. gesta. C. de re iudi. l. quoniam contra. de probat. Item in scriptura sigillata publico, vel Authentico sigillo episcopi, principis, vel simili. c. scriptura. de fide instrum. c. 3. loco. de proba. & post cesßionem. eod. titu. & aliis modis vulg. de qua hic loquitur. de priuata postea mox dicetur.

Ratio cur notarij spirituales nõ conficiant instrumenta hypothecaria.

Tabelliones à quib. creari posßint.

Instrumentorum duæ species.

CAPVT XIX.

Vbi à lege pœna imponitur: mulieribus dimidia tantum insligenda est.

¶ Casus. Hic est priuilegium mulierum, q̄ de omnibus emendis, & pœnis pecuniariis à lege & iure impositis non soluent, nisi dimidiam. ¶ Glossa. Ratio huius regulæ potest esse bona ob sexus fragilitatem: quia iuris ignorantia in istis excusat mulieres: non autem in lucris captandis text. est in l. iuris ignorantia. C. qui admit. ad bo. pos. vnde bene hic temperatur de dimidia. Aliud de muliere dicam: postea dicam de mulctis. nam mulier non potest capi pro debito in causa ciuili, vel etiam fiscali. l. 1. C. de offic. diuer. iud. Quod Ioan. de Imol. egregiè in capit. lator. de pigno. limitat. & est locus singu. non procedere in criminalibus, in quibus ait esse recurrendnm ad dispositionem Authen. nouo iure. de custo. & exhib. reo. C. vbi potest capi mulier pro crimine: sed non debet incarcerari: sed tradi custodienda in aliquo monasterio: intellige fœminarum, non virorum, quia periculosa est huiusmodi custodia, & commixtio sexus. hodie autem de consuetudine seruatur aliud: nam ponitur in locũ, & carcerem separatum à viris, & in carcere hominum. Secundo limita ꝓcedere in muliere honesta. d. l. 1. ita voluit Bal. in l. consentaneũ. C. quom. & quando iud aliud, inquit, in muliere turpiter, & luxuriosè viuente. arg. §. fi. in Authen. de restitu. & ea quæ Pa. glo. in d. l. consentaneum ita loquitur. quod sublimitat Ioan. And. in Specu. in titu. de iniu. & damno dato. quando illa mulier turpis esset coniugata, & maritũ haberet. gaudet enim hoc priuilegio. facit l. si vxor nõ fuerit. §. diuus. ibi: nec qualecunque matrimonium. ff. de adult. Item declara prædicta per Salice. in Authen. matri & auiæ sing. dum dicit, quòd si mulier filij tutelam susceperit, & omni legum auxilio renunciet: regulariter capi non posßit: tunc tamẽ potest quòd Bar. ipse ante eum dixit in l. si quis sub conditione. ff. de testa. tute. quod dictum impugnat Barba. in d. ca. lator.

Mulieres in pœnalibus excusantur.

Mulier nõ potest pro debito capi.

Mulier in criminalibus capitur.

Mulier turpis.

Mulier turpis coniugata.

Mulier filij tutelam gerens capi potest.

Pœna & mulcta in quo differunt.

Hæc

Hæc de mulieribus satis. de mulcta autem & pœna quæ differunt: quia in tex. dixi, pœnam esse, quę à l. imponitur. Bart. in l. si qua pœna. ff. de verbo. sign. optimè docet differentiam. Vbicunque enim à lege communi, vel statuto pœna imponitur pro delicto nominato: vt est homicidium, furtum, adulterium: tunc est propriè pœna. si verò pro alio innominato: vt pro contumacia, clamore, aut simili: tunc est mulcta. Strictè autem mulcta dicitur extraordinaria, quæ iudicantis arbitrio infligitur. l. 3. §. pe. ff. de crimi. stel. l. aliud est fraus. §. inter mulctam. ff. de verbo. significa. Ordinariæ autem dicuntur pœnæ, quæ habent à iure certam limitationem, seu sit corporalis, seu pecuniaria: in quibus non potest iudex procedere diminuendo vel augendo: nisi ex magna causa. l. 1. ff. ad Turpil. Doct. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. ex quib. cau. in fa. irroga. hic tamen limitatur per consuetudinem vel statutum. & not. quod Barbat. in d. c. lator. dicit in istis circa mulieres esse standum consuetudini & statutis terrarum. Plura de mulcta nõ est opus dicere, nec de pœna. quia text. hic est clarus, quòd loquitur de ordinaria imposita à lege, vel statuto loci. alibi etiam dixi pulchram decisionem de muliere quæ personaliter capi non potest pro debito. habes per Iaso. in l. si ego. in secunda limitatione. ff. de rebus credi.

Ordinaria pœna.

CAPVT XX.

Clerici presbyteri, laiciq; cum ad syngraphum agnoscendum apud laicum iudicem vocantur: illic super ea re forum sortiuntur: vt agnoscant, quòd sua manu scriptum, signatúmue, aut suo sigillo pressum est.

¶ Casus. Ego vocabam aliquem, siue clericum siue laicum coram prætore laico ad recognoscendam suam schedulam. Respond. ꝙ hoc casu tenetur venire, & cognoscere, vel negare. ¶ Glos. Habes de iure, quòd clerici & presbyteri non tenentur venire ad forum iudicis laici. c. significasti. de foro compet. imò non possunt renunciare priuilegio. tamen sunt causæ quædam exceptæ, vt reconuentionis ad allegandum priuilegium, & similes, de quibus Scriben. in c. at si clerici. de iudic. & hic casus continet æquitatem per nota. in Authen. contra qui propriam. C. de non nume pecu. vlteriusque non procedit condemnando vel præcipiendo.

Clerici nõ possunt renunciare priuilegio fori. Rõ legis.

CAPVT XXI.

Chirographum scripturáue priuatorum cognita, confessaque, aut probata manus iniectionem habet: debitoremque ad quantitatis descriptę obsignationē cogit: quiquidem laico iudici subditus sit. nec prius aduersus executionem excipere quippiam, aut obiicere potest. Quod si debitū conditionale esset, eaque res causæ cognitionem exigeret: erit auditis rationibus partium in iudicis arbitrio obsignationem præcipere aut remittere.

¶ Casus. Loquitur de priuata scriptura, per quam ego fateor me debere Titio centum, si sit recognita, vel confessata, aut probata: & per comparationem literarum habet executionem priuatam cõtra me, nisi sim clericus: nec potero aliquid excipere contra executionem: nisi debitum sit conditionale, quo casu iudex ex causa coget me ad consignandum, vel non. ¶ Glossa. Habes tex. de hac scriptura priuata quomodo probetur per comparationem literarum, in l. scripturas. iunct. Authen. sequen. C. qui po. in pign. habe. De hoc autem statuto & consuetu. habes quòd Ange. in l. cum antiquitas. C. de testa. dicit esse tale statutum in Italia, quod scriptura priuata, scripta, vel signata, vel sigillata manu priuata: mandetur executioni, & dicit statutum procedere, etiam si per alium scripta sit: vel per eum scripta. idem in l. si ita. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obligatio. ait esse consuetudinem hanc Florentiæ. quod tamen dictum extensiuum ad scripturam per alium factam, & signatam manu debitoris reprobat Andreas Siculus in c. si quis presbyterorum. de rebus eccle. non alie. sed prima est melior, & obseruata, & ita Scribentes tenent communiter: quia sunt multi qui nesciunt scribere: & faciunt signum suum, vel habent sigillum.

Scriptura priuata.

Scriptura priuata executioni mandatur per statutũ

CAPVT XXII.

Soli Parisienses, Aureliani, atque Montipessulani tabelliones extra suũ territorium instrumenta, & per vniuersum Franciæ regnum conficere possunt, idq; ex priuilegio veteri.

¶ Casus. Quæritur, vtrum tabelliones possint facere instrumenta vbique? Respondetur ꝙ non. nisi sint Parisienses, Aurelianenses, aut de Montepessulano. ¶ Gloss. Istud est de iure & priuilegio speciali in hoc regno cautum: quia est etiam certus numerus notariorum: & extra territorium non possunt regulariter sicut nec iudices. Vide Felinum in ca. qui scripturam. de fide instrumen.

Vbi notarij possunt instrumentari.

De possessoriis iudiciis.

CAPVT I.



FVndi, iurísue corporalis, aut incorporalis possessio anno ac die acquiritur, nõ vi, non clam, non precario ab aduersario possidendo. Cuius rei causa possessor ad possessionis suæ tuitio-

tuitionem interdictis retinēdæ ac recuperandæ, cæterisq; possessoriis remediis vti potest. inque probata ea quam prædiximus possessione, cũ tueri aduersus turbatores prætor debet.

¶ Casus. Quæritur, quo tempore acquiratur possessio fundi, vel iurium corporalium vel incorporalium? Respondetur, quòd acquiritur anno & vno die posidēdo ab aduersario: non vi, non clam, non precario. & si ego turbatus sim: possum intentare interdicta possessoria. & si probauerit talem possessionem sibi fuisse datam: iudex debet eum defendere in sua possessione. ¶ Glossa. Declarat quo tempore quis possessionem nanciscatur ad hoc, vt interdictis se tueri posit: & statuit annum & diem: & postremum actum posidendi, quia vel nunc posidet, vel nuper posidebat. satis est enim, vt Scrib. vbique volunt, in l. si de vi. ff. de iudic. in l. naturaliter § nihil commune. ff. de acquir. poss. cum similibus. si quis probet media & extrema: non quòd continuo fuerit in fundo. Interdicta ista multiplicia sunt: de quibus gloss. magistra. in cap. pastoralis. de causa poss & proprieta. Barto. in l. 1. ff. vti posidetis. & in l. naturaliter. §. nihil commune. Alexand. & alij in d. l. si de vi. Hic autem præcipuè loquitur de interdicto retinendæ, vel vti posidetis: & recuperandæ quę vocantur à legibus regiis querimonia nouitatis & saisinæ, vt declarat Ioan. Fab. in §. retinendæ. Institut. de interdict. Primò, inquantum hic loquitur pro quibuscunq; rebus mobilibus, immobilibus, & incorporalibus: breuiter dicas, interdicta directa dari pro immobilibus: vtilia pro incorporalibus, & pro iuribus seruitutum & iurisdictionis: & pro mobilibus datur, Vtrobi. ita scrib. in locis communibus. l. 2. §. Pompon. ff. de seruitu. l. 1. vtrobi. & ista verba, non vi, non clam, non precario, ab aduersario ponuntur in l. 1. C. vti posid. & declarantur illic per gl. magnam. & no. in l. is qui destinauit. ff. de rei vend. Hic autem tota vis est in probandi modo. fit enim variè. Primò, si probauerit se eo anno collegisse fructus. l. Titia, ff. de solu. l. 2. C. de acquir. possess. Item si probauerit se habitasse domum locatam ab aduersario, vel soluisse pensionem, aut similia. vt Bartol. in l. quamuis. §. conductor. ff. de acqui. possess. & l. qui vniuersas. cod. titu. Interdictorum materia subtilis à plerisque satis tradita est.

Possessio extrema requirit.

Interdictorum species variæ.

Pro quibus rebus dantur interdicta.

Probatio possessionis

CAPVT II.

Laicus decimę possessionem anno dieque potest acquirere, eaque possessione vti, si legitimè infeudatam fuisse docuerit.

¶ Casus. Quidam laicus volebat capere & exigere decimam super aliquo fundo. quæritur quo tempore? Respōdetur, quòd potest ponere se in ea possessione per annum & diē, dum tamen doceat esse debitè infeudatam.

¶ Glossa. Hæc materia est, an laicus posit decimas præscribere & posidere: quia ius canonicum videtur planè id prohibere: prohibet enim possessionem: ita à me ex variis autoribus colligetur. Primum text. in ca. causam quæ. de præscript. determinat non posse, nec præscribi, nec posideri tanquam ius spirituale, neq; vllo tempore, nec ex consuetudine, vt vult Panor. in c. fin. ver. 5. de consuetud. & ad hoc est tex. in c. ad hæc. de decimis. quoniam sanctuarium Dei iure hæreditario posideri non debet. facit ca. apostolica. 8. quæst. 1. expressus tex. in cap 1. 16. q. 7. facit c. quamuis. expressum. de decimis. & c. prohibemus. eo. titu. & glo. ordi. in d. c. quamuis. Cum ergo non posit posidere decimas laicus: sicut nec alia iura spiritualia: concluditur non posse præscribere, id est, sine possessione. de regu. iur. Limitatur hæc conclusio, quòd laicus nō posit prę scribere ius decimandi, & exigendi decimas, vt ei quærantur, non ecclesiæ: quia potest, si ex priuilegio Apostolico ei concessæ fuerint: vel maioribus suis, vel per Ecclesiam in feudum datę ante concilium Lateranense. cap. prohibemus. cap. quamuis alleg. cap. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. Et hic requiritur, quòd doceat de infeudatione legitima. Nam de iure communis est quod docere debeat: nisi duo concurrant. Primum, quòd immemorabili tempore possederit tanquam vasallus ecclesiæ, & sic quod doceat de aliquibus inuestituris obtentis ab ecclesia vel episcopo, & se ac maiores suos fuisse inuestitos, vt vasallos de ipsis decimis, licet post concilium & hoc sufficit: quamuis non doceat de prima inuestitura obtenta ante concilium, tunc enim non esset vllum dubium. Ita Panor. in d. cap. cum apostolica. referens ita tenere Ioan. Andre. Alterum est, quòd requiritur fama, quòd eas habuerit ante concilium, & ista est legitima probatio. quæ opinio est magis æqua, alioquin sequeretur, quod ob probandi penuriam, & difficultatem laicus perderet semper ius suum: & hæc probatio est admodum difficilis, & sæpe quæstio est de hac re etiā ad gladium. Et in hoc varię sunt sententiæ. Aduertendū est autem, quòd Lateranense concilium celebratum fuit ab Alex. 3. Senensi, vt Ioan. Andr. refert. anno incarna. domini mille. centesimo septuagesimonono. quamuis in hoc numero variatum sit ob mendas librorum, & fuit aliud concilium decimale sub Innoc. quæ res nuper egregiè ab eminentis doctrinæ viro Ioan. Brunello collega nostro fuit explicata. Hostien. autem tenet contra laicum, quòd ei incumbat onus probandi fuisse concessas ante cōcilium, vel post authoritatem Papæ. tum quia ecclesia est fundata de iure communi contra laicum, tum, quia non potest posidere, aliisq; rationibus quas tradit in d. c. cum apostolica. Secundo, Ioan. Andre. ex communi intellectu (vt Anton. exponit) tenet quòd sufficit probare possessionem

An laicus posit decimas præscribere.

Ex priuilegio laicus decimas posidet.

De quibus docere debeat laicus

Fama probat.

Quomodo gladio decisa.

Lateranense concilium

sessionem immemorialē, vt prædixi, nec requiratur titulus nisi allegatus, vt Ant. voluit. & ita Ioā. de Imol. declarat eū qui dicit, quòd præsumptio est pro eo, & vi præsumptionis acquirit. quando vero esset recens, & non antiqua possessio, vt hic de anno, esset probādus legitimus titulus, ita intelligatur Hostiēsis. & ita Alber. tenet, ꝙ in dubio quando tāto possedit, pręsumitur iuste titulū habere. Ita tenet Alex. in cons. 6. vol. 1. Ita pulchre sentit Barba. in consi. 35. vol. 2, & dicunt esse communem, quicquid teneat Felin. In qua re video quosdam laicis, alios clericis fauisse: vtcunq; sit, ista est magis communis, ꝙ nulla famæ probatio sit necessaria, neque aliud quàm illa tanta possessio cum allegatione tituli. Fallit contra laicum, contra quem alius laicus præscribit ius decimandi, etiam tempore communi, 10. vel 20. anno. vt Felinus in d. c. causam.

Cōmunis opinio

Laicus contra laicū præscribit

CAPVT III.

Oppositio turbationi interruptionísve æquipollet.

¶ Casus. Titius possidebat fundum meum, ego me opposui. dicit, quòd ęquipollet interruptioni, & etiam turbationi oppositio.

¶ Glos. Ista est ciuilis interruptio quæ fit per appositionem, vel citationem, vel litis contestatio. quæ æquipollet interruptioni, vel turbationi de facto corporeo. l. cum notissimi. §. sed & si quis. C. de pręscript. 30. anno & hoc in possessione longissimi temporis, quæ est mere odiosa. vt illic not. in fauorabili, secus quæ per litis contestationem non interrumpitur. Et præscriptio longi temporis quæ est iusta, interrumpitur per litis contestationem facta coram iudice competenti, l. more. C. de rei vendi. Ista est vulgaris doctrina Bar. & Panor. & cano. vbiq; qui de aliis specieb. latius differunt. Tu autē nota in hac materia, quòd etiā procedit in præscriptione statutaria: puta, statuto cauetur, quòd creditor post decennium non possit debitum petere. nam istà cū sit mere odiosa, citatione sola interrumpitur, vel alio æquipollēti. Ita scribit Ang. post Bar. in l. 2. §. si rem. ff. pro emptore. & in l. in omnibus. ff de diuer. & tempo pręscrip. Ita tenet Alex. & Iaso. in l. fi. ff. de eo per quem factū erit. & est communis. quòd limitat Sali. in l fi. C. de præscrip. 30. anno. quem reprobat Claudius de Seisello. repeti. l. naturaliter. & vide gl. in d. l. cum notissimi. §. sed & si quis. quæ tradit plures alios modos interrumpendæ præscriptionis. & Sali. ibi, & Panor. in d. c. illud. Hic tamen loquitur de oppositione extraiudiciali, seu denunciatione. quod æquipollet. istud est contra opi. glo. Bart. & cōmunem in l. alienam. ff. pro emptore. & Inno. in ca. olim causam. de censi. qui dicit quod non interrumpit, nisi in casibus in iure expressis. tamen facit pro ea text. in l. si fundum. C. de rei vendi. vbi constituit malam fidem. Videas egregie propositum in cap. sollicitudinem. de appella. & ęquipollet turbationi vt detur cōtra opponentem querelam.

Interruptio ciuilis

Interruptionis species.

Statutaria præscriptio quam interruptionem requirat.

Oppositio extra iudicial.

Text quadratus.

CAPVT IIII.

Pro mobilibus querela non datur.

¶ Casus. Ego volebam intentare querelam, vel interdictum pro re aliqua mobili: cuius possessionem petebam, vel restitutionē. Dicit quòd non possum. ¶ Glossa. Dictum est de hoc in cap. 1. quòd non datur vti possidetis, sed datur, vtrobi. & hoc satis est illic expeditum, & per l. 1. ff. vtrobi. dātur ergo aliæ actiones, vt rei vendicatio: actio in factum, ad exhibendum condictiones & similia.

Quæ actiones pro mobilib. dantur.

CAPVT V.

Vtilis fundi dominus sine domini feudalis censualísve, aut primæuæ hypothecæ consensu, lapidicinam in eo fundo facere, lapidésve fodere atque auferre non potest, nisi vt illic ædificet: eiusq; rei causa dominus interdictis agere potest, nisi fundus ille ad lapidicinas destinatus sit: inq; ea re vsufructus consistat.

¶ Casus. Ego habebam in fundo, quem fundum, vel censum tenebam, lapidicinas quæ dicuntur petrariæ: volebam effodere, & vendere aliis lapides. Dicit quòd non possum sine consensu domini directi vel fonc[illegible] nisi ædificando pro me in illo fundo: & nisi esset in illa re vsufructus, vel vtilitas tota fundi.

¶ Glos. Ratio est, quia debet vti frui arbitrio boni viri: nec deteriorare debet locum: deterioratur autem per lapidicinas, nisi sit in ea re fructus: sicut in aurifodinis & cretifodinis. & facit ad literam text. in l. si ex lapidicinis. ff. de iure dotiū l. diuortio. §. si vir in fundo. & §. si fundus. ff. solu. matrimo. vbi maritus non potest tollere, & vendere lapides ex fundo dotali: nisi sint in fructu. facit lex venditor. §. si constat. ff. commu. prædio. aliquid per Cæpolā in tracta. de seruitu. rustico. prædio. Extra hunc numerum additæ sunt quædam cōsuetudines per decuriones ciuitatis: sicut de restitutione aduersus contractum de actione ad exhibendum, & exceptione non numeratæ pecuniæ sublatis. quæ res est contraria iuri, vt satis notum est: nec opus est declaratione, aut commentario, cum non habeant magnam rationem. Tu bone lector, ignosce homini occupato, & æqui boníque consule. sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura quæ legis hic: aliter non fit amice liber.

Lapidicinæ deteriorem faciunt.

Finis Aureliancnsis consuetudinarij.

l 4 LES

LES COVSTVMES DES BAILLIAGE ET PREVOSTE DORLEANS, ET RESSORS DICEVLX.

Lesquelles danciennete ont este vulgairement appellees Les coustumes de Lorryz, pource que Lorryz est vne des chastellenies dudict bailliage, ou elles furent lors redigees par escript.

LE PREMIER CHAPITRE.



Vng vasal peut vẽdre son fief, ou partie dicelluy, sans le consentement de son seigneur de fief. Et est tenu le dict seigneur de fief de receuoir en foy & hõmaige lachepteur dicelluy fief, ou partie dicelluy, en payant le quint & requint denier, & autres proffitz, saucuns sont deubz audit seigneur de fief. Toutesuoyes il ny a point de requint, sinon que en vẽte il soit expressement dit & contenu, que le pris & sort principal dicelle vente soit franc denier au vendeur. Ou quel cas de deniers francz au vendeur y a quint & requint denier, que lachapteur est tenu payer.

II.

Vng vasal peut vendre, ou constituer rente sur son fief sans le consentement de son seigneur de fief. mais ledict seigneur de fief nest tenu receuoir en foy & hommaige lacquereur de ladicte rẽte, se bon ne luy semble. Et aussi ledict seigneur de fief ne peut contraindre ledict acquereur de luy faire la foy & hommaige dicelle rente.

III.

Et quant le seigneur de fief exploictera son fief, sur lequel a este vendu ou constitue rente par son vasal. icelluy seigneur de fief exploictera entierement sondict fief, sans payer ladicte rente ainsi constituee: sinon que au parauãt elle eust este infeodee.

IIII.

Vng vasal peut bailler a cens, rente, ferme, ou pension, son dommaine a vies, tẽps: ou a tousioursmais, en retenãt a luy les foy & hommaige. Et ny a en ce faisant le seigneur de fief aucun proffit. Toutesuoyes quant ledict fief cherra en proffit, le seigneur qui naura consenty & infeode ledict bail, pourra exploicter entierement son dict fief.

V.

Le seigneur du fief chastellain peut auoir par puissance de fief le fief tenu a cause de sadicte chastellenie, quant il est vẽdu pour le pris quil aura este vendu dedãs quarante iours, apres les offres a luy faictes par lachepteur, en payant par ledict seigneur de fief les loyaulx coustz & mises. En faisant lesquelles offres, ledict achapteur est tenu demonstrer & exhiber audit seigneur chastellain, sil en est requis, les lettres de son contract. Et ne sera tenu ledict vasal querir ledit seigneur chastellain, que iusques a dix lieues pres de sondit chastel, & dõmaine dont est mouuant le fief, pour luy faire lesditz foy & hommaige.

VI.

Tant que le seigneur dort, le vasal veille. Qui est a dire, que iaçoit que ledict vasal ne soit en foy, neantmoins peut iouyr de sondit heritaige, & faire les fruictz siens, iusques a ce quil soit somme, ou empesche par ledict seigneur de fief.

VII.

Quant ledict seigneur de fief na point dhomme, par ce que son vasal a vendu, transporte, ou autrement aliene son heritaige tenu en fief, ledict seigneur peut incontinent saisir lheritaige tenu de luy en fief. & icelluy exploicter, & en prendre, & faire les fruictz siens, iusques a ce quil ait homme, & quil ayt este paye de ses deuoirs & proffitz de fief.

VIII.

Se la foy fault du coste du vasal par mort, lheritier a quarante iours apres le trespas dudit vasal pour aller faire ses foy, offres, & deuoirs enuers son seigneur de fief. Et plustost

stost ne se peut exploicter ledict fief par ledict seigneur de fief.

IX.

Iurisdictionis diffinitio. ordi. in l. 1. eo. tit. ff. dicit, quòd iurisdictio est potestas de iure publico introducta: cum necessitate iuris dicẽdi, & æquitatis statuendę. & sub ista iurisdictione, in genere sumpta comprehenditur imperium, quod subdiuiditur in merum & mixtum. *Imperium.* At imperium simpliciter sumptum, est iurisdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur. *Merum imperiũ, maximum imperiũ, maius imperium.* Merum autem imperium est iurisdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur, vel per actionem, publicam vtilitatem principaliter respiciens: sub quo sex sunt gradus. nam est maximum imperium, maius, & magnum: quoddã est paruum: quoddam minus, & quoddam minimũ. Imperij quippe maximi est, condere legem generalem, & supremo principi & senatui competit. vt l. 1. de consti. ff. & l. non ambigitur senatum ius facere posse. ff. de legi. Idq; & præfecto pretorio etiam competit. Maioris siquidem imperij hæc sunt. potestas animaduertendi in facinorosos homines, cum vita adimitur, vel membrum absciditur: vel si vita ciuilis etiam adimatur, vt quia libertas perditur. Item missio ad perpetuos carceres, vel ad pœnam, quæ quandoq; fit ex consuetudine. licet de iure nostro id fieri prohibeatur, vt tradunt Doct. in l. ob æs alienum. cum Authentica ibi posita. C. de actio. & obli. & l. incredibile. C. de pœnis. & l. aut damna. §. solet. ff. de pœn. tunc talis missio in perpetuos carceres esset meri imperij maioris, cum talis missus æquipareturin metallum damnato, vt d. §. solet. secundum eum Barto. ibidem Innocentium referentem, in cap. qualiter & quando. extra, de accusationibus. *Missus in perpetuos carceres damnato in metallũ comparatur.* Magni verò imperij est, ciuitatis perditio: veluti cum fit alicuius hominis facinorosi deportatio. Parui sanè imperij est relegatio, & corporis acris afflictio: cum tamen quis affligitur in corpus ad pœnam, non ad veritatem criminis eruẽdam, sicut fit in tortura reorum. Minoris porro imperij est modica corporis coertio, omnibus magistratibus competens, vt l. magistratibus. de iu. om. iud. ff. in Auth. de defenso. ciuita. §. audiens. & l. Leuia. de acc. ff. Minimi verò imperij est leuis multa, seu coertio, quę fit ad vindictam maleficij vel facinoris. Et cum in titulo nostro minimus rusticarius merum imperium non habeat: siue consideretur in maximo, maiori vel magno, siue in paruo, minori, minimo: Ideò decurrendum est ad mixtum imperium, quod *Mixti imperij diffinitio & diuisio.* sic diffinitur à art. Mixtum imperium est iurisdictio quæ officio iudicis nobili expeditur, priuatam vtilitatem respiciens. Cuius etiam sex sunt gradus. nam quoddã est mixtum & maximum, quoddam maius, quoddã magnum: quoddam paruum, quoddam minus, & quoddam minimum. Sed de his gradib. tractim videamus, sicq; sigillatim rimando cognoscemus, quæ iura habeat infimus iusticiarius. Maximi ergo imperij mixti, est veniæ ætatis datio, quę à solo principe conceditur. l. 2. C. de his qui ve. æta. impetra. arrogationi fiendæ authotitatis interpositio, infantis emancipatio. l. fin. de emanci. l. libe. Maioris autem imperij mixti, est circa sententiam ex supplicatione facta cognitio. hęc enim aut principi, aut præfecto pretorio competit Authen. quæ supplicatio. cum ibi traditis. C. de precib. impe. offe. Magni vero imperij mixti, sunt in integrum restitutio, in possessionem missio ex secundo decreto. Mixti quidẽ imperij parui, sunt ea quæ cum plena causæ cognitione fiunt. vt dare bonorum possessionẽ, quę tribuunt ius, pronunciare de mittẽdo in possessionẽ ex secundo decreto, interponere autoritatem alienationibus, & alimẽtorum trãsactionib. & de istis nihil ad bassum iusticiariũ spectare videtur. Minoris autẽ imperij mixti, sunt quæ iudicis officio nobili expediuntur, priuatam vtilitatem principaliter tamen respicientes, & summariam cognitionẽ requirentes. At imperij mixti minimi sunt ea, quę iudicis officio nobili expediũtur absque causæ cognitione, vt interponere authoritatem emancipationi & manumissioni. & ista de consuetudine videntur concedi mediocri iusticiario: vt infrà titulo primo, articulo finali. basso autem iusticiario minimè, nisi per quandam necessariam consequentiam: vt, cum in materia retractus minoribus agentibus de curatore prouidetur. & emancipatio ibidẽ celebratur. Nec de his mireris: nam quædam conceduntur consequenter, & incidenter, quæ non conceduntur principaliter, Doctores in lege (vulgata) quotiens. de iudic. C. cum similibus. *Iurisdictio strictè sumpta quali ter diffinitur & diuidtur.* Nunc igitur operæprecium est ad iurisdictionem strictè sumptã descendere gradatim, quæ sic diffinitur: est iurisdictio quæ officio iudicis mercenario expeditur, priuatam vtilitatem respiciens. Et ista materia tractatur copiosissimè per Bartol. in l. imperium. ff. de iurisdi. omni. iudic. & per tot. titul. Et post eum Paul. de Castr. & nouissimi scribentes. *Gradus iurisdictionis.* Cuius quidem iurisdictionis etiam sex sunt gradus. Nam quædam est iurisdictio maxima, quędam maior, quædam magna, quædam parua, quædam minor, quædam minima. *Maxima iurisdictio.* Maxima est in qua vertuntur causæ magnæ præiudicij: vt liberales status, ingenuitatis & libertinitatis, quæ dicuntur præiudiciales. *Maior.* Iurisdictio maior est illa, in qua vigore sententiæ latæ super aliqua actione potest veniri ad cruciationem corporis: vt cùm quis non potest soluere, & oportet eum in corpus luere, quod euenit cùm pœna procedit ex delicto, vel venit applicanda fisco secundum doctrinam Iasonis. in l. si quis id quod. de iurisdictio. omnium iudicum. ff. & Docto. in l. fina. ff. de in ius vocando. & l. quicunque. C. de seruis fugitiuis. *Magna.* Iurisdictio magna est, quę ascendit summam trecentorum aureorũ, quæ quidem summa statuta est. quod solummodo cõpetit maioribus magistratibus, vt in Authenti. de defen. ciuita. §. iudicare. *Parua.* Parua sanè iurisdictio est illa, quæ est infra trecentos aureos. *Minor.* Minor est de

Minima. est de centum, vel simile. Minima est, in qua plus expéderetur, si ordo iudiciarius obseruaretur, quam emolumentũ consequeretur, & in istis potest summatim procedi, in Auth. de mand. princi. § sit tibi. quæ tibi traditur per Scrib. in Auth. nisi breuiores. C. de sent. interlo. om. iu. Ex istis igitur gradib. patet ad sensum, ꝙ infimus iudiciarius habet minores, & minimas iurisdictiões strictè sumpta, seu considerata causa vel exercitio illarum. Et quanuis hos gradus faciat ibidem Bart. tamen quinq; gradus in cõsuetudine habemus, scilicet Baronem, vel gradum baroniæ. Castellanum, siue gradum castellaniæ. Altum iusticiarium, Mediocrem, & Infimum. *Gradus iurisdictionis secundum consuetudinem sunt quinque.*

¶ Sequitur in textu.

Prendre amendes, &c.

¶Est ergo verum quòd emendæ possunt capi à basso iusticiario vsq; ad 7. solidorum, sexq; nummorum summam, quod tamẽ fallit hac in villa Castillionensi, vbi duntaxat solidi 5. exiguntur. Sed nunc quęro. Firmarius emendarum pręposituræ qui per tres annos (vt fieri solet) emendas affirmauerat, petit emendas ipsas suo tempore natas, seu creatas: licet nondum taxatæ & adiudicatæ sint, vt potest accidere in denunciamẽtis, seu partibus formalibus. Secundus firmarius id impedit, dicens ad se tales emendas spectare, vtpote suo tempore adiudicatas. an bene dicat? Et videtur ꝙ sic, instar illius quod pulchrè voluit Bald. in l. cum ancillis. C. de incest. & inutil. nup. de Syndico qui ex forma statuti tenetur denunciare maleficia commissa tempore sui officij. quòd si suo tempore sit delictum commissum, sed non peruenit ad noticiã suo tempore, sed sui successoris: quod tunc successor teneatur denunciare, de quo etiam not. Lud. Ro. in l. 1. §. occisorum ad Syla. ff. breuiter dic & resolutoriè, quod ad primum firmarium talis emenda spectabit. nam quando commissum est delictum in tempore primæ firmæ, sed secuta est condemnatio in tempore secundæ, spectat ad primum dicta condemnatio, non ad secundum, quia primo erat ius acquisitum, & attẽdendum est tempus, cuius persona principaliter iurisdi. Doc. in l. more maiorum. de iuris. om. iudi. ff. facit l. quæcunq; actiones. de acti. & obli. ff. & l. si is qui in puteum. quod vi aut clam. ff. Bal. in l. diuortio. circa prin. sol. ma. ff. & ibi do. Alex. & Pet. de Anch. in c. 1. ne prælati vices suas, &c. Et certè ꝙ in delictis sit initium spectandum, vt sciamus ad quem spectet punitio, optimè facit l. ꝙ ait lex. §. 1. ad leg. Iuli. de adult. ff. vbi Bart. inducit ad plures notabiles quęstiones, & ita Ias. in d. l. more maiorũ. Et loquor in emendis, quarum pœna est certa, determinata & ordinaria. secus crederem in arbitrariis per doctrinam Bart. in l. 1. ff de pœnis. vide plenè de tali materia Bald. Imol. & Moder. in l. diuortio. §. si fundum. solut. matrim. ff. & per DD. in l. si ideo. de his quib. vt indig. C. & per Bart. in l. fin. seruum. ff. si ex noxali caus. ag. *Quæstio.*

¶ Sequitur in textu.

Faire asseoir bornes, &c.

¶Hic nota quomodo consuetudo distribuit iurisdictionem. nam si bene ponderes gradus nostræ iurisdictionis, qui sunt à basso iusticiario vsq; ad baronem, inuenies nunc in basso iusticiario attributam mixti imperij iurisdictionem in pluribus locis. Sed nunc, quia textus noster facit de terminis mentionem, esset operæpreciũm (si vos tamen nõ pigeat) paululum circa pœnã euulsorum finalium terminorum immorari ac insistere, vtpote, quia quotidie materia cadit in practica inter istos ruricolas, qui pro vili pede terræ distrahunt terminos & limites agrorum. Et in hoc succinctè distingue: Aut ille qui terminos amouit, euulsit: aut amouit eos, vt tãtum sibi terminos haberet: & tũc punitur in quinquaginta aureis pro quolibet termino amoto, fisco applicandis, vt l. agraria. ff. de ter. amo. Et nihilo minus tenetur parti furti actione secundum Cy. in l. 1. C. de accusa. quod videtur sequi Bart. de Sali. ibid. Aut amouit causa finium occupandorũ, id est, vt proximi terrã occuparet. & tũc distingue personas vt splendidiores relegentur in maius, vel minus tempus, habita ratione ætatis. alij fustigentur, & in biẽnium relegentur. l. 2. de ter. amo. ff. aut amouit causa litium seminandarũ inter proximos & vicinos: & tunc extraordinariè punitur pro factorũ varietate, vt d. l. 1. C. de accu. & l. 1. de ter. amo. & d. l. agraria. Hanc etiam materiam vide per Panor. lepidè tactam in c. ex literis. in fin. extra, de probat. Quæro pro textualibus declarandis de expositione verbi istius, *Femidroit.* respon. ꝙ aduertendũ est, ꝙ nonnulli habẽt in textu *Semidroit:* cum S. scriptum, nonnulli autem habent *Femidroit* cum F. scriptum: tunc dico quod videtur sonare, & dicere quasi non plenum ius iusticiæ sicut semiplena probatio: quæ nõ habet perfectum effectum probationis, si autem sit in litera *Femidroit*, & tunc in idem recidit, quasi dicat fœmineum ius iusticiæ, id est, debile ius. sicut & fœmina est ipso mare debilior. Nam & Francicè loquendo debiles homines fœmineos vocamus. ergo *Femidroit*, id est debile, quia infimus iusticiarius habet iura debilia, quia non ita fortia vel lata sicut altus iusticiarius, vel Castellanus. Nam hi habent plenum ius iusticiæ. *Consuetudo distribuit iurisdictionem.* *De pœna euulsorum terminorum.*

¶ Sequitur in textu.

De simples dommaiges de bestes.

¶ Si tamen bestiæ captæ (recursu facto) tolerentur: posset bassus iusticiarius recursorem mulctare vsque saltem ad emendam septem solidorum sexq; numerorum. nam cuilibet magistratui permissum est iurisdictionem suam defendere pęnali iudicio. l. 1. si quis ius dicen. non obtempe. ff.

¶ Sequitur in textu.

Faire tenir ses plectz. 4. foys lan.

¶ Nota, & tene menti, quòd consuetudo ponit

nit iftud verbum, *plectz*, loco iftius verbi, *aßifes*.

¶ Sequitur in textu.

Quatre foys lan.

¶ Quid fi vellet tenere in menfe Maij duas afsifias, & in menfe Iunij duas afsifias pro toto anno? Refponde, quòd poffet de confuetudinis rigore. Sed attenta confuetudine practicata huc vfque, per trimeftria funt afsignandæ ipfæ afsifiæ. igitur non eft contraueniendum: quia fic fuit vfitatum. arg. l. minimè funt mutanda. de legibus. ff.

II. ARTICLE.

Le bas iufticier peult contraindre par fa iuftice ceulx qui tiennẽt en fon fief, a bailler par declaration, tous les heritaiges, & rentes quilz tiennent deument, & a declarer les debuoirs, ou luy faire monftree defdictz heritaiges. Et auffi peult contraindre ceulx qui tiennent a hommaige de luy bailler leurs adueuz dedans quarante iours, apres lefditz hõmaiges faictz.

¶ Sequitur in textu.

Et auffi peult contraindre, &c.

¶ Doctrina Baldi in l. inftrumenta. C. de fideicommifsis. & Ioan. de Plat. & Luc. de Penna, in l. fecunda. C. quando & quibus quarta pars debe. in bon. decuria. libr. 10. eft talis, quòd dominus poteft compellere emphyteotas & vafallos fuos ad oftendendas denumbrationes rerum feudalium, vel emphyteoticarum, quando vafallus, vel emphyteota feipfum effe vafallum vel emphyteotã confitetur. faciunt quæ notat Barto. & Alexand. de Imol. in l. Titius hæres. de acti. emp. ff. pulchrè per Angel. in l. fi in rem. de rei vendi. ff. vbi dicit vnum magnum verbum, fi fit verum, fcilicet, quòd fi vafallus non det domino fuo declarationem, vel non faciat fidem, quòd dominus poterit eum expellere. quod fatis admitterẽ: vbi fcienter vel maliciosè vafallus declarationem detractaret. ar. no. per Panor. in c. cæterùm. extra, de iud. Tunc enim videtur iura fidelitatis violare. Et tene menti, quòd data tali declaratione in iudicio, quòd illa corrigi vel emendari non poteft in præiudicium domini feudalis. l. rura & pofsefsiones, cum ibi not. C. de omni agr. defer. lib. 11. Sed Practici earum declarationum emendationem recipiunt vfque ad annum, fi fuerit correctionis facta proteftatio. quod probatur in §. Vafallus. in ca. fi de feudo defuncti in vfi. feud. titu. fi de feu. controuerfia fit inter dominum & agnatos vaf. ibidem enim requiritur, quòd ex certa fcientia quis abneget dominum: & dominus id probare tenetur. faciunt tradita in l. qui agnitis. de excépt. ff. Sed defauoamentum Curati, vel prioris ecclefiæ nocere non debet. l. iubemus nullam nauem. C. de fac. fan. ecc. cum fua materia, & 16. q. 6. c. fi epifcopum. & taciturnitas, vel negligentia prælati, fucceffori nõ præiudicat, quia delictum perfonæ in ecclefię damnum redundare non debet. c. cum venerabilis. extra, de excep. & Prælatus conditionem ecclefię deteriorem facere non poteft. c. fraternitatem. de don. extr. licet vulgò dicatur, quòd ecclefia tenetur ad omne illud quod venit, vel procedit ex natura cõtractus. vnde ecclefia ceffans per triennium foluere canonem, amitteret emphyteofim, ita Bal. in l. placet. C. de fac. fan. ecclef. & in c. 1. de alie. feu. Fulg. & Iaf. in d. l. placet. Sed quia paffus eft fingularis, in quo bis confului. primò pro rectore parrochialis ecclefiæ caftri veteris cõtra dominum comitẽ de Tõnoire. Et pro curato de Cereyo in caufa quam habet contra nobilem militem Bergotum de Vaufergues. nam ibi fcripfi in illa caufa. ideo quæro fic: Rector ecclefiæ de Caftro veteri conuentus à domino Caftri Chalone, & à domino comite abnegauit fe quicquam tenere in feudum dictorum: attamen de contrario conftitit. quæritur an illius rectoris defauoamẽtum ecclefiæ præiudicet? Videtur ꝙ fic. nam ifta propofitio eft vera, ꝙ delictum tutoris, vel curatoris aliquando nocet minori. l. Polla. de his quib. vt indig. aufer. hær. C. cum ibi no. Item ecclefia tenetur ad omne illud, quod venit ex natura contractus. Bar. & Doct. in d. l. placet. C. de fac. fan. eccl. Bal. in c. 1. de alie. feu. Item fi ecclefia ceffaret per triennium foluere canonẽ, amitteret emphyteofim. ponunt Doct. in d. l. placet. & in l. 2. C. de iur. emphyteo. & latè per Fulg. in d. l. placet igitur. Sed ego confului oppofitum per l. meminerint. C. vnde vi. ibidem enim patet, quod delictum adminiftratoris minori non nocet. igitur fecundò facit, quia delictum non venit in adminiftratione. l. fi procurator. de condit. indebit. ff. Tertiò adducebam l. iubemus nullam nauem. C. de facrofanct. ecclefi. cum ibi not. quartò adducebam 16. quæft. 6. cap. fi epifcopum, vbi eft pulcher tex. Quintò adducebam d. c. cũ venerabilis. de excep. ext. Sextò adducebam c. fraternitatem. de do. extra, vbi dicit dominus Papa, quòd prælatus non eft rerum ecclefiaftica. dominus, licet pofsit ecclef. facere conditionem meliorem: non tamen poteft facere deteriorem: ergo idem in propofito. Septimò adducitur, quòd res ecclefiarum non poffunt confifcari: glof. in ca. cognouimus. 16. quæftio. 6. eft textus fingula. in cap. canonibus. 16. quęft. 1. Octauò videtur cafus in l. placet. de facrofan. eccle. ibi in textu. nulla tranflationum folicitudo fignetur. Ideo pro refolutione dicamus fic. Cùm quęritur qualiter Prælatus pofsit ecclefię præiudicare: quia aut contrahendo, aut aliud faciendo, primo cafu non poteft præiudicare, nifi licitè contrahat. vt in Auth. hoc ius porrectum. C. de fac. fan. eccle. Secundo cafu, aut loquimur in quęrẽdo, & poteft ꝑiudicare, vt in Auth.

Taciturnitas, vel negligentia prælati non præiudicat successori.

Quæstio.

An desauoamentum curati ecclesiæ noceat.

Rector ecclesiæ rerum ecclesiasticarum administrator non dominus.

Res ecclesiarum confiscari non debent.

in Authenti.de Nestorianis. C.de hæret.& in corpore vnde sumitur, aut in iam quæsitis,& tunc aut negligendo, & præiudicare potest: vtputa patiendo contra se præscribi. in Authen.quas actiones. C.de sacrosan.eccles.aut aliud faciendo, & tunc, aut facit cum consensu Capituli, & potest ei præiudicare, vt d.l. iubemus nullam nauem. aut sine consensu Capituli, & tunc non potest præiudicare ecclesiæ, vt c.delictum personæ.de regu.iur.ita Bart.in d.l.iubemus nullam.& latè do.Ant. in c.1.de dol. & contu.extra.Bart.in l.aut facta.in fi.ff.de pœnis glo.in c.cum dilectus.de ordi. cog. faciunt, quæ scripsi infrà, eod.titu. arti.32.vbi etiam dixi.& glos.in ca.priuilegium. 11. quæst.3. Quid autem de facto curatoris, an præindicet minori, vide Bal. in d.l.meminerint. C.vnd vi.& Salicet.qui dicit, quòd non.& se remittit ad no. in d.l.iubemus nullam, id est, sed vbi videtur tenere, quòd noceat, licet damnum illatum repetat ab administratore. Sed in contrarium optimè facit d.l. meminerint, vnde vi.vbi est ineuitabilis textus,& vide de hoc Ange.& Pau.in l.Polla.C. de his quibus, vt indig.aufe.hær.Bar.& alios in l.1.§.si procurator.si quis ius dice.non obtemperaue.ff. Et aduerte ad id quod suprà scripsi, videlicet, quòd si conuentus, vt declaret res, quas tenet in domini sui feudum, dicat fortè inconsultè se nihil tenere à domino: attamen iusta pœnitudine ductus potest se corrigere.ar.§.Vasallus.in ca.1.si de feud. controuer. sit inter do. & agn. vasal.requiritur enim quòd ex certa scientia dominũ abneget, antequam rebus possit priuari.imò, etsi scienter negaret, dum tamen non dolosè: vtputa quia conuentus est vnus pauper Idiota, qui inconsultè illud à domino tenere pernegauit.quia nesciebat quę dicebat: tunc antequam dictus dominus de istis bonis realiter denegatis say siatur: certè poterit ipse pauper ruricola pœnitere: ne dominum suum perdat linguæ lubrico. Nam verbum temere dictum non præiudicat. bonus text.in l.2. C.qui bo. ced. pos.l.quod calore.ff.de regu. iur.l.3.ff.de diuor. l.licitatio.ff.de publi.l.famosi.C.ad leg.Iul.maiest.Item & licitum est pœnitere, vt l. quem pœnitet. & l.is qui bonis. ff. qui bo. ced.pos.& in l.si quis libellos. C.de appel.Item quotidie dicimus, quòd delicti veniam pœnitentibus damus.l. Manichæos.C.de Manich.si ergo id facimus in delictis, multo magis in ciuilibus. Sed an vasallus possit prescribere huic facultati, qua mediante dominus potest eum compellere ad denombrationes (vt ita loquar) sibi dandas? Responde non: quia ista sunt iura meræ facultatis pro domino, quæ impræscriptibilia sunt, præsertim accedente bona fide. nec debent vasalli tolerari se, sic subducere à potestate, vel recognitione dominorum.arg.l.1. C.de scrip.curialium.& exiit edictum à Cæsare Augusto: vt describeretur vniuersus orbis. cùm enim placet principibus & dominis, potest fieri bonorũ descriptio, vt d.l.1.C. de apochis & descriptio.curialium,& ibi per Scriben. Et sicut creditor debet facere debitori antipocham: ita est facienda creditori per debitorem apocha.l.plures apochis.C.de fide instru. Sed pulchrum est videre quid econuerso: an scilicet vasallus dominum compellere possit ad sibi ostendendum feudum, & fines vel limites illius? de hoc est glos.in c. 1.§.illud quoque.de prohib.feud.aliena.per Frederic. quod sic, per dictam l. Titius hæres,& hanc ibidem sequitur Bald. Si tamen longo tempore emphyteota soluerit pensionem, vel vasallus deuerium feudale: non poterit contradicere solutioni, obstante sibi prę scriptionis curriculo. Barto. & Luca. à Penna in l.litibus. de agri.& censitis.libr.11.faciunt tradita per Iasonem in l. si certis annis. C.de pactis. Et talis denombratio, seu aduoamentum (vt ita loquar) non est modicæ vtilitatis, nec parui effectus, cum optimè probet & concludat contra vasallum & emphyteotam. argumen.l.generaliter.C.de non numerat.pecu.imo plus est secundum Barto.in l.non solùm.§.si liberationis.ff.de libe.leg. quòd confessio seu aduoamentum factum in realibus etiam parte absente valet.no.Bal. & Iason in l.si certis annis. C.de pactis.quod est verbum argenteo atramento scribi dignũ. reliqua quæ feuda tangant, in locis reseruamus opportunis, cum propriam cuiuscunq; articuli dotem egredi non sit intentionis nostræ. ¶ Sequitur in textu. *Neument*. Quæro de intellectu istius dictionis *Neument*. Respõde.quòd idem est dicere, ꝙ nullo medio.

Quid de curatore, an praeiudicet minori suo.

Verbum temere dictũ non praeiudicat.

¶ Sequitur in textu.

Dedans quarante iours.

¶ Aduerte, quia isti quadraginta dies sunt continui, quantum ad hoc, quod dies feriati & non feriati in illis computantur. Sed sunt quo ad quid, vtiles in eo, videlicet quod tempus istud non currit de momento ad momentum. Ideo si fieret homagium die lunæ hora nona de mane, isti quadraginta dies nõ sumerentur resoluto tempore in simili hora, sed tota dies cederet. sicut semper vidi practicari, & de istis temporibus continuis vidi glo.& Docto.in c.non solum. de appel.lib.6. Sed an isti quadraginta dies possunt breuiari: vt, quia dominus vult compellere vasallum ad sibi dãdum aduoamentum infra 30. dies. Responde, non potest, tum quia istud est quasi beneficium iuris, quod nemini est auferendum, tum quia inducias datas à lege, iudex saltem absque causa abbreuiare non potest.28.distin.de his.l.4.§.si quis condemnatus. ff. de re iudica. 3.q.3.de iudiciis. Item sic sunt nonnulla tempora à lege statuta quæ abbreuiari non possunt, vt decem dies ad appellandum tempus restitutionis petendæ, quod est quatuor annorum, vt per Docto.in cap. præterea. extra, de dilat.& in ca. cum sit Romana. de appellationib. & aduerte quòd in istis

in istis quadraginta diebus dies homagij de rigore non computatur, cum dicat textus,

Apres lesdictz hommaiges faictz.

III. ARTICLE.

Par la coustume du pays le seigneur de fief est fonde dauoir vng denier de cens pour cartier de terre, pre, vigne, ou autre domaine. Tutesuoyes sil y auoit aucuns domaines ou heritaiges dont lon eust accoustume payer moindre ou plus grant debuoir: le seigneur desdictz domaines payera audict seigneur de fief tel debuoir quil apperra, ou quil a accoustume de payer.

¶ Sequitur in textu.

Est fonde dauoir vng denier, &c.

¶ Hic est notabilis articulus. Nam circumscripta consuetudine dominus non est fundatus super rebus in suo feudi circulo sitis: quod quanuis id sentire videatur nostra consuetudo, solus equidem Imperator in imperio suo est fundatus de iure communi super dominio rerum infra limites suos constitutarum: propter excellentiam suæ tam grandis dignitatis: arg. leg. deprecatio. ad legem Rhod. de iactu. ff. & 7. qu. 1. in apibus. Idemq; dicendum est de Christianissimo Rege nostro cum nullum recognoscat in superiorem & qui iura Imperij in regno suo obtinet. capit. per venerabilem. cum ibi no. & tradi. qui fil. sint legitimi. extra, & per Docto. in cap. fina. extra, de officio archidiaconi. vbi videtur esse textus pro consuetudine nostra, data tamen possessione præambula. & est gloss. celebris in Clemen. pastoralis. de re iudica. in Clemen. Attamen isti domini feudales, si constet de feudo eis per regem concesso, sunt fundati de iure communi quo ad iurisdictionalia. ita firmat Innoc. in cap. nimis. de iureiurando. extra, & ibi aliquantulum per Ioannem Andream faciunt notata per Baldum in capitulo, significauit. extra, de rescriptis. & tradita per Doctor. in leg. altius. C. de seruit. & aqua. Et licet dicatur quòd dominus de consuetudine non est fundatus in dominio, est tamen ipse fundatus in deuerio. Et vide per Scribentes in cap. auditis. & c. cum olim frater episcop. de præscrip. in antiq.

¶ Sequitur in textu.

Pour quatier de terre.

¶ Sed quid si pauper ruricola habeat solummodo mediam partem vnius carterij terræ ? Respond. in hoc erit dominus fundatus de consuetudine ad percipiendum vnum obolum. argument. leg. quæ de tota, cum sua mate. de rei vendica. ff. Et si dominus rixosus petat obolum, & pauper ruricola non habeat: quia non est moneta vsualis, tunc compelletur dominus accipere vnum denarium pro duobus annis: scilicet pro præsente & pro futuro. nam & ruricola potest soluere ante tempus, nec habet dominus quid plangat.

¶ Sequitur in textu.

Ou quil apperra, &c.

¶ Sed pone quòd dominus petit vltra vnum denarium pro carterio, quia dicit sic esse consuetum: nunquid tenebitur probare dominus talem allegatam consuetudinem soluendi plus? Respon. sic indubitanter, vt iuribus vulgaribus, facit articulus decimusquintus infrà, titul. *de ventes de rachaptz.*

¶ Sequitur in textu.

Ou quil a accoustume de payer.

¶ Adeò verum est, si ruricola vel censuarius pro decem carteriis terræ soluerit per decem annos domino solummodo sex denarios, vel minus quàm exposcit consuetudo: isto casu dominus non poterit amplius eum compellere ad plus soluendum, quia consuetudo solutionis attendenda est. quæ causatur per decennium. quod tene menti: & probatur hæc lectura, vel opinio mea per ea quæ latè scripsi infrà titulum tricesimumsecundum istius tituli, vbi si placeat, videas. Et istam soluendi consuetudinem habebit censuarius probare: tum quia est causa suæ intentionis, tum quia dominus habet intentionem suam fundatam de consuetudine: vt pro quolibet carterio sibi soluatur nummus vnus, infrà, eodem, facit articulus vicesimus quartus, infrà, eodem titulo.

IIII. ARTICLE.

Le bas iusticier qui a vng, ou plusieurs fiefz, est fonde dauoir moulin bancquier a eaue, en lung de ses fiefz, pose quilz fussent tenuz de plusieurs & diuers seigneurs. Et contraindre a venir mouldre a icelluy moulin, estant en estat: tous ses subiectz estagiers, coustumiers de sesditz fiefz, pourueu quilz soient demourans au dedans de la lieue dudit moulin. Toutesuoyes ledit bas iusticier ne peult de nouuel faire construire moulins bancquier, quant son seigneur a eu danciēnete moulin bancquier ou il ayt coustume de contraindre les subiectz dicelluy bas iusticier, pourueu que ledit moulin dudit bas iusticier ayt eaue perpetuelle.

¶ Sequitur in textu.

De moulin bancquier.

¶ Hæc materia molendinorum est in iure scabrosa, & satis iurgio referta nimirum sane, quia vt plurimum in molendinis audiuntur

rixæ

rixæ & iurgia. Scitis viri amicissimi quòd molendinum dicitur à molendo: & vbi non sunt molæ, ibi non potest dici propriè molendinum. Iason in l. prima. column. I. versic. ita etiam arguit Baldus de acquirenda vel amittenda poss. ff. *Quæstio.* Consueuit quæri à prudentissimis de quæstione tali. Pone: Habeo molendinum in flumine. alius superius vult facere molēdinum, per quod aqua diuertatur à meo. Quæritur an possit? & sanè glo. videntur contrariæ in l. si manifeste. C. de seruitute & aqua. & l. si quis ex argentariis. §. initium. de eden ff. *Distinctio.* Sed pro concordia illarum, distinguit compendiosè. Nam aut flumen est priuatum vtriusque, aut publicum: primo casu potest secundus facere molendinum in sua parte, dummodo principaliter faciat, vt sibi prosit, & illi non noceat. vt ff. de damno infecto. l. flumine. & l. Proculus. & sic procedit d. glos. in d. l. manifeste. Et ideo æquè bene potest sibi prodesse parum suprà, vel parum infrà faciēdo, vel cum clusa minus depressa: & non ita alta. alioquin audiretur prohibens & petens rem ad congruitatem reduci, tum ex quo bene potest æquè aduersarius sibi prodesse: videtur facere animo nocendi alteri, tum etiam quia in re cōmuni melior est conditio prohibentis, l. Sabinus. communi diuidun. ff. & sic est intelligenda d. gloss. in d. l. si quis ex argentariis. *In re cōmuni melior conditio prohibētis.* Secundo casu, quādo flumen est publicū, tum quia in flumine publico non potest ædificari sine licentia principis, dicendum est: aut primus habet suum molendinum licitè: & tunc secundus non potest sibi licitè aquam auferre, etiam si licentiā habeat ædificādi à principe, cum ei intelligatur concessa sine alterius iniuria. l. 2. §. merito. & §. si quis à principe, ne quid in loco publi. ff. l. nec auus. C. de emancipa. lib. cum similib. aut primus non habet licitè, & tunc si secundus licitè ædificat. & tunc primus non potest illum prohibere, qua non prætendit probabile interesse, nec econtra, secundus potest prohibere primum aquam restagnantem per ædificationem altioris clusæ: cum nullus eorum habeat ius, super quo possit se fundare, & neminem sine actione audit prætor. l. si pupilli. §. videamus. ff. de negoc. gest. & ita firmant Cynus & Bartholomæus de Salic. in d. l. si manifeste, quod est digito signandum. Insuper formatur alia vtilis quæstio, quam habui de facto inter nobiles viros Gulielmum Poupillart, serenissimi domini regis camerarium, & Georgium de Sorbires scutiferum ad causam suorum molendinorū. Nam dictus Poupillart habet molendinum suum in parte superiori, & dictus Scutifer in parte inferiori. in tempore æstatis & siccitatis dictus Poupillart vult facere recollectam aquę. & dictus Scutifer contradicit, eò quòd suum molendinum, quod est in parte inferiori, eget aqua. Quæritur, quid iuris? & sanè hæc quæstio ponitur etiam per Bartolum in l. quo minus, de flu. publi. ff. & videtur quòd dictus Poupillart non possit facere dictam recollectam in parte superiori: nam non licet facere ædificium, per quod flumen exarescat vel deficcetur. vt l. 1. §. 1. ne quid in flu. publ. ff. Quod esset si aquam retinere posset. In contrarium videtur quod possit. nam formula, id est locus ille cauus, in quo retinetur aqua. qui alio nomine vocatur incite, vel vulgariter vallum. est in loco & fundo retinentis: & postquam aqua est in suo, ipse potest de ea ad placitum disponere. l. 1. §. idem Labeo. de aqua quoti. & æstiua. ergo, &c. breuiter est dicendum, quòd secundum antiquam consuetudinem est in his agendum, cum hæc consuetudo habeat vim pact. not. in l. prima. §. fina. de aqua pluuiali arcenda. ff. & habeat vim constituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quotidiana & æstiuali. ff. hac autē consuetudine cessante, dic sic. *Consuetudo habet vim pacti.* Aut ille qui infrà habuit molendinum, habuit id primò ædificatum & constructum. & tunc ille qui vult in parte superiori aquam retinere, id facere non potest: ne alterius ædificium incommodetur. Aut ille qui habuit suprà ædificium seu molendinum, habuit id primò ædificatum, & tunc, aut vult aquam ad suam vtilitatem vel commoditatem retinere, & potest. nec ille qui habet infrà, seu in parte inferiori, potest eum prohibere. aut non constat de prioritate vel posterioritate tēporis ædificando. & tunc superior potest aquam retinere, & de ea disponere ad libitum, ex quo fundum suum intrauit. præsertim, quia in pari causa melior est conditio possessoris conuenti. lege si seruum. de verborum obligationibus. ff. & c. in pari. de regulis iuris, in 6. *In pari causa melior est possessoris conditio.* sed si superior principaliter aquam retineret, vt alij noceret, dubium nō est, quin actione de dolo teneretur. l. 1. §. denique. cum ibi traditis de aqua plu. argumen. ff. Deinde insurgit alia pulchra quæst. *Quæstio.* Habeo feudum vnum, quod vulgo dicitur feudū magni fontis. quod teneo sub homagio ligio à barone mazeriarum, & per antiqua huius feudi aduoamenta constat maiores meos ibidem tenuisse duo molēdina: vnum illorum siue vetustate, siue rapidi fluminis impetu destructū est, vestigia tamen & saltus adhuc videntur. volo illud reædificare, prohibeor. & dicunt prohibentes me per non vsum istud ius perdidisse. Quæritur quid iuris? Certè videtur me posse illud licitè reædificare, cum istud ius ædificandi non solum mihi competat ratione iuris debiti, & ex permissu domini mei, sed etiam mihi competit per modum cuiusdam facultatis, cum istud flumen mei molendini non sit nauigabile: quare etiā si per mille annos cessassem, adhuc mihi non obesset: quia facultatem ducendi aquam semper retineo. l. 1. de via publi. ff. & l. viam publicam. & Cy. in l. cum notissimi. §. illud. de pręscrip. 30. vel 40 anno. Ita tenet Barto. in repeti. dictæ l. quominus. de flu. publi. ff. *Quæstio.* Et ibi vide per Andr. Barb. quæstionem, quæ agitata est

temporibus meis. Cum rex conceſsiſſet caſtrum Caſtillionis cum ſuis pertinentiis, an molendina viderentur eſſe conceſſa: & obtentum fuit quòd ſic. Alia deinceps inſurgit, non contemnenda quæſtio, in ſecundo molendino mei feudi magni fontis, quòd nonnulli emphiteotæ à prędeceſſoribus meis annuo ſub tributo acceperunt, euenit aliqua grandis diruptio, & eget reſtauratione: vnus ipſorum emphiteotarum vult reparare, alter differt. qualiter conſulitur ædificare volenti? & puto cum Barto. quòd talis reædificare volens habeat remedium l. ſi vt proponis. C. de ædi. priua. quæ lex eſt ſupra modum ſingularis. & ita ſentit ibidem Bart. Nam reficiens ſeu reparans elapſis quatuor mẽſibus, totum molendinum vendicabit, ſi communi nomine illud reſtaurauerit, & ſocius ſibi non ſatisfecerit. Quid autem de molendinis, quę fiunt in nauiculis, ſicut videmus iuxta ripas Ligeris, dic hoc facere & habere: ſi per hoc iter eſt ſtatio nauigij, non ſit deterior. redeundo prę terea ad verba textus noſtri, eſt ſummopere notandum nobiles etiam infra metas molendini conſtitutos, & habitantes non poſſe à domino compelli ad molendum in molendino ſuo: propter *ly* verbum *eſtagiers, couſtumiers*. ſicq́ videtur ſolum plebeios comprehendere. Peculiare inſuper eſt videre quæ ſit aqua perpetua, cum de ea textus noſter mẽtionem faciat. Scitote pro rudib. & tyronibus, quòd aqua perennis, ſeu perpetuò fluens cum viuo riuulo: & perpetuam cauſam habente, non ex ciſterna, quæ imbribus concipitur, ſeu ex torrente quod nuper decreſcat & areſcat. l. vna, de fonte. ff. & l. prima. §. loquitur prætor. de aq. quoti. & æſtiua. ff. & vide ibidem (ſi tua fert voluntas) quo pacto apud Ierapolitanos ſint aquæ calidæ, ex quibus etiam agri irrigantur. vt d. l. 1. §. his accedit. ver. conſtat. de aq. quoti. & æſtiua. Quod obſeruant Turonenſes puellæ: quæ æſtatis feruidæ tempore aqua paululum ſub ardore ſolis tepidata ſuas irrigant violas. eſt ergo aqua illa perpetua quæ perpetuo fluit, vt Liger & Yndria. quę regium huius loci Caſtellionis oppidum interfluit, præcepsq́ irrorat.

De duobus ſociis reædificantibus.

De molendinis quæ ĩ nauiculis.

Vide quæ notantur ĩ artic. 61. 7. de iuriſ. Caſtellani. & in fi. arti. huius tituli.

V. ARTICLE.

Et ſil ne vient mouldre, ledit ſeigneur, ſon ſergent, ou commis peult faire prendre la farine au dedens ſon fief en la conduyſant, & lappliquer a ſon proffit. & luy demourra commiſe apres declaration faicte en ſa court. Et ne ſont la poche, harnoys, ne beſtes commiſes. Et ſi la farine neſt trouuee en ſon fief en la conduyſant, ledit ſeigneur, ou le muſnier qui aura ſon droit, pourra faire couenir ledit ſubgect, pour en auoir ſept ſolz ſix deniers damende, auec lintereſt de ſa moulture: & de la pourſuyte.

Au dedens de ſon fief.

¶ Et non vltrà, quia excedenti metam ſuę iuriſdictionis re, loco, vel tempore, non paretur impune. Ange. & Iaſ. in l. extra territoriũ, de iur. om. iu. ff. c. vt animarum, de conſtitu. lib. 6. cum ſimilibus.

¶ Sequitur in textu.

En la conduyſant, &c.

¶ Ergo ſecus, ſi iam eſſet farina ad domum conducta vel perducta, cum iſta ſint pœnalia & odioſa. & etiam conſuetudines ſunt intelligendæ prout iacent. Sed his nõ obſtantibus credo oppoſitum de iure, quanuis iam portauerit farinam ad domum, ſi tamen incontinenti proſequatur dominus vel eius ſeruiens: credo hanc farinam fore publicandam: me mouet, quia ſi pro delicto nondum perfecto publicationis pœna imponatur: vt patet in textu conſuetudinis noſtræ, dum dicit.

¶ Sequitur in textu.

En la conduyſant, &c.

¶ Quanto magis debet farina publicari ſi ſit iam perducta, & ſic in delicto perfecto: quia ſi initium ſit prohibitum, multo magis & finis: arg. l. quòd dictum. ff. de pac. & l. oratio. ff. de ſpon. & l. quicunque cum ibi traditis. C. de ſerui. fugi. eſſet tamen primò videndum, an in correctoriis ſit licita extentio ex maioritate rationis. nam quòd quis teneatur moli facere vltra libitum, eſt ſtatuere cõtra ius: quo cauetur quòd quis eſt moderator in re propria. l. nemo exterius. Cod. de Iudæis. l. in re mandata. C. mandati. & l. pola. C. de his quib. vt indig. ergo videtur dicẽdum, quòd in iſtis correctoriis non ſit licita extentio, etiam ex maioritate rationis. Bart. Bald. Salic. & Iaſon in Authenti. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. licet Fulgo. contradicat in l. non ſine. C. de bo. quæ libe. ſatis credo probabiliter dici, quòd ſaltem extraordinariè iudicis arbitrio puniretur, facit l. 1. de extra. cri. ff. ſed de conſuetudine aliter ſeruari vidi, ſcilicet vt nõ caderet in commiſſum ipſa farina, ſi iam eſſet ad domum perducta.

Quilibet in re propria moderator & arbiter.

Si initium eſt prohibitum, multomagis & finis.

¶ Sequitur in textu.

Et ne ſont la poche, harnoys, &c.

¶ Id etiam intantum eſt verum, quòd quanquam ſtatuto caueretur, quòd nullus portet farinam extra ciuitatem aut diſtrictum, ſine buleto: & hoc ſub pœna publicationis farinæ, tunc non confiſcaretur, neque publicabitur nauis, currus, equus, aut aſinus, ſuper q̃ farina portatur, cum in pœnis ſtricta ſit interpretatio. ff. de pœ. & quia talia ſtatuta ſunt ſtricti iuris. l. conſtitutionibus, ad municipa. & quia debemus eſſe contenti pœna l. vel ſtatuti. no. in l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit, de verb. oblig. ff. Et idem dico, ſi ſtatutum diceret ſub pœna publicationis rei. ſuper qua vehitur, & portatur farina: quòd tunc illa non publicaretur,

retur, licet nauis, equus vel asinus publicetur. cũ ista, de quibus fit mentio, nõ sint prohibita vel illicita de iure cõmuni, sed de iure speciali ciuitatis vel prouinciç. & sic non obstat l. cum proponas. C. de nautic. fœno. statutuendo. ¶ Sed dubitari potest, quid si statutum dicit, vt currus publicetur, super quo farina portatur, & nihil dicit de animalib. trahentibus currum, an animalia ipsa, vt bos vel equus veniant in publicatione? Et videtur quòd sic, per l. nam quòd liquide. ff. de pe. lega. in princ. Non enim potest portari farina super curru, nisi & currus trahatur per equos vel boues: igitur boues vt accessio veniũt in publicatione, vt d. l. nam quòd liquide. Et pro hoc facit: quia pro tunc boues videntur pars currus, arg. l. peculium. §. quadrigæ. de leg. 2. ff. Contrarium videtur verius, quia boues non sunt pars currus, nec sunt eius accessio, cum vnum sine alio stare possit: & cum tractemus de odio, dicendum est, quòd debet restringi, vt boues non publicentur. nam suprà alle. tractant de fauore, & hic de odio agitur.

Publicata quadriga, non publicantur boues et aratra.

Publicato curru non publicantur boues vel equi.

Solet quęri quid si statutum dicat, vt quicunque portauerit bladum extra territoriũ, puniatur in centum, an qui portabat, & nõdum portauerat, sit puniendus pœna statuti. Ia. Bu. formauit iamdudũ hanc q. in d. l. quicunq;, C. de ser. fug. & dicit quòd non: quia verbũ, Portauerit, denotat rem perfectã. l. 1. §. hæc autẽ verba, quod quisq; iuris. ff. Secundò inducit pro casu d. l. quicũq;, iuncta gl. nam ibi deprehensi in itinere non puniuntur eorum pœna, qui iter iam perfecerunt, quorum pœna erat vltimi supplicij, & ista opinio est vera, vt portantes, qui nondum portauerunt, non puniantur pœna statuti. Sed ingruit pulchrũ dubium, An saltem aliqua pœna minori puniãtur, qui portabant farinam, & nondum portauerant? Et videtur quòd non, quia nulla pœna in statuto contra eos cauetur: ergo, &c. l. quid astringendę de verb. oblig. ff. Sed contraria pars est vera: quia si portatio consummata punitur, sequitur, quòd nõ est sine crimine qui incipit portare, cum initiũ sine quo finis esse nõ potest, videatur esse prohibitum, ar. l. quòd dictum. ff. de pact. & l. oratio. ff. de spon. dicẽdum est ergo hos puniendos extra ordinem arbitrio iudicis, vt l. 1. in fi. de extra. cri. & ita firmant Doct. in d. l. si fugitiui, & in d. l. cum proponas. C. de nautico fœn.

Quæstio.

De verbo portauerit.

Velim insuper te summopere notare, quòd si statutum prohibet, sub pœna extrahi vinũ de ciuitate puniretur, & comprehenderetur extrahens acetum, secundum Bal. in l. 2. C. de peri. & commo. rei vend. Barto. in l. 1. C. de eroga. mili. anno. libr. 12. & Ias. in l. non dubium. in tertia col. vers. eo. modo. C. de legi. Imò plus, si statutum puniret sub pœna extrahentem vinum de comitatu, si quis solum portaret v. nam amphoram vini causa gustus, incideret in pœnam statuti: ita Bald. in l. 1. quæ res expor. non pos. C. facit ratio, quia quando aliquid prohibetur, intelligitur prohibitum & omne illud, per quod ad id peruenitur. d. l. oratio. ff. de sponsa.

Vino prohibito extrahi, prohibetur acetũ.

Vino prohibito extrahi, prohibetur sola amphora.

Quæro de alia bona quæstione statuti propter famem, quam sperabamus venturam iam ingruentibus indiciis, vt nullus extraheret à districtu bladum in præiudicium incolarum. euenit, quòd tempore messis mercator doli capax, non bladum ex spica nudatum, sed (vt ita loquar) gerbas exportauit venundandas. quæritur, an sit puniendus? ecce hæc quæstio fronte prima pluribus videretur minus dubitabilis: sed mihi veniebat in mentem quòd puniri nõ deberet propter authoritatem Baldi in lege quod nõ ratio. ff. de legibus, vbi signanter scribit, quòd si statutum puniat extrahentem vinum de ciuitate: nõ puniretur extrahens vuas. Ita in proposito videbatur posse merito dici. Sed cùm medulitus cogitassem, ego sum contrarium arbitratus: scilicet quod iste puniri deberet per optima similia. primo per id quod pulchrè scribit Iason in d. l. non dubium. quod si statutum puniat extrahentem frumentum extra ciuitatem: certè cadere debet in pœnam extrahens solam farinam: aliàs fieret fraus ipsi statuto de re ad rem. faciũt nota. per Bartol. l. triticum, de verborum obligatione. ff.

Statutũ puniẽs extrahentem vinũ non punit extrahentẽ vuas.

Secundo per id quod lepidè determinat Ioã. Andr. in additio. ad Specu. in titulo de instru. ædi. §. nunc verò aliqua. vbi egregie dicit, quòd si statutum prohibet ne maritus possit aliquid relinquere vxori: quod tunc maritus nõ potest dictæ vxori suę dare facultatem distribuendorum bonorum, vel pecuniarum, etiã pro anima ipsius testatoris: ne fiat fraus statuto: quæ omnia sunt singulariter notanda & gustanda.

Prohibito frumẽto extrahi prohibetur & farina.

Prohibitio relinquẽdi comprehendit etiã facultatẽ relinquendi pro anima.

Nunc sumpta occasione placet mihi materiam statutorum ingredi. quæ sicut est optima & subtilis, ita est ipsa practicabilis: igitur placet mihi illam paululum nouo quodam ritu deducere, scilicet per conclusiones compendiosas ex variis doctorũ dictis, sparsim nuper per Lanfranc. recollectas. Primo dicturi sumus de eorũ interpretatione expositiua seu declaratiua. Secundò de illorum statutorum interpretatione correctiua. Tertiò de interpretatione restrictiua. Et quarto de interpretatione extẽsiua.

Quatuor statutorũ interpretationes.

Circa interpretationem statutorũ expositiuam, tollite has conclusiones. Prima conclusio, Vbi statutum non habet, nisi vnum significatum, ab illo significato non est recedẽdum, et si emerserit aliqua dubitatio circa sensum verborũ statuti: adeundus est populus, qui statutũ declarat. quoniã eius est interpretari, cuius est condere. l. omni nouatione cessante. C. de sacrosanct. eccles. & c. cũ venissent, de iudic.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio. Si statutũ habet plures intellectus seu plura significata, & omnia significata sint secundũ propriam significationem. Ille sensus accipitur, qui magis congruit subiectæ materiæ. no. l. insulam, de verb. obliga. l. si stipulatus, de vsufruct.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio. si statutum habeat plura significata, & vnum sit secundum propriam verborum significationem,

Tertia conclusio.

cationem, & aliud ſit ſecũdum impropriam, debet attẽdi ſignificatum propriæ verborum ſignificationis, vt l. cõſtitutionibus. ff. ad municipal. l. prima. de exer. acti. & l. 1. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. ad quod faciunt not. per Doct. in l. non aliter. de leg. 3. in illa quæſtione quomodo debeant intelligi verba teſtamenti? hæc concluſio limitatur vno caſu, niſi videlicet capiendo proprium intellectum reſultaret abſurditas, & aſſumendo impropriũ reſultaret æquitas. tunc ſtatutum intelligi ſecundum impropriam verborum ſignificationem: & præſertim, ſi cum iſta improprietate concurreret communis loquendi vſus. l. liberorum. §. quod tamen Caſsius, de lega. 3. ff. l. cum de lanionis. §. aſinam, de fundi. & inſtru. de lega. cum ſimilibus. ratio huius limitationis eſt, quoniam vbi attenta propria verborum ſignificatione ſtatuti reſultat abſurditas, dicitur fieri contra mentem ſtatuti. Sed regula eſt quòd quotieſcunque mens & verba ſtatuti ſibi contradicunt: vt puta quia ſecundum verba ſtatuti infertur vnum, & ſecundum mentem infertur totum contrariũ: ſtandum eſt menti ſtatuti, & à verbis eſt recedendum, vt not. in d. l. non dubium. C. de legi. facit l. cum verũ. C. de fideicom. & eſt tex. ſingularis ſecundum Baldum quem ſemper ipſe allegat in l. ſcire oportet. ff. de excuſa. tuto. Et mens ſtatuti dicitur anima ſtatuti ſecũdum Baldum in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & id quod continetur ex mente legis: dicitur contineri in ipſa, leg. nouimus. de verborum ſignificatione. Et ad omnia prędicta vide Bar. de Sal. in l. 2. C. de noxa. acti. Circa ſecundam ſtatutorum interpretationem, quam nominamus correctiuam: ſciendum eſt, quod hæc eſt duplex: vna actiua, altera paſsiua: actiua, cum quæritur, ſi ſtatutum corrigat, altera paſſiua, cum quætur, vtrum ſtatutum corrigatur. Circa primam, actiuam ſcilicet, cape has concluſiones. Prima, ſtatutum directò cõtradicens iuri communi, ſi verba eius poſſunt aliquid operari, non inducẽdo correctionem: tale ſtatutum non intelligitur corrigere ius commune, imò tale ſtatutum eſt coadiuuandum diuiſione, id eſt, fienda eſt diuiſio caſuũ, vt euitetur correctio. l. vnica. C. de inoffi. doti. c. cum expediat. de elect. in 6. Subiicio rem exemplo. ius commune dicit, quòd fur fuſtibus cædatur, ſtatutum dicit, quòd laqueo ſuſpendatur. tunc ne ius commune corrigatur, fienda eſt diuiſio ſeu diſtinctio caſuum, vt ius non lædatur. Secunda concluſio, vbi ſtatutũ contradicit iuri communi: & verba ſtatuti nihil operantur, nec poſſunt operari, niſi inducatur correctio iuris communis: ſtatutum tunc corrigit ius commune. Ratio concluſionis eſt: quando verba debent aliquid operari: & ſemper ſtatutum ita exaudiendum eſt, vt eius verba aliquid operentur, gloſſ. ſingul. in l. 1. ad municipal. Circa ſecundam interpretationem correctiuam, & paſsiuam, quæ eſt, vtrum ſtatutũ corrigatur, hæ dantur concluſiones. Prima eſt, vbi in eodem volumine reperiuntur duo ſtatuta contraria: primum corrigitur per vltimum, ita voluit Cyn. in l. ſecunda. C. de teſta. tutel. quam concluſionem tenere videtur Bartol. in l. omnes populi. de iuſti. & iu. ff. ratio autem huius concluſionis eſt duplex: prima eſt, quia idem detur in l. iuris communis ſcilicet, vt vltima deroget primæ, vt in cap. 1. de conſtitu. libr. 6. non ergo diuerſum dicendum eſt in ſtatuto: cum & ſtatutum ſit lex proprie ciuitatis, vt d. l. omnes populi. Secunda ratio, quoniam licet omnia ſtatuta poſita in eodem volum. eodem tẽpore confirmentur, tamen prioritas & poſterioritas attenditur quo ad ſituationem. Et ſic confirmatio videtur eſſe facta ſecundum ordinem ſituationis, vt illud quod eſt prius in ordine ſcripturæ, cenſeatur primum. & ſic de ſingulis. Licet eodem momento omnium confirmatio introducatur, hæc ratio probatur in d. l. 2. C. de teſta. tutel. Secunda concluſio. ius commune ſuperueniens ſtatuto antea facto, quòd ſtatutum contradicit iuri cõmuni, non inducit correctionem ſtatuti. hæc cõcluſio probatur expreſsim in dicto cap. 1. de conſtitut. lib. 6. Et ratio ſubiicitur, quoniam ſtatutum eſt facti. & eorũ quæ facti ſunt, non præſumuntur in ſcientia principis eſſe, vel fuiſſe. Et conſequenter nec voluiſſe ſtatuto derogare, cũ dici ſoleat, facta prudentiſsimos homines fallere, vt l. 2. de iur. & fac. igno. Tertia concluſio, ius ſuperueniens ſtatuto antea facto continente id quod ius commune. primum ſicut tollit ius commune, ita & tollit dictum ſtatutum, ita ſentire videtur Ioã. Andre. in d. ca. & Bartol. in l. prima ad l. Fal. ff. & vide pulchrum textum in l. 3. de ſepulchro vio. Deſcendamus ad tertiam ſtatutorum interpretationem, quæ reſtrictiua nuncupatur. Ex quibus ſume primam concluſionem, vbi in ſtatuto eſt ſcripta ratio ſtatuti. ſtatutum quantumcunque generaliter loquatur, reſtringatur per rationem, id eſt, non habet locum illud tale ſtatutum, licet loquatur generaliter, niſi vbi habet locum ipſa ratio. pone exemplum: Dicit tex. in l. milites agrum. de re mil. ff. quòd milites non poſſunt emere prædia in ea prouincia, in qua militant, iſtud eſt ſtatutum. Subiungitur ratio in ſtatuto, ne occaſione culturæ agrorum arma deſerant: poſtea ſubiicitur generali lege, quòd poterũt emere prædia in alia prouincia, & hoc ideo, quia nõ habet locum ratio prohibitiua: quia cum illa prouincia ſit remota, ac longinqua à loco vbi militant, non ita de facile eſt præſumendum: quòd quando debent militare, vadant ad agros ſuos cum ſint in remotis. Secunda concluſio eſt optimè compendioſa, & non parum laborioſa ad intellectum l. proſpexit, qui & à quibus. ff. quæ lex. vt dicebat Iacob. de Aretin. carebat ſpiritu & intellectu, cuius tantum laborarunt Docto. præcipue Bald. in lege non dubium. C. de legi. loquẽdo de hac nodoſa l. proſpexit. dicit quòd ratio

Optima regula.

De interpretatione ſtatutorũ correctiua.

Prima concluſio.

Anima ſtatuti ratio legis.

Secunda concluſio.

De interpretatione correctiua & paſsiua.

Prima concluſio.

Prioritas et poſterioritas attẽditur in ſtatutis licet ſint in eodẽ volumi.

An ius ſuperueniens corrigat ſtatutũ antecedens.

Facta prudentiſsimos fallunt.

Optima concluſio.

De nodoſa l. proſpexit.

ratio illius legis restringitur in generibus singulorum, non autem in singulis generum, quòd profectò nihil est dicere. ideo dic conclusiuè quod vbicunque in l. vel statuto & legehabentibus scriptam rationem expressam, cauetur seruari debere illud statutum prout iacet ad literam: tunc non restringitur per rationem, ita probatur in d. l. prospexit. sed adhuc hæc conclusio non mihi bene tollit pruritum aurium. Tertia conclusio, vbi in statuto est expressa ratio, nō solum statutum restringitur per rationem expressam, sed etiam restringitur per similem rationem, probatur per gloss. singul. in clemen. primo, extra, de elect. nam dicit textus quòd non debet eligi prælatus diuersæ professionis, & habitus ad aliquod monasteriū. Et deinde subiicitur ratio: quia non debent sociari homines diuersæ professionis. quærit dict. gloss. quid in monasteriis monialium, qui regulantur per homines, nunquid poterit eligi præsidens, qui sit diuersæ professionis, vel habitus? dicit ibidem gloss. quòd non: & tamen nō restringitur per rationem positam in textu. Sed habet locū similis ratio. quia quemadmodum non congruit associari homines simul diuersæ professionis, vt in dicta clemen. eodem modo non congruit vnum monasterium monialium debere regulari per prælatum diuersæ professionis, sed congruentiùs regi debere per hominem eiusdē professionis. Quarta conclusio. vbi lex vel statutum generale non restringeretur, resultaret absurditas: tunc statutum generale restringitur, vt ipsa absurditas euitetur, etiam si nō sit ratio descripta in statuto. probatur hæc conclusio in l. 1. iuncta gloss. C. de sacrosanctis ecclesiis: & l. Cæsar. ff. de public. & l. fina. de testamento mili. Ex hac conclusione notabiliter infertur: quòd licet statutum dicat quòd homicida capite puniatur, debet id intelligi, vbi interuenit dolus: secus si homicidium sit casuale, vel ad sui defensionem: quia tunc non haberet locum dictum statutum, sed ratione absurditatis euitandæ fit restrictio: nam esset absurdum quem decapitari, cum homicidium fuerit casuale, vel ad sui defensionem, ita sentit Bald. in l. allega. non dubium. C. de legi. Plus dico: & istud est verbum aureum, quòd si ex forma statuti debeat decapitari, qui occiderit aliquē quouismodo, & ille perpetrauerit homicidium casualiter, vel ad sui defensionem, tunc non debet capite puniri. licet dicatur in statuto quouismodo occiderit. Ratio est. Quia statutum quantumcunque generale, debet restringi ratione absurditatis euitandæ. not. in dict. leg. scire oportet. de excu. tu. esset enim periniquum, vt se defendens decapitaretur, cum defensio sit de iure naturali. clemen. pastoralis. de re iudic. in clemen. quicquid dicat Salic. in dict. l. secunda, de noxa. acti. nam eius dicto nunquam adhærere vellem in hoc, siue iudicando, siue in consulendo. esset enim Iudaicè intelligere verba: & ad corticem spreta mēte, & medulla iuris, & statuti, quod fieri non debet. Quinta conclusio, vbicunque si non fieret restrictio statuti, fieret præiudicium iuris tertij, tunc etiam statutum debet restringi: probatur in l. si quando, in princip. C. de inoffic. test. quia beneficia principum ita sunt interpretanda, vt non lædant ius commune: sed statuta cum confirmantur à principe largo modo, possunt dici beneficia, secundum ea quæ not. per Barto. in d. l. omnes populi, igitur. Sexta conclusio. Vbicunque statuto cauetur aliud, quod etiam disponitur à iure communi: statutum recipit restrictionem, vt intelligitur secundum formam iuris communis, vt d. l. secunda. C. de noxa. acti. Septima conclusio. Vbicunq; causa, vel ratio non est expressa in statuto, sed vnica ratio reddi potest, statutum restringitur per illam rationem: hæc est conclusio Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. ratio conclusionis: quia vbicunque non potest reddi nisi vna ratio statuti: illa habetur pro expressa in statuto. not. in l. quamuis. C. de fideicommissis. Octaua conclusio. Vbi est vtile reipublicæ legem non restringi: non fit tūc restrictio. l. si quis in graui. §. vtrum, ad Silianum. ff. Nona conclusio. Vbicunque in statuto nulla est expressa ratio: & dubia est causa statuti: quia nescitur quid potuerit mouere statuentes ad id statutum faciendum, tunc standum est legi & verbis legis: & ab illis non est recedendū, vt l. prima, cum ibi traditis, de exerci. act. & Bald. in d. l. maximum vitium de lib. præteritis, vel exhæredatis. Nunc ad quartam statutorum interpretationē decurrendum est: quæ & extensiua appellatur. igitur est magistraliter videndum & quærendum, an statutum possit extendi ad alium casum, qui non continetur in verbis statuti. Et quia materia est disputabilis pro vtraq; parte, nam pro parte affirmatiua: scilicet quòd statutum extendatur, adducuntur infinita iura. Primò adducitur gloss. in capitul. primo extra, de feriis, vbi quod dicitur de apostolis gloss. extendit ad virginem Mariam Dei matrem. Secundò adducit gloss. in cle. primo de rerum per. Tertiò gloss. in l. prima, de calumnia. Quartò, gloss. in Authenti. de trien. & se. §. primo. Item quinto. gloss. in l. si constante. solu. ma. ff. vbi lex loquens de viro, qui vergit ad inopiam, vergit ad socerum. Sextò glo. in cap. non debet. consang. & affin. Septimò Doctor. in Authentic. nouissima. Cod. de inoffic. test. vbi l. loquens de legitima filiorum extenditur ad legitimam parentum. Octauò adducitur cap. translato. extra, de constitu. & gloss. in c. si postquam. de elect. libro sexto, & gloss. in clemen. fi. de æta. & quali & gloss. in cap. ordinarij, de offic. ordi. libr. sexto & glo. in clemen. generalem. de elect. & firmat gloss. in capit. primo de postu. prælat. & gloss. in l. prima. §. dolum. ff. de dol. vbi lex loquēs in vno numero singulari extenditur ad plura.

Tertia conclusio.

Bona conclusio.

Statutum quantumcunque generale debet restringi ratione euitandæ absurditatis.

Defensio est de iure naturali.

Consuetudines ita interpretandæ, vt ius cōmune nō lædant.

De quarta statutorum interpretatione, scilicet extensiua.

pluralem,& econtra facit l.3.ff. de nego.gest. Item gloss.in cap.sciant.de elect.lib.sexto. faciunt insuper nota.in Authen.de fil. ante dota.instrumen.natis.§.primo.Itẽ optime probatur in l.senatus, & libertum. de ri. nup.ff. vbi l. prohibens filiũ tutoris contrahere matrimonium cum pupilla ipsius tutoris : extenditur ad hæredem extraneum illius tutoris,& glo.in l.ob æs alienum. C.de præd.mi. pro hoc accedant tradita per Docto.in l.2. C. de indict. vidui. tol. Et breuiter possent allegari mille plenę quadrigę legum pro ista parte.Pro parte autem negatiua,scilicet,vt statutum interpretationem extensiuam non recipiat, adducitur gl. in regula quæ à iure communi.de reg.iur.in 6. Item gloss.in c.1.ne cle. vel vouen.lib.6.in verb.declaramus:plus videtur casus in l.fi.C.de inter.matri.vbi l.prohibens matrimonium inter pupillam & filium tutoris,non extenditur ad curatorem, licet sit eadem ratio. Item est gloss. singularis in l. C. de patri. qui fil. distra. vbi lex statuit, filium posse vendi propter famem.non extenditur ad aliũ casum propter identitatem rationis : & istud multum stringit.Item est glo. in Authentic.quas actiones. C. de sacrosanct. ec. vbi non fit extentio etiam propter maioritatem rationis. Quid dicemus in tanta rerum angustia : nam videtis quàm variè gloss. processerunt, ita vt vix studiosus possit firmare pedem, quin titubet. Sed vt hæc veritas elucescat, colligit has conclusiones: & sic concordabunt verba Cyn. in l.quicunque. C. de ser.fugi. Bald.& Ias.in d. Authen. quas actiones. Ange. in l. Item veniunt. de peti. hær.ff. Floria.in l.hæc actio.si quadru.pau.fe. dic. & iterum Cy. in l.1. C. quæ sit lon. consuet. aliquid per Bartol.in l.Cæsar.de publi.& vectigal.vbi tractat materiam.& in l.omnes populi.de iu.& iur.Bald.in l.his solis de reuo.don. C. & l. data opera,qui ac. pos. Dicamus ergo cum Lanfranco,Statutum continens odium irrationabile, non extenditur ad alium casum, etiam propter maioritatem rationis : deducamus hanc primam conclusionem ad practicam. Pone, statuto cauetur, quòd filia non succedat extantibus masculis. quod statutum est contra rationem naturalem, quòd filia non debeat æqualiter succedere sicut filius.l. maximum vicium.C.de libe.præ.quia tale statutum non extenditur ad bona extra territorium statuentis sita: quia in his æqualiter succederet cum filio, sicut dicit Bartol. in l.cunctos populos. C.de sum. tri. Secunda conclusio statutum extenditur ad alium casum propter identitatem rationis, vel maioritatem rationis, attenta larga significatione vocabuli: vt est videre in statuto excludẽte filiam à successione extantibus masculis. nam licet statutum loquatur de filia, extẽdetur ad neptem natam ex filia: quoniam maior est in nepte ratio, quia largo modo appellatione filiæ continetur neptis.ita sentit Bal.in d. l.maximum vicium. C. de lib. præ.sequitur do.

Aurea materia interpretationis

Singularis materia.

Anto.in ca.fin. extra, de consuet. Et hoc propter latam vocabuli significationem. Tertia cõclusio, statutum in vno ex correlatiuis extenditur ad reliquũ : probatur C. de indict. vidui.tot.l.Iuliam.vbi ius statutum in fœminis habet locũ in masculis etiã, vbi agitur de correctione: quia ista sunt simul correlatiua. Et in tantum procedit istud, quòd quãuis sit Doctorum theorica, quòd in correctoriis,nõ sit licita extẽsio etiam ex maioritate rationis, vt l.præcipuus,de appel. C.& tradunt Docto. in Authen.quas actiones. C. de sacrosanc.eccle.& ita suprà firmauerint in pręsenti notula. Attamẽ illa theorica fallit in correlatiuis, vbi iura correctoria extenduntur de vno correlatiuo ad aliud.imò plus dicit Bar.quòd etiã in materia pœnali fit extentio de vno correlatiuo ad aliud.propterea dicit se cõsuluisse, quòd si statutum prohibeat vendentẽ frumentum extra plateam ciuitatis quòd licet statutum loquatur de vendente, solum tamen habet locum in emente. per text. singularem l.primæ.C.de cupre.lib.11.Et quia hæc materia est singularis, licet proposuerim obseruare quantum potero breuitatem, tamen quia hæc est materia practicabilis,& tota singularis, & est plena denariis : sicut in simili dicit Bartol. in l.Cæsar,de public. & vecti.ff. Intendo deducere tres singulares conclusiones, quæ eliciuntur ex dictis verbis Bartoli. Prima conclusio est, quòd iura correctoria quæ non extenduntur, etiam ex maioritate rationis, extenduntur tamen in correlatiuis. Ita est tex.in dict.l.prima de cupress.libr.11.& Doctor.in d.Authent. quas actiones.& Pe.de Ancha.in commento cap. canonum statuta. exe.de consti.hinc dicit no.Imol. in cap.1.de temp.or.quòd si statutum permittit quem emere fine solutione gabellę,intelligitur permittere vendenti, ne soluat gabellam : facit notat.Bald.in Rubri. C.de re.cre.quòd si statutum disponat, quòd præscriptione certi tẽporis tollatur debitum, intelligitur etiã statuere, quòd tollatur creditum cum ista sint correlatiua. Item facit illud egregium verbum Bart.secundum quod refert Iason in d. l.legem Iuliam.vbi pulchrè dicit,quòd si per statutum notarius prohibeatur accipere pecuniam, intelligitur etiam prohibere, si aliquis vellet sibi vltro dare pecuniam, vt videlicet non possit accipere eam. facit gl. in ca.1. de Simo.pro hoc allego bonum tex. vltra omnes in l. vnica. C.de Salmagio hospitibus nõ præstando.lib.12.& glo.in l.prima. C. de rap. virg. in fine.Est enim in istis semper præsumptio concussionis : faciunt not. per Doct.in l. quisquis iudicis funebrem.C.si cer.pet.licet contrarium videatur notari in l. plebiscito. de officio præs. ff. pro hoc facit illud dictum quod traditur per Bar.in Authẽ. hæc locum. C. si mulier secundo nup.vbi pulchrè & egregiè quærit. Quid si maritus relinquit vxorẽ suam dominam,& vsufructuariam seu massariam omnium bonorum suorum: certẽ filiis

De correlatiuis.

In correctoriis regulariter nõ est licita extẽsio etiã ex maioritate rationis fallit ĩ correlatiuis.

Nota pro ordinatione [illegible] de 12. [illegible]

Vxor massaria filiis extantibus habet alimenta.

liis existentibus interpretatur, quòd habeat alimenta tantum, vt per glo. & Doct. in d. Authen. & Bart. in l. Titia. de lega. 2. Quid igitur econtra erit. pone quòd vxor fecit testamentum, & reliquit virum dominũ massarium, & vsufructuarium omnium bonorum suorum: an extantibus liberis habeat eadẽ consuetudo locum, vt solum habeat alimẽta? videtur quòd non, quia cõsuetudo est stricti iuris, & non extenditur. l. 3. §. hæc verba. & ibi pulchrè Doct. ff. de nego. gest. & Bart. in repeti. l. omnes populi, de iusti. & iur. ff. cũ loquitur de materia interpretationis extensiuę. Cõtrarium tamen determinat singulariter Baldus, quòd consuetudo quæ loquitur in vxore, habeat etiam locum in viro. Item facit, & istud est etiam egregiũ verbum, quod extrahitur de l. non tantum. de reg. iu. secundum Ias. quòd priuilegium singulariter & dispensatiuè vni concessum, extenditur ad alium ratione correlationis. Exinde infero, quòd priuilegium concessum hospiti scuti Franciæ de non soluendis taliis, sine dubio porrigatur, & extendatur ad vxorem. ad hoc l. 1. cũ ibi no. C. de in ius voc. Cum etiam statutum prohibitoriũ ratione correlationis in vno ex correlatiuis extẽdatur ad aliud. quanuis dicatur, ꝙ casus omissus in statuto relinquatur dispositioni iuris cõmunis. l. si extraneus, de cond. cau. dat. cau. non secut. cum similibus, & quanuis sit solutum dicere, ꝙ statuta tantũ disponunt, quantũ loquuntur, vt inquit Bal. in l. testamentum. in vltimis verbis. C. de testa. Alia conclusio ex præcedentibus dependens est, quòd etiam in pœnalibus correlatiuis fit extensio de vno ad aliud. vt in d. l. 1. de cupressis. ideo statutum pœnale in actore vẽdicaret sibi locum in reo. præsertim quando ratio vniformis militat in vtroque correlatiuorum. Ita firmat Panor. in proœ. decre. & in c. quia clerici. de iur. patro. Tertia conclusio ex antedictis illicita: est talis, quòd in correlatiuis quando est diuersa ratio, dispositum in vno, nõ intelligitur dispositum in alio, per l. si. Cod. de rescin. vend. Pono tibi singulare exemplum. Nam cum semper sit peccatũ mutuare pecuniam ad vsuram: tamen non est semper peccatũ ex parte accipientis: vt quando capit ex causa necessitatis, quia diuersa ratio est. Ita Ioan. de Ana. in c. super hic. de vsur. quod tamen non audeo firmare. facit etiam quòd quanuis vir & vxor sint correlatiua, vt sæpe dictum est. Et iniuria facta vxori censetur facta viro iux. not. in l. item apud spõsum. ff. de iniuriis. adeò quòd pro ea vir possit agere actione iniuriarum. tamen econtra iniuria facta viro non censetur facta vxori, cum sit diuersa ratio, quia vxores debent defendi à viris, & non econtra. Et ista tanquam quotidiana, sunt grandi statera ponderãda. Nunc igitur redeo ad generales conclusiones in hac materia interpretationis extensiuę. Ergo tertia conclusio in hac materia principali erit talis, vbi dispositio nullũ sortitur effectum, nisi fiat extensio: tunc statutum extenditur ad alium casum. not. l. si stipulatus fuero per te. ff. de verb. oblig. Bart. in l. non dubium. de legi. C. & in d. l. omnes populi. de iusti. & iur. ff. Quarta cõclusio principalis, statutum extenditur ad casum subrogatũ loco casus contenti in statuto. gloss. in cle. & si principalis. de rescript. do. Anto. in d. cap. fi. de consuet. extra. Quinta est lex pœnalis quæ extenditur propter identitatem rationis, quando ratio est scripta in glos. in d. cle. 1. de elec. vbi autem ratio non est scripta in l. tunc non extenditur propter identitatem rationis. Attamen nota singulariter, quòd quanuis ratio non esset scripta in statuto, si tamen potest non reddi nisi vnica ratio statuti condendi, tunc illa ratio habetur pro expressa, & sic statutum illud posset extendi secundum no. in l. 2. de libe. & posthu. ff. Sexta principalis conclusio interpretationis extensiuæ. vbi lex non est pœnalis, siue vbi statutum non est pœnale, tunc extenditur propter identitatem rationis, siue sit scripta, siue non. Ita sentit Dominicus de sanct. Gemi. in c. si postquam. de elec. libr. 6. Septima notabilis conclusio. vbi statutum etiam profertur per dictionem taxatiuam, videlicet per duntaxat, tantum, solummodo, & similes, tamen extenditur propter identitatem rationis ad casum similem in materia fauorabili. gloss. & Docto. in l. illud. C. de sacros. eccles. præsertim ibidem not. Bald. super verbo. gloss. ibi alia causa, &c. exponit gl. ibidem à simili à prædictis, &c. quod est singulare dictum Bald. & est materia fauorabilis materia dotalis, materia libertatis, materia testamentaria. Nam quando agitur de testamento sustinendo, dicitur materia fauorabilis. Iason in l. gallus. de libe. & posthu. ff. in principio. Doctor. in c. 3. de probat. extra. Septima conclusio, vbi statutum loquitur per dictionem taxatiuam in materia odiosa, tunc non extenditur propter identitatem rationis, ita debet intelligi. glos. in l. 2. C. de patri. qui fil. distraxe. Et nota vnum semper singulare in materia dictionis taxatiuæ, quòd dictio taxatiua non excludit casus similes. no. in l. serui nomine. & ibi Bartol. ff. de vsuca. & in gloss. l. cum notissimi. in princi. Cod. de præscrip. 30. an. & Iason in l. gallus. in fi. lectu. ff. de libe. & posthu. Octaua conclusio est, statutum exorbitans à iure communi, seu derogatorium iuris simpliciter loquens, si continet casum fauorabilem, extenditur propter identitatem rationis. probatur per l. 1. cum ibi no. Cod. per quas perso. no. acqui. Et vt clarius conclusionem intelligas, præsertim per l. senatus. de rit. nupt. sic illum declarabo. Nam regula iuris communis sic se habet, quòd matrimonia debent esse libera. l. Titia. de verbo. oblig. ff. c. gemma. ex despon. & matri. Emanauit postea lex exorbitans ab isto iure communi, per quam prohibetur matrimonium inter filiam tutoris & pupillum tutoris. vt to. titul. C. de interdi. matri.

Consuetudo est stricti iuris.

Iniuria facta vxori censetur facta viro. sed non econtra. Nõ est semper peccatũ accipere pecuniam ad vsurã. vide Iaf. l. si. C. de indic. viduita.

Quæ sunt fauorabiles materia, hic vide.

Et si isto casu impeditur libertas matrimonij, vt non posit contrahi matrimonium. Et istud concernit fauorem pupillæ, ne scilicet priuetur commodo sibi iuris competentis: cōtra & aduersus tutorem suum ratione administratæ tutelæ. Tunc ista l. sic exorbitans, quæ loquitur de filia tutoris, extenditur ad hęredem extraneum, & ad neptem tutoris, & hoc propter identitatem rationis. Nona conclusio, statutum quantumcunque sit stricti iuris, extenditur propter vtilitatem reipublicæ. facit text. in l. hoc modo. de condi. & demonstr. ff. Etiam si statutum ipsum esset pœnale, quod est summe notandum. ita vult Bartol. in l. quemadmodum. de agri. & censitis. libr. 11. C. Ex quo infert ipse Bartol. quòd statutum puniens committentem maleficiū, extenditur ad mandantem. ista est mens ipsius Bartol. Et quanuis statutum istud sit pœnale, debet tamen censeri fauorabile isto respectu, quia est maleficiorum commissorum punitiuum. Et reipublicæ interest maleficia puniri. l. ita vulneratus. ad l. Aquil. ff. cum similibus, quod est notandum. Reliqua autem hanc pulchram materiam pertinentia videbis, cum placuerit in diuersis iurium locis suprà allegatis. Hæc autem sub hoc compendiolo scripsi, quia sunt prædicabilia. & vt inquit Bartol. in l. Cæsar. de publi. ff. sunt nummis & denariis plena. igitur scio illa omni legum studioso esse placitura: quoniam sunt ex variis Doctorum ortulis in vnum satis (vt reor tamen) compendiosè & fideliter enarrata.

Statutū extenditur propter reipublicæ vtilitatem.

An hoc sit verum, vide infra artic. 23. eod. tit. vbi est resolutio in fine.

¶ Sequitur in textu.

Et luy demoura.

¶ Sub hoc articulo esset parumper vidēdum, quid si farina esset alicuius pupilli, an tunc esset committenda, seu an posset dici cōmissa. Hæc quæstio plerunque accidit, & in puncto iuris non crederem farinam minoris fore commissam. l. imperatores. §. idem rescripserunt. de public. vectigal. & con. ff. facit illud singulare, quòd tempus soluendi canonem ipso iure non currit minoribus. Bal. post gloss. in l. si tutoris. C. de administra. tuto. vel cura. not. in l. fin. C. in quibus caus. in integ. rest. non est necessaria. Item not. ex text. quòd non sunt bestiæ farinam deportantes commissæ. Sic in simili ad publicationem serui non sequitur publicatio peculij, & ad publicationem fundi, non sequitur publicatio instrumenti. Et publicata domo ex farina statuti, non publicantur res quæ in domo sunt. Et si ex delicto bona hic delinquentis sunt publicanda, bona tamen alibi sita non sunt publicanda. argu. l. relegatorum. de inter. & relegat. ff. & Bartol. in l. interdum. §. idem diui Seuerus. ff. de public.

De farina ipsius minoris.

Publicata domo non publicātur res.

Publicatio non egreditur territorium publicantis.

Et si la farine nest trouuee.

¶ Nota quòd iterum repetit istud, & verba geminata dicunt multum operari, l. Balista. ad Trebel. ff.

¶ Sequitur in textu.

Moulin banquier a eaue.

¶ Ergo non potest habere molendinū bancarium (vt ita loquar) ad ventum. Et de istis molendinis ad ventū, vide Doct. in cap. ex transmissa. extra, de deci. vbi dicitur quòd de redditibus eorum debet solui decima.

¶ Sequitur in textu.

De ses fiefz.

¶ Hic not. quòd dominus compellit homines vnius feudi ad molendinum cōstructum prouiso, quòd maneant homines infrà leuatam.

¶ Sequitur in textu.

Quant son seigneur.

¶ Sed quæro quando iste superior dominus dicatur habere molendinum de antiquitate: adeò vt posit prohibere alium dominum sibi subditum, ne molendinum nouum construat. Et sane hæc est bona & perquam singularis quæstio, quam ego pono & soluo. eo. tit. art. 13. vbi loquor de furno de antiquitate possesso. vbi videas pulchrè.

VI. ARTICLE.

Et sil na moulin, ses subiectz iront au moulin du seigneur suzerain, sil est au dedans de la lieue. Et deslors que le vasal aura faict reparer son moulin banquier ancien, sommation faicte a son seigneur de luy rendre ses hōmes moulans, il sera saisy de son droict, & les y contraindra.

Ancien.

¶ Videtur ergo sentire de molēdinis antiquis quod tene menti.

Sommation faicte.

¶ De istis ablatiuis absolutis, an faciant conditionem, vide Doct. in cōtinuatio. Rub. soluto matrimonio. ff. & pulchrè in l. de submersis. C. de naufragiis. li. 11. Scitote tamen quòd ablatiui absolute positi stant triplici modo: aliquando cōditionaliter, aliquando in vim causæ finalis, aliquādo in vim suppositorum terminorū, quod vide & dic. vt per Bal. in l. 1. C. de lib. præ. & l. 1. C. quando non pe. par. peten. accres. Et ablatiui absolutè positi quandoque inducunt modum. l. facta. ad Trebel. ff.

Ablatiui absoluti qualiter stant.

¶ Sequitur in textu.

Et deslors que le vasal aura faict.

¶ Aduerte ad intellectum textus istius articuli, & articuli quarti supra eo. tit. quia intelligo quòd subditus vasallus potest construere nouum molendinum, licet subditi sui moli consueuerint sponte sua in molendino superioris domini, si tamen dictum molendinum superioris domini sit vltra leuatum, vt ita loquar.

VII. ARTICLE.

Si le subiect est boulengier public, & le

&le moulin de son seigneur ne soit propice a faire farine a pain blanc, declaration premierement faicte par la iustice dudict seigneur, il peult aller ailleurs, car le bien de la chose publique prefere lespecialle excuse.

¶ Sequitur in textu.

Et si le subiect.

Boulengier publicque.

¶ Sed an exigatur, quòd ille pistor sit iuratus? Respon. quòd non. nam siue fuerit iuratus, siue nondum: tamen sit publicus, quia sunt plures villæ, vbi iurati non sunt: tunc credo quòd possit vti beneficio consuetudinis. me mouet generalitas rationis, quæ in textu ponitur, ibi in illis verbis,

Car le bien de la chose publicque.

¶ Nam ista ratio tam militat in pistoribus non iuratis, quàm in aliis, & quia omni tempore pane egemus. gloss. in l. publicas. C. de feriis.

Le bien de la chose publicque.

¶ Hæc est optima ratio, quæ ponitur in l. fina. Cod. de cadu. tol. & cap. bonæ memoriæ, de post. præla. extra, cum similibus. Sed istud generale dictum limita singulariter quando esset quæstio de parua vtilitate priuati, & de magna vtilitate reipublicæ, vel saltem æqualiter procederent. Nam magna vtilitas priuatæ personæ præferri debet vtilitati modicæ reipublicæ, secundum Doctor. in d. c. bonæ memoriæ. de post. præla. Circa articulũ moueo difficultatem in modum quæstionis, in qua non memini me conclusisse. Pone quòd dominus tantum egit, quia erat subditis multum reuerendus, quòd subditi promiserunt sub pœna iuramenti, & sub iuramento non detractare, seu relinquere suum molendinũ. quod tamen molendinum non est aptum ad faciendum farinam panis albi. quæritur an vigore cõsuetudinis? declaratione facta, subditi, qui conficiunt quotidie panes albos, possint non obstante illo iuramento molendinũ domini rélinquere. Dixi, & tenui quòd non obstante tali iuramẽto, possent subditi aliud molendinũ aptum accipere, & molendinum domini relinquere. Motus authoritate Doctorum, quorũ theorica est talis, quod quando vertitur vtilitas publica principaliter, sicut in casu nostro, tunc partes nõ possunt renunciare etiam medio iuramento. l. si vnus. §. paciscar. & §. sequenti. ff. de pact. dot. in capitulo si diligenti. de foro competen. extra. Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Iason in l. prima. in 3. columnn. solut. matrim. ff. Ad id autem quod dixi cum textu, quòd publica vtilitas præfertur priuatæ. non nego tamen quin propriam vtilitatem quis possit antepo nere vtilitati publicæ cum ex parte neutrius est indigentia. Bartol. in d. l. finali. C. de cadu. tollend. in fine.

¶ Sequitur in textu.

Declaration premierement faicte, &c.

¶ Sed vbi fit hæc declaratio? Respon. Non coram domino, cuius molendinum non est pro pane albo propicium. Sed in curia superioris, ipso tamen audito, quia cõtra partem inauditam aliquid diffinire non possumus. ca. 1. extra, de causa poss. & proprie. merita enim causarum partium assertione panduntur. l. si. C. si per vim vel alio modo absen. turba. fuerit possessio.

VIII. ARTICLE.

Le subiect qui achapte ble hors le bancaige de son seigneur, en lamenant a son estaige, le peut faire mouldre a autre moulin, sans offence.

Le subiect qui achapte ble.

A son estaige.

¶ Id est ad domum suam, vel habitationem, vel pergulam, aut apothecam. nam *ly* verbum *estaige* dicitur à stando, quia ibi mercator vel pistor stat, puta ad vendendos panes. arg. l. hæres absens. ff. de iud. & ar. in arti. sequente.

¶ Sequitur in textu.

En amenant a son estaige.

¶ Sed quid esset, si subditus mercatus fuisset bladum extra bancagium, & illud perduxisset ad domum suam, an tunc posset illud bladum triturare, vbi sibi videretur ad libitum? Respond. quòd non: licet tenuisset bladum in domo sua per aliquot dies. nam si aliter diceremus, fieret legi fraus. quod fieri non debet. l. non dubium. C. de legibus, cum multis similibus.

IX. ARTICLE.

Si le subiect enlieue ble du bancaige, il le peut faire mouldre ou bon luy semble, pour en vendre la farine ou pain hors dudict bancaige.

Si le subiect enlieue ble.

Du bancaige.

¶ Non distinguit: an ex domo leuantis, vel alterius. Sic nec ego distinguam, & verba accipiam sicut iacent, cum cõsuetudines sint stricti iuris. Bart. in l. 3. de itin. actuque priua. ff. Et vbi lex non distinguit, nec nos. l. de precio, de Publi. in rem acti. ff. cum similibus.

¶ Sequitur in textu.

Si le subiect enlieue ble du, &c.

¶ Sed an multor qui est extra bancagium possit impune vendere subditis in bancagio commorantibus farinam? Videtur quòd non: quia sic fieret legi fraus. Item, quia, vt dicit do. Iason in l. non dubium. Cod. de legi. si statutum puniat extrahentem frumẽtum extra

 ciui-

ciuitatem, quòd cadere debet in pœnam statuti extrahens solum farinam : aliàs, vt dicit ipse, fieret fraus statuto de re ad rem. Sed in quæstione nostra oppositũ credo : quia subditi possunt licite emere à multore, qui est extra bancagium, farinam extra bancagium, nec sunt emptiones istæ restringendæ, vel coartandæ, cum sint de iure gentium. l. ex hoc iure, cum sua materia, de iustitia & iure. ff. Item facit notabile dictũ Bald. in l. quòd non ratione. ff. de legi. vbi dicit quòd si statutum puniat extrahentem vinum de ciuitate : non tamen punitur extrahens vuas, qđ tene menti, quia crebrò hæc in praxi cadunt.

X. ARTICLE.

Lieue de moulin doit cõtenir deux mil pas, chascũ pas vallant cinq piedz, a prendre de la buche du moulin venant a lentree de lencloux de lestaige, & sera tenu le mosnier rendre la farine moulue bien & conuenablemẽt dedans deux iours & vne nuyct, ou deux nuictz & vng iour non feriables, aultrement le subiect pourra prendre son ble & le mener mouldre a aultre moulin, ou bon luy semblera. & du temps sera creu le subiect par serment.

¶ Sequitur in textu.

Chascun pas vallent cinq piedz.

¶ Sed quæro quantùm valere debet quilibet pes? Respon. quòd debet esse quindecim digitorum. Doct. pulchrè in l. 1. C. de interdict.

¶ Sequitur in textu.

Non feriable.

An sit licitum diebus feriatis molere.

¶ Ac si aperte vellet dicere, quòd diebus festis non sit molendum. sed vrgente necessitate etiam diebus festis est molendum, quia omni tempore pane egemus. gl. in l. publicas. super verb. fieri possunt pistoriis. C. de fer. Et etiam quædam sunt quæ diebus feriatis fieri fas est, quæ ponunt Doct. in c. 1. & c. conquæstus. extra, de fer. & l. omnes iudices. & l. dies festos. & l. fi. C. eo. & l. 2. eo. tit. ff. Et etiã sunt metra Virgiliana dicentia.

Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & iura sinunt, riuos deducere nulla
Relligio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere vepres,
Ballantumq́ gregem fluuio mersare salubri.

Hæc Vergilius in Georgicis.

¶ Sequitur in textu.

Pourra prendre son ble.

¶ Istud est æquitabile, & vide quæ scribam in 12. articulo.

¶ Sequitur in textu.

Et sera creu le subiect par serment.

Vbi lex vel consuetudo

¶ Nota tamen, & tene menti, quòd in istis, & similibus, in quibus lex vel consuetudo defert iuramentum, si iuratum fuerit, non potest tamen probari cõtrarium eius quod fuit iuratum. Bald. egregiè in l. 1. C. de re. cre. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. Angel. Imol. & Alexan. in l. qui bona. de dam. infec. ff. Ias. in l. ait prætor. §. iurari. de iureiu. ff. quod est signanter notandum, propter id quod vulgò dicitur, quòd causa iuramento decisa prætextu periurij non retractatur. Sed an subdito credendum sit de mensura bladi? & credo q̃ non, quia etsi subdito credatur in tempore : non tamen in blado multori dato. nec pro blado sibi credendum est, imo vnius permissio est alterius exclusio. arg. l. maritus. C. de procu. c. nónne benedicimus, ext. de præsum. Quid ergo erit de clamorosa quæstione honestissimæ mulieris, quæ affirmat se dedisse multori decẽ buccellos frumenti: multor autẽ dixit se solùm recepisse octo buccellos, & vult reddere farinam rationem octo buccellorum. certe licet mulier honestissima sit, & multor abiectus, & vitæ tenuis, tamen ipsi mulieri non credam. nam vt dicit Aulus Gellius in quartodecimo Noc. Attic. ca. 2. quòd cum ipse fuisset creatus Romæ iudex causarum priuatarum, euenit sibi iste casus, quòd quidam probus vir optimæ conditionis & famæ, & qui in vrbe Romana reputabatur legalior de mundo, petebat centum ab alio qui erat vir infamis, periurus & peior qui dici posset: sed iste improbus negabat, homo bonæ conditionis nihil poterat probare: dicit Aulus Gellius, quòd ipse nunquam ausus fuit pronunciare in illa causa, sed quòd iurauit se non instructum de causa. ita etiam refert Ias. in l. qui accusare volunt. Cod. de eden. Et certè hæc quæstio est coram me, & ita cum Aulo Gellio viro facundissimo iudicabo, Christo opifice rerum fauente. tene menti, quia ista quotidie in practica occurrunt, quod nota pro intellectu duodecimi articuli istius tituli.

defertur iuramentum, quãuis iuratum fuerit, potest tamen probari cõtrarium eius quod fuit iuratum.

Aulus Gellius in 14. noctiũ Atticarum.

XI. ARTICLE.

Droit de moulaige est tel, que quãt on baille aux mosniers le ble nettoye & cure, ilz doiuent rendre du boyceau de bled reez, vng comble de farine bien & cõuenablement moulue, & rendre treze pour douze & au dessoubz a la raison dessusdicte. Et ausdictes mesures faire : le boiceau doit auoir de parfons, le tiers de son large, & loultre plus doibt retenir le mosnier, & non plus.

¶ Sequitur in textu.

Treze pour douze.

¶ Male hac in villa hoc obseruatur. nam multores faciunt totum oppositum. quia reddũt duodecim pro tredecim.

¶ Sequitur in textu.

Le

Le tiers de son large.

¶ Ego plerunque expertus sum an posset fieri, sed non vidi quomodo: quanuis fuerint mihi oblati plures buccelli,

XII. ARTICLE.

Et sera tenu ledit musnier tenir son dit moulin au point rond & bien cloux, sur peine damende arbitraire. Et seront tenuz lesditz musniers a rendre la mesure selon larticle precedent par detentation & arrest de poches.

¶ Istud est nouum, ꝙ priuatus dicat sibi ius, cum & aliàs manuum iniectio sit prohibita. l. extat, cum ibi traditis quòd met. causa. ff. l. si quis in tãtam. C. vnde vi. l. generali. C. de decurio. lib. 10. cum similibus. Certi tamẽ sunt casus, in quibus & captio & detentio non solum rerũ, sed & personarum etiã priuilegiatarum sunt, & inueniũtur permissæ, quas luculenter pertractat Ias. in l. 2. de iur. om. iu. ff. gl. & Doct. in §. 1. Instit. de actio. cum infinitis locis. vbi cõclusiuè etiam dicunt Doct. quòd per creditorẽ potest capi & arrestari debitor fugitiuus: etiam si ille debitor esset clericus. Et etiã die feriata quod est summe notandũ, & vide aliquid per do. canonistas in c. at si clerici. de iud. & in c. cum nõ ab homine, extra. Et plus est, si debitor faciat præparamenta ad fugã. vt quia facit fardellũ, & cõponit sarcinulas, vel quid simile. Tunc iudex ad instantiam creditoris, facta tamẽ sibi aliquali fide de debito, procedere potest ad arrestationem debitoris. Doct. in l. si. C. de feriis post glossellam ibidem positã super verbo fideiussioni. Quod autem dixi de detentione, non intelligas de morosa, seu longa detentione: quia tunc creditor committeret priuatum carcerem, sed potest creditor debitorem accipere, & ad iudicem ducere, & paululum, vt securè ducat, detinere, vt fortè creditor conuocet famulũ qui eum iuuet ad ducendum. no. in d. l. generali. C. de decurionibus: & ista est pulchra materia, sed est admodum trita.

XIII. ARTICLE.

Le bas iusticier nest fonde dauoir four a ban, & nen peult vser: si dancienneté il nen a ioy.

¶ Hic intendo formare pulchram quæstionẽ, quæ proderit ad multa. Pone, quidam dedit furnum, seu molendinum in emphiteosim, hoc adiecto quòd deberet recipiens gratis coquere vel molere pro isto donante & familia sua. demum excreuit multum familia istius vltra solitum. Quæritur nunquid teneatur coquere vel molere gratis, pro omnibus: an secundum numerũ antiquum? Vel pone etiã, paterfamiliâs cõstituit certum preciũ, vt quis teneatur coquere pro tota familia sua, nunquid aucta familia teneatur furnarius coquere pro illo precio, sicut faciebat per prius? Et videtur quòd teneatur furnarius, vel molendinarius coquere, vel molere, licet familia excreuerit: quia ex quo obligatio fuit simplex concepta sub nomine collectiuo: non variatur ipsa obligatio, licet crescat vel diminuatur numerus comprehensorum sub nomine collectiuo. Inno. Io. And. & Panor. in c. quanto, extra, de cens. In cõtrarium facit. nam excrescente semper tali familia, videretur furnarius, vel molendinarius obligari vsque in infinitum. Sed non est verisimile, quòd quis velit se grauare vel obligare in infinitũ. Breuiter dicendum est, quòd si sponsor seu promissor istius iuris, scilicet coquendi panẽ, vel molendini bladum id facere spopõderit, aut promiserit ex mera liberalitate, hoc est quòd nullum propter hoc percipiat lucrum. & tũc si familia tantum excreuerit, tunc subueniẽdum est ei iudicis officio, vt ad totam familiã non teneatur, presertim vbi non potuit cogitare de tam grandi excrescentia familiæ iam dictæ. Aut propter hoc promissor capit & percipit lucrum. Sicut in secundo casu, quando videlicet paterfamiliâs egit cũ furnario, vel molẽdinario, vt coqueret, vel trituraret precio appreciato pro se & familia sua. Et ipsa familia est vltra solitum aucta. tunc dico furnarium, vel molendinarium teneri ad totã familiam, sicut per prius. nam ex quo recipiens se potest habere ad lucrum, scilicet de minorata siue paruificata familia, ita debet sentire damnum aucta familia, cum contrariorum eadem sit disciplina. Sed aduerte ad quæstionem. *Quæstio aurea de rustico pro furno.* Nobilis quidam, qui plurima habebat suo in territorio nemora: concessit cuidam rustico manenti in dicto suo territorio facultatem & ius capiendi de nemoribus suis pro necessitate domus & familiæ suæ, & pro calefaciẽdo furnum, pro se & familia sua: cum hoc dictus rusticus vel primus de familia sua teneretur sibi ad castellum suum quotannis cantare vnam cantilenam in vltima die Aprilis circa crepusculum seu de sero. Et ibidem deferre vnum viridem & florigerum arboris ramusculum. *Alia quæstio.* Euenit tractu temporis quòd ipsius rustici familia fuit supra modũ, & affluenter aucta seu augmẽtata. Ita vt multum læderet nemora ipsius nobilis. quia ter aut quater in hebdommada oportebat calefacere furnũ: quia erat vnum grossum, vt ita loquar villagiũ. dominus id perpendens, vult familiam rustici à succidendis lignis prohibere. rusticus cũ tota familia se opponit, quia rusticus vult bene cantare, & ramusculũ deferre. hinc oritur quæstio corã domino seneschalo Pictauiensi, seu Locũtenente suo ibidem. causa vario modo trutinatur. Quærebatur à nobis quid iuris, an dominus debeat obtinere, an rusticus qui bene volebat cantare. breuiter posita hac q. nos parumper, vt inquit Lud. Ro. in singularib. suis in plusculis locis nos mussitauimus, & quicquid dixerũt alij. *A forma contractus non recedetur.*

ego tamen mussitaui, quia dicebã quòd à forma contractus nõ receditur. sed pristina forma seruitutis attenditur. Doct. in l. non modus. C. de ser. aqua. in l. Rutilia Polla. de contrahen. empt. ff. in l. damni infecti. §. si is qui vicinas ædes habeat, de dam. infec. ff. vbi habetur, quòd stipulatio dam. infecti simpliciter interposita, non refertur ad aliam domũ, seu ad aliã domus partem post stipulationem quęsitam. ergo idem videbatur dicendum in proposito. *Pro parte nobilis.* Adducebam igitur pro parte nobilis concedentis contra rusticũ, id quod pulchrè tenet gl. in d. §. si is qui vicinas. vbi dicit nota. quòd pręsens stipulatio non trahitur ad futura, intãtum, quòd si promisi tibi fructus alicuius arboris, & arbor illa est incisa, vel vi ventorum deiecta. si arbor renascatur, quòd ego non teneor ad fructus nouellæ arboris. *Pulchræ sunt istæ decisiones.* Item facit aliud pulchrum, quòd si rusticus promisit militi aquam frigidam in æstate in mansione, quam habebat per aliquot dies, si domus militis comburatur, quod ego nõ teneor, si postea ædificetur. l. Nam & Seruius. §. si viuo. ff. de nego. gest. l. in lege, de cont. empt. ff. Item adducebam illud quod iterum inquit gl. super verb. promissionis. Si aliquis concessit rustico fundum, vt eum recipiat cum quinque hominibus in domum, quam ibidem ædificabat. Et postea aliam ædificauit, an teneatur eum recipere cum personis, & dicit ibidem argu. fore quòd non pro hoc, d. l. Rutilia Polla. de contra. empt. ff. & dict. l. non modus. C. de ser. & aqua. Item adducebã pulchram Cy. decisionem in d. l. non modus: *De rustico relinquẽte aliquid certis canonicis pro anniuersario* quòd si rusticus reliquit cuilibet canonico sancti Martini decem pro anniuersario suo, & postea numerus canonicorũ est auctus. quòd canonicis auctis nihil debeatur, quia non potuit rusticus ipse taxare numerum canonicorum. Item adducebam aliam pulchram Doctorum decisionem. pone quòd nobilis quidam promisit communitati suæ manu tenere certum pontem, qui tempore promissionis erat paruus, postea per incrementũ aquæ opem, quòd pons fiat maior, quæritur, an nobilis teneatur? *De nobili promittẽte manu tenere pontem.* Et dicunt Doct. in d. l. nõ modus, quòd si oportet pontem elongare in longitudine, quòd ipse nobilis non teneatur, qđ tempus contractus inspicitur: vt d. l. Rutilia Polla. & ita determinatum fuit per Fran. Accur. vt refert ibidem Barto. & Salic. Item adducebam pro nobili id quod dicunt Doctor. in d. l. dam. infecti. quòd si aliquis procurator promittat de domino defendendo, quòd tantum teneatur eum defendere in quæstionibus seu causis præsentibus, non quæ postea emerserunt, vt l. non solum, de procu. ff. Item adducebam septimò pro hac parte illã egregiam Doctorum theoricam in Authẽ. nouissima. C. de inoff. test. vbi dicunt, ꝙ si filia quæ *Singularis resolutio pro filiab.* recepit dotem pro legitima, promisit nihil petere amplius. Si tamẽ postea augeantur facultates patris, quòd post mortem patris poterit filia ipsa augmentum petere, cum facultates patris excreuerint. ergo patet ꝙ futura excrescentia operatur in resolutione cõtractus, sicut cum in casu nostro, in quo familia rustici excreuit. Octauò adducebã illud ꝙ pulchrè habetur in ca. cum M. Ferrariensis, extra, de consti. quòd si sit facta conuentio de nõ recipiendo aliquem in canonicum vltra certum numerum, & ita sit iuratum: quòd tamen, si postea excreuerint eccle. facultates, quòd possunt recipere alium non obstante iuramento: *Iuramentũ intelligitur rebus sic stantib.* quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus l. si. qui satisda. cog. ff. Ergo excrescẽtia id operatur, seu operari videtur. In contrariũ pro parte rustici, videtur quòd nobilis male dicat. Nam videtur quòd augmẽtato prædio seruitus augeatur, quia si concessisti seruitutem, ne officiaris luminibus meis, & tunc solum vnam fenestram habebam: si postea illam faciam ampliorem, vel fecerim plures fenestras, tu non potes prohibere, nec nouis luminibus officere. l. si seruitus, de ser. vrb. præd. ff. Item facit d. cap quanto. quia ibi habetur, quòd ille qui tenetur procurare fratres alicuius domus, obligatur & is ad procurandos omnes: licet illorum numerus nunc creuerit. Tamen pro parte nobilis faciũt noper Barto. in l. damni infecti. §. si is, qui: vbi loquitur de iure reali, vt cum sit talis promissio occasione fundi. an iure personali, vbi ipse loquitur de rustico, qui promisit dare venatori nobili aquam frigidam tempore æstatis, vel dare de fructib. arboris, & arbor illa fuit excisa: deinde pullulauit. nam dicit ipse si est ius reale constitutum occasione prædij, tunc ei remanet etiam arbore renata. Aut personale, & tunc non remanet. Item pro parte rustici facit quòd priuilegium concessum monasterio comprehendit futuras capellas. per ca. quia circa, de priuile. argu. l. in peculium. de leg. 2. ff. & vide Andr. Barba. in d. l. damni infecti. *Priuilegiũ concessum monasterio cõprehendit capellas futuras.* Item facit illud egregium dictum, quòd si sit facta pax inter duas ciuitates & cum castris earum, quòd talis pax trahatur ad castra, postea acquisita vt voluit Ioan. And. in addit. Spec in titu. de treu. & pa. in penul. q. Iis tamen non obstantibus credo solutionem præsentis dubij debere dependere à ratione solutionis in præcedenti quæst. factæ. *Solutio quæstionis principalis.* Nam ex quo nobilis percipit commodum à rustico, oportet eum pati rusticum incidere ligna foreste cum familia sua, eo quòd obligatio fuit simpliciter concepta sub nomine collectiuo. *Obligatio concepta sub nomine collectiuo variari non debet, licet crescat vel minuatur numerus comprehensorum.* ideo non debet variari, licet crescat vel diminuatur numerus comprehensorum sub nomine collectiuo, & hoc cum nobilis perciperet commodum pecuniariũ, at vbi nobilis nihil lucri perciperet, tunc officio iudicis ipsi nobili subueniretur propter nimiã familiæ excrescentiam. hæc nota quia pulchra sunt & quotidiana. Et in isto articulo concludo pro nobili, quia cantilena non est lucrũ, sed notat quendam honorem, vel præeminentiã, sicut de anticipite vel ense dicitur. vt no. Ias. in prælu. feudi, col. 25. ver. quid tenendæ in casu. Sed

quæro

quæro quia in textu fit mentio de antiquitate possessionis, quando dicatur antiquũ tempus, vel de antiquo: & aduerte, quia doctores faciunt differentiam inter antiquum tẽpus, & ad longum tempus. Nam de longo tempore habetis Rubricã specialem de præscriptione longi temp. decem, vel viginti annorum. hic autẽ loquimur de antiquo. Ideo quæro, quid sit dicere de antiquo. In hoc porro passu tenet do. Anto. in c. 1. de test. in antiq. & in c. quid per nouale. de verb. sign. quòd elapsis quadraginta annis dicimus esse in antiquis. Idem vult Geminianus in cap. 1. de rescrip. in 6. Sequitur do. Alexan. in consil. 4. in 2. volu. 9. colum. vel dicit ibidem insuper id relinqui arbitrio iudicis. Idem tenet d. Alexand. in consil. 187. in 2. volum. incipiente, In causa & lite in 3. colum. & consi. 70. in secundo volum. incipien. In causa vertente inter dominum Baldesarum: sed Panormita. & Imola, in dict. cap. veniens. tenet quòd oportet quòd sit lapsum tempus centum annorum ad hoc, vt res sit in antiquis: & dicit dominus Alex. in l. cum aliquis. de iur. deliberãdi. C. quòd ista est communis opinio. Sed credo quòd sufficiat domino basso iusticiario, quòd vsus fuerit quadraginta annis. Et non mireris, si à consuetudine fauetur antiquitati. nam aliàs antiquitas multum facit & operatur. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqu. quoti. & æsti. ff. Canonistæ in cap. quanto. de consuetu. nam aliàs licet verba enunciatiua in instrumentis descripta sint purificata, nihil vere probent inter personas extraneas; istud tamen fallit vbi talia instrumenta essent de antiquo: quia tunc plenè probant: vtputa, quia dicunt instrumenta, confines & limites esse tales, &c. Ita pulchrè Bald. & Sali. in d. l. cum aliquis. & Floria. in l. in finalibus. ff. fini. regund. facit ca. cum causam. de proba. Secundo facit. nam licet fama sola non plus faciat quàm semiplena probatio, vt per Bartol. & Doct. in l. admonendi. ff. de inreiur. Tamen fallit quando esset fama de antiquo: quia tũc plenè probaret. no. per Innocen. in c. veniens. de verb. signi. extra, Bald. in Authen. quas actiones. in fin. C. de sacrosanc. eccle. Et in antiquis fama plenè probat, vt not. do. Alex. in consil. 75. in 4. vol. & do. Franc. de Aret. in consil. 27. incipien. Sequendo ordinem, &c. Ideo dicit pulchrè Ludo. Rom. in l. 2. §. idem Labeo. de aq. plu. arcen. ff. ꝙ Papa potest probare ciuitates esse de dominio ecclesiæ, eò quia de hoc est fama. quæ cum sit de antiquo, plenè probat. Tertiò facit pro antiquitate, quia dicũt DD. ꝙ si reperiatur sententia quæ sit lata de antiquo, licet non appareant aliqua acta, præcessisset tamen talis sentẽtia, in qua dicitur enunciatiuè viso libello & visa litis contesta. propter antiquitatem probat acta præcessisse: facit ꝙ not. in c. bonæ memoriæ. leg. 1. de elect. firmat do. Anto. in c. præsentia. de renuncia. Bald. in l. emancipatione. de fide instru. C. & ideo tenementi, & pro resolutione mea cum loquor de 40. annis, facit tex. in articu. 8. tit. *de rachaptz de ventes*. infra eodem libro.

Quando antiquũ tempus.

Fama plenè probat in antiquis.

XIIII. ARTICLE.

Le bas iusticier est fonde dauoir espaues dauettes.

¶ Notanter dicit *espaues*. Nam examen apum tuarum, ꝙ euolauerit de fundo tuo, eo vsque tuum durat, donec est in conspectu tuo, nec difficilis est eius persecutio: limitat hoc esse verum, nisi consuetudinem reuertendi haberent apes. at ille animus deprehẽditur per exteriora: quia exteriora demonstrant conceptum interiorum, vt §. apium quoque. de rer. diui. Instit. & ibi Ioan. Fab. Ioan. de Plat. Ang. de Perusi. Christopho. Po. & Iason. facit l. Labeo. de suppel. leg. ff. Et vt egregie inquit Panor. in c. ex studiis. de præsum. ex.

Intima per mores cognosces exteriores,
Rustice qualis erit bos: ex titulo modereris.
Annus qualis erit, cognoscẽs tempore veris.

Et vt dixit Philosophus, accidentia exteriora magnam partem conferunt ad eruendam veritatem, quod adducitur ad quæstionem de scholari, qui occupauit locum aliquẽ in scholis, quòd ille locus est sibi conseruandus, Ias. alle. gl. in l. fi. C. de off. magi. mili. & hoc nisi animo deseruerit illum locum, videtur autem habere animum deserendi, si & consuetudinem reuertendi deposuerit. quòd optimè quadrat pro aduocato, qui locũ certum accepit in barra. vt locus ille sibi conseruetur, donec consuetudinem reuertendi deposuerit. Ad hæc quæ dicta sunt pro intellectu illius §. Apium. locum habẽt in animalibus quorũ natura fera est, in animalib. autẽ quorum natura est mansueta, quocunq; euolauerint, tua remanẽt, licet animũ redeundi deseruerint. Ex quo sequitur secundũ eundẽ Ias. ꝙ si tu fortè in festo carnispriuij gallinas acceperis, furtum committas: & si euolauerint, nec liberaris pœnitentiam restituendi. l. qui ea mente. ff. de fur. quod tamen limitat Bart. nisi ille gallinæ ad domũ tuam peruenerint: quia tunc tale furtũ remittitur per pœnitentiam restituendi. l. 1. ff. de ser. fu. ratio secundũ ipsum Ias. quia quando quis incitatur à re vel persona cũ qua, vel supra quã delinquit, minus delinquere dicitur. ideo dicit gl. in c. fur. 14. q. 6. ꝙ ille qui habet copulam cum formosa muliere, minus delinquit, quã ille qui habet copulã cum turpi vel deformi: ratio, quia priore casu magis incitatur à natura. alia rõ quia citius se absoluit ab actu Veneris. Et ex hac ratione nota, ꝙ qui in actu veneris citius se absoluũt, minus delinquũt: bene facit, ꝑ primo dicto id quod facere dicebat Ias. ꝙ scholaris minus delinquit, qui cognoscit mulierem ad se venientem, quàm si ad eam vadat. alibi dicit Cy. in l. 1. de rap. virg. ꝙ non est vir, ita senex, quin amet etiam vilissimam mulierem, si ipsum illa deprehendat. Et nimirum, nã dicit gl. sing. in l. 1. C. de senatusc.

Exteriora demõstrat conceptum interiorũ.

An sit grauius peccatum cognoscere turpẽ mulierem quàm formosam.

Claudian. tol. quod spicula gerit amor, & amor trahit superos. & ibidem dicit imper. quòd nihil amoris furore vehementius, & inquit pulchrè Virgilius quarto Aeneidos, *est mollis flamma medullas*. De amore autẽ multa dixi in Lectura mea quam feci in d.l.1.C. de senatusc. Claud. tol. quam lecturam cum aliis compluscul is (dum aliquando feriatus essem) commentaui. Et de præclaris apum modis, vide quæ etiam scripsi in lectura alia mea, quam composui super l. morali, quam suprà virentes fluminum ripas. C. de re milit. libro 12.

Trahit amor superos, habet sua tela cupido.

¶ Sequitur in textu.

Auetes.

¶ Quæro quid sibi velit hoc verbum? Dic, quod est verbum francum diminutum ab auibus, quasi vellet dicere tex. quòd sunt paruæ aues. Nam apes inter fœcundas aues perquam paruæ sunt, sed optimi fructus cum bene mellificant, vt patet per quartum Georgicorum librum. Et quòd domini terrarum in regno Franciæ occupant animalia espaua seu abigea, tenet Ioan. Fab. in d. §. apum. post prin. de re. di.

XV. ARTICLE.

Le seigneur qui a basse iustice, peult prendre & saysir en sa main, par iustice la chose tenue de luy a foy, & hommaige roturierement, ou autremẽt: pour plusieurs causes. Cest assauoir, Quant la chose est vacant par default de hoir, ou quelle mue main, ou pour exhibition de tiltres & contractz, & par default de ladicte exhibitiõ. Aussi pour ses droictz & deuoirs non payes, ou rẽdues a iour & autres causes raisonnables, & peult, & doit icelles choses faire exploicter leuer & gouuerner soubz sa main par cõmissaire cõmis par sa iustice iusques a ce que celluy, ou ceulx qui pretẽdent droit esdictes choses saysies, ayent reblãdy ledit seigneur ainsi quil appartient.

¶ Sequitur in textu.

Le seigneur qui a basse iustice, &c.

¶ Quamuis dominus directus ob defectum præstationis homagij, fidelitatis, solutionis, rachaptus, & aliorum iurium eidem domino singulis terminis debitorum de iure ac etiam de cõsuetudine nostra possit feudum, & fructus, seu prouentus eius ad manum suam ponere, & eos fructus lucrari, vt tenet Io. Fab. in §. præiudiciales. versicu. quid dices. Instit. de acti. & Domi. de sancto Geminia. in c. ad apostolicę. de re iud. in 6. & pro hoc videtur facere tex. in c. 1. §. licet. si de feu. controuer. sit inter domi. & agna. vasal. etiam facit tex. nostræ consuetudinis, primo titulo.

Comment hommaige se doit, &c.

¶ Articulo primo, vbi est formalis tex. tamen vasallum non poterit feudo priuare. quòd autem pro defectu hæredis bona debent sequestrari, est text. celebris & peregrinus in l. fin. ad l. Iul. læsæ maiestatis, & ibi per Bald. & tene menti. Et quòd dominus possit ad manum suam feudum pro iuribus non sibi redditis seu solutis ponere, vide tradita, & scripta per egregium virum dominum Nicola. Boër. in §. 13. de consuetu. feudi. Et an possit vasallus priuari feudo ob cessationem triennalem solutionis, vide vltra allegata per dictum domi. Boër. Id quod not. Bald. in ca. si duobus. de re iud. & in c. quę in ecclesiarum. in 5. col. extra, de constitu. & tenet ipse quòd sic. Contrarium tenuit Ioan. de Imola. in c. 1. 20. colum. extra, de feudi. cui applaudit dominus Ias. in l. 2. colum. 12. vers. Quartò quæro quid in feudo. C. de iur. emphy. breuiter, licet in hoc punctulo sit varia Doctorum opinio, tamen est textus in li. feudorum, tit. quę sit prima cau. benefi. amit. sed non est alia iustior causa beneficij auferẽdi, quàm si id, per quod beneficium datum fuerit, hoc est, seruitium facere recusauerit: quia beneficium amittit. iste textus literalis illius versiculi. cui Apollo ipse respondere non posset, si viueret. faciunt not. in l. 1. C. de condi. ob causam datorum. Peculiare esset videre quid in emphyteota, an ob cessationem triennalem possit expelli? & dic resolutoriè quòd sic. intelligo autem de emphyteota priuato. de emphyteota autem ecclesiæ sufficit tempus biennale. istæ sunt veræ conclusiones Doct. in d. l. secunda. C. de iure emphy. & per Docto. in c. propter sterilitatem. extra, de loc. & cap. peruenit. de censi. At censuarius si per mille annos, vt ita loquar, cessaret, quòd censum non solueret, non propterea re cẽsuali à domino priuari posset, quia in censuariũ transfertur, quicquid iuris est penes cõcedentem, pulchrè per Imol. in cap. ad audientiam. in secunda colum. extra, de re. eccle. non ali. & per Iaso. in d. l. 2. colum. 12. versicu. iuxta has conclusiones, &c. Vnum tamen nota in practica, quòd si Dominus propter iura sibi non reddita saysiat rem feudalem, veluti ex defectu homagij, & vasallus alteri quem putat dominum, fecerit homagium, poterit eum appellare in garandum. & si sit quęstio inter duos dominos de iure, quia vnus dicit me suum vasallum: alter autem dominus dicit contrarium: ego vasallus debeo offerre homagium cui debebitur, & pertinebit in fine causæ. & tunc manum leuatam mei feudi debeo habere, & de ipso gaudere tempore processus inter ambos dominos vertentis. not. Bart. in l. litibus. C. de agricol. & censi. libr. 11. Sic vidi iudicari per clarissimum dominum magistrum Gulielm. Cireau Turoniæ iudicem in causa mota inter dominum Baronem mazeriarum ex vna parte, & dominum Sauary ad causam feudi Delannay, quòd tenebat domina

De emphy eccle.

mina de Pareyo, & illa iudicis sententia fuit per supremæ curiæ arrestum confirmata.

Et autres causes raisonnables.

¶ Id amplifica: si vasallus forte rachaptum ratione suæ vxoris debitum domino persoluere nolit.

Peult & doit faire exploiter, &c.

¶ Nota quando ista verba Potest & Debet simul iunguntur: tunc necessitas inducitur de iure scripto pulchrè per Ias. in l. Gallus. col. 3. de libe. & posth. ff. verbum autem potest regulariter necessitatem non inducit. l. sæpe audiui cæsorem. de offi. præsi. ff. ibi in tex.

Iusques a ce quilz ayent reblandi.

¶ Scilicet per præstationē fidelitatis & homagij, & solutionem rachaptus seu iuris annui.

XVI. ARTICLE.

Toutesfoys pour adueu non baille a iour: pour la premiere iniunction le seigneur ne pourra saisir aussi par commission generale, ains ont este abrogee & defendues icelles cōmissions generalles, & declarees nulles. Et ne pourront lesdictes saisies estre faictes sans declarer particulierement les causes desdictes saisies.

¶ Sequitur in textu.

Toutesfoyes.

¶ Hic est nouus articul. & bonus, ex quo not. illum tritum. quod nimia generalitas reprobatur. cap. ad hæc. extra, de rescrip. cum similibus.

Abrogees.

¶ Scitis quòd abrogare, est in totum tollere. derogare est sicut contradicere. & an valeat seu possit sumi argumentum à iure abrogato, hic non pono, cum non sit speculationis nostræ. Et nota vnum magnū verbum Ange. in l. si in rem. de rei vendi. ff. vbi vult, quòd si vasallus non det declarationem seu aduoamētum: nec de re feudali faciat fidem, quòd dominus potest eum expellere: & dixi amplè in articu. 2. suprà eo. titu. Sed de consuetudine nostra, quæ tota benigna est, sicut & illius conditores erant benigni: vides quòd pro aduoamento non dato pro prima iniunctione non fit rei feudalis sequestratio.

Par commission generale.

¶ Istud est verum quòd commisiones generales prohibentur dari iudicibus, cum sit diuersitas in locis. Secus autem si daretur commissio pro feudo multis terris composito sayfiendo, quia hæc commisio non est generalis, ar. l. possideri. cum sua materia, de acq. vel amitten. pos. ff. in princ.

XVII. ARTICLE.

Et doit ladicte saysie estre signifie a la partie qui sera, ou fief, ou a son domicile, saucun en ya. Et si non par opposition de brandon en saysie de heritaige. Et en arrest & saysie de rente signifier ladicte saysie ou arrest, a la personne du subiect, ou a son domicile, saucū en a en ladicte seigneurie. Si non, a la personne du debteur de ladicte rente. En baillant es cas dessusdit larrest, saysie, ou commission par escript au debteur: & au commissaires commis, au regime & gouuernemēt desdictes choses saysies aux fraiz dudit seigneur sauf, a le recouurer sur son subiect.

¶ Sequitur in textu.

Et son domicelle.

¶ Id est, vbi larem fouet, & maiorem partem fortunarum suarum, & vbi dies festos celebrat. l. 2. C. vbi senato. vel clarissi. & capit. dilectus filius Saracenus. extra, de rescrip. & l. assumptio. ad munici. ff. potest tamen habere quis domicilium in duobus locis, si in vnoquoque æqualiter se collocat. De isto domicilio, & originis, & habitationis, & an quis primò debeat citari seu adiornari ad personam, quàm ad domicilium, scripsi multum diffusè in glossis, quas edidi super nostro stylo in titu. 1. in articul. qui incipit.

Tous adiournemens, &c.

¶ Et in titulo retractuum.

Commissions par escript.

¶ Aduertatis rogo vos, quia etiam in puncto iuris, quanuis scriptura non sit de necessitate, attamē licentia iudicis de intrando in possessionē nō potest probari, nisi per instrumētum seu scripturā, & non per testes. ita Bar. in l. fi. C. de edic. di. Adria. tol. Bal. in l. 2. in 2. col. C. de iur. emphy. Ias. in l. pactum q̀ bona fide, quā legit cum l. cum proponas. C. de pac. Ita etiā in proposito dico scripturam esse de necessitate. sicut etiā patet in text. casus autem in quibus scriptura sit de substātia, vide in c. 1. de censi. lib. 6. & per Bart. in l. gesta C. de re iud. vltra quos adde vnum singulare, & mēti tenendū, in quo requiritur scriptura s. quando nuncius vult facere executionem personalem, vt aliquem capere ad corpus. Bal. in c. cum parati. in 2. col. extra, de appel. & l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. per tex. in l. missi opinatores. de exacto tributorum, lib. 10. C. & l. defensionis facultas. C. de iu. fisci. etiam lib. 10. Est item alius notabilis casus, in quo requiritur scriptura, videlicet in magnis priuilegiis, ita singulariter Bal. in c. constitutus. in fi. extra, de rescrip. Sed quid si ista quę in puncto iuris vel cōsuetudinis requirūtur, essent deperdita, an tūc possent probari per testes, vt in casu nostro? pone cōmissionem deperditam, an possit probari per testes? Dic q̀ sic, secundum Bart. in l. 1. de bon. pos.

Licentia iudicis de intrando in possessionē non potest probari, nisi per instrumentū seu scripturā.

pos. secundum tabul. Bald. in l. emancipatione. de fide instru. C. Salic. in l. litigatoribus. C. de appel. & Ias. in d. l. pactum. quod bona fide. C. de pact.

XVIII. ARTICLE.

Aussi peut prendre & saysir par default de homme, ou de hommaige non faict, & peult leuer, ou faire prendre & leuer a son proffit, le reuenu dicelles choses, par sa main ainsi, que bon luy semblera, & iusques a ce quil ayt homme quil luy ayt fait son hommaige, ou que ledict subiect se soyt mis en ses respitz.

Aussi peut prendre & saysir.

¶Ecce quomodo Consuetudo nostra tam facilè hæc saysimenta permittat, quæ & aliàs omni iure sunt vsquequaq; prohibita. non nego tamen quin iudex ex officio suo nobili, cum videt futuras partium rixas: vt, cùm homines vadunt armati ad possessionem aliquã, tunc quia boni iudicis est obuiare malis & scandalis, potest ex officio suo nobili rẽ ipsam sequestrare apud tertiũ, & exigere probationes à partibus super possessione: & secũdum exitũ probationis ꝓcedere. ar. l. ęquissimũ. de vsufru. & l. in venditione. de bo. auct. iud. pos. quia iudicis officiũ latissimũ est, vt l. 1. de iu. om. iud. ff. c. 1. de of. or. extra. l. senatus. de of. prę. Ita pulchrè tenet Panor. in c. dilectus. extra, de seque. pos. & fructuum. Item potest res sequestrari, cum quis dilapidat fructus, & d. c. dilectus. Item, cum appellatur ab executore rei mobilis, quia præsumitur appellare causa impediendæ vtilitatis sentẽtiæ: ita cum persona, à qua res petitur mobilis sit suspecta: tunc res sequestratur. l. fideiuss. §. vl. qui satisdar. cog. ff. vbi Ias. ille plurima verba lepida effundit. Et dicitur suspecta persona quatuor modis: primò, quia non possidet immobilia: secundò, si possidet, tamen possidet pauca: tertiò, propter malos mores: quartò, q̃a prius male administrauerat, & sufficit vnum istorum secundum Bar. in d. l. si fideiussor. 5. fit sequestratio si timeatur de dilapidatione. l. imperatores. cum ibi no. de ap. ff. vel cum quis ꝓclamat in libertatẽ. l. 1. C. de asser. tol. vel si vellet possessiones deserere. l. vlt. C. de agric. & censi. vel si maritus vergeat ad inopiã, tũc sequestratur dos. l. in rebus. & l. vbi. C. de iu. dot. colonus si maritus esset effectus furiosus. Itẽ, si timetur de sæuitia viri, & non potest caueri, c. literas. de resti. spol. extra. Itẽ fit sequestratio, cum sponsa timetur corrũpi. c. cum locũ. extra, de spons. quem casum ego practicaui iudicando nuper ꝓ defuncto Dño de Motha. super Indriã contra quendã. Item fit sequestratio, cum aliquid ablatũ est ei, qui est de familia iudicis. l. senatus. de offi. præf. vrb. vel etiam propter rei contumaciam. c. 2. extra, de dol. & contu. Item fit sequestratio in casu, cle. 1. de sequest. Item quando voluntate partium fit sequestratio. l. interesse puto. de acq. vel amit. pos. ff. vel etiam propter contumaciam, vel impotentiã non cauentis de collatione bonorum facienda. l. 1. §. si frater. de colla. bo. ff. Item etiam, si perdatur vendendi commoditas. l. si oleum. de dol. mal. ff. pone. q; si cõtentio de vna re venali, cuius sit, & quilibet dicit se possidere. poterit enim tunc iudex lite durante, illam rem deponere, vt interim vendatur, & precium cõseruetur in euentu litis. Item etiam propter scandalũ, ne partes veniãt ad arma, vt sup. dixi, vt d. l. ęquissimũ. de vsuf. ff. Et insuper nota mellifluum verbum, q̃d est de ꝓpria bursa (vt ita loquar) Dom. Host. in d. c. dilectus, q; si sunt aliqui homines qui conquerantur de aliquo tyranno, vel tyrãnide dñi, & probabiliter timetur, ne dñs sæuiat in illos: tũc bonus iudex facit eos assecurari, si potest aliàs pendente lite faciat eos sequestrari, ar. de of. præf. vrb. l. 1. §. q; autẽ & isti, de his qui sunt sui, vel aleni iuris. §. sed dominorũ. Idem dicit ibid. Pan. cum religiosi conqueruntur de suis prælatis, ar. c. ex parte. de accu. ext. aliàs istis omnibus cessantibus saysimenta sunt omni iure prohibita. l. vni. vbi Bal. & Sal. de prohi. seq. C. & d. c. dilectus. Et ad impedienta saysimenta est remedium scilicet per dationem fideiussoris, secundum q; notat Bart. in l. litibus. C. de agri. & censi. vide quæ scribo infrà, eo. art. 24.

Hic puchrè vide casus sequestri.

Et quando possessor dicitur persona suspecta.

Verbum sapidum Hostien. Di.

XIX. ARTICLE.

Et en saysie faicte par default de hõme, ou de hõmaige non faict selon la coustume de pays: Lappellatiõ, au opposition, ne suspẽdera ladicte saysie. Et sera au choix dudit seigneur de leuer, ou faire leuer lesditz fruitz en sa main, ou les faire leuer par cõmissaires. Et en chascun de ses deux cas fera lesditz fruitz siens iusques a ce quil ayt este resplẽdy. Sinon que ledit subiect informast prõptement ledit seigneur, ou ses officiers, auoir faict ladicte foy & hõmaige: ou auoir reblandy deument, ou que ledit vasal desauouast tenir les choses de luy.

Et en saysie.

¶Hic est nouus & mirabilis articulus, & grãdi digito notandus. nam habes ex art. nostro sublatam appellationẽ. Ideo pro limitando textu & enucleanda materia quæro, quis tantam habeat potestatem, q; possit beneficium appellationis tollere? Dico q; in spiritualibus nemo poterit appellationem remouere, nisi Papa. no. in c. 1. de rescrip. & c. super quæstionum. de off. dele. extra, cum infini. iuri. Item potest princeps noster, qui nullũ in superiorem recognoscit. c. vulgato per venerabilem.

Appellationẽ nẽquit quis tollere seu remouere.

qui

qui fil. sunt leg. secundum ꝙ no. Bar. in l. 1. ff. à quib. ap. non licet. Et est ratio, quia nullus alius poterit tollere iuris dispositionẽ. maximè fundatã super iure naturali : cum appellatio sit quædam detentio. c. suggestũ. de ap. no. in d. c. super quæstionũ. & in cle. pastoralis. de re iu. in cle. Et aduerte à me in hac materia cũ sim in ea aliqua bona verba scripturus. Prima cõclusio est: licet appellatio p principis rescriptũ, vel, puincię statutum tollatur nõ tamen põt facere quin per viã querelę iustitiã suam prosequi volens audiatur. ista est sententia DD. in d. c. 1. ext. de rescrip. & in infinitis locis. Secunda conclusio: appellatione remota per statutũ, omnis effectus appellationis videtur esse remotus, sicut si in rescripto remoueretur. c. pastoralis. de appel. cum ibi no. & Abb. in c. ad reprimendã. de off. ord. 4. col. Scitis autem (ne paralogizemini) duplicẽ esse appellationis effectum, suspensiuum videlicet, & deuolutiuum. Fallit in censura appellatio, suspensiuum nõ habet effectum. Panor. in conti. Rub. d. appel. c. per tuas. de sen. excom. & Abb. in d c. ad reprimendã. Tertia conclusio: appellationis remotio facta in rescripto operatur vires, secundum naturam causæ cui adiicitur: quia si appellatio remoueatur, in causa correctionis intelligitur, nisi superior modum excedat, vt in c. licet. de off. ord. & c. reprehensibilis. de appel. Quarta conclusio: clausula, appellatione remota, nõ impedit appellationẽ ex notorio grauamine interpositam, gl. & DD. in c. ex cõquestione. de resti. spol. Quinta conclusio: appellationis remotio in certa causa non tollit facultatem recusandi iudicem ex iusta causa. vt in c. postremo. cum ibi tra. de appel. & ibi Io. And. & Abb. Sexta conclusio est, ꝙ conclusa appellatione remota operatur vires suas respectu partium, non autem respectu tertij cõparentis pro interesse suo. c. super eo. de off. deleg. ideo cum appellatio remoueatur per cõsuetudinem nostrã, non videtur, nec cẽsetur esse remota respectu tertij pro interesse suo comparentis. facit gl. in l. creditor. ff. mand. Io. de Imol. in Cle. 1. de re iudi. Hæ sunt notabiles conclusiones, quas gustabis. Aduerte tamen ad vnũ singulare, quando dixi in censura excommunicationis appellationẽ suspensiuum non habere effectũ. tamen appellatio extra iudicialis facta ab eo qui timet iniustè excommunicari, impedit excõmunicationẽ postea latã, & eam annullat. DD. in c. cum dilectus. de relig. do., q̃d est optimè notandũ. Recreationis gratia nũc formabo duas paruas quæstiones. Prima, an à grauamine futuro licitũ esset appellare? respondi distinguendo, aut loquitur de futuro grauamine iudiciali. aut ex traiudiciali. primo sanè casu non est licitum appellare à futuro grauamine, nisi tale grauamen esset cõminatum saltem per no. in c. 1. de dila. C. Secundo quidẽ casu, secus: Abb. in d. c. 1. de dila. & DD. in c. cum cessante. facit c. vt debitus honor. de appel. & c. inter cætera. eo. tit. ꝙ autẽ dixi à grauamine futuro appellari non posse, nisi saltem sit grauamen comminatum: Id limita, nisi præcessissent aliqua grauaminis indicia, gl. no. in d. c. inter cætera. super verbo appellationem, in fi. Secunda quæstio per statutum styli Turonensis habetur, ꝙ appellandum est illico. lata est contra aliquem conditionalis sententia, an ly illico est tempus appellandi, currat à tempore sententiæ promulgationis, an à tẽpore designatæ in sententia conditionis. Super hac quæstione vera resolutio est, ꝙ à tempore promulgationis sit appellandum, non autem à tempore aduenientis conditionis: quia etsi sententia non possit dici effectualiter res iudicata, nisi adueniente conditione. tamen cum iudex in continenti talem profert sententiam conditionalẽ, me grauat, & sic debeo incontinenti appellare. Ista est conclusio Abbatis in c. præterea. de appel. in 5. colum. quam nota.

Pulchra conclusio ꝗ hac materia. Bene com[...]

Appellatio extraiudicialis impedit censuram.

Quæstio.

An à futuro grauamine sit appellandũ.

Quæstio.

De sententia conditionali & eius appellatione.

¶ Sequitur in textu.

Reblandi, &c.

¶ Quæro, quid sibi velint hęc verba, dic. ꝙ secundum nostrę consuetudinis mentẽ important solutionẽ iurium, vel terminũ solutionis eorum sibi à domino concessum. An autẽ in puncto iuris sit licitum alicui blãdiri? dic ꝙ non. l. blanditus. C. de fideiuss. & mandatori. vbi est pulcher text. & l. non est enim consentiendum. de inof. test. ff. Nota tamẽ ꝙ licitum est vxori blandis verbis prouocare virũ, vt eam instituat, & econtrà, & idem in quocunq; alio. vt l. fi. C. si quis aliquẽ testari prohibuerit vel coẽgerit, & ibi Pau. de Ca. Sal. & Ias. præsertim vbi tales blanditiæ detrimentum alterius non tangant in iure iam quæsito. hinc dicit no. Ang. in d. l. fi. ꝙ aliàs fuit iudicatum Perusij, dum ipse esset vicarius episcopi & aliquis testator primo fecisset testamentũ, in quo instituerat hæredes quosdam religiosos, vel Conuẽtum. Et quidam agnati tantum sibi persuaserunt dicentes, ꝙ erat malefactum instituere dictos religiosos, quia talem hęreditatem conuerterent ad malum: & ita fecerunt quòd eos instituit, dicit, fuit iudicatum, quòd tales religiosi obtinerent successionem per prædicta, quod est summè notandum. Et vide de iuuene diuite, qui fuit dolo inductus ad intrandam religionem, vt religiosi eius bona non habeant. Panor. in ca. præterea. extra, de officio deleg.

An sit licitum alicui blandiri.

XX. ARTICLE.

Apres que ledit seigneur aura saysi aulcun heritaige par deffault de hoir, ou comme vaccant. Et il laura tenu & possede, ou aultre de par luy par trente ans, deslors en auant il en sera & demourera seigneur proprietaire & domanier.

Apres que ledit seigneur, &c.

¶ Sequitur in textu.

Ou

Ou comme vaccant,&c.

¶ Hic habes apertè dominum posse saysire bona vacantia, bona dico immobilia ab ipso tenta, aliàs non video, quia fundatur de iure, per l.1.& 2.C.de bo. vacanti.& l.vacantia, eodem titu.

Ou aultre de par luy.

¶ Quia ille possidet, nomine cuius possidetur.l.quod meo nomine.de acq.vel amitten. pos.ff.cum similibus.

Par trente ans, &c.

¶ Ad hoc faciunt not.per Doct.in c.vnico.de vsu Mediolanensi, secundum quosdam lib. feudorum.

Et domanier.

¶ Istud superfluit propter verbũ *proprietarie*, & breuiter articulus iste est de indubitabili.

XXI. ARTICLE.

Et cõmencera ledit temps de trente ans, du iour de la saysie faicte desdictz heritaiges. Toutesfoys si ledit seigneur auoit fait bannir iceulx heritaiges, estans en son fief par les editz de huytaine, quinzaine.& quarantaine, selon ce qui sera declaire en larticle subsequent, deslors en auant il fera les fruictz desdictz heritaiges siens, sans ce quil en soit tenu faire aucune restitution a son subiect venant au dedans de trente ans le reblandir, selon ce quil est cy dessus escript. Et en ce cas ne sera tenu ledit subiect payer aucuns arreraiges de rente, ou debuoirs deubz pour raison desdictes choses escheues du temps passe. Et si ledit seigneur nauoit fait faire lesdictes banniens ainsi que dit est dessus, & le subiect venoit au dedans de trente ans, en ce cas lesdictz heritaiges serõt renduz audit subiect auecques les fruictz diceulx. En reblandissant deuement cõme dessus, & payant les arreraiges des rentes & debuoirs deuz du temps passe, auecques les loyaulx coustz & mises.

¶ Sequitur in textu.

Et en cas ne sera tenu ledit, &c.

¶ Non possum colligere maximos vel vberes fructus in ortulis, in quibus arbores pomiferæ non pullulant. Sic in proposito hic articulus, licet sit verbosus, nullis aut modicis vtilitatibus est refertus. Ex illo solum nato quòd bona sunt causæ lucrandorum fructuum.

Sans ce quil en soit tenu faire, &c.

¶ Istud superfluit. quia dictum est quòd dominus facit fructus suos.

Payer aucuns debuoirs du temps.

¶ Hic, si põderetur, est singularis passus. quia si intelligas subditum non debere soluere arreragia, etiam qui non sunt sui temporis, tunc articulus est notabilis. Pone exemplum in feudo meo de bigeõ, quod est mihi cum fratre commune. Habeo rusticum tenentem coloniã annuo sub cẽsu. rusticus, sex anni sunt quod mihi deueria nõ persoluit. moritur rusticus relicto filio, qui filius cœpit vagari per quindecim vel viginti annos, facio banniri coloniam per & secundũ edicta consuetudinis, reuertitur filius ad lares paternos, & mihi vult blandimenta debita offerre, reddo sibi coloniam, & quia tempore saisimẽti percepi fructus, nihil à filio peto de censu pro tẽpore saisimenti. sed pro retroacto tempore, scilicet pro tenuta patris sui, qui mihi debebat arreragia sex annorum in tempore mortis suæ, volo quòd filius soluat, tunc: si ponderetur consuetudo, videtur quòd filius sit etiam de illis arreragiis paternis quitus & liberatus, cum consuetudo indefinitè loquatur. Et sic illam intelligo, vt lex sit de dubitabili. Scitis enim quod leges debent esse de dubitabili, text.sing. in l.ancillæ subtractæ.C.de fur.& ser.corrup. ideo dico filium ad nullum debitum teneri, vt etiã consuetudo aliquid addat iuri cõmuni, quia si solũ intelligeremus filium esse quitum & liberum à deuerio quod euenit tempore suo: Iam lex esset sine dubio, & consuetudo nihil adderet iuri communi, cùm exploratum sit, me non posse petere deueria temporis saisimenti. cum illo tempore perceperim fructus, quos feci meos. Et enucleati iuris est, actionem & passionẽ non posse esse sub eodem subiecto. l. debitori.C.de pac.& ibi DD.l.pro hæreditariis.& l.si adulta.C.de hære.actio.cum simil.multis. Id crederem procedere tantũ, vbi fructus deuerio patris rustici & filij responderent, at vbi esset inæqualitas, quia non corresponderent fructus ipsi duplici deuerio, scilicet patris & filij, quia fortè tempore saisimenti & absentiæ filij fuit grandis in colonia sterilitas: non video tunc cur debeat prætextu saisimenti dominus feudi in bona cõscientia suo deuerio frustrari pro retracto tempore, argu.l.quod fauore.C.de leg.& consti.prin.

Les [illegible]

XXII. ARTICLE.

Le bas iusticier a droict de faire bannir les heritaiges vacans en son fief par ban de huytaine, quinzainne & quarantaine, par son sergent. Et se doibuent faire lesdictes bannies hors lieu sainct, deuant la porte de leglise parrochiale, ou les choses sont assises a lissue de la grant messe à iour de dimenche, ou autre feste solennelle en

reque-

requerant cõge, ou obeissance au seigneur du fief dudit lieu ou sont faictes lesdictes criees, ou a ses officiers iasoit ce quelle ne luy soit octroyee.

Le bas iusticier.

¶ Duo mirabilia ponit hic articulus. Primũ quòd bannum possit fieri die Dominico per seruientem, cum illo die vox præconis silere debeat. l. dies festos. C. de feriis. Nec dicas quòd ibi loquatur de seruiente, & de materia contentiosæ iurisdictionis: quia ibidem loquitur de præcone, & pondera istud verbum, de præcone. quia non dicit de seruiente. & licet videatur text. de præcone, in Auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex, &c. tamen Bart. post glo. in l. 2, ff. de in ius vocan. intelligit etiam de præcone præconizante per vrbem vel oppidum. Cuius vox silere debet die Dominica. per d. l. dies festos. aliàs istud superflueret, quod dixit, præconis vox horrida silescat, cum iam dixerit, nulla quen quam vrgeat admonitio, & iter sit, taceat admonitio. quæ dicta sunt intelligenda de seruiente in materia contentiosa admonente. Sed cùm dicit præconis vox horrida silescat, intelligo de præcone etiam bannia præconizante. aliàs superflueret, quod non est dicendum, cùm nihil sit in iure superfluũ. Aut dicendum est, quod imperator ter vnum dictũ repeteret, quod est aliqua tenus fatendũ, præsertim quòd repeteret in eadem l. accedat. l. 2. C. de dig. lib. 12. ergo est mirabile quòd in die festo fiat istud bannum. Secundum mirabile, ꝗ istud bannum fiat etiam in alieno feudo, petita tamen venia, licet non obtenta. Ideo cum conderentur consuetudines, dicebam probabilius fore, vt hęc banna tempore feriato non fierent, sed in die mercati forte, vel in die executij, iurisdictionis, scilicet in die quo iudices pro tribunali sedent. Sed exauditus non fui. non est ergo amplius disputandum, cùm iam istæ consuetudines sic institutæ sunt. c. in istis temporalibus, dist. 4.

XXIII. ARTICLE.

Et si aulcun brise la saysie dudict seigneur, il pourra faire applegemẽt sur saysine brisee contre celuy qui aura exploite par dessus sa main: Ou faire cõuenir a sa court par deuant son suzerain, pour en auoir reparation & amende.

¶ Sequitur in textu.

Et si aucun brise, &c.

¶ Hic patet quantopere reuerentia sit ipsis iudicibus, & eorum actis exhibenda, facit cap. vt debitus ho. extr. de appel. & l. omnem honoré. C. quando ꝓuocare nõ sit necesse, quia vt alibi lepidè inquit Iason, reuerentia quæ debetur magistratui, est de iure quasi natura li, ita dicit egregie in l. 3. C. de in ius vocando. attendite paululum ad me rogo, & obtestor vos. Nam dicit Bal. vnum perquam singulare verbum in l. si quis id quod iurisdictionis perpetuæ causa, de iu. om. iud. ff. post Dy. per eundem ibi allegatum, quòd vbi offenditur iurisdictio iudicis, semper quilibet de populo põt agere pro iurisdictione offensa seu læsa. ¶ Sequitur & refert Ias. etiam in d. l. si quis id. Et licet consuetudo simpliciter loquatur de illo qui fecit brisiamentum: intellige tamen etiã de eo, qui fecit fieri similiter, quia pœna statuti punientis facientem maleficium habet & locum in fieri faciente, Lud. Roman. in l. is qui pro emptore. de vsuca. ff. Ioan. de Imola, in l. si seruus. §. prætor. de acquir. hæred. ff. Albe. de Rosa. in quarta parte statutorum, quæst. 55. aliquid per Barto. in l. quemadmodum. de agri. & censi. facit text. notabi. in l. si quis in graui. ad Syllanianum. ff. quod est signanter notãdum, ita dico quòd quamuis consuetudo loquatur per dictionem masculini generis dicendo,

Pœna statuti in faciente habet locũ in fieri faciente

Et si aucun brise, &c.

¶ Quod idem intelligendum est de fœmina, & sic consulebam contra quandam domicellam, quæ læserat saisimentum cuiusdam domini feudi. Et quòd masculinum comprehendat fœmininum in materia pœnali, & odiosa, firmant Paul. de Castro in dict. leg si quis id. Barto. in l. prima. de verbo. signi. gl. in l. si proponas. in fin. C. de transa. Iason in l. si quis maior. C. de transact. Docto. in l. quicunq;. de ser. fug. & gl. in c. generali. de elect. & Doct. in constit. si quis in tantam. C. vnde vi. Etiam masculinum comprehendit fœmininum in materia pœnali in statutis, vt in casu nostræ consuetu. vnde si statutum dispo nat, ꝗ nullus vadat de nocte sine lumine: cõprehendit etiam fœminas, secundum DD. in d. l. quicunq;. & Imol. in l. si constante. §. fin. solu. matri. ff. vbi tenet quòd statutum puniens violentiam cum armis, comprehendat fœminas. Plus est, quia etiã in Rescriptis masculinum comprehendit fœmininum. Doct. in ca. significauit. de rescrip. Idem in priuilegiis, secundũ Bal. in c. ad audientiam. in fi. de rescri. Et hoc vbi ratio est indifferens, etiam si materia esset correctoria, Ias. & Raph. Comensis in l. Gallus. de liber. & posthu. ff. post glos. ibidem positam, & in d. l. si quis id. pulchrè per Paul. de Cast. hoc verum, nisi statutum loqueretur per vocabulum præcisæ masculinę significationis. puta, d[illegible] aliquis vir læserit saisinam domini, puniatur de saisina rupta. Nam tunc fœminas non comprehenderet. Bald. in c. licet vniuersis. extra, de testi. Sed quamuis, vt prędiximus, masculinũ fœmininum comprehendat in supradictis, non tamen in contractibus. quia imputandũ est contrahentibus, quare legem apertius nõ dixerint: vnde si aliquis acquisiuit emphiteosim pro se & filiis suis, non cõprehenduntur fœminæ, Ludo. Rom. in l. 2. col. 7. de verbo. oblig.

Masculinũ comprehendit fœmininum & econtra, in casibus hic enumeratis, nisi pracisè loquatur per verbum masculinæ significationis.

Quid in materia pœnali.

Quid in statuto.

Quid in rescripto.

Quid in materia correctoria

Quid in statuto vocabulo masculinæ significationis pracisè vtente.

Quæstio.

Quid in cõtractib. ex liberalitate procedẽtibus vt donatio & feudum. De rusticitate excusanda.

oblig. Imol. in l. quod dicitur. eo. tit. Iason in d. l. si quis id. quicquid dicat Salicet. in l. 2. in 17. q. C. de iure emphy. Et in contractibus ex liberalitate procedentibus bene masculinũ fœmininum comprehendit, cum in eis sit latior interpretatio, & sic cessat ratio l. veteribus. ff. de pact. quod perpetuò menti reponas. Sed pone rusticum ignorare saysimentum, & nescit intelligere quid significet appositio brandonis, quæ appositio saysimentum denotat, & rusticus leuat fructus: quia saisimentũ non fuit ad personam illius nunciatum: quæritur an rusticus puniatur pro saisina rupta, cùm ipse bene paratus existat iurare ignorantiam, & quòd nesciebat quid significaret ille brando. Credo isto casu rusticò parcendum esse, cum rusticitas excuset à dolo, & ab ignorantia iuris, secundum Doc. in d. l. si quis. id quod iurisdictiõis perpetuæ, sicut etiam in simili dicimus rusticum excusari à præsumpta fraude vsurarum. Bal. in l. cum allegas. C. de vsu. Hinc ibidẽ infert Fulgo. quòd si rusticus emat fundum cum pacto de retrouendendo, non cẽsebitur contractus vsurarius. Item si rusticus deponens testimonium sit sibi contrarius, non tamen potest puniri per iudicem de falso, nisi appareat, quòd ex malignitate falsum deposuerit. sic circa hoc iudex debet multum aduertere, secundum Angel. in §. & licet. in Authen. de testibus. Sed vbi rusticus esset sagax & quadratus, non sic excusaretur. gl. in l. Atlethæ. de excu. tut. & Iason in d. l. si quis. Item non excusaretur rusticus si clam saisinam læderet. quod tene menti glo. in l. 1. & ibi Bal. C. de interdi. matri. Et quia nuper dixi, ꝙ pœna statuti punientis facientem delictum habet locum in fieri faciente, id intelligite, quando agitur de pœna regulari, iuxta qualitatẽ delicti imponenda, vel quãdo statutum loquitur in rem. puta, quia dicit ꝙ pro homicidio vel vulnere imponatur talis pœna: tunc tale statutũ comprehendit etiam mandantem, aut loquitur in personam: quia dicit, si quis fecerit homicidium, tunc non comprehenditur mandans Bart. in d. l. si quis id. Bal. & Sal. in l. non ideo minus. C. de accu. sed certè etiam in casu nostro mandans saisinam domini infringi, credo quòd contra eum agi posiit modis in consuetudine declaratis, & sic fuit semper practicatum. & bene facit glos. not. in cap. sicut dignum. extra, de homicid. & ibi Ioan. Andr. & Abbas, & est doctrina Bart. in l. quemadmodum. C. de agri. & censitis.

XXIIII. ARTICLE.

Et le maniere de reblandir son seigneur est telle. Celluy qui a droict en la chose saysie, doibt venir deuers le seigneur, ou a son senechal, sçauoir la cause de ladicte saysie, & sil respond que cest pour debuoirs non payez. Et le subiect luy face offre de les payer, & requiere la deliurance, la main luy doibt estre leuee. Et si le seigneur demãdoit plus grant debuoir, que debuoir coustumier selon le fief en luy faisant offre de luy payer ledit debuoir coustumier, ou plus grant debuoir que tel que ledit subiect confessera, & bailler pleige parlant de estre a droict de loultre plus, en se opposant pour ledit oultre plus. Ledit seigneur, ou son dit senechal le doibt receuoir, & leuer sa main mise en luy baillant pleige, parlant de sa terre, ou de la terre de sõ seigneur suzerain, en faisãt par luy submissiõ en la court du seigneur dõt procedera ladicte saisie.

¶ Sequitur in textu.

Le main luy doibt estre leuee.

¶ Istud est de iure: quia licet ex forma legis vel statuti fructus debeant sequestrari: si tamen ille, contra quem agitur, vult dare fideiussorem de restituendo omnes fructus, nullo modo peruenitur ad sequestrationem, ita Angel. in l. litibus. in fi. C. de agri. & censitis.

En baillant pleige parlant.

¶ Sed quid si fideiussor fuerit mutus, quem vasallus velit dare, est tamen opulentus & locuples, Quæritur illo casu, quid iuris? Mihi responderes hæc verba quæ refert gloss. singularis in cap. vno. § mutus. Episcopum, Abbatem vel Abbatissam, vel domum plebis feudum dare non posse. ibidem inquit gloss. celebriter amice nimiam subtilitatẽ sequutus es. Ideo loquela tua à iudicibus est spernenda. Et pro prima parte quòd talis datio fideiussoribus non sit sufficiens in casu nostræ consuetudinis, adducitur textus noster, qui vtitur isto participio.

Parlant, &c.

¶ Sed verum est dicere, quòd mutus non loquitur, igitur. Secũdo adducitur lex prima. in princi. de verb. oblig. ff. vbi notatur quòd ille dicitur propriè loqui, qui præsentialiter loquitur, & qui mittit epistolam, non dicitur propriè loqui. vt ibi per Doct. facit egregium verbum Bartol. qui dicit signanter, quòd statutum ciuitatis prohibens quòd forenses non posiint esse aduocati, non habet locum tale statutum. Si forenses mittant vnã allegationem in scriptis iudici. Ita refert Bartol. in l. prima. §. aduocatos. ff. de variis & extra. cog. & l. prima. §. 1. de postulando. ff. Tertio adducitur textus solennis & aureus. in l. quod sæpe. §. si quis amico. de contrahen. empt. ff. vbi prima fronte videtur textus mirabilis, quòd mandans amico eunti peregrè quòd quærat seruum fugitiuum venundantem percellentis, quem textum sępiuscule allegat Baldus in Authentic. habita. C. ne fil. pro patre. & istud facere bene videtur, si

optimè

An mittẽs literas excommunicato sit excommunicatus.

optimè ponderetur. Pro parte alia plura adducuntur, quæ singularia sunt. Primo adducitur glos. singularis in c. constitutionem. in verbo, participatione. de sentent. excommu. libr. 6. quæ vult quòd literas excommunicato mittẽs, incidat in excommunicationem: ac si loqueretur. similis gl. in Cle. si summus Pontifex. de senten. excom. Secundò adducitur cap. vbi periculum. §. nulli. de elect. in 6. vbi prohibitio loquendi cum Cardinalibus in conclaui existentibus pro summi Pontificis creatione habet locum in scribente literas. Tertiò adducitur c. clericus. 31. distin. vbi prohibitus loqui cum moniali secretè, prohibetur etiam mittere nuncium. ergo ex supradictis videtur etiam quòd quis habetur pro loquente, licet verbaliter non loquatur. Satis crederem fideiussorem mutum (dum tamẽ aliàs sit idoneus) ex facultatibus, & conueniendi facilitate admittendum, præsertim si scribere sciat, & se fideiubere velle suum per scripturam declaret: nõ est enim tantum inhærendum verbis, ꝙ consuetudinis mens contemnatur. voluit enim domino cautum fore nostra consuetudo: quod satis fit in præsenti casu, cùm est idoneus fideiussor, licet articulatè loqui nesciat. Nunc placet compendiosè & succinctè materiam Fideiussorũ perstringere, quę sanè tota est practicabilis. Ideo quæro de quæstione notabili: Hic dicitur, ꝙ vasallus debet dare fideiussorẽ locupletem, & de terra domini. Pone quòd vasallus est manifestè idoneus facultatibus, & ex conueniendi facilitate. Sicut est in casu meo qui sequitur. Ecce, habeo feudum magni fontis, ratione cuius habeo clarum militẽ feudatarium meum, qui tenet à me feudum sub homagio & alio deuerio. pone ꝙ recusat persoluere tributa, procedo ad saisimẽtum sui feudi, ipse se opponit, & petit manum meam leuari, non tamen offert mihi fideiussorẽ: quęritur cum ille sit manifestè idoneus, quia est homo viginti millia librarũ annui redditus, & homo vndiq; opibus affluens: an teneatur ad aliquam satisdationem? Est ergo quærere an ille qui ex dispositione legis, vel statuti tenetur satisdare: liberetur à satisdatione, eo quòd sit manifestè idoneus. videtur primò quòd non, & ista est ratio multum concludens, quia quando aliquid requiritur pro forma, debet forma specificè impleri, quanuis etiam videatur in aliquo casu non necessaria. Ita firmat Bald. in l. 1. de libe. & posthu. ff. facit bene l. à testium. §. si quis ex testibus. ff. de testa. hinc est quòd licet scholaris sit notoriè peritus: si tamen velit doctorari, debet tamen examinari, cum istud sit formæ. Bald. in c. constitutus. 2. in prima colum. de appel. Alia est ratio, quia licet principalis nunc sit soluendo: potest tamen fieri postea non soluendo, & quia nostra interest habere plures obligatos. Dato quod principalis esset idoneus, vt inquit gloss. in l. penult. ne quis eum qui in ius vocatus, est, vi eximat. ff. His tamẽ

De materia fideiussorum.

An manifestè idoneus teneatur satisdare ex forma legis vel statuti.

Scholaris si velit doctorari, debet examinari.

Resolutio quæstionis.

Manifestè idoneus fideiussorẽ dare non tenetur.

non obstantibus credo oppositum, scilicet quòd manifestè idoneus fideiussorem dare non teneatur: quod comprobo subsequentibus fundamentis. Nam primò facit textus in l. 1. §. si magistratus. de magi. conue. ff. per quem notat ibidem Bal. quòd si ex forma statuti teneatur potestas accipere fideiussores idoneos ab accusato. vel inquisito sub certa pœna, quod excusatur potestas si eos non recepit, quia principalis erat idoneus. facit l. mulier. cum glo. C. de iure dotium. Secundò adducitur l. legitimos. in princi. & ibi expressius Bal. ff. de legi. tuto. quòd licet lex requirat, quòd tutor legitimus teneatur satisdare, & ibi concurrit fauor pupilli, quod est plus. Tamen, si est honesta persona, reuelatur ab onere satisdandi. Tertiò facit text. in l. 1. ver. aut propter amplissimas. ff. de custodi. reor. Quartò facit id ꝙ pulchrè volunt Angel. & Imol. in l. prætoriæ. ff. de præt. stipu. ꝙ quando quis tenetur idoneè cauere, quo casu propter verbum, idoneè tenetur dare fideiussores, vel pignora, vt inquit glo. in l. si mandato Titij. §. fin. mandati. ff. certè, si est persona diues, non tenetur satisdare, per l. si quis stipulatus. de ver. ob. Quintò optimè facit gl. not. in l. 1. §. si is autẽ. ff. de ritu nu. ꝙ virtus hominis sufficit pro satisdatione, quam gl. extollit Bald. in c. 2. in 5. col. extra, de iud. Sextò facit, quia satisdatio præstatur, vt cautum sit. ergo cessante causa, debet & ipsa satisdatio cessare. c. cum cessante. extra, de appel. iuncto quod frustratoriis satisdationibus, siue cautionibus non est vtendum. l. non cogendum. §. Sabinus. de procura. ff. Septimò facit textus, si bene ponderetur, qui soluit hanc q. in Auth. cui relictum. C. de indi. vid. tol. in versicu. si persona est idonea. & ibi Paulus de Castro. Et in hanc partem inclino post dictum Paul. de Cast. & Iason in l. 1. qui satisdar. cog. ff. & hanc partem etiam do. Iason in l. diuortio. §. interdum, versiculo, adde ad idem, solu. matrimo. ff. quod tene menti. vide tamen Bartol. in l. diuortio. §. interdum. vbi dicit, quòd quando verbum, Cautio, profertur à lege siue ciuili, siue prætoria, debet intelligi cum fideiussore. Secundò quæro, pone vasallum non posse inuenire fideiussorem, habet tamen vnum lapidem preciosum in annulo, qui valet fortè mille aureos, vult hunc lapidẽ preciosum loco fideiussoris dare, & manum leuatam petere, an bene dicat? credo ꝙ sic. Nam licet fideiussorem dare teneatur, melius est tamen pignori incumbere quàm in personam agere. Doctor. in d. l. 1. qui satisda. cog. Cy. & Bal. in l. 1. C. de procurat. quicquid dicat Salicet. ibidem. nam, vt dixi, hæc satisdatio fideiussoria, fit ad hunc finem, vt domino sit cautum, sed melius est pignori incumbere, quàm in personam agere. igitur. Item alia ratione videtur, quòd talis habens lapidem preciosum, releuetur & ab onere satisdandi, quia lapis preciosus æquiparatur rei immobili, vt est gloss. in c. tua de his quæ

Singularis decisio.

Verbum idoneè cauere intelligitur, cũ fideiussoribus vel pignoribus.

Frustratoriis satisdationib. non est vtendũ.

De eo qui habet lapidem preciosum pro fideiussore.

Quæstio.

Melius est pignori incumbere, quàm in personam agere.

Lapis preciosus aequiparatur rei immobili.

sunt à præla. sine consensu cap. ergo videtur quòd talis sit idoneus, ac si possideret immobilia. Sed de hac quęstione me remitto ad no. in l. promissor. §. constitutio. de constit. pecu. & in cap. cum aliquibus. de sen. & re iud. extra, vbi si placet, videas. Et vt clarius procedam, tollite has conclusiones ex variis Doctorum ortulis elimatas. Prima conclusio, vbi quis est manifestè idoneus, satisdare non compellitur, cum satis cautum satisdationē petenti videatur. Secunda conclusio, res mobilis, condigna tamen & correspondens loco fideiussoris habetur, vbi illa per modum pignoris datur & hæ duę conclusiones probantur ex suprascriptis. Tertia conclusio, propter impotentiam satisdandi statur iuratorię cautioni, firmant Doctor. in d. l. 1. qui satisdar. cog. ff. Quarta conclusio, impotentia satisdandi, & præstandi fideiussores, probatur per solum iuramentum. & ita tenent omnes Docto. in d. l. 1. Quinta conclusio, Etsi in causa ciuili propter impotentiam satisdandi stetur iuratoriæ cautioni: in causa tamen criminali, in qua etiam sola pœna pecuniaria ingeritur, ille qui non potest satisdare per iuratoriam cautionē non excusatur, sed in carcerem detruditur. l. 1. & l. si quis reum. de custo. reo. ff. glo. in §. necessarium. in Authen. vt nulli iudi. secundum Paul. de Castro, & Alexan. in dict. l. 1. qui satisda. cog. quod nota in practica, pro partibus formatis. Sexta conclusio, quanuis in causa ciuili stetur propter impotentiam cauendi iuratoriæ cautioni: si tamen cauere debens sit, vel periurus, vel homo male famatus, tunc non stabitur suæ iurationi. quia semel malus, semper pręsumitur malus, in eodem genere mali. l. si cui. vbi gloss. & Bar. ff. de accu. l. non omnis. § à barbaris. ff. de re milita. hinc est quod pulchrè dicit Ludoui. Roma. in commento. l. admonendi. in 7. colum. de iureiur. ff. quod semel periurus perdit beneficium probandi per iuramentum. & dicit pułchrè Ias. in d. l. 1. qui satisda cog. quod iuramentum vilium personarum non habet pondus. Septima conclusio, quanquam deficiente fideiussoria cautione cauere debens iuratoriam pręstando cautionem liberetur: attamen, si se ad cauēdum obligauerit & astrinxerit, tunc talis non excusatur. l. si fideiussor. §. si necessaria. qui satis. cog. ff. & ibi Paul. de Cast. Octaua conclusio, licet iuratoria cautio, vt supà dictum est, in iure admittatur. Attamē vbi agitur de impediendo sequestro, vel de eo reuocando, iuratoria cautio nil operatur. ita tenent do. Anto. Imol. & do. Abbas in c. 2. de sequestra. posse. & fructuum. & Alex. in d. l. fideiussor. §. fin. qui satisda. cog. quod nota pro terminis nostræ consuetudinis: quia tunc iuratoria cautio non videtur sufficere ad habendam manum leuatam. Nona conclusio. Vbi quis non valet satisdare, & est suspectus de fuga. tunc talis se non potest beneficio iuratoriæ cautionis iuuare, ita Ias. post Angel. & Imol.

Manifestè idoneus satisdare nō compellitur.

Semel malus semper &c.

in d. l. 1. qui satisda. cog. Decima conclusio. Vbi satisdatio est præstanda de necessitate, & pro substantia actus, tunc non sufficit iuratoria cautio. not. in l. filiusfamiliâs. §. diuus. versiculo, idem princeps. de legat. 1. & l. constante. §. quotiens. & ibi pulchrè per Paul. de Castr. solut. matrimon. ff. Et not. quòd in hac conclusione vsus sum copula quæ requirit concursum vtriusque copulati, & hæc omnia sunt menti imprimenda tanquam quotidiana. Nunc omissis conclusionibus intendo ꝓcedere per quæstiunculas: pulchrior equidem & redolentior est ortus qui diuersicoloribus floribus & violis vestitur, quàm si solis flosculis vnius speciei ornaretur. Quæro ergo primo, quis dicatur fideiussor idoneus? Respō. quòd ad hoc, vt fideiussor dicatur idoneus, duo principaliter requiruntur: scilicet quòd habeat facultates. Secundò, quòd sit facilis conuentionis, hinc dicit Ludo. Roma. in l. fideiussor. qui satisdar. cog. ff. quòd fideiussor iudicij debet habere tot bona immobilia, quòd ascendant ad valorem causæ, pro qua intercedit. Idem in tutore qui ad hoc, vt dicatur idoneus, oportet quod tantum, habeat in bonis quātum pupillus. §. sed & propter paupertatem. & ibi gloss. Instit. de excuto. vel curato. sic in teste qui ad hoc, vt dicatur idoneus, requiritur quòd habeat tantum in bonis, quantum est valor causę, super qua deponit gloss. singularis in §. si verò. absunt in Authen. de hære. & Falcidia. Quæro secundò, fideiussor est pauper, tamen est multum fidelis & consuetus satisfacere creditoribus & obligationibus, an tunc censeatur idoneus? Respō. quòd sic. Ita pulchrè Paul. de Cast. in l. si quis stipulatus sit Stichū. de verb. oblig. ff. Quæro tertiò, pone quòd fideiussor est diues & locuples, est tamen cauillosus & rixosus, an tunc dicatur idoneus? Respond. non, secundum Bart. in d. l. si quis stipulatus. Et hoc adeò verum est, quòd Ludo. Roman. multúm discere tenuit in l. fin. ff. si cert. peta. quòd si principalis est homo multum rixosus, vel cauillosus, seu litigio plenus, quòd non est necessaria eius excusio, sed potest recta via deueniri ad fideiussorem. faciunt notata per Bar. in l. cum satis. in 1. col. C. de agri. & censi. lib. 11. Quæro quartò, an excommunicatus possit fideiubere, & fideiussor esse. Respond. quòd sic, quia & potest contrahere. Doct. in c. cum inter. de excep. extra. Quintò quæro, an maritus pro vxore fideiussor esse possit. Respond. sic, siue in causa ciuili loquamur, siue in criminali. Petrus de Anchara. in cap. per vestras. de dona. inter virum & vxorem. Sed non econtrà, & hoc propter beneficium Velleiani. l. 1. C. ne vxor pro marito. Sextò quæro, an fideiussor de iudicio sisti, duret in causa appellationis? multum aliàs vidi dubitari. Sed dicatis resolutoriè quòd non, Paulus de Castro & Iason in d. l. fideiussor. §. in fideiussore. qui satisda. cog. ff. Septimò quęro, quia suprà dixi quòd possessor immobili-

Copula requirit concursum vtriusq; copulati.

Quæstio. Bonū verbum contratuitori

An fideiussor censeatur idoneus.

Aureum verbum materia cessionis.

Excommunicatus potest esse fideiussor.

An fideiussor non durat in causa appellationis.

Quid de possidente bona in loco hostili & ruinoso.

mobilium & hæreditagiorum satisdare non tenetur. non loquor de satisdatione, de iudicato soluendo: quia, vt scitis, ille talis quantumcunque possideat immobilia: adhuc tamẽ tenetur satisdare, secundum Bart. in l. sciendum. ff. qui sat. cogan. Sed loquor in aliis satisdationibus. quæro ergo, si ille fideiussor possideat immobilia, sed in loco ruinoso, vel periculoso: an talis dicatur esse idoneus fideiussor? Respond. breuiter quòd non, Bartol. in l. 2. in vlt. col. solut. matrimo. ff. & Alex in d. l. sciendum. Sed quæro, quid si possideat sterilia hereditagia? Respon. adhuc dico cum non esse fideiussorem idoneum, secundum Iason. in d. l. versi. 6. limita. Decimò quæro, an possidens annuos redditus releuetur ab onere satisdandi? distingue notabiliter, vt per Docto. in d. l. sciendum. nam aut tales redditus perpetui percipiuntur ex fundo specialiter obligato, tunc computantur inter immobilia, & sic possidens releuatur ab onere satisdandi. l. iubemus nulli. vbi glos. & Docto. C. de sacrosanctis ecclesiis. Clemen. exiui de parad. versi. cunque annui. de verbo. signifi. At vbi non recipiuntur ex fundo specialiter obligato, tunc inter immobilia non computantur: & sic eorum possessor à satisdando nõ releuatur, per l. fina. de contrahen. empt. ff. & ita firmat Barto. in d. l. sciendum. Vndecimò queritur, an bona patris immobilia releuant filium ab onere satisdandi? Respon. cum Bartol. ibidem quòd non; quia multa accidere possunt, quare filius non sit hæres, ideo dicit multum pulchrè Iason in d. l. quod prouerbium antiquorum est, quòd inter os & offam multa possunt contingere. licet in contrarium facit gloss. in l. 2. C. qui ætate. libr. 10. Quærò decimotertiò, an clericus possit esse fideiussor? Respond. quòd non pro laico: & si fideiubeat, abiiciendus est, ca. 1. de fideiussor. præsertim vbi frequenter fideiuberet. At vbi in causa necessitatis pro laico fideiuberet, opus meritorium faceret. Panormitan. in cap. 1. & 2. de fideiusso. ex. Pro ecclesia autem vel pro clerico alio, ipse clericus fideiubere potest. Quero decimoquartò, Nunquid obligabitur clericus, si fideiusserit. Respon. quòd sic. ca. peruenit. & c. constitutus. cum ibi traditis. extra, de fideiuss. Et hoc verũ, quòd tunc clericus teneatur de patrimonio, vel de fructibus beneficiorum quos facit suos, & hæc est communis opin. Decretistarum. Quæro decimoquintò, an religiosus possit fideiubere? Respon. quòd non. vt not. in c. pen. de fideiusso. nec etiam si esset abbas. Quæro decimosextò, An fideiussor rei decapitandi, cui dictus reus fuerat assignatus, & fugit, sit ipse decapitandus? Cy. in l. ad commentariensem. C. de custod. reorum. dicunt quòd non, sed pecunialiter punitur. Ratio, quia nemo potest se obligare ex contractu ad pœnam capitalem, cum nemo dominus sit membrorum suorum. l. liber homo. ad leg. Aquil. ff. Si tamen fideiussor fuerit in dolo, tunc punietur pœna arbitraria. Nec obstat d. l. ad commentariensem, quia loquitur illa & intelligitur de illo qui habet ex officio custodiam, qui punitur ex pœna, qua erat puniendus incarceratus, si est in dolo fugę, vel negligentia, quod tene menti. Quæro decimoseptimò, Vtrum quis possit interponere fideiussorem in materia criminali? Respond. Panor. in Rubri. de fideiusso. extra, quòd si non venit imponenda pœna corporalis, tunc potest interponi fideiussor, aliàs non, ita intelligit. c. si clericus. de senten. excom. libr. 6. cum l. diuus. & l. si quis. de custo. & exhi. reorum. & c. cum homo. 23. q. 5. Quæro decimooctauò, An fideiussor remaneat obligatus prorogato termino à creditore? Ista est quæstio singularis, in qua consultus fui, dum hæ nostræ Consuetudines in medium scriberentur, & promulgarentur in inclyta vrbe Turonensi. Breuiter. resolutio est compẽdiosa, quòd aut fideiussor obligauit se ad tempus, puta ad annum, & non tenetur post tempus. Aut obligauit se purè, sed solutio differtur ad certum tempus, & tunc remanet fideiussor obligatus, etiam in termino prorogato eo ignorante, ratio. Nam nulla facta prorogatione temporis, tenetur fideiussor post tempus, sicut & reus principalis. arg. c. cum dilecti. de dol. & contu. & l. Celsus. ff. de arbi. & ita in propriis terminis tenet Panor. in c. constitutus. in fin. extra, de fideiusso. Quæro decimononò, An fideiussor ante tempus possit agere cõtra debitorem, vt liberet eum à fideiussione? Respond. quòd sic, in tribus casibus. Primus, si diu in obligatione steterit. Secundus casus, Si debitor bona sua alienare cœperit, & dissipare voluerit. Tertius, Si puer fideiussione condemnatus fuerit. cap. fin. cum ibi traditis de fideiussoribus, extra, & in l. si pro ea. manda. vel cõ. C. cum similib. Quæro vigesimò, Vtrum fideiussor possit aliquid recipere sine vsura à debitore? Credo, quòd non, cum fideiussor videatur quoddam mutuum interpretatum. Sed curialiter loquendo, si fideiussor ratione facti aliquid acciperet, esset contra charitatem; sed vbi aliquid acciperet ratione periculi in quo se exponit, vel ratione laborum quos incurrere videtur: tunc satis toleraretur, vbi fraus non adesset. Pro finali resolutiõe huius materiæ scitis omnes quòd licet clericus sit idoneus fideiussor in contractu, non tamen est idoneus de iudicio sisti, ratione priuilegij sui fori, cui clericus renunciare non posset. cap. significasti. de for. competen. pulchrè Panormi. in d. c. 1. de fideiusso. Scitis etiam fideiussores tria habere priuilegia. Primum, diuisionis, vbi omnes sunt prẹsentes, & soluendo: & hoc postulant ante litem contestatam. Secundum priuilegium, quòd præsente principali & indiscusso conueniri non possunt: vt in Auth. præsente. C. de fideiusso. etiam si fideiussores in fideiussione constituerint se principales pagatores, nisi renunciauerint dicto beneficio, seu priuilegio

Redditus speciales in immobilia computantur.

Inter os & offam multa contingere possunt.

Clericus non potest fideiubere, si ex cõsuetudine hoc faciat.

Clericus si fideiusserit, obligatur ex patrimonio, vel fructib. beneficij, quos fructus suos facit.

Nemo potest se obligare ex cõtractu ad pœnam capitalem. De fideiussore rei decapitandi.

An fideiussor interueniat in materia criminali.

An & quando fideiussor possit agere ante tempus.

Fideiussor etiã si pro reo principali se obligauerit, nõ tamen poterit conueniri principali præsente indiscusso.

uilegio excussionis. Tertium beneficium, est cedendarum actionum. nam possunt petere vt creditor actiones cedat, aliter denegabunt sibi solutionem. l. Modestinus. ff. de solutio. & l. fideiussoribus. de fideiusso. ff. & pulchrè Panormita. in cap. peruenit. extra, de fideiussoribus.

Et faisant submission, &c.

¶ Hæc materia Submissionis est quotidiana, nec non plerunq; venit in practica qua vtuntur aliqui notarij, faciétes sicut faciunt aues garrulæ, quas picas vocamus. loquuntur enim vocali quæ nesciunt mente mentali. Sic ipsi imperiti notarij quotidie de materia Submissionis tractant, & materiam submissionis, vt plurimum ignorant. Non est tamen intentionis nostræ verbosos commentariorum manipulos facere. Sed paucis quæro sub verbis quid operetur pactum submissionis: vel de aliquo iudice non declinando? Respondeo: aut opponitur in instrumento clausula submissionis, & de iudice aliàs suo non declinando, & tunc ista clausula, seu istud pactum indubie valet. intelligo cùm istud pactum est aliquo iuris vestimento vestitum. Quandoq; autem fit pactum de iudice, non suo, non declinando, vt crebrò habetur in instrumentis. Et tunc si pactum sit vestitum, tunc potest agi ad interesse, si partem obligatam pœniteat pacti, vel ad pœnam, si pœna sit inserta in dicto instrumento, & hoc de iure ciuili. Docto. in l. si conuenerit. ff. de iurisdi. omnium iudic. de iure autem canonico cum ergo possit ex nudo pacto. cap. Antigonus. extra, de pact. tunc semper agi poterit ad interesse, vel ad pœnam. non autem cogitur se submittens præcisè litigare, sed ante litis contestationem potest pœnitere, nisi proposuerit aliquas exceptiones dilatorias. Et tene menti duo singularia. ¶ Primum est: quòd iudex, cuius est iurisdictio prorogata, licet partis prorogantis iudex non sit, tamen erit iudex competens super dicto interesse, quia illius diffinitio sibi videtur esse commissa. ar. cap. Romana. §. contrahentis, de foro compet. in 6. & l. contraxisse. de actio. & obligat. ff. Secundum singulare est, quòd si etiam pars submittens iurauerit ibidem respondere: tamen adhuc poterit pœnitere, cùm iuramentum sit secundum subiectam materiam intelligendum. Est sanè tale iuramentum intelligendum, quod non declinabit, aut quòd soluet interesse. l. fin. qui satisdar. cogan. ff. Esset tamen tutius ratione iuramenti forum non declinare, quamuis primum dictum possit in puncto iuris sustineri. pulchrè per do. Anton. & Panor. in c. 1. de iudiciis, extra, vbi plenè, si placeat, videas.

De notariis.

De materia Submissionis.

Singularia duo.

XXV. ARTICLE.

Et s'il le refuse, ledit subiect requerant se peut appleger ou complaindre cõtre ledit seigneur, sur tort faict, & sur refuz de pleige, ou soy clamer de poursuyte, ou appeller en la court de son suzerain.

¶ Sequitur in textu.

Et s'il le refuse, &c.

¶ Quamuis ex articulo tria subditus habeat remedia: vltimũ tamen quod est remedium appellationis, in practica est magis vsitatum: ideo obseruandum.

XXVI. ARTICLE.

Et ou le subiect aura faict diligence a luy possible de trouuer le seigneur, seneschal, ou bailly, duquel procedera ladicte saisie, audit cas il pourra faire ledit reblandissement audit seigneur, seneschal, ou bailly, en quelque lieu quil les trouuera au bailliage de Touraine.

¶ Sequitur in textu.

Dont procede, &c.

¶ Ac si vellet dicere, quòd non teneretur sequi vel inquirere dominũ vltra forum. nam si dominus esset alterius fori, scilicet, quod moraretur in alio foro, nec adesset in feudo, tunc iniquum esset ad perquirendum dominum vasallum vrgeri. Sicut dicimus cum facienda est solutio: & dies est apposita obligationi. Et creditor non sit diuersi fori, tunc debitor tenetur ire ad domum creditoris, & sine interpellatione offerre: quia dies interpellat pro homine. capitu. potuit. de locat. l. magnam. C. de contrahen. & committen. stipu. l. secunda. C. de iure emphyteo. Sed si non essent eiusdem fori creditor & debitor: non tenetur ipse reus vel debitor ire ad domum creditoris. Sed dicat in domo sua, paratus sum soluere si sit qui recipiat. Barto. in l. item illa. de constitut. pecu. ff. Alberi. in l. iubemus. C. de episcop. & cleri. Doctor in l. si ex legati causa. de verborum obligationibus. ff. & quod sufficiat, requirere creditorem apud vicinos & notos, & in locis, in quibus solitus est conuersari: vide Panormita. in capit. significante. de pign. Quia posset accidere quòd esset aliquis paruus nobilis, qui tenet feudolum à quodam magnate qui fortè moratur in remotis, iste paruus nobilis si necessitaretur ire ad dominũ, oporteret eum vendere fortè iumẽtum vel porcellum, quia pauper & deploratus est: quod fieri non debet. optimè faciunt tradita per Bartol. & Doctores in l. Mediterraneæ ciuitates. C. de an. no. & tribu. nam istud haberet plus dispendij quàm haberet feudorum vtilitatis. Sed nota solenne verbum: quòd si vasallus vel emphyteota promiserit mihi aliquid soluere annuatim in feudo meo, si postea ab illo loco sum exbannitus vel relegatus, isto casu tenebitur mihi soluere in alio loco, & poterit cogi ad illuc portandum. pulchrè Iason in l.

In hoc articulo est bona materia.

2. col.

1.colum.C.de iu.emphy.versic. & circa hanc decisionem.

XXVII. ARTICLE.

Et ou il ne trouueroit ledit seigneur, son bailly, ou seneschal, au dedans dudit bailliage, il se pourra pour ueoir ou iuge suzerain, & vauldra telle diligence reblandissement. En maniere que ledit subiect se pourra pourueoir par les voyes & maniere du stille & de la coustume.

¶ Imò etiam osculando portam, vel pessulum ferreum sufficeret vasallo, non enim vltra regnum aut locum dominij tenetur perquirere dominũ. not. in l. si soluturus.de solu.ff.ita tenere videtur Card. Alexand.in c.1. column. 8. quo tempore miles inuestituram petere debeat.

Se pourra pourueoir.

¶ Scilicet per oblationem fideiussoriam, seu per viam oblationis fideiussoriæ & submissionis obligatoriæ.

XXVIII. ARTICLE.

Et si ledit seigneur de fief mantient que la saisie est par default de hoyr, le requerant sera tenu de bailler par escript les moyens par lesquelz il pretent droit es choses saisies, & en linformant deuement, lesdictes choses luy seront deliurees en baillãt caution suffisant de les restituer au plus prochain si aucun en y a.

¶ Sequitur in textu.

En linformant deuement.

¶ Sed quomodo poterit vasallus, qui fortè multo tempore abfuit, informare debitè dominum, quod ipse sit filius sui primi vasalli, fortè iam defuncti, & consequenter quòd ipse sit, vel esse debeat suus hæres? Respon. difficilis est sane probatio & informatio, sed iste probabit tractatum parẽtum, & nominationem seu reputationem. secundum not. per Docto. in l. neque professio. C. de testa. in l. filium. de his qui sui vel alie. iu. sunt. ff. in cap. Michael. de filiis presbytero. in ca. per tuas. extra. de probatio. cum infinitis iuribus. imò secundum do. Anto. in ca. transmisisse extra. qui fil. sint legi. quod sola fama probat, quem esse filium, si nihil probetur in contrarium. Et dicit gloss. in d. ca transmisisse, quòd probatio tractatus huius, videlicet quando quis tractatur vt filius, quòd talis probatio præfertur negationi parentum. bene facit dict. c. per tuas. extra. de proba. Imò plus dicũt Doctores, quòd si mulier probetur commisisse adulterium eo tempore quo, vt creditur, filius conceptus est: tamen si illo tempore maritus cohabitabat cum vxore, reputabitur filius legitimus: quia cum possit dici quòd sit filius vtriusque, potius debemus fauore filiorum præsumere, quòd sit filius mariti quàm adulteri. facit text. in l. miles. §. defunct. ad leg. Iul. de adul. ff. Item de cõcubina in domo retẽta, vt partus credatur esse ipsius concubinarij gloss. celebris in d. c. Michael. de fil. presbyte. Et de ista doctrina gloriantur, & superbiunt infinitæ mulieres. Aduerte tamẽ, quicquid dicat do. Anto. loquendo de fama pro probatione filiationis, quia non bene crederem famam solam probare, nisi aliis adminiculis: puta interueniente tractatu, vel nominatione parentum. Alexand. in consil. 25. in quarto volu. incipien. In causa vertente inter Anto. & sequitur Iason in dicta l. neque possessio. C. de testa. vnũ tamen nota quòd quanuis asseueratio parentum constituat filium in quasi possessione filiationis. Cy. & Bald. in l. non epistolis. C. de proba. & Doct. in d. c. per tuas. Bart. in l. senatus. ff. de libe. ag. id tamen intelligitur quando filiatio venit in iudicio incidenter, sed si principaliter l. irrigaretur super filiatione, secus esset. ita Bartol. in l. non nudis. C. de proba. quòd notabis perpetuo. Sed dices tu mihi, quum ergo in casu nostræ consuetudinis vasallus manum leuatam petens, filiationem suam debite probare poterit: cum eam deducere habeat principaliter tanquam fundamẽtum suæ intentionis. clari enim iuris est, quòd ipse non habebit manum leuatã, nisi doceat de filiatione. dic breuiter & singulariter quòd nõ habebit ita stricte probare filiationem, sed sufficit sibi filiationis probare possessionem: quia theoricam habeo singularẽ, quod licet filiatio semper debeat probari per asserentem se esse filium, siue agat ille, siue conueniatur. Ita not. Ange. in l. liberorum. de his qui no. infa. ff. Illud tamen intelligit in decisoriis, sed in præparatoriis quasi possessio filiationis sufficit. ita clare Bald. in d. c. per tuas. extra, de prob. quod tene menti.

De filiatione.

In dubio quis præsumitur legitimus.

De probatione filiationis.

Interueniens.

XXIX. ARTICLE.

Et si la chose a mue main, ledit seigneur peut dire quil veult veoir les tiltres & contractz, par lesquelz le requerent vient a la chose par acquest, & monstrera de ses droitz par lettres, tesmoings, ou autremẽt, affin que ledit seigneur puisse demander & auoir ses lotz, vetens, ou autres droitz feodaulx, ou prendre la chose par puissance de fief, si la matiere est disposee, ou autrement vser de ses droitz seigneuriaulx comme de raison.

Par puissance de fief.

¶ De hoc iure Prælationis scripsi in articulo vltimo infrà, titul.

Commēt hommaige se doit offrir a son seigneur.

¶ Vbi hæc materia optime conuenit.

XXX. ARTICLE.

Le seigneur de fief qui veult auoir par puissance de fief, la chose acquise par vente, ou autre contract subiect a retraict, aura les contractz pour les veoir, & les pourra retenir huyt iours, si lacquereur ne luy en baille le double collatione en sa presence, ou de son iuge ou procureur, & aura 8. iours a deliberer. Et se faict, assignera iour de huytaine a lacquereur de venir receuoir ses deniers, tant du principal que des coustz & mises. & si ainsi ne le faict, il naura plus la chose par puissance de fief, & demourera audit acquereur, en payant les ventes ou elles seront deues. Et si lacquereur ne monstre audit seigneur les lettres & contractz de son acquest dedās huyt iours, il est fonde dauoir son amende, qui est de sept solz six deniers.

Tenir huyt iours.

¶ Isti octo dies de consuetudine sunt continui, & non vtiles, quia in illis dies feriati & non feriati currunt.

Aura huyt iours a deliberer, &c.

¶ Ergo computatis præcedentibus dieb. habebit dominus 15. dies, octo ad contractum retinendum, seu vidēdum, & octo ad deliberandum.

Il est fonde dauoir son amende.

¶ Attamen si per annum Laudimia domino celauerit, tunc pro emenda 60. solidos soluere debet. Et est optima ratio: quia in maiori tēpore maior deprehenditur malicia, seu non exhibentis contumacia. Ideo æquum fuit, vt plus puniretur, & vide in tit. de emendis, ar. fin. Sed si emptor domino feudi contractum nunciauerit, & vt francicè loquar, *Se soyt mis en ses respitz.* Tunc saluabitur ab emenda, si talem nūciationem fecerit infra octo dies, à die acquisitionis connumerandos. Sint igitur cauti domini feudorum, vt asignent emptoribus denunciationem acquisitionum facientibus terminum certum, infra quem emptores instrumenta emptionū ædere teneantur. nam tūc limitata causa limitatum producet effectum. l. in agris. de acq. re. domi. ff.

XXXI. ARTICLE.

Et depuis la saysie desdictes choses acquises faicte par ledit seigneur, ou adiournement baille sur exhibition de contractz, a la requeste dudit segneur de fief. Ledit seigneur de fief en prenant par puissance de fief, faict les fruictz siens en payāt a lacquereur, ou a son refus consigner les denyers, & en cestuy cas lacquereur ne paye aucune amende.

Lacquereur ne paye, &c.

In hoc puncto iacet tota vis nostri articuli, ex quo patet, quòd emenda, quæ soluitur pro non exhibitis titulis vel instrumētis emptionalibus, spectat ad dominū. Item nota quòd acceptatio quam facit dominus iure prælationis, excusat vasallum ab emenda. Ideo insurgit grandis materia præsenti passu declaranda. nam consuetudo bene digesta facit ad decisionem illius pulchræ quæstionis, quam tangunt gloss. & scribentes in l. 2. Cod. de iu. emphi. vbi quærunt, an dominus recipiendo solutionem canonis videatur remisisse ius caducitatis: cū emphiteota cessasset per triennium, & sic poterat expelli. Certè dices quòd sic: consuetudo nostra videtur facere quòd sic: quia in simili dominus vtendo iure prælationis purgat emendam à vasallo debitam. Et vera resolutio est, quòd dominus recipiendo canonem videatur remisisse ius caducitatis, vbi dominus sciebat emphiteotā per triennium à solutione cessasse. vide quæ dicam in sequentibus articulis, pulchrè per Imol. in l. Mæuius, de lega. 2.

XXXII. ARTICLE.

Tenement du subiect moins que dix ans nempesche riens, que le seigneur de fief ne puisse auoir la chose par puissance de fief sur lacquereur. Sinon que ledit seigneur ou son receueur ayt receu les debuoirs, ou aultrement ayt este recogneu par le subiect, & que le debuoir soit paye & receu, au nom de lacquereur.

Ayt receu les debuoirs.

¶ Est enim optima ratio & prōptissima, quia dominus aut procurator sua iura recipiendo videtur contractum approbare, & ipsi iuri prælationis renunciare. & nota hic quo pacto quòd curator recipiēdo iura & laudimia suo domino præiudicat. & istud nouum non videtur, quia est quæstio de iure quærendo, in quo procurator domino præiudicare potest. Simile in prælato ecclesiæ, qui quanuis non possit sine capitulo præiudicare ecclesiæ in quæsitis: bene tamen aliquando præiudicat in quærendis, gl. in l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccle. Et facit dictum nobile domini Ias. in l. seruius. C. de pact. ibidem dicentis, quòd solus prælatus in recipiendo canonem ab emphiteota, qui triennio vel biennio cessauerat soluere, & sic poterat expelli, Authen. qui rem huiusmodi conductam. C. de epis. & cle-

Aux prelatz ... [illegible]

& cleri. quòd tunc ille prælatus præiudicat suæ ecclesiæ, quia sumus in quærendis. Ita tenet etiam dominus Car. Flo. in c. potuit, de loca. Et de hac materia vide pulchrè & superfluenter ipsum do. Iason. in l. 2. in charta 13. versicul. 3. & vltimo quæro, pulchrè distinguit inter ecclesiam collegiatam, vel non, vt primo casu prælatus canoné recipiendo non possit præiudicare ecclesiæ suæ. Sed in ecclesia nõ collegiata potest rector recipiendo prẹiudicare. & hoc vbi recipiens sciebat ipsum emphiteotam à solutione cessasse. aliàs non, secundum Imol. in l. Mæuius. §. duobus. de leg. 2. ff. & an possit præscribi contra dominum facultatem retinentem, vide quę scripsi in §. 1. infra tit.

Comment hommaige se doibt offrir a son seigneur.

Singularis materia vbi habetur de multiplici virtute temporis decennalis.

¶ Nota ergo quòd per lapsum decennij dominus feudi excluditur à iure retẽtionis rerum in feudo suo acquisitarum. Quæro primò de ratione statuendi, & credo sanè, quòd ideo statutum fuit, ne rerum dominia incerta essent: vt in simili notatur, Institut. de vsuc. in princi. fuisset equidem durum, vt post longa tempora dominus feudi potuisset feudũ ab acquisitore, seu acquirente auocare, cum acquirẽs eum meliorem & vberiorem magnis cum laboribus reddidisset, argu. l. penult. de omni agr. desert. libr. 11. C. & etiam satis subuenitur feudi domino, cum ipse decennium habeat, quòd est longum tempus. nam & aliàs tempus decennale est tanti vigoris, quòd si aliquis allegat titulum solẽnem vel legitimũ, puta stipulationis, quòd ex præstatione decennali probatur titulum allegatum præcessisse. C. de pac. & in l. cum de in rem verso, de vsuris. ff. aliquid etiam in l. solent. de offic. procon. & lega. ff. Item aliàs decennale tempus est virtutis tantæ, quòd per illius lapsum facit præsumi iussum patris & aditionem, no. in l. si filius. C. de peti. hæred. Item ad istud propositum consuluit dominus Alexã. quòd ex patientia decennali præsumitur dominũ consensisse, quòd emphiteota alienaret suum ius. ita dicunt Bald. & Angel. in l. qui in aliena. in princ. de acqui. hære. ff. quòd si prælatus diu fuerit in possessione prælaturæ, præsumitur quòd rite fuerit institutus. Item melius ad hoc facit, quòd si quis per decennium rem tenuit tãquam emphiteota, & pro ea soluit debitum canoné: præsumitur tunc quòd ille sit emphiteota & solenniter inuestitus. Similiter est de eo qui decem annis, tanquã vasallus possedit castrum: quia tunc per lapsum decennij pręsumitur inuestitus de feudo, no. Docto. in l. 2. C. de iur. emphi. Barto. in l. 3. §. ex contrario, de acqui. vel amit. poss. ff. & in l. litibus. C. de agri. & censitis. libr. 11. C. Bald. in dict. l. si certis. Cod. de pac. & adhuc idem Bald. in c. cum ecclesia Sutrina. extra. de caus. poss. & proprieta. quod est notandum ad ostentationẽ nostræ præsentis consuetudinis, Item adhuc facit quod scribunt Docto. præsertim Card. Flo. in ca. requisisti, extra. de test. quòd ecclesia vel capella iam decennio ædificata patiente diœcesano, præsumitur ædificata ipso auctorãte. Item facit quòd ex possessione decennali præsumitur titulus diuisionis inter fratres qui decem annis reperiuntur diuisim possedisse. gloss. & Doctor. in l. penul. C. communi diuidun. & Cy. & Bald. in d. l. si certis. C. de pac. quòd est peculiare verbum. Item facit quòd si filius per decennium seorsum habitauit à patre, quòd tunc pręsumitur emancipatus, si id alleget. Bald. in l. post mortem, in fi. ff. de adoptionibus. Itẽ adhuc facit quòd scribit idem Bald. in l. 1. column. 4. de fidei com. C. quòd qui per decennium se gessit, vt notarius, præsumitur creatus solenniter, licet Bald. ibidem non bene se firmet. insuper facit quòd licet stante statuto, quòd mulier, vel minor se non possint sine consensu duorum propinquorum obligare: per lapsum tamen decennij præsumitur talem solennitatẽ statuti intercessisse: Bald. Ang. & Imol. in d. l. qui in aliena. de acquiren. hære. ff. Ideo, postquã lapsus decennij habet tantas vires: non mirum ergo est, si dominus feudi per lapsum decennij à retentione rerum feudalium acquisitarum secludatur, quod tene menti. Sed an de iure possit istud ius retẽtionis, quod est ius facultatis præscribi contra dominum, vide quæ scripsi in titul.

Pulchra necnon singularis materia.

Comment lhommaige se doibt offrir a son seigneur.

Arti. 5. versi. & tene menti pro circumscripta consuetudine, &c.

XXXIII. ARTICLE.

Le seigneur qui a fief (& neust il que basse iustice) peult construire & faire estang. Et quant la chaussee est en son fond & fief, il peult faire retenue deaues. Et en ce faisant pourra submerger les domaines de ses subiectz estans en son fief, en les recompensant preallablement, sinon quil y eust maison ou fief au dedãs desdictz domaines.

Faire estang.

¶ Est apud Delphinates consuetudo. nam volens construere stagnum piscium, potest libere & impune propria authoritate construi facere stagna, dummodo faciat calciatam in fundo suo. & soluendo damna, & interesse circumuicinis: & dummodo ex constructione talis stagni afferatur maius commodum construi facienti & reipublicæ quàm incommoditatis vicinorum. quorum proprietates submerguntur, etiam si census Delphinales essent submersi, vt euenit in constructione stagni dominarum priorissæ & conuentus Saletarum, vt refert Guid. Pap. 90. q. quæ incipit,

cipit, consuetudo generalis. Quæro quid de iure communi? dic quòd quis potest in fundo suo ædificare (dummodo nihil immittat in alienum) etiam in alterius detrimentum, nisi id fecerit animo nocendi vicino. Docto. in l. flumi. §. item videamus de dam. infec. ff. & l. Proculus. eo. tit. Bartol. in l. 1. §. denique, de aq. plu. arcen. ff. Sed optima quæstio est, an in dubio quis præsumatur facere animo nocendi. gloss. in d. l. fluminum. §. præallegato tenet quod non. & illam approbat Bartol. & optime commendat in d. l. fluminum. & vnum tene menti, quòd vbi pisces reponuntur in piscina, vt multiplicentur & crescant, tunc censentur pars fundi secundum d. Gui. Pa. & Bartol. in l. limes & labra, de acti. emp. ff. sicut dicimus de fructibus pendentibus, qui censentur pars fundi. l. fructus pendentes. ff. de rei vendi. vbi verò essent repositi causa custodiæ, vt pro dando comedendo, vel alibi transferendo, tunc isto casu nõ sunt pars fundi. Et nota quòd vendito stagno videntur esse venditi pisces in eo existentes. quia stagna fiunt propter pisces, sicut arua propter segetes & fruges, imò pisces ipsi sunt causa finalis ipsius stagni, ideo formantur pro piscibus in stagno repositis applegiamenta. & pro positis in piscina causa custodiæ, si exinde extollentur, formantur aduoamenta: licet dicamus tota die, quòd pisces in stagnis dimissos non possideamus. vt l. possideri. §. Item feras bestias. de acqui. poss. ff. vbi videas per Doctores. At in baronia mazeriarum est circa stagna ædificanda quidem consuetudo localis, de qua in titulo consuetudinum localium ipsius barion. in 14. & 15. arti. Et sic stat cum Dei laude expeditus primus nostræ cõsuetudinis titul.

De stagnis, de piscib.

De piscib. in st.agno.

De piscib. in piscina.

TITVLVS II.

De iure mediæ Iustitiæ, quam magnam viariam appellant.

Chapitre II. des Droicts & de la moyenne iustice, qui est appellee grant voerie.

PREMIER ARTICLE.



LE seigneur qui a moyenne iustice (appellee grant voerie) peult cognoistre a ses assises de toutes causes reelles & personnelles, dont lamende ne excede soixante solz tournois, es choses concernans ladicte moyenne iustice.

De toutes causes reelles.

¶ In eo quòd textus noster exprimit, duntaxat in hoc articulo causas reales & personales, non tamen intelligas quòd cognitio criminalium causarum sit penitus mediocri iusticiario interdicta, per expresionem sonus causæ realis & personalis. nam & potest ipse cognoscere de criminali causa secunda, tamen quod notatur & modificatur infrà, eod. titu. arti. 8.

II. ARTICLE.

Le moyen iusticier est fonde en droit de boucherie. Et de bailler a ses hõmes & subiectz mesures, a ble, vin, & huylle, sil nya vsance au contraire.

De boucherie.

¶ Hic patet, quòd de consuetudine ad mediocrem iusticiarium spectat cura carnis de iure. equidem ad præfectum vrbis illa cura spectat: suppletur in vrbe Romana: quia intra vrbem & centesimũ lapidem habebat commissionem. l. 1. & ibi Bar. de officio præfec. vrb. ꝙ autem vrbis præfectus olim curam carnis haberet in vrbe, traditur in l. 1. §. cura carnis. ff. eod. tit. Bald. & Salic. in l. 1. C. de epi. audien. Bart. in l. annonam, de extra. cri. Docto. in c. 1. extra, de emp. & vide quod scripsi in titul. de banc. à vin. infra. Et nota verbum singulare, quòd quis cogitur vendere iusto precio res quæ sunt ad vsum hominum, vt sunt carnes, frumentum, & similia. Ita dicit Bart. in d. §. cura carnis, quod male obseruant carnium distractores hoc in oppido.

Venditor cogitur vendere iusto precio res quæ sunt ad vsum hominum.

Mesures a ble.

¶ Nota quòd mensuræ debent fieri æreæ, vel lapideæ, & poni in ciuitatibus, vel villis in locis publicis, vt vnusquisꝙ tribunarius sub oculis rerum omnium modis cõstitutis sciat, quid debeat susceptoribus dare. l. modiis. de suscept. & archa. lib. 10. Et vide textum notabilem de mensuris & ponderibus loquẽtem in auth. de collationibus. §. eos. columm. 9. Et debent signari signo seu armis domini. l. 2. de fru. Alexand. libr. 10. Et ista pondera & mensuras facere, vel minus legales frangere, est mixti imperij secundum Pet. Iacob. titu. de mixto imperio, in fine & vide Gui. Pap. Ita tenentem q. 490. quæ incipit, mensuræ debent fieri. Et nota quòd in dubio recurritur ad mensuras vicinorum locorum. ca. ex parte, cum ibi. not. de censi. extra. & breuiter, cũ quæritur qua pœna puniatur fraudans mensuras, vel pondera, est dicendũ quòd iura vario modo locuta sunt. primo videtur, quòd fraudans mensuras seu pondera puniatur lege Cornelia de falsis. Cuius pœna est bonorũ publicatio cum deportatione. not. in l. 1. ff. ad l. Cor. de fal. Sed aduerte quia textus in l. penulti. ff. eod. non imponit tantam pœnam fraudanti mensuras & pondera: & dic quòd potest puniri in duplum, & relegari in insulam, & aliam pœnã videtur imponere iurisconsul-

Utensura fraudans quapœna puniatur. Defraudāte mensuras & pondera.

consult. in l. annona. ff. de extraordi. crimi. nam iuris lator ibi videtur imponere aliam pœnam fraudanti pondera. Sed non videtur bona ratio diuersitatis, nec bona differentia. Ideo cum iura variè loquuntur, potest iudex imponere vnam pœnam quam vult de expressis in iure. ar. l. quotiens. de acti. & obliga. ff. & cap. quoniam, vt lit. non contesta. potest etiam ex causa illam pœnam mitigare: etiam si sit pœna statuti municipalis. l. quid ergo. cū ibi tradi. §. pœna grauior, de his qui not. infa. ff. & hæc procedunt de iure ciuili. Attamen de iure canonico fraudans mensuras & pondera, 30. diebus in pane & aqua pœnitere debet. c. 2. de emp. & vendi. lib. vbi hęc per Panor. & vide quam solitus sum allegare, quæ incipit in Dardanario. ff. de pœnis. Et de cura rerum venalium, vide in cap. 1. de emp. & vend. extra.

III. ARTICLE.

Si le seigneur inferieur, qui est tenu adiuster sa mesure au sep, & estalon de son superieur, vse de plus grande ou moindre mesure, il pert & est decheu de son droict de bailler mesures, & est amendable demande arbitraire.

Il pert & est decheu.

¶ In tantum, quòd non est opus declaratione. nam hæc est consuetudo latæ (vt ita loquar) sententiæ, & hæc bona consuetudo. nam æquum est ipsum dominum inferiorem iure suo priuari cum illo abutitur: nam priuilegium meretur amittere, qui sibi concessa abutitur potestate. l. lenones. C. de spectaculis. lib. 10. cum similibus.

IIII. ARTICLE.

Le seigneur ayant droict de mesure soyt Baron chastellain, ou autre ne pourra auoir que vng sep, ou est allon. Lequel, il ne pourra croistre ou diminuer: ains vsera dudict droict comme il a accoustume den vser danciennete. Et sil faict le cōtraire, il pert & est decheu dudit droit de mesure.

Est decheu.

¶ Quia, vt prædixi, priuilegium meretur amittere, qui sibi concessa abutitur potestate, vt l. iudices. C. de dign. lib. 12. & l. lenones. C. de specta. cum similibus multis. An ista verba importent, quod ipso iure cadat, vide Doctor. in Authen. habita. C. ne filius pro patre, & credo quod ipso iure.

V. ARTICLE.

Quant aulcuns forains qui ne sont du bailliage de Touraine decedēt en sa iustice, il a droict dauoir laubenage. Cest assauoir vne bourse neufue & quatre deniers dedans. Et doibt estre paye ledit aubnege au seigneur son recepueur, ou en son absence a autre son officier auant que le corps du decede soyt mis hors de la maison ou il est trespasse, & en default de payer ledit aubnege, ledit seigneur peut prendre & leuer soyxante solz damēde sur les heritaiges & biens dudit defunct, ensemble sondit aubenage.

Auoir laubenage.

¶ Improprie dicitur albinagium. nam verè albini dicūtur, quasi alibi nati. scilicet in alio regno vel patria domino regi nō subdita, ar. eorū quæ traduntur per do. in l. extra territorium. de iuri. omniū iudicum. ff. vbi Docto. ponūt de citatione, quam quis facit in diuerso præsidatu: sed sub eodē domino, vel rege. hodie autē albini dicuntur apud nos illi, qui sunt alibi nati, scilicet in alio pręsidatu: vt hic vides, quo casu habet locum albinagium.

Ensemble sondit aubenage.

¶ Rigorosum est istud, cum & aliàs in pœna cōprehendatur rei persecutio. l. hoc edicto. §. quærentibus, de public. vectiga. & cōmissis. ff. facit l. licitatio. §. quod illicite, eo. tit. ff.

XVI. ARTICLE.

Ledit moyen iusticier peult saysir par sa iustice les biens meubles du decede iusques a ce quil soyt apparu de heritier, & doit faire mettre lesditz biens par inuentoire & apprecier, & apres les faire bannir de huytaine, quinzaine, & quarantaine a iour de dimenche, au prosne de la messe parrochial, de la parroisse, ou lesditz biens seront trouuez, ou a lissue dicelle messe, ou autre iour solennel.

Les biens par inuentoire.

¶ De hac confectione Inuentarij, est paulùlum in pręsentiarum videndum. nam cōsuetudo nostra optimo vtitur consilio, vt scilicet bona mobilia sine hærede decedentis saltem non apparente hærede in Inuentario describantur, & deinceps apprecientur. Sed antequam materiam attingamus, dicamus an benefactum fuerit, quòd conditores nostræ consuetudinis permiserint die etiam dominico in exitu missæ facere banna, & proclamationes, memini dixisse aliquid in art. 22. suprà titu. 10. vbi tenui opinionem rigidam, à qua vix recedere vellē per iura per me ibidē allegata. Sed nunc mihi videtur altius exordiendū, vt magis hæc materia clarescat. ideo q̄ro an citatio possit die feriato fieri. Secūdò an de-

an delegatio, seu causæ commissio. Tertiò, an testium examinatio. Quartò, an sententiæ executio. Et quintò, quid de incãtibus rei pignoratę. dic breuiter & resolutoriè vnamquanq; quæstionẽ succinctè & compendiosè soluendo: dic quòd citatio non potest fieri die feriato etiam, vt quis compareat ad diem nõ feriatam, & ita videtur firmare Panor. in c. fina. in 5. col. extra, de feriis. quicquid dicant Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nuncia. & Ioan. And. in d. c. fi. Cyn. & Doctor. in l. fi. C. de fe. & Guid. Pa. q. 205. qui omnes male fauent religioni: nec video, quòd ipsi dent bonum responsum ad l. fi. C. de fe. quæ optimè stringit pro opinione Panormitani. Ad secundã quæstionem vel delegationẽ, dic quòd illa die feriato fieri potest. Salic. in d. l. fin. C. de fe. Ad 3. q. dic quòd testium examinatio etiam die feriato fieri potest, vbi testes iurauerunt die non feriato, aliàs non: quia tunc depositio refertur ad tempus iuramenti. & vide Panor. in c. 1. extra, de fe. Quartò quęritur, quid in executione: dic resolutorie quòd in feriis etiam in honorem Dei introductis ęxecutio facta tenet, licet fieri nõ debeat nisi periculum in retardãdo immineret, ita tenet Panor. in d. c. fi. licet Bar. in d. l. 1. §. nunciatio, sentiat oppositum. Et intelligo talem executionẽ fieri posse, vbi non requiritur causæ cognitio, sed sola pignoratio. Et intelligo etiam, vt fiat in alia die feriata quàm in die dominica. ille enim dies propter Dei specialẽ honorem omni voce præconis horrida debet carere. certum est autẽ in executione ipsius præconis vocẽ esse horridiorẽ, quàm in citatione, quia primo casu bona auferuntur, nõ sine ingenti possessoris dolore: & nõ sine magno præconis tumultu, vel clamore. At in citatione est solũ vocalitas sine pignoratione, q; minus est, quàm ipsa dolorosa & clamorosa executio: & ita audio limitare Guid. Pa. q. 215. vbi bene mihi satisfacit in hoc pũctulo, & optime fauet religioni. Ad quintam quæstionem dico q; tales incantus rei pignoratæ die feriato fieri non debẽt, quia fiunt cũ tuba & voce præconis, quæ his diebus silere debent: & si tu contrarium dicas: certè ego non auferam de libro meo d. l. fina. Cod. de feriis, vbi est text. pro opinione mea. Nunc de Inuentario tria, vel quatuor bona verba dicamus. primò dico quòd isti domini debent ita aduertere, quòd cõficiant Inuentarium, secundum quod dicitur in textu nostro. Alioquin si illud facere obmitterent, esset contra eos præsumptio surreptionis rerum absentis. Sicut in simili dicunt Docto. q; obmissio Inuẽtarij inducit præsumptionem cõtra hæredem q; surripuit res hæreditarias. §. sancimus. in Auth. de her. & falci. Secundo dico, & notabiliter ad practicam, q; istud Inuentarium debet fieri coram iudice, vt per ipsum approbetur. not. Cy. in l. tutores. C. de administra. tu. & ibi gl. super verbo publicarum circa medium. Tertiò nota, quòd Inuentarium publice confectum nõ recipit per testes probationem in contrarium, quia dominus qui fieri fecit tale Inuentarium, nõ audiretur, volens probare, q; tantæ res non erãt in domo, tex. est singularis in l. fin. C. arb. tu. Et quia multæ solennitates requiruntur in cõpositione Inuentarij, & de iure enumerantur per Scribentes in l. Scimus, in princ. C. de iu. delibe. tamen mihi placet sententia Baldi ibidem pulchrè dicentis, quòd in cõfectione Inuentarij non seruantur tot solennitates. aliàs vix reperiretur Inuentarium vsquam bene perfectum, ideo sufficit secundũ ipsum, si Inuentarium fiat secundum consuetudinẽ notariorum, & ita sequitur Paul. de Cast. in d. l. scimus, in prin. & etiam Iason in ver. Sed licet prædicta. in 4. col. Et ideo non consueuerunt in istis Inuentariis, de quibus dicitur in textu nostro, vocari creditores: non enim cõsueuit dominus apponere signum suum sicut facit hęres. non consueuit etiam apponi signũ crucis, de quo per Salic. & Fulgo. in d. l. scimus. Nunc placet mihi, quia materia est practicabilis, quia crebrò hæredes dubij de viribus hæreditariis quotidie adeunt hęreditates impetratis literis regiis sub beneficio Inuentarij. Quæro pulchrè, quæ vtilitates prouenire possunt ex dicti Inuentarij confectione & quot? Breuiter dico, compendiosè & practicabiliter, quòd ex Inuentarij confectione oriuntur septem singulares pro hærede vtilitates. Prima vtilitas, quia licet de iure digestorũ & codicis antè d. l. scimus. hæres teneretur creditoribus hæreditariis in solidũ vltra vires hæreditarias. l. sit è bonis. C. de iur. delibe. cum ibi notatis: tamen confectio Inuentarij facit, vt hæres non teneatur deinceps vltra vires hæreditarias. Secunda vtilitas: quia hæres potest detrahere Falcidiam de legatis, quam olim non detrahebat. Tertia vtilitas maxima profectò & notanda: quia hæres per confectionem Inuentarij potest satisfacere vnicuique creditori, aut legatario primo venienti, donec aliquid superest de bonis defuncti, nec alij etiam creditores anteriores tempore possunt de hoc hæredẽ ipsum molestare. Quarta singularis vtilitas tantæ est virtutis confectio Inuentarij, quòd ipsa facta hæres potest creditoribus etiam inuitis tantum dare de bonis hæreditariis in solutum ipsis creditoribus, quantum eis debetur, & hoc quando pecunia non est in hæreditate: etiamsi hæres inueniret emptores, qui tamen emptores vellent quòd hæres se eis obligaret de euictione, quia hæres non tenetur se obligare propter hoc de euictione. Et sic est speciale propter ipsam confectionem Inuentarij, quòd aliud pro alio inuito creditore solui potest: licet regulariter contra. nam vt dicimus, hæres poterit dare ipsis creditoribus inuitis in solutum res hæreditarias. Quinta vtilitas est, quòd confectio Inuentarij operatur exclusionem hypothecæ, quia si hæres confecto Inuentario vendidit rem hæreditariam, vt satisfaceret creditoribus, vel legatariis: Si sint postea

An die feriato citatio fieri possit.

Cõmissio et delegatio diebus feriatis fieri possunt.

Executio potest fieri die feriato.

Executio non valet die dominico.

Confectio inuentarij vt hæres non teneatur vltra vires hæreditarias facit, ...

Confectio inuentarij hypothecæ exclusionem operatur.

Admiratu dignum. postea alij creditores, illam rem venditã specialiter hypothecatã habentes, tamen hi non possunt agere, nec contra hæredem, nec contra rei hypothecatæ emptorem, quod est mirabile: & si bene ponderetur, est via aperta ad fallendum mille creditores. Sexta vtilitas, quia licet de iure digestorum hæres teneretur, si post mortem testatoris hæreditas esset effecta non soluendo: quia demortua erant animalia, vt boues, oues, equi vel serui: tamẽ per confectionem Inuentarij hæres à tali periculo liberatur. Septima vtilitas est talis: quod confectio Inuentarij non solum excusat hæredem ab obligationibus hæreditariis defuncti, sed etiam ab obligationibus mixtis, tam hęredis quàm defuncti, causatis in persona ipsius hæredis per gloss. singu. in l. quæ dos. ff. solu. ma. & ibi Bald. & Imola. & sequitur do. Alexand. in d. l. Scimus. §. & si præfatam. C. de iur. delibe. tamen dominus Iason dicit illam gloss. super qua se fundant præfat. Doct. nihil dictum eorum probare: & verum dicit, quia illa gloss. in vtrunque latus siue dextrũ, vel sinistrum versa, nihil, aut parum facit. Et vltra has septem vtilitates quæ extrahuntur à Doct. in d. l. Scimus. Adde vnam quam credo etiam omnibus digniorem. & est de propria mente ipsius Baldi. dicit enim Baldus in d. l. Scimus, in princip. §. etsi præfatam, quòd confectio Inuentarij non solum excusat hæredem ab obligationibus hæreditariis ne teneatur vltra vires hæreditarias: Sed etiam excusat à vexationibus facti. Dices tu, quare tantopere extollis istud dictum Baldi. quia nescimus fortè quid propter hoc intendat dicere. Quia aduerte: & pone. hæres fecit Inuentarium. Certò dico, quòd propter illius confectionem poterit creditori inuito asignare forte tot nomina debitorum in solutum, nec ea hæres tenebitur exigere. quia propter confectionem dicti Inuentarij etiam excusatur à vexationibus facti, Iaso. in d. §. etsi præfatam versi. quarta vtilit. Ac tene prædicta menti, & semper consulas amico, vt hęreditatem adeat sub beneficio Inuentarij. Insuper aduerte, quia dicitur in textu, quòd iusticiarius mediocris saysire potest mobilia decedentis absque hærede; & facere proclamationes hic in textu enarratas. Sed quid erit de bonis alibi, quàm in iurisdictione domini mediocris situatis. Pone ipsum decedentem habuisse domicilium in Castellania Paludeli, & habuisse plura ibidem mobilia: necnon in Castellania de Motha, & in Castellania de Argeyo. quid erit tunc de saysimento bonorum, & de applicatione seu declaratione ipsorum? Et videtur, quòd saysimentũ factum in loco mortis, & sic in Paludelo trahatur ad alia bona alibi sita, quod probatur. quia etiam testamentum per forensem ibidem factum trahitur ad bona alibi existentia Bart. Bal. Sali. & Pau. de Castr. in l prima. C. de sum. tri. Secundò facit, quia actio competens pro fundo existente in isto loco, potest alibi intentari. l. fin. C. de præscript. long. temp. Tertiò, quia acta facta in vniuersitate fidem faciunt vbique. l. is apud quem. C. de eden. cum similibus allegatis per Barto. in l. prima, de sum. tri. Quartò facit, quod pulchrè not. Baldus in l. in hac. de dona. quòd actus qui sortitur vires in vno loco propter statutum illius loci habet etiam vires in toto mundo. Quintò facit, quia tutor datus in vno territorio extenditur ad bona vbicunque existentia in aliis territoriis. l. propter litem. §. licet, de excusa. tuto. ff. Sextò facit, quia interdictio administrationis facta alicui tanquam prodigo in vna ciuitate, extenditur ad bona vbicunque sita. proba. in l. is cui bonis, de verb. obliga. iuncta l. Iulianus, de cura. furi. ff. Septimò facit, quòd decretum iudicis super alienatione rerum immobilium minoris extenditur ad bona alibi sita, in quocunque territo. l. magis puto. §. nec passim. ff. de re. eo. Sed videtur, quòd solum ille dominus de Paludelo debeat habere, & saysire bona in suo districtu sita: ratio est, quia istud ius consuetudinis procedit ex iure speciali: illa autem quæ suprà adducta fuerunt, procedunt de iure communi, quòd ius commune facilius extenditur, probatur in lege eius militis. §. militia missus, de re mili. ff. adduco clemen. pastoralis. §. denique licet, de sen. & re iud. Et aduerte quanuis do. Ia. in d. l. I. Cod. de sum. trini. in lectura Papiensi in penulti. columnn. allege. dict. leg. eius militis. in §. militia missus. attamen nõ inuenio eam legem, nec illum §. & credo, quòd sit vitium impressoris, propter quæ vitia etiam valentissimi Doctores in suis allegationibus corrupti inueniuntur. Sed eius ratio est optima, videlicet, quòd ea quæ competunt de iure speciali seu singulari alicuius statuti particularis, quòd non extendentur extra illum locum. Quid dicendum? dic ex mente Docto. quòd dictus dominus de Paludelo capiet bona in suo territorio sita, & hoc sine dubio. Itẽ capiet bona quæ sunt ad deferendum in dicto suo territorio destinata: sic capiet debita seu pecunias quæ defuncto debebantur, licet actiones non conscribantur loco. Sed alia capiet vnusquisque in iurisdictione sua. respectiue istud est de mente Doctor. præcipue Sali. in d. l. prima. C. de sum. tri. & fid. catholica. & vide rationes Doct. l. prima, quia longum esset eas describere, & sufficit quòd resolutionem habeas.

Confectio Inuẽtarij, excusat hæredem ab obligationibus mixtis, tam defuncti quàm hæredis in persona hæredis causatis.

Argumenta materia.

Iurisdictio vbique extenditur.

Decretum alibi extenditur.

Quæ competunt iure speciali extra locum non extenduntur.

Resolutio quæstionis.

VII. ARTICLE.

Et lesdictes bannies faictes sera le decret adiuge au proffit dudict moyẽ iusticier a lassise, & au dedans de troys ans apres la mort du decede, lheritier pourra demander & auoir lesditz biens meubles: en lin formant de son droict: & parmy payant les fraiz & mises.

De troys ans.

¶ Hoc ideo, quia post triennium ista bona mobilia videntur vsucapta. Institut. de vsu. seu long. temp. præscrip. & l. vnica, de vsuc. tráſforman. C. & vide quæ ſcripſi infrà titul. *De ſucceßions.*

Des fiefz & autres heritaiges entre nobles.

¶ Articulo ſeptimo, vbi eſt ſimilis materia.

VIII. ARTICLE.

Moyen iuſticier, par ſa iuſtice peult faire mettre brandon, & ſeeller huys, congnoiſtre de ſayſine briſee, tenir ſes aſſiſes quatre foys lan, & congnoiſtre de ſimple furt, & auoir ſepz fers, & anneaulx de fer: & autres priſons a garder les malfaicteurs, & les punyr iuſques au ſupplice de mort exclusiue.

IX. ARTICLE.

Le moyen iuſticier prent les eſpaues mobiliaires, qui ſont trouuees en ſon fief, en gardant les ſolennitez declairees au chapitre des eſpaues.

X. ARTICLE.

Le moyen iuſticier eſt fonde dauoir ſoixāte ſolz tournois, & vng denier damende, ou il appartiendra.

XI. ARTICLE.

Moyen iuſticier qui a bourg, & a vſe par tant ſuffiſant, dauoir acquis droit, dauoir four a ban, peult contraindre ſes ſubiectz couſtumiers eſtagiers demourans en icelluy bourg, a venir cuyre leurs paſtez a ſon four, eſtant oudit bourg. Et ſilz ny viennent, il peult faire prendre leur pain, quilz ont faict cuyre a autre four par ſon ſergent: & par ſa iuſtice, le faire declarer eſtre ſien.

¶ Vide quæ ſcripſi in titulo præcedenti.

XII. ARTICLE.

Moyē iuſticier, qui a moulin Bancquier, peult contraindre ſes ſubiectz eſtagiers, & couſtumiers, au dedans de la lieue de ſon moulin, a aller mouldre a ſon moulin, ſur peine de ſoyxante ſolz vng denier tourn. damende.

XIII. ARTICLE.

En la court du moyen iuſticier, on peult donner aux ſubiectz dicelluy moyen iuſticier, tutelles, & curatelles, congnoiſtre de denonciment ciuilz, appleigemens, contre appleigemens, adueuz, contreadueuz, & de toutes actions ciuilles: ſoyent reelles, perſonnelles, & mixtes, dont lamende ne excede ſoyxante ſolz tournois.

TITVLVS III.

Ius rerum nobilium aberrantium.

Chapitre III. des Droicts deſpaues mobiliaires.

PREMIER ARTICLE.



Eſpaue mobiliaire appartiēt au ſeigneur qui a moyenne iuſtice, quant elle eſt trouuee en ſon fief & iuriſdition, & icelle choſe doit garder pour icelle rendra a celuy, a qui elle ſeroit, ſil la luy venoit demander, & en linformant quelle feuſt ſienne, la luy doit rendre & reſtituer en rendant les impenſes.

¶ De animalibus abigeatis dixi ſuprà titul. I. art. 14.

II. ARTICLE.

Quant aucunes eſpaues ſont trouuees en la terre daucun ſeigneur, icelluy ſeigneur les doibt faire proclamer par. 3. dymenches, ou feſtes ſolennelles en la parroiſſe du lieu ou elles ont eſte trouuees par troys iours de marche, ſil ya iour de marche: & ſi durant leſditz troys proclamations, il ne vient aucun qui les aduoue, ledit ſeigneur declaration faicte par ſon iuge, ou par autre iuge competent, en peult diſpoſer a ſon plaiſir.

¶ De hoc ſatis abundè dixi ſuprà, titu. I. artic. 22. & art. 17.

III. ARTICLE.

Si aulcun des ſubiectz du ſeigneur trouue eſſain dabeilles en ſon fons ouquel na fief ne iuſtice, il ſera tenu de le reueller au ſeigneur: en la iuſtice duquel eſt ledict eſſain, dedans

dans huyt iours. Et en ce faisant, il aura la moytie dudit espaue, & lautre moytie appartiendra a celluy a qui sera la iustice. Et se il le recelle, & il en soit conuaincu, il restituera ladicte espaue, & payera lamende de soixante solz appliquer. Cestassauoir au bas iusticier, sept solz six deniers, & le surplus a son suzerain. Et sil prent ledit essain dabeilles en aultruy fons & les emporte, il est repute larron, & sera puny a larbitraige de iustice.

¶ Vide suprà titu. 1. argu. 24. Et de pœna furum dixi infrà titul. de crimes. argumen. 6. & 7.

TITVLVS IIII.

De Iure supremi Iustitiarij, qui tamen neque Castellaniatus, neque Baronatus ius habeat.

Chapitre IIII. des Droictz de haulte iustice, non ayant droict de chastellenye, ou baronnye.

PREMIER ARTICLE.

Le hault iusticier est fonde de tenir ses plaitz de moys en moys, & ses assises quatre foys lan. & dōner seurete, & faire leuer homme trouue mort, en sa haulte iustice hors grans chemins congnoistre & punir des cas criminelz concernans haulte iustice, excepte de meurtre fait de guet a pensee, de femme forcee, & de boutement de feu. Et peult prendre amendes tant coustumieres, que arbitraires.

Le hault iusticier.

Donner seurete.

¶ De hac materia ad longum scribo infrà, titulo de criminalibus.

Hors grans chemins.

¶ Notabiliter dicit, *Hors grans chemins.*

¶ Quia si in istis magnis itinerib. homo mortuus reperiatur, ad castellanum tunc de consuetudine nostra recurritur.

De meurdre faict, &c.

¶ Quia nuper habebam in regio huius oppidi carcere quendam homicidam ex proposito, ideo antequam ad eius condemnationem procedere vellem, talē de dicto homicida palam proposui quęstionem, quam de verbo ad verbum hic apposui. Atro carceris in antro lucifugisq; prominentis turris nostri castri latebris iacet, dura deuinctus cathena ferrea, Matthæus de Pons quidam infausto sub sydere natus. hic annis aliquot elapsis obscura sub nocte, sed verno sub tempore domum sacerdotis cuiusdam subintrans, sacriq; Dei ministrum offendit ille, & scelestis factionis particeps quidam auus, strictísque gladiis aggrediuntur, eúmque fuga salutem petentem, ac notos & contribules clamorosa voce vocantem assequuntur. Tandem defesso anhelitu cum propemodum exanelatus fuisset, & inter fugiendum læsus: sistere cogitur. nā plurimis iam eum in fuga alter affecerat plagis. Cum iam homicidarum manus euitare non posset, qui eum auidè (vt canis leporem) vrgerent, voce flebili & confusa, plorabundusq; cum singultibus vitam orat, veniam rogat ac postulat, confessionem quærit & implorat. Sed illi nec precibus, nec Dei reuerentia moti: sed corde leonino pleni, truci, heu nimiū truci insultu eum mactant, occidunt, trucidant, quæritur quid iuris? Et videtur, pristino themate retento, incarceratum mori non debere duabus principalibus de causis. primo, quia vt ipse asserit, ambo ipsum defunctū plagis affecerunt, nec constat an plura letalia vulnera habuerit defunctus, an vnū solum, an duo. Nam si plura letalia habuerit eo, quia quilibet potuit vnum, vel plura inferre, tenentur de occiso, & sic casus non haberet dubium: nec etiam si duo vulnera letalia habuerit, quilibet enim videtur suum vulnus fecisse. Sed vbi apparet vnum solum vulnus letale, tunc, quia verum est, quòd illi duo simul & insolidum tale vulnus letale non intulerunt isto casu, quia æquum est vt non letaliter feriens pro feriente mortiferè, ac letaliter non moriatur. & quod verum est, quod vnus letaliter non vulnerauit, eò quod duntaxat est vnū letale vulnus. Sequitur viso quòd nescitur à quo sit illatum, quod vnus non inferens, non debet mori pro alio inferente. Et sic in casu dubio, quia ignoratur quis letaliter vulnerauerit, & sanctius est nocentem absoluere quàm innocentem cōdemnare. bene sequitur quòd ambo non debent mori, nec teneri de occiso: sed de vulnerato. ista est communis doctrina Cy. Bal. & Sali. in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Aquil. de vi publ. seu pri. & per alios Scribentes in l. Item mella. §. si plures trabem. ad l. Aquil. ff. cum similibus multis. In oppositum quòd mori debeat, facit Doct. Ang. de Aret. & Io. Fab. in §. pen. de publi. iud. Institut. vbi dicunt resolutoriè, quòd pœna legis Corneliæ de sicariis, in occidente est mors. Secundo adducitur tex. Exodi. qui ponitur in ca. 1. de homicidio. extra, vbi dicit & statuit Deus, q; homicida ex proposito ab altari

Casus criminalis in practica, casu per homicidio.

Vbi vulnera letalia percussoribus nō respondent et homicidiū est commissum in rixa non ex proposito, tunc tenentur solum percussores de vulnerato.

Pœna l. Corneliæ de sicariis est mors. Homicida ex proposito mori debet de iure.

altari euellatur & moriatur. ergo. Nec obstat prima ratio superius adducta pro dicto incar cerato, cum in puncto iuris ad hoc, vt quis teneatur de homicidio, inspicimus potius propositum quàm effectum. vt per Bart. in l. si rixa. ad leg. Corne. de sica. ff. & l. 1. §. diuus. eo. tit. ff. Sed sic est quòd dolus & propositũ considerantur in casu nostro ex ictibus, ac ex genere armorum, quia ipsi homicidę habebant enses & spathas. igitur sufficit secundũ ipsum Bart. ibidem: imò plus dicit ipse Bartol. in d. l. si in rixa quòd si sit solum vnum vulnus letale: sic omnes ratione doli & propositi tenerentur de occiso. Idem si plura non letalia. quia ista omnia simul iuncta sunt illa quæ mortem intulerunt, & hoc cum proposito euenit. Sed sic est quòd constat de dolo, & de proposito incarcerati: tum ex specie & modo vulnerum, tum ex genere armorum, ex quibus animus occidendi probatur secundum eundem Bart. in d. l. 1. §. diuus, igitur. Secũda ratio excusatiua, licet, vt credo, sit falsa ipsius incarcerati, est propter authoritatem Bal. quẽ refert & sequitur Sali. in l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi publi. vbi dicit q; ille qui mandato delinquit, licet non excusetur, tamen mitius punitur, quia ad mortem non damnatur. & dicit Sali. quòd licet mandatum in totum nõ excuset. tamen facit mitigari pœnã. Ita enim refert Alex. de Imol. in add. ad Barto. in l. non solum §. si mandato, de iniuriis & fa libellis. ff. faciunt notata per Dy. in c. quòd quis man dato, de reg. iu. libr. 6. vbi dicit quòd in mandatario cessat ratio fraudis præsumendæ. Sed videtur quòd iussus per eum, allegatus in aliquo eum excusare non debeat. Primò, quia non est præsumendum de tali iussu. Ideo credo quòd incarceratus mẽtitur. Et dato quòd sic esset, tamen iussus non excusat in grauioribus, sicut in isto casu, vt dicit Bar. in d. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniuriis. Secundo, quod prætensus iussus eum nõ excuset. tenet Sali. in l. non ideo minus. C. de accusa. in 1. q. & est textus expressus in d. l. nõ ideo minus. Tertiò tenet Bar. in l. liber homo, ad l. Aquil. ff quia in istis grauioribus non est obediendum vel parendum. Quartò de hoc est gloss. in l. ad ea. de reg. iu. ff. cum textu ibidẽ. Quintò est gloss. celebris in d. c. quod quis mandato, de regu. iur. in libr. 6. Sextò est textus in c. mulieres, de senten. excommuni. extra, cum gloss. sua, quæ est singularis, & Doctor. in c. si. de homici. Et pulchrè Bartol. in l. si quis mihi bona, de acq. hære. ff. & Ias. in l. 1. C. de ser. fugit. Septimò facit quòd pulchrè refert Panor. in c. vniuersitatis, extra, de senten. excom muni. quòd obligatus ad seruitium alicuius non tenetur illo obtemperare in illicitis, & à iure prohibitis. Et si obtemperando committit rem illicitam, punitur, mandato non obstante. nam ex quo Deus vel princeps prohibet, nõ debet iste magis obedire suo domino quàm Deo, vel principi. hinc est quòd ad man datum principis non excusatur faciens cõtra

Ex specie vulnerũ, & genere armorum animus occidendi cõ probatur.

Qui ad mãdatum magnatis deliquunt, mitius puniũtur secundum Bal.

Iussus non excusat in grauiorib.

An sit illicitis papæ obtemperandum.

Deum. c. Iulianus, & ca. si dominus. 11. q. 1. quinimo dicit ipse, papæ obtemperandũ non est, quando ex eius mandato aliquod malum seu scandalum est futurum, no. Inno. in c. inquisitione, de senten. excommu. nã papa non habet authoritatẽ peccandi, & per consequẽs, nõ excusat eius authoritas. c. 1. 40. dist. Octauò dico ac ostendo, Deo concedente, quòd doctrina Bald. suprà relata, quam posuit ipse in d. l. seruos. C. ad l. Iul. de vi pu. seu pri. sit euidenter insufficiẽs. Et primò sic certum est apud omnes Doctores, quòd non plus in iure punitur mandans quàm mandatarius, vt late per Bar. in d. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. & per Bart. Sali. & Paul. in d. l. non ideo minus. C. de accus. & per Ias. & scribentes in d. l. 1. C. de ser. fugi. imò dicit Bartol. in d. §. si mandato, quòd mandatarius est principalis agens, seu delinquens. Sed sic est, quòd propter mandatum homicidij capitaneus quidam Perusinus fuit decapitatus, eo quòd dixerat famulo suo, quòd nunquam reuerteret ad domum, nisi sentiret nuncium de inimico suo. & istam decisionem Bar. sequuntur omnes scribentes in d. l. si quis mihi bona, de acqui. hær. ff. Quare nunc si iste mandatarius non esset decapitandus, sequeretur quòd minus puniendus esset quàm mandans, qui tamen nõ est delicto principalis quòd profectò esset. quod prorsus irrationabile & insulsum, cum, vt dictum est, mandatarius ipse sit principalis agens. vt d. l. nõ ideo minus. Et etiam est pro hac parte text. in d. l. non ideo minus, vbi habetur ad literam, quòd nõ ideo minus tenetur is qui dicit ad mãdatum alicuius deliquisse, &c. si non teneatur. minus ergo tantum tenetur, quare, &c. Et in ista octaua ratione mea vellem satis in conscientiam inclinare. Non obstat d. l. seruos. in qua se fundat Bald. quia illa loquitur in casu diuerso. quia loquitur cum seruus deliquit metu & exhor tatione domini, nos autem loquimur in libero mandatario, qui tantum non habet parere necesse: ergo ne tantum debet excusare. Vel aliter & secundò respondeo, quòd illa lex nõ obstat: quia, si bene illam ponderes, videtur quòd ibidem serui delinquentes mitiùs puniãtur, eo quòd metu ac exhortatione domini deliquisse videntur: nos autem loquimur cum quis liber ad exhortationem magnatis alicuius deliquit, & non metu, igitur horum diuersa debet esse ratio, cũ textus ille non fecerit sine ministerio mentionẽ de metu: metus equidẽ mandato iunctus videtur esse magis excusatiuus: igitur hæc mente voluas.

Papa non habet authoritatem peccandi.

Capitaneus Florẽtinus propter mandatũ fuit olim decapitatus.

Non debet plus puniri mandans, quàm mandatarius.

Femme forcee.

¶ Quæ sit pœna adulterij, habes in l. quamuis. ad leg. Iul. de adul. & est mors naturalis in mare: in fœmina verò detrusio in monasterium. Auth. hodie, ibidem posita, vbi per DD. vel quia textus noster loquitur de fœmina violẽter cognita, & sic est maius, vt ita loquar, delictũ: dic quòd talium delinquentiũ pœna

Pœna adulterij mors est.

pœna est mors naturalis, vt per Docto. in l. raptores. Cod. de rap. virginum, vbi omnino videas, quia longa est materia: & mihi sufficit tibi resolutionem posuisse. Quod autem dixi raptorem vltimo supplicio afficiendum: intellige cum quæstio est de muliere honesta rapta. Si autem de inhonesta loqueremur, te remitterem ad tradita in l. si ea. C. ad l. Iul. de adul. vbi habetur quòd stuprum punibile nõ committitur cum meretrice, & l. quæ adulterium, eod. tit. & l. si vxor. ff. eo. Sed glo. ibidem tenet adulterium cum ea quæ meretricio more viuit, esse puniendum, quod mihi videtur durum, vt quis moriatur propter adulterium, cum viuente meretricio more commissum propter textum expressum, quẽ videtur in conscientia destruere gloss. in d. l. quæ adul. ibi. & stupri, &c. & propter tex. expressum in d. l. si ea, ibi in tex. crimen in ea cessat, &c. Ideo sic in æquitate teneretur, quòd non moreretur,

Adulteriũ cum viuẽte meretricio more non est ad mortem punibile.

Stuprum cum meretrice commissũ quatenus venit puniendum.

Deboutement de feu.

¶ Parcant mihi antiqui Cõsuetudinis nostræ conditores. istud verbum *Boutement* est illepidum, habito respectu ad Turonenses, qui sunt in verbis Francicis facetissimi & dulces. Sed istæ verborum controuersiæ pertinacibus sunt relinquendæ: quia cum res intelligitur, minus de nomine laborandum est, glo. & Doct. in l. recepticia. C. de consti. pecu. Et ideo quia à paucis diebus iudicium feci de quadam incẽdiaria, quæ ob inimicitias exarserat molendinum, domum, ac tectũ loci *des Assars*. Et quia in hac materia ego iudicaui, vt infrà dicetur, quibusdam dicentibus me nimium esse misericordem, aliis contendentibus me satis fuisse austerum & ferocem: ideo quæro quæ sit incendiariorum pœna? Bar. in hoc passu, in l. 1. de of. præfec. vigilum. Cy. & Salic. in l. data opera. C. de his qui accus. non possunt. distinguũt hoc pacto, præsertim ipse Bar. in d. l. 1. de offic. præfec. vigil. quia aut incendium committitur dolo, aut culpa, aut casu fortuito. Primo casu, aut incendiarius est vilis persona, aut in dignitate positus. Primo casu si incendium est magnum, & persona vilis, debet tradi bestiis, & potest comburi. Si verò est persona in dignitate constituta: tunc si est magnum incendium, decapitatur: si paruum incendium, deportatur. Et hoc cum incendium fit in ciuitate. Si verò incendium est commissum in villa, tunc est minus periculum: & ideo si est persona vilis, & incendium magnum, debet decapitari. Si autem est paruum, debet tunc deportari. Si verò est incendiarius in dignitate positus, & est in villa. Si est incendium magnũ, deportatur. Si paruũ, relegatur. Sic Bar. ipse post Iaco. de Are. distinguit in d. l. 1. de offi. præfe. vigil. ff. & sic concor. l. illam & l. qui ædes, de incendio, ruina, naufragio. ff. & l. fi. eod. titu. & d. l. data opera. C. de his qui accu. nõ poss. & l. capitalium. §. incendiarij. & §. qui ob inimicitias, de pœnis. ff. Et aduerte quòd in omnibus supradictis casibus debet damnum emendari. vt d. l. qui ædes. §. 1. coniuncta l. fina. de incen. rui. nauf. ff. Si verò per culpam, tunc minus puniatur quàm si dolo. vt l. in lege, ad l. Corne. de sica. ff. & hoc verum est, si est in lata culpa. Si verò est leuis culpa, tunc punitur pecuniariter, non corporaliter. & si non potest soluere, punitur in corpore. vt dict. leg. qui ædes. Tertio casu, quando est incendium commissum casu fortuito, nõ tenetur ad aliquid, sed imputatur casui: vt l. pen. de incen. rui. naufra. ff. hæc sunt propria Bartol. verba, super quibus verbis dubitabam de duobus in iudicando, ac sententiando contra dictam incendiariam. Primò, quod deberet dici incendiũ magnum. Secundò, quomodo caperetur villa in casu nostro pœnali. de primo dubio satis ratus fui per confessionem illius infœlicissimæ mulieris, quæ sponte domum molendinumq; illi attinens & contiguum ac tectum armatorum conflagrasse confitebatur. ideo non immerito incendium fore magnum arbitrabar. dubitabã autem an incẽdium istud deberet dici factum in villa, ad hoc vt esset minor pœna secundum distinctionem Bartoli suprà relatam. Et vt meum tolleretur dubiũ: habui regressum ad Bartol. in extrauag. qui sint rebelles, super verbo Lombardiæ, & ad tex. l. arboribus euulsis, de vsufruc. ff. ibi in text. ad vsum villæ suæ, &c. & l. fundi appellatione. de verbo. signi. ff. in quibus iuribus habetur liquido quid sit villa, & quæ dicatur ciuitas, villa, castrum, & rus, vide Bartol. in extrauaganti, qui sunt rebelles, super verb. Lombardiæ. & l. 1 §. in Authent. & ibi Alexand. & Iason de nou. ope. nunc. ff. & Luca. à Penna in l. 1. Cod. vt rustic. ad nullum obseq. Barto. & Doct. in l. si hæres. de leg. 1. ff. & gloss. prag. sanctio. in tit. de colla. super verbo villis. ideo condemnaui dictam incendiariam, vt amitteret manum, de qua commiserat delictum, ac etiam vt compensaret damnum datum. In hac siquidem incendij materia aduertas secundum Salice. in l. quæ fortuitis. Cod. de pig. acti. quòd ignem habere non est prohibitum, quia esset denegare vnum ex elementis. Sed vagantem tenere & immoderatum est culpa. vnde si damnum sequeretur, non casui, sed culpæ ascribitur. Dicitur autem immoderate habere ignem tribus modis, scilicet re, loco, & tempore. Res ex quantitate lignorum. quia nimia ad comburendũ apposuit. vnde ignis fuit nimium excessiuus, ita quòd nimis in altum tetendit, & vagando processit. Loco, vt quia loco incongruo ignem tenet, & periculoso propter cohærentias, vel propter seipsum: quia ignis erat in tassello, & loco vbi ignis nõ habebat arolam. Tempore, quia flante vento ignem fecit in loco aperto. Item secundũ ipsum habet incendium quandoq; locum ab intra, quandoq; ab extra. Et ipse pulchrè distinguit hoc pacto, aut ignis est immissus ab intra, aut ab extra, aut

Quæ est incendiariorum pœna.

Ignis immoderatus.

aut dubitabatur. Si ab intra, aut scitur à quo, aut ignoratur. Si scitur à quo, tunc non casui fortuito, sed culpæ asscribitur: quia ille qui immisit, obligatur: aut, si seruus sit, tunc dominus noxaliter respondere cõpellitur. l. videamus. §. fin. locati. ff. & l. si vendita. de periculo & cõmod. rei vend. Et si fuerit liber homo: tunc, aut erat famulus patrisfamiliâs domus, aut solum hospes. Si familiaris, tunc licet ipse immediate ex suo facto teneatur: tamẽ de patrefami. cui seruit, dubitatur an quia vtitur opera illius, ex quasi suo delicto teneatur. Et videtur quidem gloss. dicere quòd teneatur, in l. ne quid. de incendio, rui. nau. ff. Sed Doct. communiter, & Bar. illam glossam restringunt, quãdo familiaris deliquit in officio, ad quod erat deputatus, aliàs dicunt absurdum esse dominum pro eo teneri: & pro hoc inducunt l. 1. §. familiæ, de publi. vecti. ff. & l. si verò, de his qui deiec. vel effud. ff. & l. 1. naut. caup. stabu. ff. Et ideo in proposito videtur dicendum quòd si familiaris deputatus super coquina tua minus diligẽter ignem tenuit, & ob hoc domus conducta vel res cõmodatæ patrifa. sint combustæ, paterfamiliâs ipse ex quasi delicto famuli teneatur. Sin autem familiaris ad coquinam deputatus diligenter se habuit ignem extinguendo vel cooperiendo, vt debuit, & postea alius familiaris ad hoc non deputatus, ad coquinam accessit & ignem accendit, & minus diligẽter eum tenuit, propter quod res combustę sunt. tunc paterfamil. ex illius facto teneri non debet: quia extra officium sibi deputatum deliquit. facit l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ad l. Aquil. ff. & l. si extraneus. loc. ff. & l. si vendita. de pericu. & commod. rei vend. Si verò is qui ignem immisit fuit hospes, & tunc insurgunt quatuor dubia. Primum si receptus in domo amicus, vel hospes, ignem, vel candelam minus diligenter tenuit, inde incẽdium secutum est. & tunc tenetur, facit tex. in l. seruus seruum §. si quis insulam, ad l. Aquil. ff. & l. qui occidit. §. in hac actione. eod. tit. ff. & d. l. si vẽdita. de pericu. & commod. rei vend. Secundum dubium. Si non ipse hospes, sed familiaris, vel seruus, quem secum habuit in hospitio, hoc fecit: an ipse familiaris teneatur, & respondetur quòd sic, per easdem leges & rationes. Tertium dubium. An dominus ex facto familiaris teneatur, & in isto membro patet responsio ex prædictis, quia aut tenuit minus diligenter in officio sibi per dominum commisso: puta, quidam princeps hospitatur in domo scuti Franciæ, habet secum plures famulos, quorum vnus habet curam equorum: sane si iste in stabulo minus diligenter ignem obseruauit, dominus ipse de famuli facto tenetur: quia opera illius ad illud factum vtitur, vt iam dictum est. Quartum dubiũ. Si domus q̃ in prædicto incendio combusta est, non erat propria hospitatoris, sed sub mercede annua conducta, an ipse cõductor & hospitator teneatur locatori? Et videtur quòd sic: quia de facto viatorum tenetur. vt in l. 1. & in l. seq. naut. caup. sta. ff. in contrarium videtur casus in l. 1. in fin. aliàs est l. 2. ff. naut. caupo. & stabu. Et quòd ipse conductor non teneatur locatori. tenet Salic. in d. l. quæ fortuitis. tum quia ad istud officium domum cõduxit, vt transeuntes hospitarentur, tum quia non vtitur opera hospitantium, & sic culpa ei imputari non potest, & cõsequenter isto respectu quantum ad conductorẽ, incendium casus fortuitus reputãdum est. pro hoc alleg. l. ex conducto. §. fi. ff. loc. & l. item videamus. §. fi. & l. seq. in quibus videtur casus à sensu contrario, facit l. contractus. de regu. iur. ff. Et hæc vera de primo membro, scilicet quãdo incendium habuit ortum ab intra. Secũdo sane casu principali, scilicet quando incendium habuit ortũ ab extra. quia primo alibi ortum habuit, sed successiuè, descẽdit ad ædes, de quibus quæritur. tunc distingue: Aut ignis est immissus à latronibus publicis, & tunc ipsi tenentur. l. data opera. C. de his qui accu. non poss. nisi essent missi ab eo, qui bellum indicere posset. ar. l. hostes. de cap. & postli. reuer. ff. Aut ab alio, & tunc censetur istud incendium casus fortuitus, & sic cõductor non tenetur ad interesse locatoris. ar. d. l. quæ fortuitis. de pig. acti. C. & d. l. ex conducto. §. fina. ff. Tamen qui ignem immisit, tenetur ad emendationem damni, si culpa sibi imputari potest, aliàs non. vt d. l. qui occidit. ad l. Aquil. §. in hac actione. Tertio pro casu principali, id est quando incendiũ nescitur an habuerit ortũ ab extra vel ab intra, & tunc subdistingue, aut nulli sunt habitantes in domo, & præsumitur ignis immissus ab extra. Aut aliqui erant inhabitantes, & tunc ab illis vel eorum culpa præsumitur incẽdium processisse. l. 3. §. plerunque. ff. de offi. præfec. vigilũ. Et si vnus solus inhabitet, res est clara. Si plures, insurgit dubium, an de omnibus sit præsumendũ, & quamuis vbi non constat de culposo, videatur esse de omnibus præsumendũ & omnibus imputandum: vt l. item mella. §. si plures. ad leg. Aquil. ff. tamen secundum ipsum Sali. considerãdus est locus loci, in quo ignis ortum habuit, vt in stabulo ab habente curam equorum: si in coquina, ab habẽte curam escarum immissus ignis videatur: aliàs vbi hæc deprehendi non possent, tum omniũ culpæ ascribendarum est. ita per Salic. in d. l. quæ fortuitis. de pig. act. quæ omnia crebro veniunt in practica. & sic consului Turonis pro hospitio Francicè loquendo,

Pulchra de incendio materia.

An conductor domus combustę locatori suo tenetur.

Incendium in domo cõducta immissum, & quando conductor teneatur.

Les troys Maries.

¶ Nuncupato. Ad vnũ aduerte insuper quòd ille qui incendij arcendi causa vicini sui ædes deponit, non tenetur si magistratus mandato fecerit: vt l. si alius. §. est & alia. quòd vi aut clam. ff. illud fecerit iusto metu ductus. vt l. si quis fumo. ad leg. Aquil. ff.

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.
Et neglecta solent incendia sumere vires.

Glossa

glossa in dict. l. Aquil. ff. & ista est communis doctorum theorica. Sed quid si ille qui in inferiore parte domus habitat, commiserit delictum propter quod domus ipsa veniat diruenda, an poterit habitans in superiori parte domus se opponere? vide Doctor. in locis præallegatis.

II. ARTICLE.

Et si le hault iusticier a vasaulx qui tiennent de luy a foy & hommaige. & ilz nayent moulin en leurs fiefz, ledit hault iusticier pourra cõtraindre les estagiers, coustumiers de ses vasaulx, a venir mouldre a son moulin pourueu quilz soient demourans au dedans de la lieue dudit moulin.

Costumiers, &c.

¶ Hoc ideo, quia nobiles & priuilegiati non subiiciuntur.

Au dedans de la lieue.

¶ De hac dictum est abunde suprà titulo primo, vbi habetur, quòd debet habere duo milia passuum, & quilibet pes debet esse quindecim digitorum, vt suprà notaui.

III. ARTICLE.

Celluy qui a haulte iustice, peut auoir iustice patibulaire a deux pilliers, & lyens par dedans & par dehors.

Iustice patibulaire.

Patibulũ. ¶ Patibulum dicitur, quia criminosis pateat, ad vindictam, vel quia facinorosi patiuntur mortem teterrimam in illo. Et in Francia plebeij suspenduntur patibulis. Sed pœna nobilium est decapitatio, licet Bartolus aliter dixerit obseruari in Francia. Et nota perpetuò quòd erectio furcarum significat imperium, & eius quasi possessionem & vsum, vt inquit pulchrè Baldus in titul. quid sit inuestitura. in principio, super verbo, quolibet. Sed pone, quòd in quodam castro ad vnum pertinet condemnatio, ad alium verò executio: vtrùm ille ad quem pertinet executio, posit erigere furcas altero inuito? dicit ibidem Baldus quòd sic, quia cui competit signatum, competit signum. & ecõtrariò. vt C. de fabric. l. stigmata. libr. 11. & l. si accepto vsu togæ. de iur. fisci. ff.

Furcarum erectio imperium, ac illius vsum significat. Pœna nobilium decapitatio.

TITVLVS V.

De iure Domini Castellani.

Chapitre V. des Droictz du seigneur chastellain.

PREMIER ARTICLE.



Les droitz du seigneur chastellain sont telz, que en sa terre & chastellenie, il a haulte iustice, moyenne, & basse, & peut bannir & non rappeller. Aussi des droitz de seigneur chastellain sont & dependent droitz de forestz, colleges, foyres, marchez, aulmosneries, maladeries, seaulx a contractz, droit de peage, du long, de trauers, & droit de preuoste en sa terre, seigneurie, & chastellenie, & la congnoyssance des grans chemins & des cas commis en iceulx. Et doiuent lesditz grans chemins auoir seze piedz de large, & le voysinau huyt piedz.

Peut bannir.

¶ De istis bannitis, vide quæ scripsi infrà, titulo de baroniæ. ar. 1.

Droit de forestz.

¶ Istæ syluę sunt nostris temporibus solerter recommendatæ, & nimirum: nam & olim dij syluas habitabant, Virgilio teste,

habitarunt dij quoque syluas,
Dardaniusq́; Paris, & adhuc sequitur,
- nobis placeant ante omnia syluæ.

Et sanè ista loca syluosa hac tempestate supra modum nobilibus placent, in quibus, vt est Gallicę nobilitatis, vana consuetudo, plurimæ ferarum venationes sunt. Triplex tamen est venatio: quædam oppressiua, quædã arenaria, quędam saltuosa. Oppressiua hominum venatio est semper prohibita, de qua habetur, & dicitur Nembroth robustus venator corã domino, & hominum extinctor, & oppressor, & istud periniquum. Arenaria est quæ fit in arena, & cum quis locat operas suas, vt pugnet cum bestiis, & isti tales infames sunt. l. 1. de posthu. ff. Tertia venatio est saltuosa, quę fit in syluis & saltibus. Et an ista sit licita vel ne, id iudicatur ex tempore, ex loco, vel ex persona. Ex tempore iudicatur licita vel illicita, quia tempore quadragesimali non est venandum. Ex loco equidem iudicatur iusta vel iniusta, vt post prohibitionem à domino fundi factam, in cuius fundo tu venari vis. Ex persona sanè iudicatur illicita in clerico, id est puta in Episcopo, in quo semper venatio est prohita, pulcher text. in cap. quorundam relatione. 24. distinct. vbi profectò est pulcher textus. Et ibidem habetur illud tritum. venatorem nunquam legimus sanctum. fallit in beato Eustachio: vt 86. distinctio. Esau. Sed heu mihi quàm malè à præsulibus multis obseruetur ille sacer canon, nemo est qui ignorat. Item est dicta venatio prohibita in monacho. vt Clemen.

Venatio est triplex.

ne in agro. §. porrò à venationibus. de statu monachorum. In aliis quippe clericis istis concurrentibus potest esse licita venatio, scilicet causa necessitatis, recreationis, & vtilitatis, dummodo cum silentio & modestia fiat: et c. 2. extra, de cleri. vena. tempore necessitatis, vt cùm apri veniunt ad comedendas clericorũ segetes. Tempore vtilitatis, vt cum redditus sunt in venatione ferarum, vt inquit glos. in d. Clem. ne in agro. § porrò. super verbo personalem: & potest iudicare licita ex causa recreationis. Sed an istæ venationes sint prohibitæ hodie per §. nemo retia. de pace tenenda, & eius violatoribus. diceres quod sic, præterquam ad capiendos vrsos, lupos, & apros. & ideo quia hæc est grandis materia, vide per Scribentes in §. item si fera bestia. de re. diuisio. & l. Pomponius. tractat. de acqui. rer. do. & l. vna. C. de venatione ferarum. lib. 11. & in d. §. nemo retia. Sed aduerte resolutoriè, quod venatio est prohibita ad laqueos & retia, vel alia instrumenta similia. Tamen venatio quæ fit cum canib. & auibus, est permissa signanter nobilibus, recreationis gratia, & hoc quodammodo naturaliter ad lætificandum. quia omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi, volucres cœli, &c. quia isti nobiles non tam gaudent de magna præda, quàm de volatu & cursu. Sed rustici nihil appetunt nisi prædam. & hoc secundum Doct. Cardi. in d. §. nemo retia. Et dicit ibidem ipse Cardin. Alexan. quod domini terrarum proclamari facere solent, ne quis in finibus suis venetur. Adde quod glo. notabilis & peregrina in l. venatoribus. C. de excusa. munerum. libr. 11. dicit, quod nullum venatorem inuenimus sanctum. Quid de garenis? dic quòd ipsi hodie de consuetudine tolerantur, secundum Ioan. Fab. in §. ferę bestię. de rerum diuisio. Insti. Et de istis venationibus & garenis, vide pulchrè per Iacob. de sancto Georgio in suo tractatu feud. in glo. & cum venationibus. & dicit Barto. in l. venationem. ff. de vsu. quòd in aliena garena sine voluntate domini non est licitum venari. bene facit l. vsufructuarius. §. si in vinariis. de vsufruct. ff. & ita obseruatur apud Delphinates, secundum Guid. Pap. quæstio. 223. Attende tamen in hoc quòd dixi, venationes horrisonas esse prælatis prohibitas, quia si prælati & alij ecclesiastici, causa recreationis, & excitandi appetitum, & huiusmodi cum retibus, laqueis, & canibus, cum silentio & modestia venari velint, non sunt prohibendi, nisi venarentur tempore, quo debent visitare, prædicare, vel orare, extra. de censi. cum apostolus, & iura quæ sunt contraria, sunt secundum Hostiens. de illis qui nimium mentem talibus implicant, intelligenda. Quid igitur erit de venatoribus qui quotidie conculcant venando blada & segetes pauperum rusticorum, quorum canes occidunt gallinas muliercularum? Respon. quòd tales tenentur ad restitutionem, aliàs peccant mortaliter: nisi esset tam paruum damnum, quòd de eo verisimiliter non curarent. & multo magis tenentur qui venationum occasione mutilant pauperes rusticos. Quid dicemus de aucupio & de aucupibus? est propriè aucupium cùm capiuntur aues. Respond. Virgilius in Georgi. quod aucupium etiam festis diebus est permissum. & hæc sunt metra,

De venatione triplici.

An sit venatio prohibita.

De venatoribus segetes rusticorũ conculcantibus.

Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & iura sinunt, riuos deducere nulla
Relligio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere vepres,
Ballantumq́ gregem fluuio mersare salubri.

Ex suis ædepol verbis videtur aucupium permissum, cùm dicit insidias auibus moliri. attamen esset furti species, vel haberetur pro furto, si aliquis iuxta columbarium columbis insidias pararet. Vide Guid. Pap. d. q. 218. Sed vtrùm peccent tenentes columbas in columbariis, & an teneantur ad restitutionem de damnis datis dominis agrorum? Respon. quòd sic, in conscientia, quando eas non debitè pascuntur, vel non habent tantùm de possessionibus circumcirca, quòd verisimiliter in ipsis possunt pasci & viuere, quod iudicio boni viri est retinendum. Quidam tamen dicunt quod tantum vtilitatis afferunt, & præstant ipsæ columbæ comedendo vermes, & stercorizando, quantum damni possent dare, ideo non est præcipitanda sententia. Quid de piscatura, an sit clericis prohibita? dic quòd nõ, sed venatio. Et est ratio, quia illa fit cum grandi silentio, sed venatio cum vociferatione, quæ vociferatio est supra modum clericis ipsis prohibita. vide gloss. in ca. Esau. 86. distinct. & Panormit. in cap. I. in fin. de cler. venatore.

De aucupio & aucupibus.

De columbis in columbario.

De piscatura.

Foyres, & marchez, &c.

¶ Istæ nundinæ, vt scitis, debent fieri principis authoritate. vt per Scribentes in l. vna. C. de nundinis & merca. Et sunt tantum priuilegiatæ, quòd ea exercentes de antegesto conueniri non possunt. Imo nec secundum Bartol. quis posset capi nundinarum tempore pro repræsaliis. Et dicit ibi Bald quod mercatores debent esse tuti, in accessu, mora & recessu. Et istæ nundinę sunt inductę, vt propter eas terra dominorum impinguatur. gl. in dict. l. I. Sed aduerte, quod nobiles & potentiores debent se à negociationibus & nundinis abstinere, vt populares possint facilius negociari, pulcher textus, & qui à quocunque bono scholari obliuisci non debet. in l. nobiliores. C. de commerciis & mercatoribus. Sed ne licet mercatoribus aurum ad barbaros portare pro speciebus emendis. l. non solùm. quæ est secunda in ordine. C. eodem tit. de commerciis. vbi etiam habetur, quod subtili ingenio auferendum est aurum à barbaris.

Subtili ingenio auferẽdum est aurum à barbaris.

Maladerie.

¶ Not. quod collegium licitũ faciunt leprosi: ex qua

ex qua habent materiam licitam conueniendi in vnum. not. in c. 2. de eccle. ædifi. Nam oportet eos habere leprosarias, cum lepra repellat eos à cohabitatione aliorum. 33. qu. 2. hoc ipsum. & de cle. ægro. tua. Ideo leprosus debet comparere in iudicio per procuratorem. Inno. in c. ex parte. de corpo. vicia. Et de multiplici specie lepræ vide gloss. de penult. distinct. 2. Deus. Et tene menti quod per abscissionem virilium quis potest mundari à lepra. c. ex parte 2. extra, de corpo. vicia. vbi per Scriben. Et lepra est iusta causa dirimendi futurum matrimonium quemadmodum extra, de iureiur. & de coniugio lepro. quasi per totum. Et quòd leprosi & alij habentes infirmitates contagiosas possint expelli de villa vel ciuitate, vide not. per Doct. in l. nullus. C. de summa Trini. & per Iaso. in l. casus. C. de testamentis. An autem sepeliri debeant in cœmiterio cæterorum non leprosorum, vide in d. c. 2. de eccle. ædifi.

Per abscissionem virilium, quis potest mundari à lepra.

Leprosus et contagiosi possunt de ciuitate expelli.

Scaulx a contractz.

¶ Ecce ergo quòd Castellani creant Notarios, nam princeps & domini temporales in suis territoriis creare possunt notarios. Not. Innoc. in cap. penulti. de fide instru. & Bartol. in l. Barbarius. de offi. præsi. ff. & in l. non aliter, de adop. ff. Tamen notarius creatus per inferiorem à principe, non potest vbique instrumenta conficere. Barto. in l. 1. C. de summa Trinita. Bald. in l. 2. C. quemadmodum testam. aper. & in l. si non speciali. C. de testa. gloss. in cap. Abbate. de re iud. in 6 Sed an sacerdos possit esse notarius. Docto. in cap. sicut. ne cleric. vel mon. & Bartol. in l. 1. de iu. & iur. ff. tenent quod resolutoriè, nisi in casu cap. vt officium. de hære. lib. 6. Et firmat Bartol. in l. seruus. de testam. ff. Aduerte tamen, quòd si sacerd. fecerit instrumentum, & sit reuera notarius, licet non possit esse notarius, tamen instrumentum ab eo factum valebit. Barto. in l. vniuersos. C. de decuri. lib. 10. Alexan. in l. impuberem. de fal. & Bartol. in consil. incipi. filiusfamil. notarius. & idem Alexand. in d. l. seruus. Sed quid de notario laico, an possit recipere instrumétum de rebus aut actibus ecclesiæ? Innocentius in d. c. sicut. ne cleri. vel mo. tenent quòd sic. Sed an notariatus sit dignitas? Respond. quòd notarius principis dicitur habere dignitatem. no. in l. 1. C. de mand. princ. & l. vniuersos. C. de decu. lib. 10. Sed alius notarius dicitur habere munus, non dignitatem. gloss. in ca. quanquam. de vsu. in 6. Sed dubitatur de quæst. sæpiuscule ventilata, an acta per notariũ putatiuum, qui notarius non erat: sed sic communiter reputabatur, dicátur esse valida. hæc est longa quæst. de qua per Barto. in l. actuarios. C. de numera. & actua. lib. 12. & in l. Barbarius. ff. de off. præto. Bald. in l. 1. C. de testa. & pulchrè Ias. in d. l. Barbarius. vbi videas, quia diffusa est materia. Quæro de quæstione, de qua creberrimè fui consultus, est aliquis notarius, qui vtitur diuersis signis, an possit puniri de falso. certè Guliel. de Cu. dicit quòd sic. in l. pen. C. de fideiusso. quod tene menti, propter mutantes signa sua. Quid agitur de questione vulgata, Est aliquis notarius qui facit contractum quasi plenum istis signis, &c. quid tunc fiet? Equidem iudex supplere debet ista signa, & ea interpretari ex natura contractus, aut ex consuetudine regionis, vel ex consuetudine notarij, vel ex proxima scriptura, quæ fortè est in protocollo. not. Hostien. in cap. cum P. tabellio. de fide instrum. aliquid per Doctor. in l. Gallus. de liber. & posthu. ff. Sed quid de eo qui fortè mortuus est, & dubitatur an sit notarius, qualiter probabitur quòd fuerit notarius? Dic quod per instrumentũ notariatus. Item per quasi possessionem notariatus. Item per communem opinionem cum exercitio officij. Innocen. in cap. 1. de fide instrum. pulchrè Ias. in d. l. Barbarius Philippus. & sic iudicaui pro Iacobo Daubigni cessionario, contra Petrum Marque mercatorem. Item nota, quòd notarius qui non est descriptus in matricula, seu libr. graffarij. habetur pro non notario, gl. in l. 2. de offi. magi. milit. Aduertant ad me insuper notarij. nam si ipsi sciunt quòd instrumenta per eos recepta habeant aliquẽ defectum vel qualitatem, propter quam non valeant, ipsi tenentur parti læsæ ad interesse. Bartol. in l. generali. de tabulariis. libr. 10. & an & quando error notarij noceat partibus, vide Bart. in l. si librarius. de regu. iur. ff. Bald. in l. Imperator. de stat. ho. ff. Sed circumscripto stylo, quæro, anne 14. annis minor possit creari notarius? Dic resolutoriè ꝙ non. Bartol. in l. impuberem. ff. de fal. Quid de notario, qui fecit instrumentum in causa filij, an valeat? Respondeo cum distinctione, aut filius est emancipatus, & valet, aut in potestate constitutus, & tunc, aut contra filium, & valet, aut pro filio, & non valet. Bartol. in l. si pater. ff. de fal. Quid de notario scribente instrumentum de illicito contractu? Dic resolutoriè quòd tenetur criminaliter in l. fin. C. de sen. rescin. non pos. Insuper notate vnum, videlicet, quòd notarius recipiens instrumentum vsurarium, est periurus & infamis, potest pronunciari, & sic amplius nõ poterit conficere instrumentum. est singulare verbũ domini Hosti. in tit. de vsu. §. fin. versic. quid de notario in summa sua. An homo excommunicatus qui est notarius, possit conficere seu recipere instrumentum. est glo. singularis in cap. decernimus. de senten. excom. lib. 6. quæ tenet quòd non, cum sit notoria excommunicatio. Quid est ergo de notariis nostris regiis, qui requisiti nolunt conficere instrumenta? dic quod puniri debent. l. iubemus. C de test. Imò periuri perdunt executionem officij. Hostien. in Summa. de fide instru. §. quibus. Insuper aduerte pro officio notariatus non esse compassibile cum officio iudicis. l. iubemus. §. iis quoq;. C. de sac. san. eccl. Bald. in l. senatoris. ff. de senato. Sed an notarius

Quod est correctum per ordinationes regias.

An sacerdos possit esse notarius.

An notariatus sit dignitas.

De notario putatiuo cum nõ sit vere notarius.

Quo pacto probetur, quod sit quis notarius.

Quomodo notarius tenetur ex imperitia.

De notario minore.

Quid de notario scribẽte instrumẽtum in contractu illicito.

Quid excõmunicatio.

De notario requisito, & conficere nolente.

rius poſsit inſtrumentũ procurationis conficere pro ſe in cauſa propria? Videtur quòd non, per ea quæ not. Bart. in l. pupillus. de auᵭo. tu. Et inter promittentem & ſtipulantem debet eſſe differentia. Diſtingue breuiter ſuper hoc: nam aut notarius ſcripſit procurationem pro ſe paſſatam, vt aſcribendo ſibi officium, & ſic non poteſt. Bal in l. iudiciis. de fide inſtrument. Aut actiuè procurationem compoſuit, id eſt, quoniam alium conſtituit procuratorem, & tunc poteſt & facit etiam fidem, tam procuratore cõſtituto, quàm pro parte aduerſa. Nam & notarius poteſt conficere inſtrumentum, in quo ſe obliget alteri, ſecundum Bartol. in l. ſi puberes. ff. de fal. Et tene menti, ꝙ notarius debet eſſe ſcientificus, debet ſcire ſcientiam, & ſimilia quæ pertinẽt ad artem notariatus, aliàs immutabitur. Nõ tamen tenetur eſſe Doctor, ſi tamen ex imperitia, quid egerit male, tenetur parti læſæ reſtituere damnum. vide Bartol. in l. fin. C. de tabul. lib. 10. Innocen. in cap. cum in cunctis. de elect. & Panor. in cap. 1. de fid. inſtrumen. Et aduerte ad practicam. nam notarius poteſt compellere partes ad ſuſcipiendum inſtrumentum groſſatum, vt pulchrè Barto. & Alexand. in additionibus, in l. non aliter. de adopt. & Ange. de Peruſio in addi ad Bart. in l. 1. C. de tabu. Et ad iſta vide quæ ſcribo de notariis hodiernis, infrà, articu. 10. Reſtat videre quæ requiruntur ad validitatem inſtrumentorũ. Primò, inuocatio diuini nominis. Secundò, annus Domini. Tertiò, nomen Imperatoris. Quartò, nomen conſulis. Quintò, locus contractus. Sextò, menſis & dies. Septimò, indictio. Octauò, ſeries facti. Nonò, teſtes. Decimò, ſignum conſuetum notarij. Vndecimò, quòd confecta inſtrumenta coram partibus legantur. Duodecimò, quòd notarius ſit conſtitutus ab habente poteſtatem. Decimotertiò, quod appareat quod notarius fuit rogatus. Decimoquartò, quòd ille notarius ſit habilis, quia non notoriè excommunicatus, vel notariatu priuatus. plenè per ſcribentes in d. c. 1. de fide inſtrumen. & in d. c. cùm P. tabellio. & l. fin de tabu. lib. 10. Et qui poſſunt habere ſigillum, vide per Doct. in ca. dilecta. de exceſsi prælа.

La cognoiſſance, &c.

¶ Aduerte, quia in puncto iuris publicæ viæ debent præſtare ſecuritatem tranſeuntibus, & cuius latitudinis debeat eſſe via, vide in l. viæ latitudo ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & inſuper de ſigillo, quando dicatur Authenticum, vide Bald. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſcop. & cleri. & vide Guid. Pap. quæſt. 75. incipien. literæ quantumcunque habeant ſigillum. & in queſt. 38 incipien. literis iudicialibus. Sed quid de guettis? nihil dicitur in textu, ꝙ homines poſſunt ad cuſtodiam caſtri, vel ad excubias in illo pro domino faciendas, ſed ordinationes regis ſuper hoc diſponunt. Quid de iure? breuiter dic, quòd ad cuſtodiam caſtri, vel fortalitij, aut ſcrarij *De guettis.* exiſtentis in ciuitate, vel comitatu tenetur dominus ad tales expenſas tempore guerræ & pacis. non autem homines, & iſta eſt aurea ſententia do. Ia. in l. diuortio. §. impendia. ſolut. matrimo. ff. & Angel. in l. turres. C. de ope. pu. qui dicit alibi non legiſſe & vide quę pulchrè dicta ſunt in titu. *De douaire de femme noble*. ar. 5. Et de iſtis guettis, vt ita loquar, vide amplè Scribentes in cap. peruenit. de immu. eccleſiarum. extra. Et aduerte pro Deo, quòd dominus poteſt cuſtodire caſtrum vaſalliticum inuito vaſallo, tempore neceſsitatis, & illud cuſtodiet cum dicto ſuo vaſallo. not. pulchrè Bald. titul. de inueſtitura, de re aliena facta. §. quid ergo. allegat l. ſi ita dominus. de vſu. & habi. ff. & cap. quoniam. de prohib. feud. alie.

II. ARTICLE.

Le ſeigneur chaſtellain eſt fondé dauoir la preeminence auant ſes vaſaulx, es egliſes eſtans en, & de ſa chaſtellenie, comme de auoir & tenir littre a ſes armes, & tymbres au dedans & dehors deſdictes egliſes. Et peult prohiber & defendre, que aultres ſes vaſaulx ne tiennent littres ne armoyries eſdictes egliſes au preiudice de ſa preeminence. Sinon que ſon vaſal fut fondateur eſpecial de ladicte egliſe, au quel cas il pourra auoir & tenir littre a ſes armes, & armoyries a tymbres, & aultrement au dedans & dehors de ladicte egliſe. Sinon que ladicte egliſe fuſt la principalle egliſe parrochial. En laquelle fuſt aſſis le chaſtel ou principal maiſon de ladicte chaſtellenie, au quel cas il ne pourra auoir ſeſdictes littres & armes dehors, mais les pourra auoir par dedans ſeulement. Et auſſi ſi ledit vaſal auoit vſe danciennete de tenir littres & armes au dedans de ladicte egliſe, faire le pourra.

Le ſeigneur chaſtellain, &c.

¶ Pulchrè & verè cecinit Naſo libr. 12. Metamorphoſeos in fine libri, vbi refert, quod poſt Achillis mortem magna fuit inter Vlyxem & Aiacem Thelamonium cõtentio pro armis ipſius Achillis obtinendis, vel habendis: & hæc canit Ouidius:

Bella mouet clypeus, deq; armis arma feruntur.

Et verè dicit: nam de armis arma feruntur. Nã pro his armis & inſignis eſt grandis grandior, & vehementior ſeu acrior quæſtio inter noſtri temporis nobiles quàm pro alia quacunque re. & in tantum, quod cædes & vulnera plurima orta ſunt: ſic Aiax ob contentionem armorum vitam finiuit grumno-

ſam,

ſiam, ſicut in duodecimo lib Metamorpho. in fine illius, & pulchrè in principio 13. libri continetur: vbi refert pulchrè de Aiace, &c. Nec dicatis Naſonem intellexiſſe de armatura Achillis, nam & illa in armatura erant inſignia quibus vtebatur Achilles, & recognoſcebatur in prælio. & quòd inſignia in armaturis depingantur, tenet Barto. in tracta. de inſig. & ar. in princi. vbi dicit, ꝙ iſta inſignia ſępe in clypeis depinguntur. Nec eſt equidem mirandum, ſi in templis & eccleſiis hæc arma & inſignia depinguntur, nam Antiquos apud hæroas, arma & fortia facta in templis depingebantur. Reſtat ergo his tactis noſtrã attingere materiam. Et primo quæro, quid intelligat dicere textus noſter, cùm loquitur de præcedētia honoris in eccleſia: videamus igitur an ſit quid tolerabile: deinde veniemus ad materiam armorum & inſigniorum. Et ideo quęro an caſtellanus, cùm ſit vaſallus nobilior, poſsit iuſtè in puncto iuris de præcedentiis certare in eccleſiis, cùm illæ diuini iuris ſint? Breuiter, quicquid adduci poſsit ꝓ negatiua parte, attamen dico eum in puncto iuris agere de præcedentia honoris, argu. eorum quæ no. Io. Fab. in §. aliam verò. Inſt. de bo. poſ. vbi habetur de quæſtione. ſæpe de facto inter vxores duorum nobilium cōtingit, quarum vna tanꝗ nobilior vult prima in eccleſia ſedere, & offerre holocauſtũ, ac pacē habere: alia verò econtra ſe ꝓferri contendit nobilior, petit inhiberi minus nobilis, ꝗ fortè tunc ditior & felicior eſt, ne prima ſedeat, offerat, vel pacē habeat. nam determinat ibi. Io. Fab. ꝙ nobilior pōt agere, vt minor cedat ſibi in ſedendo, offerendo, & aliis. ar. c. I. de ma. & ob. & l. 1. & 2. C. vt dig. or. ſeruetur. lib. 12. & ibi Io. de Pla. & ſequitur Ang. Are. in d. §. aliã. Et ita eſt in ꝓpoſito adductæ quæſtionis. In iure quidē certum eſt ipſum caſtellanũ debere in ſede de honore ꝓferri, cum ſit cęteris in illo loco dignior. ar. ca. ſolite. de ma. & ob. & l. potioris gradus. C. de off. rectoris prouinciæ. At de armis & inſigniis, nónne æquũ fuit eum caſtellanũ cæteris præferri in armis & inſigniis, cum per ſignũ cognoſcatur ſignatum. DD. in l. ſtigmata. de fabricenſib. li. 11. & quia Bart. fecit tractatũ ſingularē de inſigniis & armis, ideo ex illius mente tollite has concluſiones. Nō ſolũ ſupremo à principe poteſt quis arma & inſignia impetrare, ſed ēt cuilibet licet ſibi arma & inſignia capere, ſicut & nomen ſibi ad placitũ imponere. iſta concluſio probatur per iura alleg. per Bart. in princ. dicti tractatus de inſig. & armis. Aduerte tamen ꝙ cæteris paribus ille qui haberet inſignia impetrata à principe, eſſet præferendus aliis: Primò, qa eſt maioris autoritatis, ſicut dicimus in teſtō facto coram imperatore. l. omnium. C. de teſta. Secundò, quia nō poteſt ꝓhiberi hæc ab alio portare. ff. de mo. mul. l. minor magiſtratus. in prin. & ille q a principe arma habuit in dubio, tam in bello ꝗ alio loco præcederet eum qui non habuit arma à principe. l. ſi. de albo ſcriben. ff. ext. de ma. & obe. per tuas. Et ideo gloriabatur Bart. ꝙ arma ſibi cōceſſa fuiſſent ab imperatore Carol. 4. qui ſibi conceſsit, & cæteris de cognatione ſua leonē rubeum cũ caudis duabus, in campo aureo portare. ¶ Secunda concluſio. Vnus non poteſt alterius arma ſumere, ſi ex hoc primus lædatur, iniurietur, aut intereſſe ab alio prætendatur. qa in quibus quædam publica facultate qs occupat ſibi vſum: licitũ eſt conqueri ex magna cauſa. ff. ne quid in loco pub. l. pe. §. ſunt autem qui putant. Et quod quis poſsit prohibere alium ſumentē arma ſua, ſi ex hoc iniurietur. facit l. minimè. C. de epiſ. au. & l. Iudęos quos. C. de Iudęis. ¶ Tertia cōcluſio, arma vel inſignia ſunt tantę virtutis, ꝙ tranſeunt in ſucceſſores vnius domus, ſeu agnationis, ar. ff. de reli. & ſump. fu. l. familia. & l. ſeq. ꝙ cognatos verò vel affines non pertinent. l. ius familiarũ. eo. tit. ff. Quartò ſequitur correlariè, ꝙ baſtardi non debent deferre arma ſeu inſignia parentũ, cum non ſint de familia, vel agnatione. l. enunciatio. de ver. ſig. & ita firmat Bar. in d. tractat. verſ. ex hoc poſſet quæri, licet dicat contrariũ obſeruari de conſuet. in Tuſcia. Iſta etiam ſententia Bal. in l. cum legitimæ nuptiæ. de ſta. ho. ff. ſequitur do. Ant. in c. per venerabilem. qui fil. ſint leg. ext. ſed & certè in Francia baſtardi deferunt arma & inſignia, ſed cum barra. & ꝙ baſtardi non dicantur de parentela parentũ, vide Pan. in d. c. per venerabilem. & l. ſi qua illuſtris. ad Orſi. C. ¶ Quarta concluſio vbi in armis depingitur res exiſtēs & animata, tunc depingi debet in actu ſuo nobiliori. Hæc concluſio probatur l. quæritur. de ſta. ho. ff. & l. ꝙ quis. de acq. re. do. ff. Nam & princeps in maieſtate, & pontifex in pontificialib. depinguntur. ¶ Quinta concluſio, vbi in inſigniis deſignantur animalia fera à natura, tũc in actu feroci ſunt figuranda, vt leo erectus, mordax, & radens pedib. iſta concluſio probatur per iura præal. quia in iſtis armis iſta animalia magis ſuum vigorē oſtendunt. ¶ Sexta concluſio, ſi animalia in armis depinguntur, quæ ſui natura fera nō ſunt, tunc deſignari debent in actu nobiliori, vt equus eleuatus in parte anteriori, & quaſi ſaliēs, vt agnus quaſi planè deambulans. ¶ Septima concluſio in animalib. depingendis, in armis ſemper pes dexter anteire debet, ſiue eleuetur ſiue depreſſo modo animalis deſignetur: quia vt inquit Bartol. ibidem pars dextera eſt principium motus, & hoc ſufficit pro armis depingendis.

Arma Bart.

Quis poteſt prohibere ſumentem arma ſua, ſi ex hoc iniurietur.

De baſtardis nobiliũ nō ſunt de familia, et non debent deferre arma parentum, niſi cum barra

De coloribus armorum.

¶ Color aureus in armis præiudicatur nobilior, qa ex eo repręſentatur ſol, cæteris ſtellis luminoſior, & dicitur in ſacra ſcriptura Matthæi 7. Fulgebunt iuſti ſicut ſol. quod autem aureus color ſit cęteris nobilior, probatur in transfiguratione Ieſu redemptoris. nam nec eius ſpecioſam faciem colore argenteo, vel

Prima concluſio in coloribus armorum.

Istud habetur in die sanct. trásformationis.

vel purpureo, vel asurino vestiuit: sed aureo decorauit colore. Matth. 23. Resplenduit facies eius sicut sol, & vestimenta sicut nix. Et quod color aureus sit cæteris preciosior, & nobilior, facit l. 1. & 2. C. de vesti. olo. & de aura. libr. 11. vbi patet, quod propter huius coloris nobilitatem nulli licet portare vestes aureas nisi principi. ¶ Secunda conclusio, color purpureus post aureum colorem est cæteris nobilior, cùm ignem figuret, qui post solem est clarior & eleuatior. Hoc etiam probatur, quia propter eius nobilitatem nulli licet portare vestes tinctas eius colore. l. 2. 4. & 5. C. de vesti. olob. lib. 11. Et prohibetur priuatis sub pœna capitis deferre vestes purpureas, scilicet de scarlato. l. vellera. de vesti. olob. libr. 11. C. ¶ Tertia conclusio, color asurus iudicatur post dictos duos colores nobilior, cum per eum figuretur nobilis aër, quòd est corpus diaphanum & lucis receptiuum, & est elementum post ignem aliis nobilius. ¶ Quarta conclusio, color albus secundum se est nigro nobilior: & niger color, cũ sit tenebrarum designatiuus, dicitur esse color vilior. ¶ Quinta conclusio, non est licitum homini arma Christianæ fidei in terra, vel lapide in humo iacente depingere vel insculpere. probatur in l. vna. C. ne lice. sig. salua. Christi. &c. quod profectò malè obseruant Franci. qui in tumulis terræ affixis sacram crucis effigiem insculpunt, eamq; pedibus prohdolor supponunt. Sed ego feci hic edictum, anni sunt tres, ad radenda talia signa terræ apposita. ¶ Aduerte ad me, quia audiui à quodam Normano multum sanè callido, q; in istis ecclesiis locus honorabilior reputabatur in parte sinistra, & dicebat se aliàs inquestas fecisse, & ita inuenisse à nobilibus: & sic videmus in palatio Parisiensi, in capella Præsidentium, & similiter in Castelleto. Sed ego credo oppositum per ea quæ scribit Bart. in d. tract. de insig. & ar. cum loquitur de pede dextro animalis qui debet anteire, & insuper afferogio. singularem & peregrinam, in ca. quàm periculosum. 7. q. 1. vbi refert ius primogenituræ consistere in tribus. ¶ Primò, quia primogenitus in festis sacrificia pręaliis offerebat. ¶ Secundò, quia ad dextram patris sedebat. ¶ Et tertiò, quia cibos duplicatos recipiebat. Nota ergo & pondera, quòd primogenitus honorari videbatur, cũ à dextris sedere permittebatur, quia erat ius primogenituræ. ergo sedere à dextris, est quid honorabilius, quàm sedere à sinistris. Et quod pars dextra sit ipsa sinistra nobilior, firmat Bart. in proposito. in d. tractat. de insigniis. versic. item in eo quod depingitur. Et quòd locus dextræ partis sit honorabilior, adduco pulchrum text. in c. solite. & ibi Panor. de maio. & obed. extr. Quæro de alia quæst. an insignia maioritatis, vel pręsidentiæ, vel insignia pontificialia possint in alieno territorio, tradi vel vti. & an possint consuetudine vel priuilegio per inferiorem

Non est licitum portare vestes aureas.

Non est licitum priuatis deferre scarlatum.

Iura primogenituræ erant oḿ tria.

Sedere à dextris est honorabilius, quam sedere sinistris.

acquiri? Breuitér Pan. in c. 1. vt lite pendent. ext. mouet has difficultates. vbi vide, & de istis insigniis & armis, vide per Panor. in c. dilecto. de excessi. præla. vbi se confirmat cum Barto. Sed an quis possit sibi assumere insignia dignitatis quam non habet? responde, quòd non, aliàs est falsarius. l. eos. & quod ibi notatur. ff. de falsis.

¶ Sequitur in textu.

Auant ses vassaulx.

¶ Notabiliter dixit, *Auant ses vassaulx.* quia Castellanus non haberet præeminentiam ante suum dominum baronem, in cuius baronia sita est Castellania. nam secundum dignitatem cuiuscunq; quilibet honorandus est in sede. c. cum olim. extra, de consue. facit etiam l. 1. de alb. scriben. & 73. dist. episcoporum, & canonistæ in c. statuimus. extra, de maior. & obedien. Minores enim maioribus obsequiũ præstare debent. 93. dist. à subdiacono. l. potioris gradus. C. de offi. rect. pro. Nam & etiam habenda est ratio nobilitatis. de pœn. dist. 4. in domo. & c. de multa. extra, de præb. Et si castellanus præfertur de consuetudine ante suos vasallos, non video cur baro non pręcedat suos vasallos castellanos. & adhuc nota quòd non ab re dicitur in tex. nostro.

Auant ses vassaulx.

¶ Nam si in castellania alicuius morarentur alij domini temporales, non vasalli, non possum videre hoc casu quare dominus temporalis non vtatur sua pręeminentia, cum fundator & patronus sit. Nam consuetudo nostra duntaxat loquitur de vasallis, qui non possunt accipere pręeminentiam ante dominum castellanium. Sed si patronus sit iusticiabilis, vt ita loquar, dummodo non sit vasallus: non video quin vti possit, etiã ante castellanium omnibus præeminentiis & honoribus suis. non enim hoc casu supra eum debet tantũ considerari iurisdictio castellaniæ. illa enim iurisdictio silaterias suas in ecclesiã, & sic in rem sacram & diuini iuris effectam non extendit, præsertim vbi agitur de præeminentia fundatorum & patronorum. illa enim res, imo eius cognitio, nõ ad iudicem secularem, sed ad ecclesiasticum spectat. c. quanto diuina gratia. extra, de iudi. nam causa iuris patronatus ex cohærẽtia quam habet adius spirituale, assumit eius naturam. nota. in c super eo. extra, de paro. & quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. l. quæ religiosis. de rei ven. ff. Et pro opinione mea facit textus infrà titu. *De droictz de baronnie.* articu. 2.

III. ARTICLE.

Les fiefz en clauez en Touraine, scauoir est esquelz lon ne peult entre dedans, sinon par le territoire du bailliage se gouuernerõt par les vs & coustumes dudit pays de Tuoraine.

Les fiefz enclauez.

¶ Sunt

¶ Sunt plura in ducatu Turoniæ feuda alia clausa. Sicut in regno sunt aliqua regna inclusa, vt regnum Yuctoti, de quo per Chronicarium in suis Chronicis. Attamen impropriè dicitur regnum. nam, vt scitis, quis non potest propriè se dicere regem, nec habere integrum regnum, nisi habeat sub se decem diœceses, & vnum metropolitanum. Abbas in c. constitutus. extra, de test. Et quantum ad articulum nostrum, non videtur esse mirum, si feuda peruia inclusa regulantur, secundum consuetudines ducatus, cum magis dignum regulariter ad se trahat minus dignum.

Regnum debet continere decem diœceses, & vnum metropolitanum ad minus.

IIII. ARTICLE.

Le seigneur chastellain a droict de police, faire bans, crys, proclamations en sa ville, mettre & induire peine sur les subiectz selon la qualite du cas. Aussi mettre aulne, poix, balance, & crochetz. Et seront tenuz ceulx qui ont droict, & vsent de droict de cep, a poix & mesures de presenter leurdit cep a la iustice du seigneur suzerain, dont ilz sont subiectz vne foys a la vie du seigneur qui a celluy droict, a ce quilz ne puissent estre creuz ou diminuez, & a droit de instituer arpenteur, messier & mesureur.

Le seigneur chastellain.

¶ Ergo virtute consuetudinis castellanus potest mulctare, sed non in puncto iuris: quia castellani non possunt mulctare, casus in l. 2. §. fi. ff. de iud. Et an posit fieri prorogatio iurisdictionis castellanorum in maiori causa, vide Bart. & Salic. in l. certa ratione. quando prouoca. non est neces. & vide Angel. in l. si idem cum eodem. de iuris. om. iudi. ff. & per Guid. Pap. quæst. 6 cens. 16. incipiente de iure castellani Delphinalis, &c.

En sa ville.

¶ Idem intelligas in toto territorio suo. nam & ipse castellanus mulctare, & banna facere potest. qui autē & qualiter mulctare possunt, vide Bart. in l. si qua pœna. de verb. signi. ff. & Bald. in l. fi. C. de mod. mulcta. & ibidem qualiter differunt pœna & mulcta.

V. ARTICLE.

Et seront faictz les vaisseaulx a vin comme pipes, trauersies, & quars, de bon boys sec, non pugnaix, rouge, verge, ne artuzonne, au bout reliez bien & conuenablement. En tiendra chascune pipe trentesix ialaiz, chascun ialaiz de douze pintes a la grāt mesure. Et les trauersies & quars lequipollent.

VI. ARTICLE.

Et est defendu a tous tonneliers de non faire aulcuns vaissaulx, qui ne soient de la matiere & mesure dessusdictz. Et seront tenuz lesditz tonneliers chascū endroict soy mettre leur merc en chascun vaisseau quil vendront, le tout sur peine damende arbitraire, & de payer les interestz & dommaiges des parties.

Mettre leur merc.

¶ Et aduerte, q. si alius acciperet insignia istius artificis, qui nō esset ita bonus artifex: posset prohiberi à iudice castellano, quia in hoc res publica deciperetur. ita tenet Panor. in c. dilecta. de exces. præla. post Barto. in tractatu suo de insigniis & armis.

VII. ARTICLE.

Ledit seigueur chastellain est fonde dauoir chastel, & peult auoir iustice patibulaire a troys pilliers, garnys de lyans par dedans & par dehors.

Est fonde dauoir chastel.

¶ De istis castellis ædificandis, vide pulchrū tex. in l. quicunque castellorum. de fu. limitro. lib. 11. Ad materiam dico, quòd constructio ædificiorum est de iur. gent. Et sic cuilibet licitum est facere ædificium, & sic ædificare seu construere ciuitates, castra, & fortalitia, cum ædificia sunt de iur. gent. l. ex hoc iure. de iust. & iu. ff. & sic coram dicto aduocato dicebam. Limita tamen ad id quod dixi quemlibet posse facere fortalicium, secundū Bart. Bal. & alios in d. l. nisi quando castrum vel oppidum fieret ad æmulationem, vel potius inuidiam etiā inimici. text. est in l. opus nouum. & ibi Bar. ff. de ope. pu. glo. in l. prouincias. C. de ædi. priua. & in d. l. quicunque castellorum. Bar. in l. 1. in prin. quod cuiusq; vniuersita. nomine, & l. fi. de colleg. illicitis. Inno. in c. Pisanis. de resti. spoliato. Ang in l. cum eo. de serui. vrba. præ. ff. facit quod volunt Cyn. & Salic. in l. alicuius. C. de serui. & aqua. quòd si quis vellet altius eleuare domum suam, non ad aliquam vtilitatem, sed vt in domo domini videat vxorem, quę pulchra est, vel eius filias, aut videat moniales vel religiosas: certè, quia facit ad æmulationem, potest prohiberi. Ang. & melius Pau. de Cast. in l. cum eo. de serui. vrb. præd. Ioan. de Imol. in l. si in meo fundo. ff. de aqua plu. arc. secundo notabiliter facit, quòd volunt Doctores in l. si manifestè. C. de serui. & aqua, & Barto. in l. quominus. de flu. publi. Bald. in l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de edendo. & in c. cum ecclesia Vunterata. extra, de electio. Quòd si habeo molēdinum in flumine publico seu priuato, & tu in parte superiori velis facere ædificari aliud molendinum: si facis ad æmulationem meam principaliter, potes prohiberi, attamen Ange. de Perusio in

sio in d.l.cum eo.de serui.vrb.pre.tenet multum singulariter, quod quamuis quis non possit ædificare ad æmulationem principis vel ciuitatis, tamen ad æmulationem priuati potest, dummodo ędificet in suo solo, quod fit liberum. quod dictum Ang. reprehendit Pau. de Cast. Tertiò principaliter facit quod vult Bald. in l.1.in penul.q.C.qui testa.face.pos.quòd si duo fratres habent castrum commune, & vnus ad æmulationẽ alterius vult donare partem suam alicui magno principi, quod tunc non potest. facit quod not. Bart.in l.cum allegas.C.ne fiscus vel Respublic.vbi dixit esse tex.contra ciuitates, quòd si sunt duo fratres habentes castrum commune, & vnus expellat alium: quòd si frater expulsus vadat ad ciuitatem propinquam, vel principem propinquum, & sibi vendat, donet vel cedat partem suam: quod talis venditio est nulla, quia presumitur ad æmulationem facta, & ita dicit ibid. Pau. de Cast. se vidisse de facto Florentię, & ibidem Fulgo. & Alex. Aduerte tamen ad vnum bonũ verbum, quod in dubio vnusquisque præsumitur ædificare, principaliter propter bonam spem. & non ad iniuriam vel æmulationem alterius, ita pulchrè Bal. in l.item lapilli in 2.col. de re.di.ff. allegata nota.in l.fluminum. §. fin.ff.de damno infect.ff. facit regula l.meritò.ff.pro socio. Item quartò limita quando quis vellet ædificare castrum, vel fortalicium in finibus vel limitibus imperij. tex.nota.in d.l.quicunque castellorum, iuncta gloss.de fund.limitr.C.lib.11. Et not. Barto. illum text. contra tenentes castra in confinibus territorij Perusini. nam possunt eis auferri, & per dominum Iaso, in d.l.1.C.qui testa. face. pos. & in nigro, ne fiscus, vel resp. pro. C. Et aduer. licet text. in l. loca sacra. §. muros.de rer.di.ff, videatur velle, quòd sine licentia principis, vel superioris quis non possit reficere muros fortalicij, vel villæ: tamen Barto. in dict. l. opus. ff. de ope. public. determinat contrarium, & contrarium seruatur. Hæc est pulchra materia, in qua si latius videre cupis, videas per Doctor. in locis per me allegatis: quia de istis castris & fortaliciis vidi nuper magnum certamen inter nobilem militem Marcum Rony, dominum de Labrose ex vna parte, & nobilem scutiferum dominum de Valansay ex altera, quòd certamen fuit amicabiliter terminatum arbitrantibus aliquibus strenuis militibus. Et de istis vide per Innocent. in cap. Pisanis. extra, de in integ. restit. & cum tex. loquitur de furcis patibularibus, vide quid illę significent, quia imperiũ significare videntur, dixi suprà, tit. *de haulte iustice*. artic.3.

Pulchra siquidẽ materia de castris & fortalicius.

In dubio vnusquisque præsumitur ædificare propter bonũ.

An sine licentia possint refici muri.

VIII. ARTICLE.

Tous vendans draps en detail, les aulneront par le fest, sur peine d'amende arbitraire. Fors les roleaulx & carriziz d'Angletterre.

Les aulnerons par le fest, &c.

¶ Istud est vtile propter fraudes, quas sciunt nonnulli, adhibere in istis pannis laneis venundádis. caput enim in omni panno (si verá est fama) melior pars est. intelligo in panno laneo: sed in ostadinis est pars deterior.

IX. ARTICLE.

En ensuyuant les statuz, edict & ordonnance du Roy Loys publiez & modifiez par la court de Parlement a Paris le.27. iour de Ianuier mil.480. & dix, nulz de quelque estat ou condition quilz soient demourans au bailliage de Touraine, ne pourront tirer, ou faire tirer a poulyes, ne aultres engins les draps de laine quilz feront, ou feront faire, ou auront achapte pour les reuendre.

X. ARTICLE.

Et ne seront venduz ou exposez en vente à laune auditz bailliage de Touraine lesditz draps de laine, si nõ quilz soyent mouillez retraictz & prestz de eaue: & si aulcun sont trouuey faisant le contraire, seront puniz selon lesditz statutz, edict & ordonnance.

¶ Hodie in nundinis fuerunt venditi multi panni lanei certo precio, & contractus fuit de dicta venditione passatus per Fran. Chasteau & Io. Petitichan, regios huius terræ notarios passato instrumento. Franciscus vult apud se retinere originale. Dictus Petitichan dicit oppositum, & dicit se esse notarium regis, sicut alius est. Quæritur quid iuris. sunt enim ambo in eodẽ officio, & in pari honore. Quid igitur diceres? Certè respondi, quod originale deberet remanere apud Franciscum, cũ ipse senior sit, & per doctrinam Bal. in c. quoniam contra falsam, in 17. col. de prob. vbi pulchrè dicit, quòd si sunt plures socij in suis bonis communes in mercantia, quod codex rationum debet stare apud seniorem. Et si iudex committat examinationem aliquorum testium duob. notariis: tunc originale inquestę debet remanere apud seniorem. Ita dicit tenere Innocen. in c. 1. de maior. & obed. extra, & pulchrè do. pe. ff. Originale verò notariorum Parisi. remanet penes scribentem.

XI. ARTICLE.

Et pourront lesditz marchans tenir presses en leurs maisons, & presser lesditz draps, pourueu que lesdictes presses soyent comme celles qui sont a Paris: Cestassauoir en boys, &

puis

puis en papier tant seulemēt: & non en fer, arain, ne autres choses.

XII. ARTICLE.

Toutes aulnes du bailliage de Touraine seront esgallees & adioustees a laulne royal de la ville & cite de Tours sans preiudice, au reste des droictz des seigneurs ayans droit de mesures & aulnaiges, lesquelz seigneurs bailleront doresenauant les aulner a leurs subiectz a la mesure de ladicte aulne du Roy a Tours.

TITVLVS VI.

De Iure Baronatus.

Chapitre VI. des Droictz de baronnie.

PREMIER ARTICLE.



LE baron vse de tous droictz que vsent les seigneurs & iusticiers precedēs. Et auecques ce peult rappeller.

Peult rappeller.

¶Contra d. l. relegati. ff. de pœn. vbi habetur quod soli principali licet dare relegato licentiam veniendi, & ibi Bart. attamen ciuitates aliquem in superiorem non recognoscentes possunt id relegato concedere, Bart. ibidem. De istis bannitis lōga est in iure disceptatio, quæ potius est subtilis, quàm practicabilis: attamen menti tene, quòd banniti sunt laicaliter excommunicati, vt pulchrè per Bartol. de Salice. in Authenti. Item nulla communitas. C. de episcop. & cleric. & vide per eundem Salice. in l. prima. C. de hæredi. institut. Et an bannitus sit hostis patriæ: & an perdat cognationem & agnationem, & de recipiente bannitum, vide Barto. in l. secunda. de recept. arbit. ff. & quid debeat facere iudex bannito producto coram eo, vide eundem Bartol. in l. diuus. de custod. reor. Et si bannitus potest impunè occidi, ex forma statuti, an tunc posit occidi per filium? vide pulchrè Barto. in l. si adulterium. cum incestu. ad l. Iulia. de adul. ff. Barto. in l. postlimi. §. filius. ff. de captiuis & postlimin. reuersis. Et de quęstione, de qua sæpenumero vidi dubitari, an videlicet bannitus posit esse arbiter, vide per eundem Barto. in l. peculatus. l. primo ad l. Iul. peculatus. ff. Et an arma eius vbique depicta posint deleri, vide pulchrè per Barto. in l. eorum. ff. de pœnis. Sed quæro, ecce aliquis est bannitus, non audet comparere in patria, moritur: an saltem posit sepelire in patria, scilicet in sepulchro maiorum? determinat Barto. in l. tertia. ff. de cadaueribus damnat. quòd non: quia qui viuus in ciuitate morari non poterat, ad eam mortuus deduci non potest. Quæ autem adimentur per bannum: & an filij nati post bannum sint legitimi, vide Barto. in d. l. prima. C. de hæred. instit. Et an bannitus sit infamis, vide eundem Barto. in l. mulcta. C. de modo mulct. qui & sentire videtur quòd nō: & vide Bald. in l. Casius longius. ff. de senato. & an posit contrahere, vide in quæstione per ipsum Barto. disputata, quæ incip. Lucanæ ciuitatis statuto cauetur, versicu. præterea ex bannitis, &c. vbi videtur inclinare arguēdo quòd sic: & in hac materia vide quod ponit Iason in l. vna. ff. si quis ius dicen. non obtemp. versus finem ibi ad practicam dicit vnum bonum verbum de exbannitis: quia propter contumaciam banniuntur, & vnde dicatur bannum, vide Barto. de Salice. in dicta Authen. Item nulla communitas de epis. & cleric. Et quia hæc est grandis materia. Ideò videas in prædictis locis, quia an æquiparetur relegato, vel deportato, non est meum nunc disputare, vide per Barto. & Salic. in d. l. 1. C. de hære. instit.

Bannitus mortuus non potest in patria, à qua bannitus est, inhumari.

Qui viuus non potest in ciuitate morari, ibidem mortuus sepeliri non potest.

An quis possit propter contumaciā banniri.

II. ARTICLE.

Auant que aulcun se puisse dire seigneur baron. Il conuient quil ayt soubz luy plusieurs chastellenies, ou deulx pour le moins. Et est fonde dauoir ville chose college, abbaye, ou prieure, & autres droictz declarez ou chappitre des droictz de chastellain.

Autres droictz.

¶Vt puta sigilli, ius pedagij, & similium, semper audiui à defuncto honorabili patre meo magistro Stepha. Sanson, cuius anima requiescat in bona pace, quòd Rex ad minus sub se debebat habere duos duces, Dux habere duos comites, Comes duos barones, Baro autem duos Castellanos, Castellanus verò duos altos iusticiarios. Sed Abbas in cap constitutus. de test. dicit multum egregriè, quòd Rex debet habere sub se decem diœceses & metropolitanum, vt dixi suprà, eodem titu. articu. quarto.

III. ARTICLE.

Le seigneur baron peult donner a son vassal, qui tient de luy a foy & hommaige, haulte iustice, moyenne & basse. Et peult ledict baron auoir iustice patibulaire a quatre pilliers garnys de lyens par dedans & par dehors: mais il ny aura point de fest par dessus.

Le seigneur baron peult donner. &c.

¶Ego vidi in chartophilacio domini baronis mazeriarum concesionem olim factam domino Doriole, tunc custodi sigilli regij: quæ cōcesio fuit facta per defunctum dominum Ludo. de Andegauia mazeriarum baronem, in qua continebatur non solum dictum militem concesisse dicto Doriole altam in loco insulæ sauary iurisdictionem, verum & castellaniam, saluis tamen iuribus suis.

IIII. ARTICLE.

En baronnie la iustice du parageau ressort en la iustice de son parageur.

La iustice du parageur, &c.

Castrum est de substantia baroniæ.

¶Et iste qui tenet sub paragio, nō potest prætendere ipsas baroniæ præeminentias, sicut castrum, collegium, abbatiam, villam clausam, &c. vel melius, dic quòd ipse non posit prætendere castrum & duos castellanos, vt no. in tit. *de pie de fief.* art. 7. infrà. Et hoc propter verba ibidem posita, scilicet:

Les droictz sans les, &c.

Quid significet ressortus.

¶Quia, vt ibidem dicitur, castrum est de substantia baroniæ. Et dicitur in art. 2. suprà eo. titul quòd duæ Castellaniæ subditæ sunt de substantia baroniæ. Item dictus tenens sub paragio, licet sit de baroniæ ressortu: tamen in prima instantia non respondet in curia baronis, nisi in duobus casibus. Primus in datione mensurarum. Secundus proferendo dictum paragium, vt art. 8. infrà, titu. *de pie de fief.* Et quia hic dicitur in textu, ꝙ ipse est sub ressortu baronis: Quæro, quid importet hæc dictio, Ressortus? Breuiter, quamuis in iure nihil inueniam de ressortu prçcisè scriptum, mihi tamen optimè placet dictum Gui. Pap. q. 518. incipiente ressortus secundum communem, &c. vbi notabiliter dicit, ꝙ secundum cōsuetudinem regni Franciæ, ressortus nihil aliud est, quā ius primarum appellationum: & aduerte ꝙ etiam feudum potest concedi sine ressortu, sicut ciuitas sine territorio. alleg. tex. in c. 1. §. fin. in qui. cau. feu. amit. & text. in l. 2. de verbor. signific. licet secundum ipsum feudum simpliciter etiam datum trahit ad se fidelitatē. Tamen feudum potest dari sine ressortu, credo, si dominus insulæ Sauary vidisset hanc decisionem, quo suprà pedes se erigeret: quia videtur facere pro se contra baronem mazeriarum, si bene prouideretur præsupponendo, quòd dictus de insula habeat iurisdictionem à Rege, vt ipse asserit: sed concesio iurisdictionis, de qua mentionem suprà feci, totum propositum suum destruit.

TITVLVS VII.

De Iure Vectigalis & Consuetudinum.

Chapitre VII. des Droictz de peages & coustumes.

PREMIER ARTICLE.



Marchāt forain, ou autres conduysans denrees. par le chef de la peagerie tres passant icelle peagerie sans acquiter paye soixante solz damende, & le droit de la coustume, ou du peage, & les fraitz de la poursuyte. Mais si le forain trespasse par lung des branchages de ladicte peagerie, ignorāt ledit peage, ou coustume en iurant ladicte ignorance, & payāt ladicte coustume: il sen ira sans amende pour la premiere foys. Et sil nose iurer, il payera soixante solz damende, & ledit droict de peage, ou de coustume, & les frais de la poursuyte.

Marchant forain.

¶Hæc est trita in iure materia. Scitis quòd pedagium dicitur à pedibus, quia datur à transeuntibus in locis constitutis & designatis à principe, vel ab eo qui super hoc habet potestatem. Et inter pedagium & vectigal nulla potest bene colligi differentia secundum Pe. de Ancharano, in cap. quanquam de casibus. libr. 6. Nunc pro introitu & præludio materiæ nostræ formo quæstionem talem. An exigentes pedagium teneantur itinera tenere à prædonibus, & latrociniis secura? Bal. in c. vno, qui feu. dare pos. §. abbatissa. tenet quòd sic. Et adiungit verbum singulare, ꝙ si fiunt aliquæ robariæ in eorum curia, districtu, vel territorio, vbi exigunt pedagia à transeuntibus, ꝙ ipsi teneantur, aut robariā restituere, aut malefactorem exhibere. l. ne quid de incen. rui. naufra. ff. quod est profectò summopere notandum. Et facit ad declarationem articulorum 4. & 5. infrà, eo. titu. Quæro secundò, cui debeatur emenda ꝓ fractione pedagij? dico, ꝙ de iure hæc emēda spectaret ad firmarium pedagij, per l. si quis. C. de vectig. & cōmisis. Sed curiarum stylus hac in sede se habet in contrarium, vide per Gui. Pap. q. 413. incipien. vbi aliquis condemnatur. Quæro quartò, an confiscationes pertineant ad proprietarium, an ad vsufructuarium: hæc est meo iudicio optima quæstio, de qua vide Bart. in l. diuortio. §. interdum. solu. mat. ff. quem textum allegat ibidem Gui. Pap. cum Barto. qui profectò textus nihil mihi facere videtur, nec Bart. ibidem saltem quod mihi satisfaciat. Ideo dic resolutoriè, quòd istæ confiscationes & res quæ cadunt in commissum, ipsi proprietario applicantur: ita audio firmasse Alber. de Rosa. in Rub. C. de vsufru. & decisio, Delphi, quæst. 477. facit quod pulchrò

Emenda pro fractione pedagij cui debeatur.

chrè vult dominus Nicol. Boër. titu. de consuetud. feu. §. 9.

En iurant ladicte ignorance.

¶ Hæc nostra consuetudo est iure multo gratiosior seu benignior: nam de iure non licet forensibus ignorare statutum consuetudinis locis de gabellis soluendis: ita egregiè Paul. de Castro in l. fin. §. licet quis se ignorasse. & § diuus quoq; Marcus, vbi sanè est pulcher casus, & ibi Barto. de public. vectiga. & com. ff. licet Bartol. videatur intelligere, vbi esset ignorantia crassa, aut supina.

II. ARTICLE.

Qui conduyct, ou faict conduyre par eaue, les choses du creu de son heritaige, dune peagerie en autre, en aucune de ses maisons: ne doibt que depry en certifiant par luy, ou par ce dulle. Et en default de deprier paye amende de soyxante solz, & les frais de la poursuyte. Et par terre nest deu coustume, ne depry, sil ne passe par le chef de la peagerie, ou autre lieu, ou il y ayt billette, ou quel cas il doit depry seulement.

Il doit depry seulement.

¶ Hæc consuetudo est in iure sustentabilis, quia secundum iuris dispositionem pedagia solui debent, solummodo de his quæ causa negociationis, vel mercimonij deferunt. leg. omnium. C. de vectigal. vnde de his quę quis facit portari pro necessitate sua ad vsum suæ vitæ & familiæ, non debet solui vectigal. nec potest exigi pedagium. nec valet consuetudo in contrarium, secundum Hostien. super ca. quibusdam. de verbo. signifi. Imò vult l. vniuersi. C. de vectigal. & commis. quòd ille debet decapitari, qui de rebus ad proprium vsum, vel gratia ruris colendi, vel ad se defendendum emptis, vel delatis exigit pedagium. Et hoc casu, si contrarium publicani facere vellent, credo quòd is qui eos fraudaret, non peccaret. Pro hoc facit dictum Bart. in l. vectigalia. de publi. vectigal. & commis. ff. vbi dicit, quòd non tenetur fraudans gabellas Deo nec mundo, ideò ex primis dictis firmo quæstionem talem, an fraudans pedagia, vel guidagia peccet: & an teneatur ad restitutionem? Responde, breuiter post Panormi. in c. innouamus. de censi. quòd sic: istis tamen concurrentibus. Primò, si sunt legitima authoritate imposita, vel ita antiqua, quòd de eorum initio non extet memoria. Secundò, vbi imponentes, vel tenentes talia pedagia, vel guidagia laborant loco & tempore pro vniuersali vtilitate pontium, viarum, & saluatione personarum. nam ad ista tenentur. Sed de cõsuetudine disponitur, vt in sequenti articulo videbis.

III. ARTICLE.

Ceulx qui acheptent ble, vin, ou autres choses pour leurs prouisions, doibuent la coustume, silz ne sont priuilegiez, ouquel cas lesditz priuilegiez doibuent depry seulement. Et en default de depry payeront 60. solz damende, auecque les fraiz comme dessus.

Silz ne sont priuilegiez.

¶ Sed qui sunt isti priuilegiati, de quo dicitur in text. nostro? Responde, clerici singulariter ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ, & si quis à talibus exigeret per se vel per interpositam personam, si esset persona singularis, excommunicatus esset ipso facto. Si collegium, vel vniuersitas, puta castrum, vel ciuitas: tunc subiicitur interdicto, donec restituat extorta, vt decentibus. c. quanquam. Et de aliis priuilegiatis vide in §. rebus. l. si publicanus. de vectigal. & commissis. ff. & ibi est celebris glo. tangens illos qui excusantur. Et in hoc quòd cõsuetudo nostra tenet, quod propter defectum de depry, mercator est emendabilis, id est, de iure: & consuetudo nostra est in hoc iuri communi consona. Nam, vt pulchrè, inquit Paul. de Castro in l. fina. §. diuus quoque Pius. de publi. ff. licet de aliquibus rebus quę portantur, non debeat solui gabella: debet tamen nunciari gabellariis, vel publicanis, & recipi apodissa ab eis. aliàs merces, vel res confiscantur, sicut si solui debuisset vectigal, & solutum non fuisset: quod est dictum singulare & optimè quadrans. Aduerte ad me: quia in textu facta est mentio de priuilegiatis, de quibus est glos. ordinaria in d. l. si publicanus. §. de rebus. de public. ff. vltra quos Barto. in l. 1. C. de naufragiis, libr. 11. posuit vnum singularem casum, quòd si vicini nostri veniunt ad macinandum in terris nostris, scilicet in molendinis nostris, quę sunt in territorio nostro: tunc hi vicini possunt recedere sine gabella & pedagio, quia vrgente necessitate venerunt ad nos. Et pone exemplum de dicta necessitate. Siue compellentur venire propter hostes ad macinãdum, siue propter nimiam fluminum inundationem, quia contra vires fluminum, nõ sunt vires hominum. l. Cæsar. de publica. ff. Et pro hac decisione singulari Bart. facit tex. singularis in l. fin. §. sed si propter necessitatem. ff. eod. titu. vbi dicunt Docto. quòd si mercator qui per Turonum erat transiturus, audiuit quòd iuxta vrbem in aliquib. forestis essent latrones, aliã per partem tranfierit cum mercibus, licet in loco quo euadendo transiuit pedagium, vel vectigal, non soluerit, excusatur tamen à commisso quod est singulare dictum, & de priuileg. in solutione vectigalis, vide in l. licitatio. §. res exercitui. & §. mercatores. de public. ff. vbi inuenies, scilicet in

Nota hoc dictum pro gabellariis

Contra vires fluminum, non sunt vires hominum.

Vectigal nõ exigitur pro rebus quæ mittuntur ad exercitum

d. §. res exercitui, quod emptores vectigaliũ non possunt exigere vectigal de rebus, quæ mittuntur ad exercitum. Et in d. §. mercatores. inuenies, quòd ementes ab ecclesia teneantur ad vectigal. vbi refert Bart. quæstionem quæ fuit talis: Ecclesia Romana habet salinas in terra Romandiola: modo quidam emerunt salinas ab ecclesia: & portabant Romam, in ciuitate Fauentina petebatur pedagium: illi emptores dicebant nos emimus ab ecclesia, quæ non debet soluere, & per illum §. mercatores. fuit determinatum contra eos, quia ista iura ecclesiæ non transeunt ad emptores, secundum Dyn. ibid. per Bart. relatum. Sed Bart. distinguendo dicit, quòd in ordinario, scilicet, quod imponitur lege vel authoritate principis, tunc priuilegium transit ad emptores: & sic procedit dictum Dy. Aut est in extraordinariũ à l. senatusconsulto, vel principe non introductum: & tunc procedit opi. Bart. vt immunitas, vel priuilegium non transeat ad emptorem. pro hoc allega. l. 1. de priuil. do. Augu. li. 11. C. Item semper dixi, quod firmarij præposituræ regiæ huius sedis malefaciunt, qui petunt seruiẽtes incarcerari pro emendis non solutis: quemadmodum ipsi incarcerãtur à receptore regis, quia ipsi firmarij non vtuntur priuilegio regis: quia ex mutatione personæ mutatur conditio rei. Bart. in l. Paulus. de acq. hære. ff. Sicut nec etiam fiscus succedens in locum priuati vtitur iure fisci, sed priuati. l. fiscus. de iu. fisc. & ita in specie firmat in practica Guid. Pap. in q. 208. pro qua allego textum in l. 1. quos. de conue. fis. debi. C. & ibi Bart.

Iura ecclesiæ nõ transeunt ad emptores.

IIII. ARTICLE.

Qui a droict de peage, doit tenir en reparation les ponts, ports, & passiages sur chemins, riuieres, & ruisseaulx du grant chemin peageau. Sinõ que autres par deuoir y fussent tenuz. Et au regard des reparations des autres chemins voysinaulx, il y sera pourueu par les iuges ordinaires des lieux en la iustice desquelz seront situez, & assis lesditz chemins, ainsi que de raison.

En reparation.

¶ Ne mireris de hoc: nam & etiam exigentes pedagia tenẽtur itinera tenere secura, secundum Bal. in lib. de consue. feud. tit. qui feudum da. pos. §. abbatissa. & in tit. de pace iura. fir. §. conuenticulis. vnde addit, quòd si fiunt aliquæ robariæ in eorum curia, territorio, aut districtu, quòd tales exigentes pedagia tenentur aut robariam restituere, aut malefactorem exhibere, vt etiam dixi in art. primo, suprà, eo. tit. Et quia textus noster in fine loquitur de refectione viarum: ideo de ea videamus, & relictis multorũ Doctorum doctrinis: placet mihi doctrina Bartoli in l. per Bythiniam. C. de immu. nemini conced. li. 10. vbi pulchrè distinguit, aut inquit ipse: est via publica, aut priuata. Primo quidem casu. Si via publica est intra muros ciuitatis, tũc quilibet debet eam munire iuxta domũ suã. Si verò est extra ciuitatem, tunc debet fieri munitio & refectio expensis communis, imponendo collectam pro quantitate matrimonij. Secundo verò casu principali, id est cum via est priuata, & tunc hoc potest duobus modis intelligi: vno modo in via prout est ius eundi, & dicitur seruitus, & tunc refectio incumbit illi qui habet viam, ille enim qui debet viam, solum debet pati. l. refectionis. communia prædio. ff. Secundò accipitur via priuata, hoc est facta ex collationibus priuatorum, & tunc idem, quia ad illos priuatos spectat refectio. l. 2. §. viarum. ne quid in loc. publi. ff. Et ibi vide Bart. loquentem de munitionibus aggerum, quæ fiunt iuxta ripam fluminũ, sicut dietim videmus iuxta leuatã fluminis Ligeris, ne Liger excrescat. & istæ expensæ debent fieri pro quantitate patrimonij possessorum. vt dict. l. per Bythiniam. Sed quid in ecclesia? Responde, iure Cæsareo dictante, quòd ipsa tenetur ad refectionem itinerum & pontium: intelligo de itinere, vel ponte regali publico vel prætorio, non prouinciali vel priuato. argu. l. fi. de loc. & itine. publi. ff. & l. 2. §. fina. ne quid in loc. publi. ff. Et quod plus est, tenetur ad expensas pontium nouiter faciendorum, secundum Bar. de Salic. in l. ad instructiones. C. de sacrosan. eccles. Quid de murorum instructione? dic breuiter quòd etiam ipsa ecclesia tenetur, si fiant ad tutionem pro defensione ciuitatis. Sed si ad ornatum & pompam, tunc ecclesia non tenetur. vide latè per scribentes in d. l. ad instructiones. post Iacob. But. Ex supradictis habes succinctè de viis, de pontibus, & de instructione murorum, vide ad practicam Gui. Pap. quæst. 7. & quæst. 78. vbi dicit quòd ita fuit practicatum, dum guerra duraret inter regẽ & ducem Subaudiæ pro munitione murorum ciuitatis Gratianopolis. Et quando princeps indixit collectam pro feudis, & ecclesia, habet feudum siue mediatè, siue immediatè: certè illa tenetur sicut alij vasalli Ioan. Fab. & Ias. in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. vbi etiam dicunt de itineribus regalibus & muris.

De expensis aggerum.

Ecclesia tenetur ad refectionem itinerum, pontium et murorum.

De feudis ecclesiasticis.

V. ARTICLE.

Et si le marchant, ou aultre tresspassant ledict peage par default de entretenir lesdictz pontz, portz, passaiges, & chemins en bonne & suffisante reparation souffroit, & soustenoit, aulcuns dõmaiges & interestz, ledit seigneur ayant ledit droict, ou son fermier en sera tenu. Et pourra le-

ra ledit seigneur suzerain a la requeste de la partie interessee saysir les fruictz de la seigneurie, ou sera situe ledit peage, iusques a plaine satisfaction desditz interestz & dommaiges, ledit seigneur, ou ledit fermier a ce appelle.

Souffroit aulcuns dommaiges.

¶ Hic est articulus æquitate plenus in principio, & vide quę scripsi in præcedenti, in principio.

Pourra saysir.

¶ Istud videtur rigorosum quòd pro paruo damno à mercatore passo, qui duntaxat habet vnum paruum fardellum, quòd tota aliqua castellania saysiatur: probabilius esset quòd vsque ad concurrentem damni quantitatem fieret saysimentum.

VI. ARTICLE.

Si aulcun marchant se part au matin de son hebergement pour aller a foire, ou a marche, passant par aulcune peagerie, & en icelluy iour il retourne par ses pas, il ne doibt peage ne depry: suppose quil ayt vendu sadicte marchandise, ou partie dicelle.

Ou partie dicelle.

¶ Istud superfluum est: quia si mercator rediens per passus suos eodem die, quo de domo sua exiuit, non teneatur ad aliquam pedagij solutionem, si vendiderit mercantiam suam totam, multominus tenetur, si duntaxat vendiderit aliquam partem. Si enim est immunis à toto, multo magis à parte.

VII. ARTICLE.

Pour auoir mal acquite, na point de confiscation, soit du bien acquite, ou du mal acquite. Mais il y chet amende de cinquante solz pour le mal acquite, auec le droict du peage, & les fraiz, mises, & despenses.

Soit du bien acquite, &c.

¶ Istud dictum est sine ratione. Sed sic fuit in prima & vetusta huius voluminis consuetudinum compositione. quia certum est, quòd pro bene soluto non debet esse locus commisso: sed pro male soluto sic. quia de iure, quando quis defert res vectigales, si non soluat vectigal, tunc confiscantur, seu in commissum cadunt. l. imperatores. §. idem rescripserunt. cum similibus de publi. & vectig. ff. Sed tamen intra triginta dies potest pupillus soluere vectigal, & res liberabitur. Sed an ipso iure liberetur minor à commisso infra triginta dies soluens vectigal, an ope restitutionis, videte Bartol. in d. §. idem rescripserunt. Et an tempus soluendi canonē ipso iure currat minoribus, vide quæ dixi supra titu. I. argumen. 5. in fi. super verbis.

Poches, harnois, & bestes commi. &c.

¶ Sub litera F, & allego l. si tutores. C. de administr. tuto. vel cura. Aduerte insuper quòd si merces essent duorum dominorum, & vnus portet rem communem cōtra debitum, & non soluto vectigali, quòd solum eius portio publicabitur: ita Bartol. in l. fraudati vectigalis. eod. titul. ff. versicul. nota quod licet vnus ex dominis. Et inducit ibidē ad quæst. pulchram; an si vnus habens fundum emphiteoticum, ab ecclesia decesserit relictis pluribus filiis, & vnus soluit canonem, alius non, an tota res reuertatur ad ecclesiam, vel pars? vbi refert gloss. tenuisse in l. communi diuidundo. ff. communi diuidun. quod tota res publicetur, & tu vide per eundem Barto. qui dicit. Quærerem libenter de vna quæst. quæ est hodie coram me pro nonnullis dicentibus se præscripsisse pedagium, & dicunt se esse de fortariis locharum. Sed vide Bartol. quærentem quanto tempore debet esse cessatum in solutione vectigalis antequam præscribatur, vbi dicit resolutoriè, quòd si exactio ipsius vectigalis pertinebat ad priuatum ex priuilegio vel consuetudine, & sufficit esse cessatum decem annis. vt l. I. de nundinis. Aut pertinebat ad fiscum vel rempublicam, & tunc quadraginta annis: vt l. omnes. Cod. de præscrip. 30. vel 40. anno. Si tamen loqueremur in solo priuato se dicente præscripsisse contra rempublicam, tunc non audiretur, secundum eundem Bartol. allegat. l. euacuatis. de Decurio. An autem ementes pedagia debeant habere remissionem propter guerram vel pestem, videte pulchrè Barto. in lege cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publ. Bal. in l. si ea. Cod. de vsufr. & in l. licet certis annis. Cod. de loc. & conduc. & pulchrè Pet. de Ancharano in consilio 315. vbi dicunt quòd non. Nisi guerra esset propter culpam illius, ad quem directum ius percipiendi vectigal, spectat in patria subiecta secundum eundem Bartolum, quia secundum eum perceptionis & commoditatis futurus euentus videtur esse emptus. Et hoc quando per publicanum est precium persoluendum, non annuatim, sed ad certum tempus, quando est vnum precium soluendum semel. Et quid in publicano, qui annuatim soluere debet, vide latè per Bartol. in quæstione per eum disputata, quæ incip. Publicanus quidam emit à communi Perusij, & est quarta in ordine disputationum. vbi videas. quia Bar. in d. §. qui maximos, non allegat hanc quæst. bene autem se dixit disputasse illam.

TITVLVS VIII.

De legalibus auxiliis, & equis seruitij ad custodiendas dominorum arces. Et qua ratione fieri, & exigi debeant.

Chapitre VIII. De loyaulx aydes & roucins de seruice des gardes deues aux chasteaulx des seigneurs. Et la maniere comment ilz doibuent estre faictz & leuez.

PREMIER ARTICLE.

ROVCINS de seruice aucunes foys sont deubz a muance de homme: & aucunefoys a muãce de seigneur, & aucunefoys a muance de homme, & de seigneur. Et en ya les aulcuns roucins qui sont abonnez, les aultres non. Et de ceulx qui ne seront abonnez, sera parle en la fin de ce chapitre.

¶ Quærit dominus Iason in l. placet. C. de sacrosan. eccles. an Rex, dux, vel alius dominus posit imponere collectam vasallis suis, quia natus sit sibi filius, vel vxorem duxit, vel maritat filiam, vel filius creatur miles: & dicit quòd sic, post Specu. in titu. de feudi. §. quoniam, in penu. colum. & Bald. in l. cum multæ. C. de bo. quæ libe. Hosti. in titu. de immunit. eccle. §. 1. Bal. in cap. 1. §. similem de capit. Conrad. in vsibus feudorum, quod apud nos practicatur, vt hic vides.

II. ARTICLE.

Loyaulx aydes sont deubz en troys cas, & pour troys causes quant elles y aduiennent, comme dit sera cy apres.

Loyaulx aydes.

¶ Ista materia videtur esse in iure dubia: an ista procedant de iure: quicquid sit, habes hic opinionem Specula. practicatã in duobus articulis, scilicet in secundo & tertio casibus. nam Speculator tenuit in tit. de feu. in §. quoniam. super homagiis, quòd vasallus tenetur domino obedire & seruire in 6. casibus propter feudum, quod ab eo recepit. Primò, pro exercitu imperatoris tenetur conferre vasallus secundum quantitatem & qualitatem sui feudi. Secundò, pro Corredo imperiali, vt videlicet quando imperator transit per locum illum. Tertiò, pro filia domini maritanda. Quartò, pro se, vel filio milite faciẽdo. Quintò, si dominus captus est, tenetur cõferre pro eius redemptione. & isti tres proximi præcedentes casus recipiuntur de cõsuetudine nostra. Sextò, pro aliqua terra emenda. Et dicit Specu. quòd si vasallus recuset in his casibus dominum iuuare, quòd dominus poterit eũ compellere, & libellum contra vasallum offerre. Et ita se dicit practicasse dominus Gui. Pa. pro filia sua maritanda in baroniis sancti Albani. Sed tamen Bal. in l. cũ multa, quę est lex penul. C. de bo. quæ libe. dicit quòd in casu necessitatis non potest dominus vendere rem subditi: nec in casu necessitatis potest vasallus compelli pręstare collectas domino, aut angarias. Alibi tamen videtur firmare cõtrarium. nam dicit ipse in l. 1. C. de ope. libertorum, quòd tempore necessitatis pro seruitiis personalibus, potest dominus subditis suis imponere subsidium charitatiuum vsq; ad valorem operarum, vel mandare subditis quòd seruiant in eisdem operibus. refert & Iason in §. item Seruiana. 23. col. versic. hinc sumpta occasione. Institu. de acti.

Vasallus tenetur obedire & seruire domino in sex casibus.

III. ARTICLE.

La premiere si est pour la ranson du seigneur duquel la chose hommagee est tenue, quant il est prisonnier des ennemys de la foy, ou de ce royaulme.

IIII. ARTICLE.

La seconde cause est pour le mariage de la fille aysnee dudict seigneur.

Pour la fille aysnee.

¶ Notanter dicit, quòd prima nata filia domini, quia pro secundo nata non tenerentur vasalli ad legalia seruitia persoluenda: nec posset dominus vasallos secũdò talliare. ar. l. sancimus. de consulib. & non spargend. ab his pec. lib. 12. C. & facit l. boues. §. fin. de verbo. signi. ff. Sed mihi videtur, quicquid dicant Doct. quòd illa l. sancimus, non bene probet: imò videtur sonare oppositum: nisi dicas, ꝙ gloss. penult. illud teneat. Sed pro consuetudine nostra optimè facit d. l. boues. in §. de ver. signi. ff. Quia hic loquimur de filia maritanda, moueo dubium, à quodam consiliario Parisiano me Turonis existente in præsentia magistri hospicij inclyti militis domini Caroli de Rohan, tunc temporis Turonæ gubernatoris seu balliui. Quæstio talis fuit. An filia quæ sine consensu patris se maritauit ante 25. annum de iure nostro posit licite à patre in testamento exhæredari? Diceres quòd sic, per tradita in Authen. sed si post 25. annos. C. de

Cod. de inoffic. testa. Sed ego non sic loquor, quia, vt scitis, licet de iure ciuili in filia maritanda patris consensus requiratur: quia non est virginalis pudoris quærere maritum, sed curæ paternæ. per not. in l. si vt proponis. C. de nupt. & ca. honorantur. 22. quæstio. 2. Sed quæstio est, quid de iure canonico? videtur primo, quòd filia nõ debeat propter hoc exhæredari, cum de iure pontificio non requiratur patris consensus. gl. in l. Paulus. respon. de sta. ho. ff. Paul. de Castr. in d. Authent. Sed si pòst dicit, quòd certè licet ius canonicum disponat de validitate matrimonij: non tamen disponit circa iniuriam patris. ar. eorum quæ no. in ca. cum secundũ, extra, de secund. nup. Sed quicquid sit, non credo opi. Paul. fore verã, eò, quia filia videtur esse decepta per prouisionem iuris canonici, nisi fortè talis filia cum esset nobilis, nupsisset vili & indigno: quia tunc etiam attento iure canonico, posset exhæredari, secundum Bar. in l. si pater. C. de sponsa. Sed adhuc hæc limitatio non est tuta, per no. Ias. in d. Authen. sed si pòst. est ergo potius tenendum, quòd filia non possit ex hac causa à patre exhæredari. Sed quid dices de hàc quæstione? Quidam nobilis mediocris fortunæ habet plures filias forma conspicuas & corpore venustas, inter quas est vna, natu maior, quæ Veneri sua speciositate, aut Helenæ meritò comparanda est. veruntamen illa est superbi spiritus, & elati animi: vult eam matrimonio collocare pater, qui est ex antiqua nobili progenie, & pro hac prima filia maritanda pater ipse, quia viribus impar est, vasallis petit legalia auxilia, secundum prouisionem nostræ consuetudinis, obediunt vasalli, & vt tenentur, domino subueniunt: dominus autẽ filiam cuidam nobili armis dedito bellicosissimoq́; sed parum possidẽti filiam cum mille aureis iusti ponderis dedit: post paucos dies ingruit quòd capitaneus, vt more Franco loquar, istum bellicosum nobilem nouiter desponsatum ad arma vltra montes pro regis seruitio euocauit: tandem coactus est ipse bellicosus nobilis vxorem & iuuenem, & teneram non sine magna animi angustia relinquere, & maiorem partem suorũ mille aureorum in equis phaleratis, & armis expendere, & quod plus est in seruitio domini regis. Iste bellicosus iuuenis post dies paucos mortuus est, habito de morte mariti nuncio, iuuenis illa domisella post aliquot lachrymas more mulierum emissas, & post aliquas deplorationes, quia placido amori pugnare non poterat, patrem instantissimè orat vt denuo maritetur: quid faciet odiosus senex pater, videt filiam iuuenem tela cupidinis in oculis deferentem, parte ex alia videt bursam suam nummis vacuam: insuper videt generum quondam suum expendisse maiorẽ mille aureorum partem ab ipso in matrimonio datorum in equis suis & armis: videt quòd filia, quæ (vt dixi) erat superbi spiritus, & quę consuluerat quẽdam profectò strenuum aduocatum secretò, & ad aurem dicebat, quòd nõ intendebat quòd pater minueret sibi pristinam dotem, attento q̃ eius matrimonium fortuito nõ fuerat diminutum, per Authent. sed quanuis dos. C. de re vxoria act. Nunc pater hæc cõsiderãs vult rursus à vasallis suis legalia auxilia implorare. quæritur an sit audiẽdus? diceres quòd sic, tu qui faueres huic formosæ mulieri. & medius fidius, si hanc vidisses forma excellẽtem fortè quòd fauisses, nã & alios pristinos apud iudices forma fuit causa fauoris, & species causa cõculcandi recti iudicij. vt l. 2. §. iudicium. ff. de orig. iur. ciui. Et pro parte patris filiã maritare volentis hæc duo potissima adducuntur: primo, quia verum est dicere q̃ hæc est prima eius filia, & agitur de ea maritanda: igitur dictante cõsuetudine legalia auxilia sunt domino danda. Item si vnquã ratio fuit, vt vasalli legalia auxilia præstarẽt, nunc maior est ratio quàm vnquam fuerit: ne fortè filia quę cum iuuene & cupido dormire solebat, memor pristinorum gaudiorum alium iuuenem amore insano: iuuenem quidem dico fortè indignum & ignobilem sibi furtim assumat. Sicq́; totam domũ patris denigret. breuiter omni fauore seposito dixi quòd vasalli non tenerentur: quia quanuis verum sit, quòd ex dispositione consuetudinis nostræ vasalli domino subuenire teneantur pro prima filia sua maritanda: non tamen tenentur pro ea remaritanda. pro hoc induxi quasi pro casu dict. l. boues. §. 1. de verb. sign. Secundò dicebam, quòd sufficit amico subuenire in paucis. l. tutori. C. de neg. gest. Sed illa, cũ loquerer, ore promptissimo respondit, quòd quãuis sufficeret amico subuenire in paucis, non tamen amicæ cui subueniendũ est non in paucis, quia amicæ nõ quęrunt paucas subuẽtiones. Et no. verbum fœmininum duorũ vultuum, seu duorum intellectuum, & profectò illo tunc risi. Et cum dicerem & in risu, quòd responderet mihi ad d. l. boues. per me allegatam. illa facetissimè & risibiliter respondit, nescio quæ sit illa l. boues. quam aduersus me allegatis. Scio tamen quòd vellem patrem meum non habere boues, nec aratra, & quod maritata essem. & tunc sane omnes ingenti risu ridere cœperũt. Et quanuis hunc casum verbis latinis explicauerim: tamen, crede mihi, mores distant à carmine nostro, vt dicit Ouidius. Volo insuper vt ad me parumper aduertas, & te rogo ne velis quæstionem meam calumniari, vbi dixi, quòd pater non potest filiæ dotem ad se reuersam minuere: nisi eius patrimonium fuerit fortuito casu diminutum. Ideo quæro quid si filia secundo nubat contra voluntatẽ patris, an pater illam dotare teneatur? Denuo breuiter inhærendo opinioni Salic. in d. Authent. sed quanuis. C. de rei vxo. act. tenerem quòd sic. quicquid dicat gl. cum vt filia vidua nubat cum cõsensu patris, illud procedat ex debito honestatis, nõ necessitatis secundum eundẽ Sali. Ibi Imo. &, vt dixi, tantam dotem pater

Non est virginalis pudoris quærere maritũ: sed curæ paternæ

Pulchra et facetissima quæstio.

De hac q. vide quæ scribunt i. l'article de douaire de femme noble arti. 6.

Pater non potest minuere dotẽ filiæ.

Species & pulchritudo fuere causa subuertendi recti iudicij.

Vasallus et si teneatur domino subuenire pro filia primam maritanda, nõ tamen tenetur pro ea remaritanda. 6. infrà titu. de douaire de femme noble arti. 6.

Ouidius. Crede mihi mores distant à carmine nostro.

Vbi vir secundus est dignus tanta dote, tūc pater non potest minuere dotem.

pater ei aßignare tenetur in secundo matrimonio, quantam & in primo: præsertim, vbi vir secundus est dignus tanta dote, quòd est summè notandū. Pro hoc faciunt verba Bal. suprà relata. & verba Salic. in d. Authent. sed quanuis, in vers. ex his infero. Sed pulchrum est videre quid si filia thoros exosa cōiugales extincto primo viro non vult secundo nubere, & dicat cum Didone 4. Æneidos.

Ille meos primus qui me sibi iunxit amores
Abstulit: ille habeat secum: seruetq́ sepulchro.

Pulchra quæstio de muliere monasterium intrante.

Et velit ipsa filia effecta vidua monasterium monialium ingredi, vt ibidem suos conterat dies, ad Deo seruiendum & orādum pro marito suo mortuo, quem tantū dilexit. an tunc isto casu pater eandem dotem sibi dare compellatur, quam dederat viro. Breuiter inhærendo religioni, sto cum Cyn. qui videtur dicere in d. Authen. sed quanuis. quòd pater eandem dotem sibi dare compellatur. Et id suadet optima ratio: quia tunc illa nubit Deo, qui est nobilior quocunq; marito: & dignior sine aliqua comparatione. Nec mihi dicas, quod onera matrimonij sunt grandia, quia sic etiā onera monasterij. Moniales enim cum sint à vita actiua separatæ, vt facilius vitæ contemplatiuæ indulgere poßint, redditibus & opibus indigent, cum nihil lucrari poßint: & quanuis bonum sit matrimonium, melior tamen est castitas: & plus placent continentes Deo, quàm coniugati. Glossa in c. 1. de summa trinit. & fid. cath. extra. super verbo coniugati. Et nota vnum verbum cōtra pauperes maritos. nam dicitur in iure, quòd contrahens matrimonium supponit se fortunæ, sicut nauigans. glos. 17. quæst. 2. nos nouimus. Sed redeundo ad quæstionem. diceres fortè quòd dispositio illius fauore, mirū est istud quòd si non essent in mundo, nisi frater & soror, tunc ipsi possent contrahere matrimonium. gloss. 15. quæstio. 1. cum igitur genus. Sed ego dico quòd maior est fauor religionis quàm matrimonij. Docto. in Authen. nisi rogati. ad Trebellia. C. & cap. in præsentia. de probat. extra. faciunt tradi per Bart. in consil. 1. quòd incipit Parmensis. Vel realius dico, quòd filia intrando religionem, dicitur contrahere matrimonium spirituale, quod est dignius carnali matrimonio, igitur.

Mariti sūt nauigantes.

Verbū stupendum.

Maior est fauor religiōis quàm matrimonij.

V. ARTICLE.

Quant ledit seigneur qui a accoustume suyuir les armes, est faict cheualier.

Est faict cheualier.

¶ De militibus plura scripsi in lectura mea, quam feci super l. morali. cum super virentes fluminum ripas. C. de re mili. libr. 12. Et tene menti & pondera, quòd consuetudo intelligitur de militibus, qui consueuerunt arma sequi, non de militibus ociosis. benefacit l. ne quidem putarent. C. de testamen. milit. Nec mireris, habeat priuilegium exigendorū legalium auxiliorum. quia, vt scis, miles in iure habet quasi infinita priuilegia, inter quæ habet vnum singulare, quòd non potest conueniri, nisi inquantum facere potest. gloss. & Doct. in l. miles. ff. de re iud. Et miles in bello iusto potest sine peccato hostem occidere. tene menti, quia crebrò fui interrogatus. vide 23. q. 1. & 2. quasi per totum. Item miles torqueri non potest. l. milites. C. de quæstio. nec valeret consuetudo. in contrarium Bart. in l. omnes iudices. C. de decurio. sed quanuis triplex sit militia, scilicet cœlestis, armata, & legalis. vt per Bart & Doct. in d. l. miles. de iud. attamen militia non est dignitas. l. si quis seruum. C. qui milit. aut nō poss. li. 12. quia militia & dignitas ponuntur vt diuersa. vt l. fin. C. eo. tit. limita tamen, nisi esset militia equestris. Docto. in l. vna. C. de equestri dignitate. lib. 12. quia tunc militia esset dignitas. Secundò limita, nisi militia esset iuncta nobilitati, pulchrè per Iasonem in l. licet. C. de testa. milit. & quòd miles non habeat dignitatem, firmat Barto. in l. ex eo tempore. de test. mili. ff. in 1. q. & isti milites creantur à rege vel barone etiam extra territorium, cum istud sit facultatis simplicis, & iurisdictionis voluntariæ. Bartol. in l. 2. C. de digni. lib. 12. & l. fi. qui milit. poss. aut non. eod. lib. quòd tene menti. quia sæpe interrogatus sum propter milites creatos vltra montes, extra Mediolanensem ducatum. Et nota insuper, quòd impubes potest esse miles. Doctor. in d. l. licet. C. de testa. mili. Bart. & Doct. in l. 1. C. de mune. & hono. non continuand. inter pa. & fil. lib. 10. Sed adhuc nota vnum singulare, quòd si miles capiatur in bello, pro eo tempore, quo captus est, non debet habere stipendia. l. 1. Cod. de re milit. lib. 12. & ibi Bart. & est singulare verbū, & si vnquam videam aliquem militem. libenter illum interrogabo, qualiter obseruetur de consuetu. Est & aliud singulare quod ponit pulchrè Bart. in l. fortißimi. C. de eroga. milit. anno. vbi pulchrè dicit, quòd si milites non petant pagam in tempore debito, scilicet cū faciunt milites ostensiones suas per quarteria anni, quòd tunc vltra petere non poterunt stipendia, est profectò vnum magnum verbum. Sed nescio quod cōtrarium obseruatur de consuetudine. Sed adhuc aduerte in hoc quod suprà dixi, militiam non esse dignitatem nisi in militia Romana & equestri: vel, nisi militia iungatur alteri dignitati, puta quòd Doctor efficiatur miles. Adhuc plus dico, quòd militia non est nobilitas. vt per Bar. in l. 1. C. de dig. lib. 12. & Ias. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. in 1. col. versi. 4. pondera. Et in tantum quòd Doctor debet præcedere militem cum propria virtute fulgeat. l. si quid in bello. ff. de cap. & postli. reuer. Et ita determinat Bald. in proœ. digestorum. in vlt. col. hoc verum dicit ipse, nisi essent Doctores, qui vocantur Doctores pedanæi, qui parum meruerunt. Sed quid de ea capitaneo militū, an capitaneatus sit dignitas? Respond. semel cuidam

Priuilegia militum.

Miles i bello iusto potest sine peccato hostem occidere.

Triplex fit militia.

De militibus q̄ rumpunt dies.

Doctor debet præcedere militem.

cuidam militi gubernatori patriæ de Puysaie. quòd sic, & videtur text. in l. per Armeniam. de offi. mag. mili. C. & postmodum vidi Iaso. idem firmantem in d. l. si quis in conscribendo. Et quòd militia non sit dignitas, vide Cyn. Bald. & Salic. in l. 1. Cod. de iur. & fac. igno. Et quòd doctoratus sit dignitas, videte amplè per Ludo. Roma. in tracta. de dignitate doctoratus. incipiente manifestissimum esse volet, censeo, &c. Sed sacerdotium est dignitas. l. sacrosancte. C. de epi. & cleric. & in capi. ecce ego. 96. distinct. gloss. & Docto. in d. l. si quis in conscribendo. & habetur in verbis eccle. vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

VI. ARTICLE.

Quant les loyaulx aydes non abonnez, escherront, ilz se leuerõt sur ceulx qui tiennent a hommaige & seruice annuel. Cestassauoir, la tierce partie dicelluy debuoir, qui est la quinziesme partie du reuenu du fief dune annee oultre ledit seruice. Et sil nya seruice annuel, les loyaulx aydes se leueront a la valeur du cinquiesme du reuenu dudit fief, pour lãnee quelles escherront sur le droit dudit vasal, & non du laboureur, & entãt que touche les cens & rente infeodee, silz ne passent vingt solz, il doublera seulement. Si lesditz cens ou rente excedent ladicte somme de vingt solz, ilz ne doubleront. cõme sil y auoit vingt cinq solz, il ne payera que vingt cinq solz, & sic de singulis. Et si le debuoir consistoit en ble, il doublera a la raison de ce que ble est estime par la coustume du pays, sans ce que ledit subiect soit tenu payer le ble pour ledit doublement, mais seullement ladicte estimation. Et a semblable des chappõs, poulles, oayes, & autres choses. Et des rentes roturieres nest deu aucune ayde, & sont dictes rentes roturieres qui sont acquises par le seigneur en son fief.

¶ Tenementi, quomodo ius laboratoris est in hoc priuilegiatum, quòd super eo dominus non possit accipere legale auxilium, nec mireris. Nam etiam isti coloni sunt alibi tantum priuilegiati, quòd etiam si expellerentur de fundo, vel domo cõducta propter pensionem non solutam, quòd tamen adhuc isto casu repeterent melioramenta, & omnes expensas vtiliter factas. text. in l. colonus. & ibi gloss. & Bartol. in l. horreorum. §. 1. ff. locati. quòd valde dicit fore notandũ dominus Iason in commento l. 2. C. de iure emphite. col. 37. versicu. quid autem sit in melioramentis, factis per colonum. & aliquid per Pau. de Ca. in l. seruitu. de serui. ff. De priuilegiis istorum rusticorum colonorum scripsi in quadã paruula lectura mea super l. vtili ratione. Cod. de defenso. ciuit. Et quòd consuetudo nostra sit optimè rationabilis, probatur per tradita in l. si quis legauerit. ff. de leg. 1. vbi habetur, an in reseruatione fructuum debeat reseruari, seu dicatur esse reseruata pars laborantium. & vide pulchrè per Raphael. in l. in venditione. ff. communia prædio. Et an si laborator meus rupit ferrum vel marram laborario meo, an tenear ei reficere? vide per Flori. in l. si locus. §. cum via. ff. quemadmodum seruitus amittatur. & Alexand. de Imol. in l. si laborante. ad. leg. Rhod. de Iac. & concluditur quòd non. & vide quæ scribo in processu verbali domini præsidentis super verbo, *Et ledit iour, &c.*

VII. ARTICLE.

A noble, & non a roturier, est deu loyal ayde.

A noble, & non a rotu. &c.

¶ Istud mihi videtur dictũ sine ratione, quia siue dominus sit vilis, siue nobilis, super rebus, quæ ab ipso tenentur in feudum, habet iurisdictionem ordinariam. ca. imperialem. §. vlti. de prohi. feudi. aliena. per Fred. Et ex hoc infertur quòd potest sententiam suam mandare executioni, & vasallos suos expellere à feudo, si ab ipso cæciderint, etiam si vasalli sint clerici. & hoc sine metu sententiæ excõmunicationis. ita Car. Flo. in cle. pastoralis. §. denique. de re iudic. pulchrè Iason in præludiis feudorum. 20. columm. versicul. Et an liceat domino pignorare vasallum. Si ergo rusticus qui dominus est, habeat in vasallos iurisdictionem & iura feudalia, cur ergo nõ habebit legalia auxilia, non video, quia ista legalia auxilia non dantur occasione personæ, sed ratione feudi: tamen tenenda est consuetudo.

Legalia auxilia non dantur occasione personæ, sed ratione feudi.

TITVLVS IX.

Ius saltragij & pratagij.

Chapitre IX. de Droict de faultragij & preaige.

PREMIER ARTICLE.



QVI a droict de faultraige ou preaige, le tiendra en sa main sans laffermer, a la charge qui sensuyt. Cestassauoir, quil sera tenu faire ou faire faire garder les prez dudit

dit faultraige, ou preaige, & quant il mettra ou fera mettre les bestes dudit faultraige ou preaige accoustumees y estre mises, il les fera toucher de pre en pre, sans interualle. & lesdictes bestes qui au cõmencement dudit faultraige ou preaige y auront este mises, ne pourront estre changees.

Qui a droit de faultraige, &c.

Ne pourront estre changees.

¶ Ne primis iam saturitate refectis noua animalia, quasi ieiuna, & macra omnes herbas depascantur. & de isto iure faultragij nõ memini me vidisse, nisi ad Motham Superyndriam, & ad Flerium de Riparia. & istud ius spectat ad dominum de Ponzieulx loco de Fleryo.

II. ARTICLE.

Et si par default de garder lesdictes bestes, elles font aucun dommaige, ledit seigneur en respondra. & sil vse dudit faultraige autrement quil est contenu audit article, il pert, & est decheu dudit droit.

Ledit seigneur.

¶ Supple dominus faultragij.

Et respondra.

¶ Et emendabit, quòd nota. Et si lupus bestias commedat, dominus faultragij tenebitur de mala custodia. l. qui mercedem. ff. loca. 23. quæst. 4. tres personas & cap. quanuis causæ. de regu. iur. extra. & si pastor dicit ouem amissam, probet ille dolum abfuisse. ar. l. si quis argentarius. §. vlti. ff. de eden. & idem in custode carceris. l. vl. de custo. & exhi. reorũ.

TITVLVS X.

Bancus vini.

Chapitre X. Banc a vin.

PREMIER ARTICLE.

Seigneur q a droit de banc a vin, peult vendre le vin de son creu de son fief, pour raison duquel il a droit de bancaige, ledit vin bon, pur, & net, a pris raisonnable, selon le cours du pays, durant son banc, par la main de ses seruiteurs ou commis, au dedans de son bancaige. & ledit droit ne pourra bailler ne affermer. & ne durera ledit bancaige que quarante iours. & si ledit seigneur vse du droit autrement quil nest contenu audit article, il pert, & est decheu dudit droit.

¶ Hunc articulum & titulum incepi cõmentari in die Iouis dominarum, in quo dominæ faciunt omnes hilaritates de mundo, & satis bene conuenit dici, quia ex vino oritur omnis lætitia. *Ex vino oritur omnis lætitia.* Hinc Maro. 4. Æneid. appellat vinum lætitiam Dei. & loquor quando vinum est hõneste sumptum. Alioquin si superflue, tunc est verum incentiuum libidinis, sicut infrà dicetur. Sed oportet parumper textum apostillare. vbi in textu, *bon.* Quia malum vinum & corruptum vendere non posset. in text. *Pur*, oportet vinum esse purum, & non aqua lymphatum, nõ intelligo quod tantum debeat esse purum, quòd vendi non possit, si tempore vindemiarum aliquæ pluuię guttulæ in doliis & vasib. cecidissent, quia propter hoc non soluitur species vini. C. de nec. ergo non debet esse turbidum, sed nitidum: quia tantum accipere debemus, quantum consuetudo loquitur, & non plus. Bald. in l. testamentum. in vltimis verbis. C. de testa. Et consuetudines, vt dixi, sunt stricti iuris. pulchrè per Iaso. in l. fin. C. de indic. vidui tol. cum similibus. In text. *A pris raisonnable, selon le cours du pays, &c.* De isto precio scripsi in titu. *Des droitz du moyen iusticier.* in artic 2. vbi opportune dixi, quòd quis cogitur vendere iusto precio, res quæ sunt ad communem vsum hominum: vt carnes, frumentum, & similia. Bart. in l. 1. §. cura carnis. de off. præfect. vrb. ff. & Barto. de Sali. in l. 1. C. de epi. aud. in text. *Decheu de son droit.* Iste est articulus latæ sententiæ, vt ita dicam, visis apostillis nostri text. mirabar olim de consuetudine nostra, quia per 40 dies prohibere videtur ne subditi vendant vina sua tempore banci domini feudi. Et tamen commercia, emptiones, & vẽditiones sunt de iure gentium: vt l. ex hoc iure. & ibi latè per Doct. de iusti. & iu. ff. Ad quid ergo emanauit cõsuetudo hęc, profectò rigorosa? nil aliud video, nisi quòd fere vbiq; domini priuilegiantur, & subditi supprimuntur. Attamen non tantum, sicut per antiquá consuetudinem sunt priuilegiati domini, quia oportet quòd hodie ista cõcurrant: vini bonitas, quòd non sit acetosum: vini liquiditas, quòd non sit turbidum: vini puritas quòd non sit lympha subtenuatum. Item hoc est verum ex parte vini. At ex parte domini tria etiam concurrere debent, quòd vendatur iusto precio, quòd vinum nascatur in feudo, & quòd vendatur in domini domo, vel castello. licet multi abutuntur. Nec mireris, si subditi cogantur per hos 40. dies vinum emere, si velint de vino bibere, quia etiam aliàs quis cogitur, & vendere & emere, licet regulariter contra l. nec emere. cũ similibus. C. de iure deliberandi. Sed moueo aliam difficultatẽ. Pone, quòd dominus feudi cœpit vendere per 10. vel 20. dies

dies vinum sui feudi in bãco suo, postea vult pœnitere, & fortè in aliquod tẽpus, vt carius vendat, vinum suum reserare, an sit audiendus? Credo quòd non. Me mouet Barto. authoritas. in l. non enim, rerum amo. ff. & ibi Doct. vbi dicunt, quòd licet quis regulariter vendere non compellatur. fallit tamen quotiescunque quis exposuisset rem suam ad vendendum. Et si sit differentia in precio, recurritur ad arbitrium iudicis. Nec crederem dominum posse iam inceptæ venditionis pœnitere: iuncto presertim quòd nos certamus de publico iure sustinendo. Ad id autem quòd dixi, neminem compelli ad vendendum aut emendum, fallit in multis casibus. Primò, si venditor exposuisset rem suam venalem, secundum Bartolum. Secundò fallit tempore caristiæ: & tene menti, quòd tempore caristiæ nobilis habens annonam, potest compelli inuitus ad vendendum. Bart. in l. Annona. ff. de extra. cri. & l. I. § cura carnis. de offi. præfec. vrb. Cyn. & Bartol. in l. I. C. de epi. aud. & sequitur Iason in d. l. nec emere. Tertiò fallit, fauore religionis, veluti si testator mandat construi ecclesiam in loco, qui communis est cum alio. nam cogitur socius inuitus vendere partem suam, vt ecclesia construatur. l. fin. §. I. & ibi Bald. C. de communi ser. ma. Alios habes quamplurimos casus sparsim per Doctor. enarratos. At tu notabis quòd quanuis dicatur quòd vinum quod venditur, debeat esse purum & bonum: non tamen sequitur quòd purè debeat bibi. Ideo quæro, an sit licitum bibere vinum purum & sine aqua? Et videtur quòd non debet bibi purum, imò taliter bibens peccat mortaliter. sicut voluit gl. & Doctor. in ca. à crapula. extra, de vita & hone. cle. facit etiam, quia cum celebratur missa, aqua in calice ponitur. c. cum Marthe. cum ibi nota. & traditis, extra, de celebra. missa. Sed hic attende, quia illud procederet in vino præcellenti. sicut est apud Aurelianos, aut apud Beluam. Sed in vino minus potente, secus esset, cum oporteat se temperare vino. Si enim ex causa aquã non apponeret, tunc non peccaret. Ebrietas non est peccatum mortale nisi sit assidua secundum Panor. in d. c. à crapula. Habes tamen alibi textum, quòd clerici trina potatione debent esse contenti. c. quando. 44. distin. Limita tamen istud dictum, de trina potatione, singulariter, vt ꝓcedat, quando appetitus naturalis non plus exiget bibere, aliàs secus, secundum Panorm. ibidem. & sane in dicto suo est aliqua naturalis ratio. Tene tamẽ menti, quòd miles secularis, sicut miles armatæ militiæ potest deponi propter ebrietatem ab omni militia. tex. est singularis, cum ibi not. in l. omne delictum. de re milit. ff. Id credo cum crebrò inebriatur, aut saltẽ habet consuetudinem se inebriandi. nam si solum inebriatur absque consuetudine: tunc non deponeretur, quia

Nemo compellitur emere vel vendere.

De vino puro, an sit bibendũ sine aqua.

Ebrietas non est peccatum mortale.

Miles ebrius potest deponi.

Si quotiens peccant homines, sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

Et pro quolibet delicto statim episcopi non debent fulminare. gloss. celebris in c. episcopus. 35. distinct. facit 67. distinct. episcopus. Et aduerte quòd ex ebrietate duo mala exorta sunt. Ingenuitatis amissio, & incæstus perpetratio, quæ etiam commissa propter ebrietatem fuit. vide pulchrum textum in c. sexto die. 35. distinct. vbi gloss. ponit duplicem ebrietatis effectum. Aduerte in eo quòd dixi propter assiduam ebrietatem amittere militiam, est contra nostri temporis milites vino madentes, quibus nihil est pulchrum nisi bibere vinum: loquor de malis & vinolentis, non de bonis & bellicosis. Nam etiam antiquitus bibebant solum acetum, & comedebant carnes veruecinas, & aquam, & lardum. ita est textus peregrinus in l. I. iuncta gloss. de eroga. mili. annonæ. lib. 12. Et scripsi plenè in repet. l. cum supra virentes fluminum ripas. C. de re milit. li. 12. in qua plurima verba. not. posui. Et redeundo ad materiam ebrietatis, dic resolutoriè quòd in delictis ebrietas excusat à tanto, non à toto: & hoc quoad pœnam: sed quo ad culpam excusat à toto, si est taliter ebrius, quòd sit sine vsu rationis. Item dicunt Docto. quòd gesta per virum ebrium, quando proprie ebrius est, non tenent. Et dicas, quòd vinum vetus præualet nouo. Bart. & Iason in l. cum quid mutuum dederimus. ff. si cer. peta. & Bart. in l. iubemus. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. Et tene menti, quòd vinum non bibens, nõ debet promoueri ad sacerdotium, quia ex quo horret naturaliter, posset euomere sacramentum. ar. c. si quis per negligentiam. de consecra. distin. I. & no. Abba in ca. ex parte. de cele. miss. Itẽ nota quòd infirmus debet fugere vinum sicut venenum. ca. vinolentum. cum ibi tract. 35. distinct. attamẽ posset esse talis infirmitas, quòd vinum esset ægroto proficuum. Doct. in c. & si Christus. de iureiu.

Duo effectus ebrietatis, scilicet seruitus & incæstus.

Esca & potus militũ antiquorũ erant acetum & lardum.

Gesta per ebrium an valeant. Vinum vetus.

TITVLVS XI.

De indemnitate & iniunctione.

Chapitre XI. de indemnite & de iniunction.

PREMIER ARTICLE.

SI gens deglise, fraires, communaultez, ou autres mains mortes, acquierent, ou leur est donne aucun heritaige, rentes, ou dõmaines, le seigneur ou fief duquel sont situees lesdictes choses, & neust il quę basse iustice, les pourra faire

conuenir a sa court, ou a la court de son suzerain, si bon luy semble, pour leur faire iniunction de mettre hors de leurs mains dedans lan & iour apres ladicte iniunction, tous les acquestz, dons, & laiz, qui leur ont este faictz depuis quarante ans precedans ladicte iniunction. Et leur peut la court indire, & declarer que en cas de default de obeyr a ladicte iniunction, le seigneur leuera a son proffit les fruictz desditz acquestz, dons, & laiz, iusques a ce quilz ayent obey: & lan & le iour passez silz nont obey a ladicte iniunction, ledit seigneur leuera les fruictz desdictes choses a son proffit, iusques a ce quilz ayent obey comme dessus.

Si gens deglise.

¶ *Mettre hors de leurs mains*, &c. Quomodo istud est possibile, cum consuetudo laicorum ecclesiam, seu eius bona non astringat. cap. quæ in ecclesiarum. extra, de constit. cum similibus. quomodo ergo conditores nostræ consuetudinis potuerunt istud tam rigorosè statuere, cum emptiones & venditiones sint de iure gentium, ecclesia est capax cõtractus. Et est etiam capax legatorum & donationum passiuè consideratarum. est text. in l. vulgata. vt inter diuinum. C. de sacrosan. eccles. cum infinitis. Quid est ergo quòd consuetudo nostra vult à manibus ecclesiarum ista vendita vel legata auocare? Est ergo videndũ an conditores nostræ consuetudinis potuerũt istud statuere & introducere? Dic breuiter, quòd sic in feudalibus, & hoc propter naturam rei feudalis. faciunt notá. Bartol. Bald. Angel. & Iaso. in l. de quibus. ff. de legi. in quarta colũ. versicu. secundum exemplum. & pulchrè Iason in præludiis feudorum, in prima quæstione principali. Et plus est: de iure super feudalibus non potest fieri testamentum, & si aliquis testaretur, non valeret. ca. 1. & ibi Bal. de feud. success. & Baldus in ca. 1. in 2. colum. qualiter olim feud. pot. alie. Et dixit Mar. Laudensis, dum iret Papiam, & decessisset illustris marchio Mantuæ, quia primogenitum instituerat hæredem vniuersalem. dicit ipse Laudensis, quòd illud testamentum erat nullum, quia in bonis feudalibus non est licitum facere testamentum. vt d. c. 1. de success. feud. Plus dicit Iaso. de May. in l. de quibus. in antepenultim. col. quòd in bonis feudalibus non est licitum facere testamentum: imò, nec est licitum aliquid pro anima de bonis feudalibus relinquere. no. in cap. imperialem. & ibi Bald. in penult. colũ. de prohi. feud. alie. per notata in l. 1. in 3. col. C. de sacro san. eccle. & cap. quæ in ecclesiarum. de constit. Tamen, vt dicit ipse do. Iason citra montes, de consuetudine generali obseruatur ꝙ possit quis de bonis feudalibus testari sicut de alodialibus. Et valet talis consuetudo secundum ipsum. Ita etiam Bald. in ca. 1. in penul. quæst. de success. feud. Sed si de istis bonis feudalib. vasalli ipsi testantur, aut ea vendant ecclesiis, tunc domini habeant remedia nostræ consuetudinis, vt hic vides, quod tenementi: quia hæc quotidiana sunt. Et quòd domini vtantur remedio consuetudinis contra ecclesias, profectò mirũ est, cum in venditionibus, legatis, & donationibus ipsis factis incontinenti sint rerum legatarum, venditarum, vel donatarum verè dominæ de iure, cũ dominio in cõmutabili etiam sine traditione l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. eccl. Doct. in cap. ex literis, de consue. Intantũ quòd dicunt pulchrè & singulariter Docto. in l. quotiens. C. de rei vendic. quòd si post cõtractum cum ecclesia venditione, vel alio casu illius l. vt inter diuinum, venditor venderet alteri, & traderet realiter, tamen non esset secundus emptor in iure potior, cum dominium fuerit in ecclesiam iam translatum. Sed est dicendum insuper quòd milites curiales & clerici prohibentur etiam, ne veniant ad res emphiteoticas emendas. vt per glo. & Doct. in l. 3. C. de iu. emphi. Primò prohibentur milites ne distrahantur ab exercitio militari. Secundò, ne sint graues vicinis suis propter cingulum militiæ. Et etiam ecclesiæ videntur esse prohibitæ accedere ad emptiones rerum emphiteoticarum, & omnes qui non sunt idonei facilitate conueniendi, ar. l. secundæ, qui satisd. cog. ff. Et ratio est quare emphiteosis prohibita sit transire ad ecclesiam, quia dominus multum grauaretur & fraudaretur iure suo. Nam cum ecclesia non possit alienare, certè de cætero dominus non posset habere laudemia, nec res de facili incideret in commissum. Attamen licet res emphiteotica non possit vendi, donari, vel legari ecclesiæ, vel in ea hæres institui: tamen hoc verum est quantum ad hoc, vt ecclesia possit sibi illam retinere. sed bene valet ad hoc, vt ecclesiæ debeatur ipsius rei æstimatio, ar. l. filiusfami. §. si quid alicui. ff. de leg. primo. Istud est quod in specie tenet Iason post Specu. per eundem alleg. in dict. leg. 3. C de iu. emphit. column. 30. parua, versicul. sustinendo hunc intellectum. Et pulchrè per Card. in cap. potuit, extra, de loc. vbi vide, quia longa est materia. mihi vero sufficit scribere, quæ sunt ad intellectus explanationem & sustentationem, seu approbationem nostræ consuetudinis necessaria. At idem in specie firmat Bald. in cap. primo, de alienatione feudi, vbi dicit, quòd quamuis feudum possit dari alij, vel ex lege, vel ex conuentione, nõ tamen potest ecclesiæ dari: quia constitueretur durior conditio domini. Vide late Alexand. in consil. 364. quod incip. Viso themate superscripto, in tertia colum. in fi. Et plus dicunt Doctor. in dict. cap. potuit, extra, de locato, quòd de consuetudine ecclesia tene-

Nota.

In feudalibus non est licitum testari.

Ratio prohibitionis.

Res emphiteotica legari non potest.

Verbũ notandum.

tenetur infra annum vendere rem emphiteoticam, ne fiat domini durior conditio. Alibi dicunt Doctor. quòd non valet statutum disponens, quòd res immobiles non possint in ecclesias, vel ecclesiasticas personas alienari, quia ista statuta essent contra priuilegia ecclesiarum. Bartol. in l. fi. & Ias. C. de sacrosan. eccle. pro hoc Authent. cassa & irrita. eod. titul. not. in c. nouerint. de senten. excommu. bonus text. in c. 1. de immunita. eccle. libr. 6. sequuntur Fulgo. & Paulus de Castro in d. l. & Abbas in capitu. ecclesia sanctæ Mariç. de consti. Cardi. in reper. cap. perpendimus, de senten. excommu. colum. 17. versi. principaliter quæro. Nunc videndum est, quid sit manus mortua. breuiter Hostiensis in summa, in titul. de na. ex libe. vent. versicu. fi. mouet hanc quæst. Cyn. ponit in Authentic. sed episcopalis dignitas. C. de episcop. & cleri. Sed non aperit. Et mihi videtur quòd illi Doctores nõ intendant loqui de manu mortua: sicut nos intendimus loqui in terminis consuetudinis nostrę, quia ipsi intendunt loqui de decedente sine hærede, quo casu dominus capit bona decedentis. & ponit Guido Pa. quæst. 361. incipien. de manu mortua, &c. Ego quidem credo consuetudinem nostram loqui de manu mortua, scilicet, quæ non potest domino seruire. Sicut de istis dicimus, scilicet de ecclesiasticis, de confraternitate quæ non possunt domino personalia seruitia exhibere, & quia res feudales, si sic transferantur, non sunt amplius ad dominum reuersuræ: vt c. 1. §. inde potest præsumi. de alie. feudi. Sicut alibi dicunt Doctores de monacho: & regulari canonico, qui etiam non succedunt in feudo. cap. 1. Si de feud. conten. fit inter Do. & Agna. vasalli. §. qui clericus. & Iason in d. l. de quibus. versi. secundum exemplum. Doctor. etiam in cap. in præsentia. de prob. extra. & Alexan. de Imol. in consil. 10. incipien. Viso instrumento inuestituræ, quia non potest esse miles sæculi, qui vult esse hæres Christi. c. vno. de mili. vasal. qui ar. belli depos. Et vtrùm talis consuetudo valeat, quòd monachi, religiosi, & clerici seculares non succedant in feudo, vide Paulum de Castro consi. 159. incipien. quæstio ista vertitur. Sed quicquid dictum sit, bene facit textus singularis in §. inde potest præsumi, de alie. feud. qui textus optimè facit pro consuetudine nostra. Sed contra consuetudinem nostram est textus formalis in cap. 1. de immunitate ecclesiarum li. 6. quem, te rogo, videas, & ibi Doct.

Manus mortua quid sit.

Non potest esse miles saeculi qui vult esse haeres Christi.

II. ARTICLE.

Et si la rente ou domaine au temps de liniunction appartenoit a leglise, ou autres mains mortes quarante ans par deuant ledit seigneur ne peult faire ladicte iniũction. Mais il contraindra les dessusditz de luy payer profsit de indemnite pour vne foys, ou rente par chascun an. Et sentend ladicte indemnite quil aura la cinquiesme partie des deniers de laquest, ou la cinquiesme partie de la valeur des choses acquises ou il ny a eu deniers baillez. ou la cinquiesme partie du reuenu de lheritaige, ou rente a perpetuite, ou leuera le reuenu dudit heritaige cinq ans pour ladicte indemnite, au choys dudit seigneur de fief.

¶ Sequitur in textu.

Au choys & election, &c.

¶ Est ergo in electione domini & creditoris regulariter contra (cum in alternatiuis fit electio debitoris) l. si quis seruum. C. de condi. inde. l. cum quidam. de verb. signi. C. l. plerunq;. de iur. dot. l. si ita. de lega. 2. & cap. referente. extra. de præben. facit glos. in cap. inter cæteras. de rescrip. extra.

III. ARTICLE.

Et nempesche en riens le payement du debuoir feodal, faict au seigneur par les gens deglise desdictes choses de leurdictz acquestz, dons, ou faiz, depuis ledit temps que ledit seigneur ne leur face faire iniunction, & quil nayt ladicte indemnite par la forme & maniere cydessus declaree.

Et nempesche en riens.

¶ Pondera hunc articulum, & inuenies eum supra omnes mirabilem. Et contrarium responderent omnes doctissimi de iure, & contra tenorem huius articuli facit articulus 32. suprà titul. *De droictz de basse iustice.* cum ibi not. & mihi videtur, quòd iste articulus est totus, vt ita dicam, irrationabilis: nam ego habeo singularem Doctorum theoricam. dicunt enim nostri Doctores, quòd si quis diu tenuerit rem vt feudalem, vel vt emphiteoticariam, præsumitur concessio in perpetuum solenniter præcessisse: ita Bal. & Ang. in l. qui in aliena. ff. de acquiren. hære. Item dicunt ad idem propositum Doctores, quòd si aliquis quadraginta annis possedit fundum non emphiteoticum, & pro eo præstitit pensionem, quòd præsumitur contractus emphiteoticus præcessisse, glo. in l. 2. C. de emphi. Et præsumitur emphiteota, qui tanto tempore soluit, licet fundus non sit emphiteoticus, firmat Salic. in d. l. 2. columm. 12. per text. in c. 1. §. si quis per triginta annos, si de feud. cont. fit inter do. & ag. Imò dicit Albe. quòd præsumitur quòd contractus emphiteoticus solenniter præcesserit, ar. l. sciendum, de verb. oblig. quia longa præstatio inducit hanc coniecturam. Imò dicit Bartol. in l. competit, de præscrip. 30. vel 40. annorũ, cũ aliquis soluit canonem

Præsumptio contractus pro possessione.

nonem emphiteoticum, non per 40. verum solum per 30. annos, præscribit ius emphiteoticum, licet ab initio iura emphiteotica non fuerint ei concessa, & facit l. iubemus. C. de fund. dota. Et hunc passum latè firmat Iason in d. l. 2. C. de iur. emphi. column. 90. versicu. in ea glossa in fine tenetis ex hac gloss. vbi dixit hanc esse communem sententiam. Ex his ergo apparet quòd in textu nostro non est aliqua ratio, quòd ecclesia fuerit à domino admissa ad solutionem canonis per quadraginta annos, & quòd post talem approbationem tam longam adhuc fiat ei iniunctio dimittendi res istas.

Vide quæ scribuntur pulchrè in tit. 1. huius Voluminis ar. 32.

IIII. ARTICLE.

Indemnite par quelque tenement ne se prescript point, sinon quil y ayt temps immemorial, qui est de cent ans.

Qui est de cent ans.

¶ Nota quòd isti domini in istis indemnitatibus vtuntur priuilegio Romanæ ecclesiæ indulto, scilicet centum annorum, de quo in Authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. cum similibus. Et nota, quòd homo præsumitur viuere vsque ad centum annos. Angel. & Imo. in l. si de sua. ff. de acqui. hær. imò plus homo bene compositus & organizatus potest viuere centum & 20. annis, vt in Authenti. de monach. §. 1. & ibi Ang. & strenuè per Iaso. in d. Authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. in vlt. col. Et vide in Chronicis de Ioanne de temporibus, qui erat tunc temporis.

Præsumitur quis viuere vsque ad centum annos. Homo potest viuere cētum 20. annos.

V. ARTICLE.

Les seigneurs suzerains pour leur interest peuuent faire interrupter dedans quarante ans les gens deglise, ou autres tenans en main morte qui ont acquis, ou fief de leurs vassaulx, a la cōseruation de leurs droictz.

¶ In hoc titulo adhuc colligitur mirabilis dominorum prouisio. breuiter iste titulus est pro dominis totus fauorabilis, & non mirandè: quia & dominus etiam de iure habet contra secundos emphiteotas in solutione cessantes domini sui vendicationem. pulchrè per gloss. Docto. in l. 2. super verbo, repellere, versus finem glossæ. C. de iur. emphi. & vbi pulchrè scribentes.

TITVLVS XII.

Homagium domino vti offerendum.

Chapitre XII. comment hommaige se doibt offrir a son seigneur.

PREMIER ARTICLE.



QVANT aucun vassal qui tient a foy & hommaige daulcū seigneur va de vie a trespassement, son heritier est tenu aller vers ledit seigneur dedans quarante iours apres la mort dudit vassal: pour faire la foy & hommaige audit seigneur, des choses tenues de luy a ladicte foy. Et sil ne les faict, ledit seigneur pourra leuer a son prouffit tous les fruictz & reuenuz dicelle terre, par default de foy & hommaige non faictz (reserue le droict du laboureur) Et pourra faire pescher les estangs qui sont en pesche, & vēdre les boys de couppe: sans en faire ramage, gast ne dissipation, iusques a ce quil ayt homme.

Quant aucun vassal, &c.

¶ In hoc titulo est materia feudalis pertractanda, quæ est hodie practicabilis, sicut pulchrè dicit Iason in suis præludiis feudorum. Est ergo verum quòd vasallo mortuo, filius vel hæres eius infra 40. dies à die mortis debet homagium & fidelitatem domino facere, aliàs dominus poterit vti prouisione nostræ consuetudinis. Sed dicet iuuenis, Ad quid filius necessitatur dominum adire pro fidelitate iuranda? quare timet dominum? nónne ipse filius est de feudo saysitus per obitum patris, cum mortui saysiunt viuos? Bart. Bald. Sali. Paul. de Cast. & Iason in l. 3. C. de iur. deliberandi, & iterum Bald. & Iason in l. cum antiquioribus. C. eod. tit. & Doct. in l. in suis, de libe. & posthu. ff. Breuiter dico; quòd filius vasalli non debet se fidere in supradictis, nec de his gloriari, quia filius in feudo non est saysitus sine præstatione fidelitatis & homagij aduersus dominum: quia dominus est saysitus per mortem vasalli de vtili dominio. Intantum quòd censetur esse consolidatum cum directo. vnde requiritur quòd hæres ponatur in possessionem per manum domini. Faciunt no. per Bald. in d. l. cum antiquioribus. & per eundem Bart. in c. 1. colum. vltim. an mutus vel imperfectus, & Ioan. And. in addi. Spec. titu. de feud. §. quoniam. versicul. 21. Bene verum est tamen quòd hæres est bene saysitus de feudo contra omnes alios, præterquam contra dominum. Nūc his tactis, quæro pro instruendo vasallo, quid agere debeat vasallus futurus post primi vasalli mortē. Sanè debet notare glo. singularem & celebrem, quæ est in titul. per quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur, in §. fin. super verbo à fidelitate. nam illa glossa singularis dat optimū nouis feudariis consilium, eo quòd vasallus qui

Filius non est saysitus in feudo de iure contra dominum.

Instructio vasalli fidelitatem facere debentis.

qui vult fidelitatem iurare, debet dominum honorare, & ad eum ire, & præsentibus curię paribus dicere: Domine mi, tale feudũ Cornelianũ posſidere debeo, à te inueſtituram peto: & fidelitatem tibi cõtra omnem, exceptis anteriorib. meis dominis, & imperatore vel rege noſtro, qui loco imperatoris eſt, volo & paratus ſum tibi offerre, & realiter facere. his ita factis per nouum vaſallum, ſi dominus homagium recipere recuſet abſque rationabili cauſa, tunc priuatur proprietate & dominio directo, preſertim anno & die elapſis. Ita format illa celebris glo. ar. c. 1. ſi de feudis cõtrouerſia ſit inter dominum & agnatos vaſalli. §. domino committẽte feloniam, & aliorum iurium, ibi per gloſſam allegatorum, quod eſt optimè notandum in practica. Et quia in textu ſit mentio de homagio: aduerte, quia homagium tempore libri feudorum erat incognitum, ſed fuit inductum ex moribus, & ex quadam conſuetudine faciendo ſe hominem alterius. Spec. titu. de feud. & Ioan. And. in cle. paſtoralis, de re iud. & Iaſon in præludiis feud. 6. colum. verſi. 2. quia homagium. Vbi ipſe pulchrè & diſertè dicit, quòd homagium ſumitur in materia feudorum pro fidelitate obedientiæ, & ſeruitio perſonali. c. grauem, vbi notatur. extra. de exceſ. prælat. & c. veniẽs, de accuſa. Et ad declarationem & ſuſtentationem conſuetudinis noſtræ, dico ipſam noſtram conſuetudinem eſſe iuri conſonam. Nam vt dixi vobis in §. 15. ſuprà titulo *De baſſe iuſtice*. Dominus ob defectum præſtationis fidelitatis & homagij, licet non poſſit vaſallum priuare feudo, poterit tamen licenter ponere ad manum ſuam feudũ & feudi prouentus donec fiat ſibi homagium, vt pulchrè per Ioan. Fab. in §. præiudiciales. colum. 9. Inſtit. de actioni. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. Alex. in conſi. 9. in tertio vol. Iaſ. in l. 2. columm. 12. C. de iur. emphit. Ludo. Ro. in l. 1. §. 1. de pub. ff. & do. Card. in c. potuit. extra. de loc. non tamen vaſallus iſto caſu poſſet priuari feudo ſecundum præfa. Doctor. ꝙ tene menti. ſed allegaui vobis textum in titu. quę ſit prima cauſa beneficij amittendi. §. ſed nec alia. Et cũ conſuetudo noſtra excipiat iura laboratoris, bene facit, l. ſi à patre. §. fructus, cum l. ſeq ff. de pet. hær. & l. fundus, cõmuni diui. not. in l. ſi quis legauerit, de leg. 2. ff. Reſtat igitur dicere, quòd conſuetudo noſtra eſt à plurimis Doctoribus approbata, ſcilicet ꝙ dominus ob defectum homagij poſſit ponere ad manum ſuam feudũ & prouentus eius. Nunc intendo quęrere quid ſit feudum, vt legentes facilius intelligant. Breuiter, licet varij varia dixerint, bene placet diffinitio domini Iaſonis. Ideo dicamus cum do. Iaſone poſt do. Ia. Ray. quòd feudum eſt beniuola conceſſio libera & perpetua rei immobilis, vel equipollentis cum translatione vtilis dominij, proprietate retẽta ſub fidelitate & exhibitione ſeruitiorũ. Dicitur ergo conceſſio beniuola, per textum in ca. 1. §. beneficiũ, quibus mo. feud. amit. Dicitur, libera, per textũ in c. 1. de feud. da. in vim legis commiſ. Dicitur, perpetua conceſſio per tex. in d. §. beneficium, circa fi. Dicitur item rei immobilis vel æquipollentis, per c. 1. de feud. cognitio. Dicitur, cum translatione vtilis dominij. quia in veritate vtile dominium tranſit in vaſallum ſuum feudatarium, per gloſſ. in c. 1. §. præterea, vbi etiam Bald. de capit. Conradi. & Bal. in prælud. feudorum. Dicitur tandem, proprietate retenta, quia dominium apud dãtem remanet, vt eſt videre in mille locis, in vſib. feudorum. Et de exhibitione ſeruitiorum & fidelitate, de quibus ſit mentio in diffinitione, optimè probatur in titulo, per quos fiat inueſtitura, quaſi per totum. Et intelligo hanc diffinitionem de proprio & recto feudo, non de improprio. Et illa diffinitio eſt vera, ſi intelligatur feudum diffinitum in genere, non ſanè in ſpecie. Vt ſi quęratur, quid ſit feudum paternum, aut auitum, aut nouum, aut cõditionarium. Et nota verbum egregiũ domini Bal. in Authen. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. eccl. in antepen. col. quòd feudum magis cohæret perſonæ, quàm patrimonio, quia cauſa feudi eſt radicata in perſonali ſeruitio, quia feudũ datur gratis nõ pro cenſu: & ſic differt ab emphiteoſi, quæ conceditur ꝑ annua præſtatione canonis vel cenſus, Bar. Sali. & Iaſ. in l. 1. C. de iu. emphi. Sed ſunt feuda in Lõbard. in quibuſdam eccleſiis, pro quibus præſtatur cenſus. quia eccleſiæ nõ curant de ſeruitiis armorum, ſed de cõmodis burſalibus. Bald. de pace conſtan. in 23. col. Nunc aliter & plenius diſcutiendo videndum eſt, ad quid vaſallus domino obligetur. Reſpon. quòd ad ſex quæ no. in ca. 1. de forma fideli. Primum, ne vaſallus ſit domino ſuo in dãno, ſcilicet corporis. Secundum, ne damnum in temporalibus faciat, vel vtilitatem impediat. Tertium, ne ei reddat impoſsibile vel difficile quod facere vellet, eum vide. Quartum, ne reuelet eius ſecreta, per quæ vel minus tutus, vel noceri ei poſſit. Quintum, ne faciat contra eius iuſtitiã vel honeſtatem, vt maculando vxorem, vel filiam eius, vel famam dicto, facto, vel cõſenſu. Sextum, vt fideliter ei præbeat conſilium, auxilium, & fauorem. Nũc quæro pro rudibus quæ ſit forma iuramenti fidelitatis? Reſpon. hęc eſt bona forma quę ſequitur. Ego. Io. Sanxon iuro ſuper ſancta Dei euangelia, quòd ab hac hora in antea vſque ad vltimum diem vitæ meæ ero tibi fidelis domino Renato Danion, domino meo contra quẽcunꝗ, excepto rege noſtro, & alio antiquiore domino. Aduerte tamen quòd notabiliter dicitur in tit. ſequente *de pied de fief*, artic. 15. quòd vaſallus, qui debet domino homagium ſimplex, debet illud facere nudo capite manibúſque iunctis dominum oſculando. Sed vaſallus, qui debet homagium ligium, debet illud iurare, & facere iunctis manibus ſuper ſancta Dei Euangelia: & ſic hoc caſu debet tãgere ſcripturas ſacras & nudo capite ac zona dimiſſa dominũ oſcu-

Dominus abſque cauſa homagiũ refutãs priuatur dominio.

Homagiũ olim erat incognitũ.

Ob defectũ homagij dominus poteſt rem ad manum ponere, ſed non ea feudatarium priuare.

Feudum quid ſit.

Feudũ magis cohæret perſonæ, et eius cauſa eſt in perſona radicata.

Ad quæ vaſallus domino obligetur.

Forma iuramenti in feudi inueſtitura.

osculando. Alia est differentia in consuetudine nostra: quia homagium ligium æstimatur decem solidis Turon. Sed homagiū simplex quinque solidis duntaxat, vt in tit.

Comment lon doit, &c.

¶ Argu. 11. & 12. Aliam differentiam asserunt Practici, quòd dominus pro fide sibi rupta in homagio ligio confiscat feudum perpetuo. Sed pro fide simplici vsque ad tempus vitæ feudatarij duntaxat. Deinceps est compendiosè videndū quibus modis feudum amittatur. Respond. quòd duodecim principalibus. Primò, si vasallus efficiatur clericus, vel religiosus: quia cum sit miles Christi, nō potest esse miles seculi, capit. 1. de mil. vasal. qui ar. bellic. deposuit. Secundò, si hæres vasalli steterit per annum & diem, quòd non petierit à domino inuestituram feudi, vel in milite per annum, & mensem, cap. 1. quo tempore miles inuestit. petere debeat. Tertiò, si vasallus mortuo domino ab eius hæredibus infra tempus debitum inuestituram non petierit: & hoc, nisi vasallus iurasset sub nomine dignitatis: quia non amplius teneretur iurare successoribus. Vel, nisi iusta causa vasallum impediret, quominus inuestiturā peteret. Quartò, cum vasallus tribus vicibus requisitus coram paribus, & huiusmodi fidelitatem iurare noluerit, quanuis dominus paratus sit facere inuestituram. Quintò, si vasallus interficit germanum proprium, vel filium germani sui, vel aliud commiserit, quo parricida vocari possit, vt totam hæreditatem haberet. Sextò, si vasallus dominum in prælio dimiserit mortuum, vel ad mortem vulneratum. Septimò, propter multas causas ingratitudinis: quia ex his causis, quibus filius potest exhæredari, sic ex his causis vasallus à domino potest feudo priuari, quod tene tu perpetuæ menti. Octauò, si scienter feudum negauerit, vel feudi partem, aut eius cōditionem, quòd tene menti: intantum quod loquor de conditione feudi negata: quia pauci practici ad id aduertunt. Nonò, si vasallus infeudauerit feudum alia lege, quàm ea quam habet ipse, vel in talem vasallum, qui feudum seruare non potest, & iste est casus signanter notabilis. Decimò, si vasallus dominum accusauerit, aut testimonium contra eum tulerit in causa criminali. Vndecimò, si vocatus vasallus à domino, quòd secum vadat in expeditione bellica non venerit, nec alium acceptabilem domino miserit, vel stipendia militiæ non dederit. Duodecimò, si feudum alienauerit, hos casus tangit Hosti. in Summa, titul. de feu. His hactenus tactis accedo ad aliquas conclusiones: quia placet mihi ex hortulis Doctorum recolligere has subsequentes singulares conclusiones.

Duodecim modis amittitur feudum.

Nota cōtra fortis[?]. ducatum Mediolan. scilicet sic occupantem.

¶ Prima conclusio. Etsi quis in re propria sit moderator & arbiter de iure Cæsareo: attamen feudatarius feudum ipsum alienare nō potest de iure feudatario; & si sine domini consensu feudū alienet, cadit à feudo ipso facto. hæc cōclusio probatur per Panor. in cap. vltimo, de feud. & Bald. in ca. 1. quæ sit causa beneficij amittendi. Et ideo posset expelli sine alia sententia, & alteri conferri etiam si alienando dixerit, saluo iure domini: quia factū subsequens est suæ tali protestationi contrarium. igitur protestatio non releuat.

¶ Secunda conclusio. Non solum feudum totum vasallus sine domini consensu prohibet alienare, verum & illius partem, quam, si alienet, potest dominus illum hac parte priuare, not. in c. imperialem, de prohi. feud. alie. per Frede. in princ.

¶ Tertia cōclusio. Etsi iure ciuili dictante pro animæ redemptione licitū sit bona quæ quis optauerit, relinquere: Attamen rem feudalē etiā pro anima feudatarius non potest relinquere. ista conclusio probatur per Doctores per me allegatos in artic. 1. suprà tit. proximo *de indemnite, & de iniunction.* & vide quæ ibidē late & effluenter scripsi, præsertim de testamento illustris Marchionis Mantuæ.

¶ Quarta cōclusio. Sicut vasallus sine domini consensu feudū, vel feudi partē non potest alienare: sic non potest vasallus ipse pignorare. firmat Panor. in d. c. vlt. quia qui prohibetur alienare, à lege, prohibetur & pignori dare, not. l. fi. C. de rebus alie. non alienandis.

¶ Quinta conclusio. Sicut libertus liberti mei non est libertus meus: sic nec vasallus vasalli mei est meus vasallus, not. in l. nam socij pro socio. ff. Et licet inueniam hanc conclusionē à nostris Doctoribus comprobatam: tamē habeo textum in contrarium in c. imperialem. §. illud quoque præcipimus, de prohi. feu. alie. per Frede. vbi habetur, quòd si vasallus vasalli dominū domini offenderit, nisi pro seruitio alterius domini hoc fecerit, feudo suo priuatur, & ad dominum reuertitur.

Vasallus vasalli nō est meus vasallus de quo[?] per Iaf. in l. quæ feud. ducepos.[?] 12. col.

¶ Sexta conclusio. Cum feudo cedere sic vasallus inuito domino nō potest refutare feudū, firmat Io. de Imol. in c. 1. de feud. extra. & est gloss. celebris, & in c. quidam capitaneo, qui curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidisse, super verbo ad certum seruitium, & ibidem per Doctores. Hoc intelligo, quando feudum ad datum est certum seruitium: quia tunc non potest refutare feudum. Si verò feudum esset datum ad incertum seruitiū, tunc potest refutari, antequam illud seruitiū sit inductum, cum nondum sit purificata obligatio, quod tene menti. Intelligo etiam secundò dictam conclusionem procedere, nisi dominus iam esset in prælio: tunc non audiretur vasallus volens fugere, & feudum refutare, præsertim si dominus non posset tunc sibi prouidere de quali vasallo, ar. l. filiæ meæ, solu. matrimonio. ff.

¶ Septima conclusio. Sicut vasallus domino debet fidelitatem conseruare: Sic dominus ipse debet vasallo vicē repēdere, aliàs censebitur dominus malefidus. c. in episcopa. §. dominus q̃q; qui est. §. fi. de forma fidelitatis & in c. si de

Dominus vicem non rependens vasallo, feudo priuatur.

si de feudo. §. domino quoque committente Feloniam. Si de feudis contentio sit inter dominum & agnatos vasalli, & si dominus vasallo vicē non rependat, debet feudo priuari per ipsam superiorem, quod est vnum verbū bonum in practica, quòd didici ab Ang. Clauas.

¶ Octaua conclusio. Et si vasallus domino teneatur iure fidelitatis obedire: ipso tamē domino excommunicato, vel à rege bannito, vasallus non tenetur seruire: ita est pulcher tex. in cap. domino guerram faciente. hic finitur liber Frederici: Consuetudines regni incipiunt. in princ.

¶ Nona conclusio. Vasallo religionem ingrediēte, monasterium potest retinere feudum, si potest taliter, quod conditio domini non fiat deterior, præstare seruitium, pulchrè probatur hæc conclusio per Doct. in c. in presentia. extra, de proba. & sic non obstat c. I. in fin. de milite vasallo, qui arma bellica deposuit.

¶ Decima conclusio. Dominus feudi licet sit laicus, cognoscit de feudali etiam inter clericos, vbi ciuiliter agitur. hæc conclusio probatur per Innocen. & Doct. in c. cæterùm. de iud. extra. & cap. verum. & ca. ex transmissa, cum ibi notatis: extra, de foro competen.

¶ Vndecima conclusio. Optimè octauæ conclusioni suprascriptæ quadrans, sicut domino excommunicato vasallus obedire, non tenetur: Sic vasallus excommunicatus, & excommunicationem contemnens, feudo priuari posse videtur. hæc singularis conclusio probatur in glos. 22. quæst. 5. præceptum, & ibi est optima gloss.

¶ Duodecima conclusio. Ius dicendi de ingratitudine contra feudatarium non transit in hæredem, si non fecerit querelam dominus. not. in l. omnino. C. de inoffi. testa. & hęc est bona conclusio.

Fœminae regulariter non succedit in feudo de iure communi.

¶ Tredecima cōclusio. Hermaphroditus succedit in feudo, si magis incalescat in sexu virili, licet fœmina in feudo regulariter non succedat: ita Bald. in l. fin. C. de suis & leg.

¶ Quartadecima conclusio. Licet regulariter secundum vsum feudorū in feudo proprio mutus, surdus, vel mancus, non succedant: succedant tamen in improprio, nisi tenor inuestituræ repugnaret. Alex. in consil. 136. incipien. Viso, & examinato processu in tertia colum. Bal. in extrauag. de pace Constant. in versicu. liuellarus. & Ias. in vsib. feudorum, in 7. col. parua, versicu. Item aduerte, & quid sit feudum proprium, vel improprium. vide quod dixi suprà, eo. in principio.

¶ Quintadecima conclusio. Ex eisdem causis quibus reuocatur simplex donatio, ex illis causis potest fieri feudi per dominum reuocatio: Bald. in cap. primo. §. porrò. ex quibus causis feud. amit. & Iaso. in vsibus feudorum, colum. 10. versic. not. etiam quòd ex quibus causis, & Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicommissis.

¶ Sextadecima conclusio. Vasallus tenetur ad soluendum tallias & gabellas, cum feudum sit in bonis vasalli: ita pulchrè Bald. in cap. I. per quos fiat inuesti.

¶ Decimaseptima conclusio. Etsi dolus futurus remitti non possit, in terminis iuris vide licet, tamen pactum cum iuramento factum, quod vasallus non expellatur, si per ipsum vasallum futura Felonia committatur: ita sentiunt Imol. & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. & firmat Ias. in tractatu feudorum in 13. colum. parua, versi. Et ad hoc quod feudum dicatur.

¶ Decimaoctaua conclusio. Vasallus sub solo seruitio personali feudum tenens à domino non requisitus seruitiū ipsi domino, non exhibens etiam si staret per quinquaginta annos, tamē feudo non priuaretur. At vbi esset seruitium reale solum, vel reale tam grande, quod iudicaretur excedere seruitiū personale, tunc non soluēdo per triennium posset licitè vasallus expelli. hæc est notabilis conclusio, quæ præsumitur ex Ias. in præludiis feud. in 24. 25. 26. & 27. col. vbi pulchrè hanc examinat. & Bald. in c. quę in ecclesiarum. extra, de constit. in 5. col. & Ioan. Fab. in l. 2. C. de iure emphy. & Imol. in cap. 2. 20. col. de feudis & latè per Gemin. in c. ad apostolicæ. de reg. iu. in 6. & in §. licet vasallus. Si de feud. controuer. sit inter dom. & agn. vasal.

¶ Decimanona conclusio. Vasallo Burgenses, seu homines tractante male, dominus directus potest vasallum monere, vt eos tractet modo debito & consueto, aliàs potest ei auferre feudum. Hæc conclusio probatur in c. primo. §. si verò. de pace tenen. & ibi singulariter Bald. Et est ratio: quia vasallus subditos male tractando vtitur male substantia domini. allegat Bald. l. si cum dotem. §. si verò dotem. solut. matr. ff. & Gemi. in d. cap. ad apostolicæ. de re iud. & refert, & extollit Iason in tract. feudorum in 28. col. parua, versic. Item circa remedia, quod est profectò magnum verbum, & singulare.

¶ Vigesima conclusio. Dominum egenum & inopem, si vnde nō habeat viuere, vasallus de bonis feudalibus tenetur alimentare, aliàs dominus potest feud. suum auferre. Ista conclusio firmatur per Bart. in tractatu suo alimentorum, circa fin. quam sequitur Bald. in le. vna. §. sed scimus, C. de lati. lib. tol.

¶ Vigesimaprima conclusio. Omnis habens liberam bonorum administrationē, non inspecta eius conditione, potest rem infeudare, & vasallum sibi acquirere. probatur per tradita in c. 1. § noui per quos fiat inuestit. hinc dicit præclarè Bald. quòd licet habere sub se vasallos, si sit dignitas, cui iurisdictio inest. secundum quod not. Archi. in c. 1. de consuet. lib. 6. Et indecens videatur rusticum, vel vilem perfrui tali dignitate attamen hoc non obstante potest vasallus etiam rusticus, si liberam bonorum administrationem habeat, rem infeudare, & vasallos sibi acquirere. firmat, & sequitur ipse do. Ias. in 29. col. parua. versic. Septimo principaliter, vbi pulchrè examinat.

¶ Vigesimasecunda conclusio. Imperator, vel rex non potest alienare, vel infeudare ea quæ sunt regni, vel principatus penitus abdicando, vel à se appropinquando, sed directũ dominium, vel superioritatem retinendo: quia non potest deformare principatum. ita Bal. in prælu. feu. & latè Panor. in c. intellecto. de iureiurand. Et aduerte ad me, quia si tu, qui velles impugnare verba mea dicendo hoc pacto, Quomodo Imperator vel Princeps poterit infeudare sine retentione dominij, cùm istud esset directo cõtra naturam feudi? quia feudum solum datur cum translatione vtilis dominij, vt opportunè dixi in diffinitione feudi, suprà eo. art. Dico, & sic intelligo ꝙ princeps non potest principatum suum deformare res principatus alienando, & expropriando etiam, nec infeudare, vbi tales infeudationes vergerent in magnam iurisdictionis regalis diminutionẽ: vt fortè, si princeps nimiũ munificus passim res principatus infeudaret. quia tunc esset principatum ipsum deformare. Et vltra ꝑdicta Christianissimus rex noster, an possit alienare vnam de ciuitatib. regni, vide pulchrè Bal. decidẽtem quòd non, in c. 1. § in generali. si de feu. contro. sit inter dominum & agnatos vasalli. & Doct. in c. dilecti filij. extra, de maio. & obedientia.

Rex Franciæ nullam ciuitatem regni alienare potest

¶ Vigesimatertia. Etsi in iuramento feudi ligij nullus expressim nominetur, vel excipiatur: attamen Imperator & imperio suo, & Rex noster in regno patrio iurantis illius cõmunitate excepti intelliguntur. not. Doct. in c. imperialem. de prohib. feu. alie. per Frede. & est tex. cum pulchra glo. in §. fin. in c. domino guerrã hic finitur liber Frederici consuetu. regni. Incipit & de patria seu communitate excepta: etiam tacitè in iuramento ligio firmet Alexan. in l frater à fratre. in fi. de cond. indeb. ff. Et est ratio: quia Imperator in imperio suo etiam tacitè videtur hoc iuramento exceptus, si absolutè iuretur, eo quòd Imperator inter reges est tanquam stella matutina in medio nebulæ, sicut dicit Bal. in d. c. imperialem. Imperator est, vnde idem Bal. pulchrè inquit, quòd Rex quo ad subditos suos, est in regno suo tanquam quidam Deus corporalis. ita dicit in d. l. imperialem. §. fin. Et refert ipse Iason in tract. feudo. in 39. col. parua, versi. tu respon. clarius. Et aduerte ad me: quia non reperitur in iure, quòd viderim de hoc homagio ligio, nisi in Clem. pastoralis. iuncta gloss. de re iud. in Cle. Et illud est propriè homagium ligium, in quo domino iuratur nullo alio domino excepto præter Imperatorem in imperio suo, vel regem in regno suo, qui excipiuntur à lege. Ideo videtis quòd nos Franci abutimur, quia feuda quę sunt subligia, nos vocamus ligia. certum est enim quòd ego, qui habeo vasallos sub me, ad causam feudi magni fontis, non possum dicere illa feuda à me tenta fore ligia: quia cum feudum meum non habeo immediatè à rege, sed à barone. Ergo ista feuda sunt subligia. Hinc dicit opportunè Bal. in l. vnica. §. 1. C. de caduc. tol. in pen. col. quòd feuda magnarum dignitatum vocantur ligia. Dicitur autem feudum ligium, vel à ligamine, vel à legalitate: à ligamine verò, quia homo ligius est magis quàm aliquis alius ipsi domino ligatus, hinc est quòd vt suprà dixi, magis æstimatur in cõsuetudine homagium ligium quàm simplex. Vel dicitur ligium à legalitate, non quòd cæteri vasalli non debeant esse omnes legales suis dominis. Sed quia in istis feudis ligiis debet magis exuberare legalitas: quia quanto vasalli sunt maiores, tanto debent esse dominis suis legaliores, & ideo iurant fidelitatem contra omnes homines de mundo. Vide pulchrè eundem Bald. in d. l. vnica. C. de caduc. tol. Et adhuc dicit Bal. vnum singulare, videlicet, quòd nemo potest esse vasallus ligius duorum dominorũ: quia impossibile est duos esse dominos insolidũ eodem iure. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. Sed bene potest quis esse vasallus simplex duorum dominorum. ita Bal. in prælu. feu. in 8. diuisio. Et Aluarot, qui inter omnes est summus feudista in 13. diuisio. facit quòd not. glos. in d. Clemen. pastoralis. Hinc dicit pulchrè Bald. in ca. inter dilectos. in 6. colum. quòd in feudo non ligio possum seruire duobus dominis. Primò seruiam domino simplici de persona. Secundo verò domino seruiam de Castro. Sed in feudo ligio non possum seruire duobus dominis simul certantibus: quia qui non est cum vno, contra eum est. l. cælicolarum. C. de Iudæis. Et quòd quis possit esse vasallus simplex duorum dominorum, facit ca. grandi. de supple. negli. præla. in 6. quòd teneas menti: præsertim notando signanter quid facere debeat vasallus, cùm videt duos suos dominos certantes, & guerram inuicem facientes. & quem teneatur potius iuuare, an quia vni: & sic primo seruiat de persona, & secundo de Castro. Sed de hoc quid facere debeat vasallus, cum videt suos dominos pręliantes, neminem, an vtrunque per substitutum, vel per pecuniam iuuare debeat, vide pulchrè Bald. in l. prima. §. ne. Auth. C. de cadu. tol. & vide pulchrum text. in l. si quis in graui. §. si cùm omnes. vbi Doct. ff. ad Syllan. & tex. in l. eo tempore. §. si patronum. ff. de oper. liber. Nunc quia apud Francos sunt infinita feuda, ligia volo exponere, quare tantoperè consuetudo nostra extollat feudum ligium super feudum simplex: memini vobis aliquid dixisse suprà eo. articu. in 4. colum. versi. aliam differentiam afferunt practici. Tamen vltra & vberius declarando, dico non esse mirandum, si consuetudo nostra pluris facit, seu magis æstimat feudum ligium, quàm fecit feudũ simplex. Et hoc propter singulares feudi ligij effectus, qui quatuor sunt. Primus effectus est, quòd omnia bona etiam non feudalia hominis ligij, dummodo non habeat illa ab alio in feudum sunt subiecta, & sub iurisdictione directi do-

Imperator inter reges est tanquã stella matutina in medio nebula.

Quid sit homagium ligium.

Vnde dicatur homo ligius.

Quomodo seruiendũ sit dominis duobus.

Quatuor singulares ligij homagij effectus

cti domini : ita quòd habet iurisdictionem in omnibus bonis hominis ligij, licet ea non teneat ab ipso in feudum. Secus verò in feudo non ligio, in quo dominus habet tantum iurisdictionem limitatam in bonis feudalibus, non in aliis, vt not. in c. cæterùm. extra, de iudic. Ratio diuersitatis est, quia homo ligius principaliter obligat personam, & subiicit illam domino suo, vnde obligando personam principaliter, cõsequenter omnia bona subiecisse videtur, quasi venientia accessoriè in consequentiam personæ: arg. l. si pater. ff. de adop. facit Authent. ingressi monasteria, & quæ ibi dicuntur per Iaso. C. de sacrosanct. eccle. Homo autem non ligius non obligat personam, nisi ratione feudi : & sic ꝙ non astringat personam, nisi quo ad bona feudalia, non efficitur subiectus ratione feudi, nisi quatenus se feudum extendit. Secundus effectus est, quòd licet fœmina regulariter non succedat in feudo. c. 1. §. hoc autem notãdum, qui feu. dare possunt, cum similibus. Tamen in feudo ligio de consuetudine bene succedit. Tertius effectus, ꝙ licet in aliis feudis licita sit pœnitẽtia: & sic refutatio, vbi est incertum seruitiũ, vt suprà dixi, & ante conditionem purificatam : tamen si est feudum ligium, non habet locum, hincinde refutatio, nec pœnitentia. Quartus effectus est, quia licet in causa feudali sint diuersi iudices, secundum diuersitatem causarum occurrentium, vt no. Doct. in d. c. cæterùm. ext. de iud. Tamen in istis feudis ligiis solus princeps potest cognoscere: quia solius principis est illud destituere vel instituere. Istos singulares quatuor effectus ponit, & multum signanter do. Iason in vsibus feudorum, in 40. col. parua versicu. item attende : vt bene intelligas effectus feudi ligij: quia hæc vtilia sunt in practica, si bene ponderentur.

Gusta hoc verbum Iasonianum.

¶ Vigesimaquarta conclusio. Licet regulariter vasallus feudum, vel feudi partem, non possit alienare sine domini consensu: poterit tamen infeudare sine ipsius domini consensu, dummodo sine fraude & æquali, vel meliori vasallo infeudet. probatur hæc conclusio per tradita per Panor. in cap. ex transmissa. de fo. comp. & firmat Ias. in vsibus feudorum, titu. qui feudum dare possunt. in 11. col. versicu. nota ex tota secunda parte. Et quod possit vasallus infeudare, licet non possit alienare, facit illud tritum, quòd in habentibus symbolum facilior est transitus. l. an vti lis. §. si acceptolatam. de excep. ff. & l. si vnus. §. penul. ff. de pact.

In habentibus symbolum facilior est trãsitus.

¶ Vigesimaquinta conclusio. Constitutiones feudorum habẽt locum in ecclesiasticis feudis, & ligant ecclesias & ecclesiasticas personas: quia tales constitutiones veniunt ex natura rei pulchrè & luculenter, per Bald. in c. cæterùm, in 2. colum. & Iason in l. de quibus. ff. de legi. de quo feci mentionem in præcedentibus titulis, præsertim titu. præcedenti, in princi. & per eundem Iason. in titu. qui feudum dare pos. in penult. colum. versicu. secundo & fortius.

¶ Vigesimasexta conclusio. Feudum & emphyteosis non sunt quid hæreditarium. Hæc cõclusio est vtilis & ponderosa, & pro ea probanda faciunt notata per Bal. in Auth. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccles. & per gloss. & Doct in l. item videndum. ff. de peti. hære. in §. fin. Hinc dicit pulchrè Iaso. post Bart. per eum alleg. in vsib. feud. in 18. col. versi. an autem feudum peti possit, quòd si frater fecerit fratri quittationem, seu liberationem generalem de eo, quòd posset petere in hæreditate paterna, nõ per hoc impeditur petere feuda, sicut nec bona emphyteotica : quia non petuntur tanquam ex hæreditate paterna. & id videtur sentire Bal. in d. l. Item vidẽdum. Et per id concluditur, quòd feudum non est quid hæreditarium siue loquamur in hærede extraneo, siue in filio, quod est profectò grande, & singulare verbum.

Feudum nec emphiteosis, non sunt quid hæreditarium.

¶ Vigesimaseptima conclusio. Et si feudum non sit quid hereditarium, est tamen sub appellatione bonorum comprehẽsiuum : quia appellatione bonorum veniunt feudum & emphyteosis. Spe. tit. de loca. §. nunc aliqua. quod bene no. & per Doct. in l. rem bonis. de acq. re. do. ff. & in l. bonorum. de verbo. sign. ff. ideo retento pristino themate, si frater fecerit quittationẽ fratri, promittens nihil petere in bonis paternis: nihil poterit ipse petere in bonis feudalibus, vel feu. & sic laxior est bonorum appellatio quàm hæreditatis.

¶ Vigesimaoctaua conclusio. Castro mihi à rege nostro simpliciter in feudum concesso, mihi videntur esse concessæ non solum munitiones ipsi castro affixæ : sed aliæ munitiones etiam non affixę, mihi videntur esse concessæ, si sint ad castri defensionem perpetua destinatiõe ibi repositæ: ista est doctrina Bal. in c. 1. §. si quis. de manso. in 3. col. de contro. inuestit. Sequitur Iason in vsib. feu. in 11. col. versi. & per hoc quod feudum. Et põne exemplum de trabuchis manguennellis balistis & similibus. faciunt tradita per Bartol. in leg. si quando. C. de bo. vacant. libr. 10. Ego aliàs in casu occurrente istud tenebam contra quendam aduocatum Turonensem.

¶ Vigesimanona conclusio, cum feudum dicatur seruitus quædam. Sicq; in dubio præsumitur potius alodium quàm feudum; pro primo dicto facit gl. in l. si cuius. §. 1. ff. de vsu fruct. Et pro secundo dicto, facit l. altius. C. de seruit. & aqua. quando autem res dicatur allodiata, & sic libera, vide Iason. in vsi. feud. in 11. col. versi. Item adde ꝙ feudum, &c.

¶ Trigesima conclusio. In concessione feudi, appellatione filij veniunt omnes descendentes vsq; in infinitum. ita egregiè Bal. in c. quæ ecclesiarum. de consti. in vlt. char. ꝙ multum commendat Iaso. & sanè multùm commendandum in l. 2. C. de iur. emphyt. col. 75. vers. illud etiam perpetuò nõt. vide per eundem notata in l. de quibus. ff. de legi.

¶ Trigo-

¶ Trigesimaprima conclusio. Intantum est verum, quòd feudum naturaliter debet esse beniuole concessum, quòd quamuis concedens vtatur verbo ad feudum propriato, si tamen concedenti dentur nummi æquiualentes, non censebitur feudi datio seu infeudatio, sed vera censebitur emptio. Probatur hęc conclusio per tradi. per Bal. in l. qui se patris. C. vnde lib. 11. col. vbi pulchrè dicit, quòd si Princeps pro feudo reciperet precium, & postea diceret, indulgemus, vel quid simile, nō propterea esset feudum, sed emptio: quod tamen pulchrè limitat Bal. in l. ex conuentione. C. de pact. quando foret mentio de precio. & precium esset condignum rei. aliàs secus per gloss. quam dicit singularem in l. 1. ff. de superficiebus, quod tenebis menti, scilicet de condignitate precij. qui fecit mihi istud dictum, aliàs honorem: de quo vide Iason. in l. 1. colum. 7. versicu. dictum tamen gloss. C. de iure emphy.

¶ Trigesimasecunda conclusio. Occurrente casu à consuetudine feudorum, non deciso: tunc feuda regulantur secundum ius commune, à quo iure communi tunc non est recedendum, etiam per argumentum à contrario sensu in vsibus feudorum sumptum: pulchrè Bald. in l. 2. C. de suis & legi. & l. cum oportet. in princi. C. de bo. quæ. libe. quod nota pro consuetudinibus. persuadetur, quia argumentum à contrario sensu, dicitur subauditus intellectus, vt voluit glo. & Bald. in l. fi. C. de condi. inser. Sed per subauditos intellectus non debet fieri legum correctio: Iaso. in l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. eccles. & in Authenti. quas actiones. eodem titu. & hanc conclusionem firmat Iason in titul. de empt. & vendi. l. prima. colum. 15. versi. pro ista etiam parte.

¶ Trigesimatertia conclusio. Augmentum alluuionis non est feudatarij, vel vasalli. hæc conclusio probatur in cap. primo. §. si quis de manso. de controuer. inuestit. vt ibi Bald. & Doctor. in l. de quibus. ff. de legi. & Iaso. in d. l. prima. C. de iure emphyt. in 22. col. versi. Item adde. & sanè non est diu, quòd ego contrarium respondissem instar emphyteotę, ad quem spectat tale incrementum.

¶ Trigesimaquarta conclusio. & ista erit declaratoria nostræ consuetudinis. Tempus homagij faciendi, seu fidelitatis exhibendæ currit ipsi vasallo, non à die aditæ pristini vasalli, sed à die possessionis. Ista conclusio probatur per Scribentes in l. solennibus. C. de rei vendic. & facit ratio. nam ad hoc, vt vasallus amittat feudum requiritur dolus. cap. 1. de prohib. feu. alien. per Lothar. Sed dolus sibi imputari non potest, quandiu non possidet: quia ex quo non habet feudi commoda, non tenetur ipsius feudi subire onera. Ita firmat Card. Flo. in c. 2. de feud. & Guid. Pap. quæst. 165. incipiente, sed iuxta proximè dicta, tamen consuetudo nostra requirit quòd fiat à die mortis.

¶ Trigesimaquinta conclusio. Etsi in puncto iuris ob defectum fidelitatis intra tempus determinatum non cadat à feudo ipso iure vasallus, sed opus sit sententia declaratoria: tamen etiam post elapsum iuris tempus vasallus potest moram suam erga dominum suum purgare. Pro primo dicto conclusionis vide quæ format Bald. in c. 1. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. & Cardi. Flo. in d. cap. 2. extra, de feud. Pro secundo, scilicet de purgatione moræ, vide eundem Bald. & Iac. de Aluarot. in d. c. 1. quæ fuit prima causa benefic. amittend. & pro vtroque, vide Guid. Pap. quæst. 166. Et hoc intelligo quòd vasallus possit moram purgare, scilicet celeri cum satisfactione, id est, quòd occurrat celeriter, scilicet antè quàm per dominum vocetur in iudicium.

¶ Trigesimasexta conclusio. Apud nos Francos feuda sunt ad instar patrimoniorum redacta, siue quo ad ius succedendi, siue quo ad ius vendendi, transferendi, ac cedendi: ita in effectu Ioan. Fab. qui est Deus legum apud Francos. Instit. de empt. & vend. in princi. Et hoc ideo quòd nullum ius est merè positiuum, quod non possit consuetudine mutari. l. de quibus. ff. de leg. non est ea propter mirandum, si ius feudorum fuit taliter apud Francos immutatum: ideo fœminæ succedunt, licet non deberent de iure feudorum succedere: nisi in feudo fœminæo, vel ex pacto, vel ex gratia domini in fauorem patris. Soluunt tamen rachatum, vt Deo fauente dicemus in locis opportunis, in titu. *de rachaptz de ventes*. Nunc quodam nouo ritu adhuc dicamus de hac materia, & per quæstiones. Primò ergo quæro quis debeat præstare homagium pro feudo vxoris, an maritus, vel vxor? hoc ideo dico, cum mulier hodie succedat de consuetudine patriæ in feudo, non intelligo quòd succedat mulier in magnis feudis, sicut in regno, &c. quia exploratum est, in his non succedere. breuiter inoleuit de consuetudine, quia maritus facit homagium & fidelitatem. Secundò quæro, an marito cum vxore sit facienda fidelitas? Responde quòd sic. nam ipse habet recipere homagia, laudimia, rachatus, & accordamenta: bonum tamen esset quòd vxor adesset & consentiret. & de iure deueria ad maritum spectant. l. arborem. cum ibi notatis in §. finali. ff. de vsufruct. l. diuortio. §. item si locatio. solut. matrimo. ff. & bene facit id quod volunt Doctores in l. 3. C. de iure emphyt. Quòd si emphyteota velit alienare, sufficit quòd requirat consensum solius mariti, licet res emphyteoticaria sit de bonis vxoris. pulchrè Iaso. in l. 3. colum. 43. Quæro tertiò, an vasallus per procuratorem possit iurare, & facere domino fidelitatem? Responde succinctè, quòd sic, glo. Bald. & Alexan. Card. in c. 1. §. 1. quo tempore miles. Sed vide tex. in titu. per quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur. §. sed verum. hoc intelligo cum Docto. in procuratore

Ioan. Fab. dicitur esse Deus legum apud Francos.

Maritus præstat homagiu.

Per procuratorem fit & recipitur homagium.

tore speciali. Quæro quartò, quid econuerso, an dominus per procuratorem fidelitatem recipere possit? Responde quòd sic, vt d. §. vtrum. c. 1. per quos fiat inuestitura, & sic nuper indubiè vidi practicari in receptionibus homagiorum domini baronis mazeriarum, quæ homagia recepta fuerunt per nobilem militem de Veilhon patriæ de Puisaye gubernatorem. Quæritur & quintò de quæstione multũ singulari, quam proposuit mihi quidam abbas. Aliquis baro infeudauit cuidam militi castrum sub hoc modo quòd singulis diebus natalis Domini resurrectionis & corporis CHRISTI miles ipse & feudatarius vxorem ipsius baronis à castro suo vsque ad sacrum Dei sacellũ, seu delubrum associaret, & tres aureos pro oblatione siue offrãdo dominæ daret, euenit quod propter guerrã quę est in partibus, in quibus situm est castrũ vasalli, ipse vasallus non potest salua rerum substantia morari propter assiduas incursiones hostiles & bellicas: in locis autem vbi est magnum castrum domini, est sine guerra pax & requies. Baro vult vasallum militem feudo priuare, eo q̃ tres sunt iam anni elapsi, q̃ ipse non impenderit seruitium ducendo dominã baronissam in prædictis festis ad ecclesiam. Miles sanè idéq; feudatarius dicit se interim, id est, guerra durante, ad dictum seruitium non teneri, eo quòd non gaudet castro, vasallitico seu feudatario, quæritur quid iuris? cũ altius ipse cogitassem: dixi ipsi abbati hũc casum non esse mihi nouum. Et medullitus cuncta rimando, dixi sibi, quòd iura feudalia ponebant similem casum de milite, vel vasallo qui tenebatur dieb. festis dominam suam associare ad ecclesiam, vt in c. inuestitura. §. præterea. vbi est pulcher casus, quid sit inuestitura feudi. & pro parte domini quòd vasallus possit feudo priuari, est melior textus de iure, quicquid dictum fuerit in præcedentibus, in §. sed non est alia iustior. in ca. 1. quæ fuit prima causa beneficij amittendi, vbi est talis text. non est alia iustior causa beneficij amittendi, quàm si id propter quod beneficium datum fuerit, hoc est seruitium facere recusauerit, quia beneficium amittit. Secundò facit pro domino arguendo de feu. ad contractum emphyteoticum, & econtra, l. quicunque. C. de fundis patrimonialibus. libr. 11. vbi propter sterilitatem non remittitur pensio emphyteotæ, sed guerra dicitur quædam sterilitas, quia vis hostium & sterilitas æquiparantur. l. ex conducto. §. 2. & l. si merces. §. vis maior. ff. loc. Tertiò facit, quia vasallus est obligatus ex contractu, & consequenter obligatione personali, sed obligatio personalis non sequitur fundum. l. 1. §. si hęres. l. cogi. §. inde quæritur. ad Trebellian. ff. & l. fin. de contrahen. emptio. ff. non ergo debet attendi, vbi sit feudum, & an impediatur propter guerram, vel ne. Pro parte equidem militis vasalli facit text. in d. §. sed non est alia iustior, quę fuit prima causa benef. amitten. vbi dixit textus in fine illius §. aliud est si fortè ideò nõ seruierit: quia non potuerit, tunc enim feudum non amittit. Sed sic est, q̃ vasallus non potest commodè seruire: non quòd sit guerra in castro dominante, scilicet in castro baronico: sed guerra est in castro seruiente, scilicet in castro vasallitico, & sic impediuntur fructus, quibus mediantibus vasallus se debebat intertenere honestè in seruitio dominæ suæ, associando eam ad ecclesiam. Non esset porrò honestum quòd vasallus qui eò, quòd nullos recipit fructus à castro suo, qui est adeo calamitosus & malè vestitus, garnitus, quòd non audet comparere: certè non esset honestum, si ipse vasallus totus pannosus, & malè tunicatus vellet dominam associare. Secundò, pro parte vasalli facit illa singularis & communis Doctorum decisio Cyn. & Bartol. in l. prima. C. de iure emphyteo. dicẽtium, quòd emphyteota non tenetur soluere pensionem illius anni, quo nil percepit vel percipere potuit propter guerram: ergo idem videtur dicendum in proposito, cum secundum ipsos Doctores fundus, ad quem quis accedere non potest, sit in deperdito: sed sine ratione esset quòd vasallus feudo deperdito teneretur ad onus seruitij sine aliquo emolumento. igitur. Tertiò, ista procedunt à pari, quòd res perierit chasmate, vel quòd sit inundata aquis, vel circumdata hostibus. Sicut pulchrè refert Iason post Hieronymum Tortum, præceptorem suum, in d. l. prima. de iure emphyt. 14. colum. parua, versicul. Tertio illa res dicitur esse deperdita. Sed sic est quod pro fundo, qui perit chasmate, emphyteota à canonis præstatione, seu solutione liberatur, vt dict. l. 1. C. de iure emphyt. ergo idem dicendum in proposito arguendo ab emphyteosi ad feudum. Credo sanè vasallum non debere feudo priuari per ea quæ opportunè dixi suprà in 18. conclusio. Nec obstat, quòd vasallus tenetur dominæ suæ præstare tres aureos pro oblatione fienda per eam suo proprio sacerdoti: quia dupliciter respondeo quòd istud seruitium reale, si reale dici posset, non est tamen seruitio personali vasalli correspondens: vt patet ad sensum. Plus enim æstimandi sunt tres dies, quos expendit ipse miles pro veniendo à castro vasallitico vsque ad castrum baronis, quàm sint æstimãdi tres aurei. Et plus dico, quòd si esset in seruitio reali & personali paritas, adhuc considerarem feruentius debitum personale, quàm reale duplici fundamento. Primò, propter feudi & contractus feudalis naturam, quæ seruitium personale respicit. Secundò, propter personæ seruitium, cùm homo sit dignior quacunque re corporali. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. cum similibus. & l. iustissimè. de ædili. edict. ff. Insuper dico, & in hoc est tota vis nostræ quæstionis, quòd si debitum esset reale excedens seruitium personale, si tamen propter guerram, feudi prouentus

Guerra dicitur quædam sterilitas.

Emphiteota nihil propter guerram percipiens non tenetur ad canonem.

uentus non reciperentur, q; tunc vasallus nō priuaretur instar emphyteotæ, cùm res quæ ab hostibus occupatur, dicatur esse in deperdito. Hoc verum, nisi vasallus in se suscepisset periculum casus fortuiti & guerræ. Secundò, nisi consuetudo in patria esset, quòd seruitium, guerra non obstante præstaretur. vel tertiò, nisi illa guerra esset mota culpa ipsius militis vasalli, per ea quę traduntur per Barto. in d. l. si merces. §. vis maior. ff. locati. vide Bald. quasi in his terminis, vbi loquitur de vasallo debente vnum equum, aut certas vini merretas, in consilio 190. 1. lib. vbi tenet pro vasallo.

II. ARTICLE.

Et si ledit vassal ne treuue le seigneur au lieu, a cause duquel lhommaige est deu, pour luy faire ledit hommaige, il doibt faire loffre a ses officiers saucuns en a en celluy lieu, ou en la presence de ses mestayers, ou gens demourans audit lieu, & dung notaire auec deux tesmoings. Et en telle diligence suffisante pour empescher que le seigneur ne face les fruictz siens, & si ledit seigneur venoit au lieu auquel lhommaige est deu, & quil y seiourne & reside par huyt iours, ou aultre tel temps que ledit vassal ne puisse ignorer, ou apres le ban faict par ledit seigneur en sa parroisse, le seigneur se peult ensaysiner & prendre son fief cōme descouuert. Mais an faisant de rechief par ledit vassal les diligences dessusdictes, ledit seigneur ne peult faire les fruictz siens: car le vassal en est saysi. Et si ledit seigneur lempesche, ledit vassal se peult cōplaindre, ou appeller contre ledit seigneur.

¶ Sequitur in textu.

Ne treuue ledit seigneur au lieu.

¶ Ergo vasallus non tenetur egredi locum, à quo homagium dependet, not. in cap. si soluturus. de solu. ff. Idem tenet Cardin. Alexan. in cap. primo. col. 7. quo tempore miles inuestituram petere debeat. Sed aduerte: quia si vasallus vellet dominum alibi adire, etiam in alieno feudo: tunc dominus posset eundem vasallum ad fidelitatem alieno etiam in feudo recipere secundū eundem Cardi. quia non attenditur locus. ista enim est receptio fidelitatis: sapit naturam iurisdictionis voluntariæ. & sic non obstat, quòd notatur in l. illa vulgari extra territorium. de iurisd. om. iudic. ff. cum similibus. & de istis diligentiis scripsi satis abunde suprà, titu. *De basse iustice.*

Receptio fidelitatis sapit materiam iurisdictionis voluntaria.

artic. 26. & credo ibidem dixisse aliquod bonum verbum: igitur ibi videas.

¶ Sequitur in textu.

Le seigneur se peult ensaisiner, &c.

¶ Et est ratio: quia isto casu iterū vasallus deprehenditur in mora, & vltima mora nocet.

Ne peult faire les fruictz siens.

¶ Ecce quomodo vasallus admittitur ad purgationem moræ.

Ledit vassal en est saysi.

¶ Scilicet diligentia tali facta, est iterum vasallus saysitus de feudo adeò, vt non sit opus sententia declaratoria, vel aliquo iudicis ministerio, quod est profectò vnum magnum verbum.

Se peult complaindre.

¶ Ecce ergo quòd vasallus diligentia facta est saisitus & possessor: & sic patet, quòd potest mouere querimoniam in casu nouitatis, quę præsertim apud nos de consuetudine non datur, nisi possidenti.

III. ARTICLE.

Sil aduient que aulcun acquiere aulcune terre, qui soyt tenue a foy & hommaige daulcun seigneur, il doit aller au dedans de huyt iours apres son acquest deuers ledit seigneur luy mōstrer les cōtraictz de son acquest: & luy offrir ladicte foy & hommaige, & aussi luy doit offrir ses ventes & debuoirs a ce appartenans.

Sil aduient, &c.

¶ De hac materia scripsi vobis in c. 2. suprà ti. *de basse iustice.* Et nota quòd vasallus debet infra octo dies domino pręsentare homagium, & illud offerre, & hoc in casu acquisitionis. Sed infra 40. dies in casu successionis, vt suprà, eo. tit. §. 1. vbi abundè dixi.

IIII. ARTICLE.

Et si ledit acquereur ne le fait, ledit seigneur pourra prendre & leuer par default de foy & hommaige non faictz comme dessus. Et si ledit seigneur veuz les contractz veult prendre la chose par puissance de fief, faire le pourra: si lacquereur nest parent du vendeur, & en la ligne dont meut ladicte chose vēdue. Et sera au choix dudict seigneur de prendre les ventes & gans, ou de prendre le rachat dicelle annee: ou de prendre la chose par puissance de fief.

En la ligne dont meut, &c.

¶ Hoc ideo dixit, quia hoc casu non videtur esse alienatum, ita firmat gl. celebris in c. inuestitura. §. sed etiam res, super verbo proximiori,

miori, per quos fiat inuestit. & hoc per iura per eandem gl. allegata, facit l. voluntas. C. de fideicōmissis. & l. 1. C. de impo. lucra. descriptione. nimirū ergo si casu isto dominus iure prælationis non possit retinere: quia, vt est vulgare prouerbium, *Premier est lignage que parage*. Traditur in §. si verò. ca. si clientulus. de alienatione feudi. Et de accordamentis ac laudemiis dicetur CHRISTO permittente infrà titul. *de rachaptz & ventes*. & exhibitione titu. scripsi. tit. 1. art. 15. & quòd parens præferatur domino. facit dictum Ioan. Fab. Instit. de empt. & vendi. Instit. & Bal. in c. 1. §. porrò. qualiter olim feu. alie. pote. quod tenementi. vbi est bonus textus.

V. ARTICLE.

En heritaiges, hōmaiges, eschanges, estans en diuers fiefs a ventes ou rachaptz ou choix dudict seigneur. Mais il nya aucune prise par puissance de fief. & est tenu ledit subiect faire diligences que dessus enuers son seigneur de fief, pour faire la foy & hommaige.

Par puissance de fief.

¶ Dixi suprà titul. *de basse iustice*. articul. 29. quòd materia prælationis seu retentionis feudi bene quadrabat in hoc articulo. Et pro consuetudine nostra sustinenda, quę dat domino ius prælationis & retentionis rerum feudalium, est text. in l. 3. versic. si quidam dominus maluerit. & ibi pulchrè Salic. & Ias. C. de iure emphyt. & est doctrina Bart. optimè quadrans in l. 1. C. de metatis & metallariis. lib. 11. vbi volunt quòd colonus tenetur potius domino vendere quàm alij, & quamuis dominus de iure videatur habere duos menses ad vtendum iure retentionis, vt in d. l. 3. de iure emphyt. vbi Docto. ponunt. Tamen de consuetudine nostra habet solum octo dies, vt vidisti suprà, titul. *de basse iustice*. articu. 30. vbi aliquid dixi. Attamen pro se domino, non pro amico suo debet retinere. vt d. 3. C. de iure emphyt. & per Scribentes. & vide Guid. Pap. quæst. 411. & tenementi, quia circumscripta consuetudine non potest pręscribi contra dominum in facultate retinendi iure prælationis, etiam quadraginta annis, vel maiori spacio, cum sit istud ius facultatis cui non præscribitur ante oblationem & præsentationem iurium: vt per Barto. Bald. & Ioan. Fab. in l. cum notissimi. §. de præscrip. 30. vel 40. annorum. sed contrarium obseruatur de consuetudine: quia post tenementum decem annorum excluditur dominus, vt suprà, titulo *de basse iustice*. §. penulti. Et aduerte ad id quod pulchrè vult Salicetus in dict. l. 3. C. de iure emphyt. quòd si emphyteota mentiatur domino in precio per ipsum soluto, quòd potest re emphyteotica priuari. Idem credendum est potius in vasallo, in quo debet esse maior fides propter particulare & expressum fidelitatis iusiurandum. Sed quid si duo emphyteotæ litigant super re emphyteotica, & tandem trāsigunt, vt res apud possessorem remaneat acceptis aliquib. nummis, dominus hoc sciens vult vti iure prælationis, vel petit laudimia dicendo esse alienationem figmento transactionis. an bene dicat? Respondeo breuiter & singulariter quòd non. quia theorica Doctorum talis est, quòd dimissio rei existentis penes aduersarium, ex causa transactionis aliquo dato vel recepto nullam inducit translationem dominij, vel alienationem: vt est textus vnicus & singularis in l. si profundo. & ibi Doctores, maximè Barto. C. de transact. iuncta glos. not. in l. penult. C. de vsucap. pro empt. Et sic dominus non poterit vti iure prælationis, nec etiam in puncto iuris expellere emphyteotam recipientem, tanquam res fuerit vendita sine suo consensu. Et vide pulchrè per Iaso. in d. l. 3. C. de iure emphyt. 40. colum. versic. Breuiter secundum quod colligitur ex mente. Et aduerte ad me, quia Guid. Pap. qui fuit vir magnus practicus, tenet singulariter, quòd si aliquis emit vnum tenementum plurium rerum in quo sint quamplures & diuersę possessiones, de directo dominio & emphiteosi diuersorū dominorum mouentes, q tenementum emerit vnico precio, alter dominorum directorum non poterit rem quę de sua emphyteosi est, retinere iure prælationis: ar. l. scire debemus, & quæ ibi not. Bart. de verb. oblig. ff. ita firmat in q. 408. incipien. pone aliquis emit, &c. Sed contrarium est de consuetudine. vt infrà, titul. *de retraictz*. artic. 22. Insuper considera ad hoc. text. noster intendit q in rebus permutatis, existentib. tamen in diuersis feu. in rebus permutatis non debētur laudimia, vt tenet Pet. Iacob. in titu. de acti. in rem, quæ competit pro emphyt. in fin. & idem Gui. Pa. q. 92. incipiente, de consuetudine. &c. Bene verum est, quòd si in tali permutatione interueniret pecunia, & ipsa pecunia esset maior pars rei permutatæ, tunc iudicaretur esse venditio, sicq deberentur laudimia. Et idem si pecunia esset æqualis valoris rei, quia etiam iudicaretur emptio secundum Bald. in prælud. feud. 4. colum. versicu. pro intellectu, &c. allegat l. fundi partem. ff. de contrah. emp. & vend. & l. si sterilis. §. si tibi fundum. de actio. empt. ff. Et ad corroborationem nostræ consuetudinis (quia est meæ intentionis quantum potero, probare consuetudines nostras esse iuri consonas) in eo q vult nostra consuetudo, quòd in rebus permutatis non sit locus iuri pręlationis. Idem firmat de iure Pet. Iacob. titu. præalleg. & Guid. Pap. q. 92. suprà relata. Quæreres fortè quid in donatione vel rebus donatis, an dominus possit vti iure prælationis? paucis conclude, quòd non, vt per eundem. q. 47. & per eundem Pe. Iac. tit. pręal. Sed an ex donatione debeantur laudi-

Pulchra resolutio de emente tenementum plurium rerum.

An laudimia ex permutatione debeātur.

In rebus permutatis non est prælationi locus.

laudimia? Grandis est hæc quæstio, in qua Doctores discordant. nam Pet. Iacob. in tract. suo de iure emphyt. tenuit quòd sic. Sed Speculator, qui est practicæ pater, tenuit quòd non. in titu. de loca. §. 1. nec etiam in permutatione. & sequitur Pet. Iacob. in tit. de act. in rem quæ pro re emphy. quæ cecidit in commissum, competit. Quod etiam vide per eundem Guid. Pap. q. 68. incipien. est etiam aduertendum quòd omnes. Succedit adhuc in retentionis materia alia pulchra quęstio. pone id quòd cauetur de consuetudine nostra, infrà in titu. retractuum, quia est consuetudo, quòd quando quis vendit rem immobilem, quòd alij de genere vel cognatione possint illam infra annum reuocare, iuxta c. constitutus. cum eius materia. extra, de in integ. restit. Pone modo quòd emphyteota velit alienare ius suum emphyteoticum vel melioramenta sua. ad istam emptionẽ concurrunt dominus rei emphyteoticæ, & consanguineus vel coniunctus. Quæritur quis eorum de iure præferatur? Certè diceres, quod consanguineus, per ea quæ scripsi in articul. præcedenti, vbi ad hoc allegaui Ioan. Fab. idem tenen. Instit. de emp. & vendi. in prin. & Bal. in c. 1. §. porrò. qualiter olim feu. alic. po. iuncta consuetudine nostra, quę illud expressè format in d. art. pręcedenti. Sed contrarium determinatur per Doct. in d. l. 3. de iure emphy. vbi dicunt, quod dominus præfertur, non obstante statuto vel consuetudine. & pondera hæc verba. & est ratio secundum Doctor. quia statutam recipit interpretationem à iure communi. l. 2. cum glos. C. de noxali. acti. c. cum dilectus. cum ibi tradi. de consue. extra. & per Bart. in repet. l. omnes populi. in 3. q. principali. ff. de iust. & iur. Sed sic est, quod communiter dominus præfertur quibuscunque aliis, vt d. l. 3. C. de iure emphy. ergo, &c. Et hanc sententiam tenent Guliel. de Cu. Alber. de Rosa. Ray. de Fori. Bald. & Angel. in l. Imperator. la 2. ff. de pac. per tex. in l. si cum dotem. §. fin. ff. solut. matrimonio. & l. ex facto. ff. de pecu. Mouentur & alio fundamento, quia illud statutum, vel illa consuetudo, de qua habetur in casu nostro, loquitur in specie, quare succedit regula, quod generi per speciem derogatur, iuxta l. sanctio legum. ff. de pœ. & ca. 1. extra, de rescript. Et hanc opinionem apertè fouet Bald. in l. dudum. C. de contrahen. empt. & refert, & sequitur dominus Iaso. in d. l. 3. C. de iure emphyt. in 4. col. versi. iuxta prædictum notabile. Et sic vides, quod si dominus vellet esse rixosus, & tenere pedem ipsis proximioribus, quod tunc faceret eis vexationes. Tamen teneas de consuetudine quæ scripsi in articu. vbi tenui pro sanguineo, & hoc propter expressam nostræ consuetudinis exceptionem quæ specialiter excipit consanguineum, & eum anteponit domino volenti vti iure pręlationis. Insuper quod quamuis dominus non habeat, nisi octo dies ad vtendum iure suo prælationis, vt dixi suprà, titu. *De basse iustice*. articu. 30. Si tamen dominus post illos octo dies elapsos vellet moram suam purgare, & vti iure suo prælationis: crederem hoc casu eum audiendum, si tamen parumper post dictos octo dies vellet moram purgare, puta per tres vel quatuor dies. artic. not. per Angel. & Paul. de Cast. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbo. obliga. vbi egregiè & pulchrè scribunt. quod not. in practica. & tene menti. vt ergo materia pateat, tollite has conclusiones in materia retentionis feud.

De iure dominus præfertur consanguineo.

Generi per speciem derogatur.

Admittitur ad purgandam moram.

¶ Prima conclusio. Dominus directus rei emphyteoticæ est aliis præferendus in eius rei emptione. hæc cõclusio probatur per tex. & ea quæ ibidẽ traduntur per Bart. Bal. & Sali. Alexan. Paul. de Castro. & Iason. in l. 3. C. de iure emphyteo.

¶ Secunda conclusio. Et si dictus dominus in dictæ rei emphyteoticæ emptione præferatur, tamen refragante cõsuetudine super hoc casu specialiter disponente, ante venditoris consanguineos non priuilegiatur. ista conclusio probatur per Ioan. Fabr. Instit. de emptio. & vendi. in princip. & ex consuetudine nostra. & vide per Docto. in §. porrò. in ca. 1. qualiter olim feudum alic. pote.

¶ Tertia conclusio. In rebus permutatis non est locus prælationi, hæc etiam vltra contenta in consuetudine nostra probatur, per Docto. suprà per me relatos, & cum modificatione, de qua per Baldum ibidem.

¶ Quarta conclusio. Quamuis infra octo dies dominus debeat vti iure prelationis. Tamen illis elapsis & paulò pòst videtur admittendus ex quodam vigore mansuetudinis. probatur & hæc conclusio, per not. Ang. & Paul. de Cast. in dict. l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbor. obligat. ff. & vt suprà notaui. Insuper nota, quòd si emphyteota plurium rerum ex vno contractu habeat plures dominos, & vnus vult laudare, alter autem vti iuri prælationis, quòd dicti domini non possunt illud facere in pręiudicium acquirentis, quia emptor non tenetur diuidere rem vno precio emptam, nec contractum: & quamuis Guid. Papa q. 411. teneat vnumquenque dominorum posse iure suo vti, verum est, si vnus dominorum vellet retinere totam rem, & soluere accordamẽta vel laudimia: secus si non totam. Sed contrarium dico de consuetudine, vt infrà, titu. *de retraictz*. arti. 21. & sic consului pro Carturiensibus, qui sunt iuxta Lochas. Et postremò tene menti, quod consuetudo nostra hic in tex. loquitur de hæreditagiis homagiatis permutatis in diuersis feudis existentibus. Ergo exprimendo de homagiatis negare videtur, quòd laudimia debeantur ex non homagiatis. noli obliuisci, quia pauci aduertunt. Sed tamen de non homagiatis etiam debentur laudimia, vt patet in plusculis nostræ consuetudinis locis, pręsertim infra titulum. *de rachaptz & ventes*. arti. 15. qui loquitur generaliter.

Verbum singulare.

TITV-

TITVLVS XIII.

Feudum dispertitum & paragium.

Chapitre XIII. de pied de fief, & de paraiges.

PREMIER ARTICLE.

LES seigneurs doibuent demãder par action pour la premiere foys hommaige de chose venue a aucun par paraige failly, & par de pied de fief. Et quant la foy est interrompue par vng moyen.

Les seigneurs.

¶ Iste titulus plus est consuetudinis quàm iuris, id est plus innititur consuetudini meræ, quàm fundetur in iure.

Par paraige failly.

¶ Quod defecit in tribus casibus, vt infrà articulo primo.

Et par de pied de fief.

¶ Quod fit ac euenit, vt habetis infrà articulo proximo. Sed de iure feud. dominus non tenetur hommagium, vel fidelitatem petere. Sed vasallus infra annum & diem tenetur illam domino offerre. no. in cap. 1. quo tempore miles inuestitur. petere debeat. suprà titu. præceden. abundè dictum est.

II. ARTICLE.

Hommaige est deu par de pied de fief, quant on transporte partie de la chose hommaigee sans retention de debuoir. Et aussi quant on transporte plus du tiers, ou debuoir ou sans debuoir, pourueu que ledit debuoir precompte y ayt, neantmoins plus du tiers aliene.

¶ Quid hoc est, cum feudum de iure & vsu feudorum sit inalienabile sine domini consensu. c. 1. de prohi. feud. alien. per Fred. quasi per tot. Respon. breuiter, quòd moribus patriæ potest introduci, quòd res aliqua preter solennitatem, imò sine solennitate vendatur. Sicut econtra moribus induci potest, quòd res aliqua nõ vendatur. de quo vltimo per Barto. & Alexand. in l. si in emptione. §. omnium rerum. ff. de contrahend. empt. Et pro hac consuetudine facit quod pulchrè vult Ioan. Fab. in Authen. ingressi. in fin. C. de sacrosanct. eccle. Et quanuis videatur durus & mirabilis textus in d. c. 1. de prohib. feu. alie. per Frederi. præsertim in §. callidis. vbi feudum prohibetur alienare: attamen, quia id quod est consuetum, est velut innatum, ideo in alienatione feudalium, siue cum retentione deuerij: siue non, inhærendum est consuetudini. Iuncto quòd hodie in regno feuda sunt redacta ad instar patrimoniorum, quo ad ius succedendi, vendendi, transferendi, ac cedendi, vt memini me in præcedentibus dixisse. Et, vt firmat Ioan. Fab. Institu. de emp. & vendi. in prin. facit glo. in l. idem videndum. §. fi. ff. de peti. hæredi. & Iason in l. de quibus. col. 17. ff. de legi. Et vide adhuc Ioan. Fab. §. adeò. Instit. de loca. & puchrè Pe. Iacob. titul. de causis. ex quibus feud. amitta. quia nullum est etiam ius merè positiuũ, quod consuetudine mutari non possit. d. l. de quibus. in fin. ff. de legi. Præsertim cum omne feudum sit diuisibile, exceptis feudis dignitatum: vt ducatus, marchionatus: regnum, comitatus, & similia. Iason in præludiis feudorum. colum. 37. Et sic non est mirandum, si vasallus feudũ annuente hac consuetudine alienet, siue cum deuerio, seu retentione deuerij, siue non. Sed insurgit nunc pulchra quæstio, quid esset econuerso, videlicet, an dominus sine vasallorum consensu possit feudum alienare. Et in primis videtur quòd dominus non possit vasallis inuitis alienare. per gloss. in l. inuitus. ff. de fideicom. liber. & per tex. in cap. 1. §. præterea ducatus. cum ibi not. de prohib. feud. alie. per Frede. per Baldum in ca. 1. §. si quis miles. quo tempore mil. &c. in vsi. feu. & in l. in testa. C. ad l. Falci. & Spec. in tit. de feud. §. quoniam. versicu. 29. Hinc in specie refert Bald. in cap. 1. si de feud. fuerit controuer. inter dom. & agn. vas. quòd rex Franciæ non potest alienare vnam de ciuitatibus regni sui, inuitis ciuibus. & allegat Hostien. in cap. dilecti filij. de maio. & obedien. Vnde secundum ipsum, quando Imperator Constantinus donauit vrbem Romanam papæ Syluestro, fecit populum Romanum cõsentire. Imò plus, si dominus vendat rem feudalem, vasalli inuiti non coguntur emptori promittere vel iurare fidelitatem, secundum Cynum in l. 1. C. de noua. & Bald. & Docto. in l. 2. §. fin. solu. matri. ff. faciunt scripta per me in titu. præcedenti, conclu. 22. & Ias. in l. pacto successorum. quam legi cum l. debitorum pactionibus. C. de pactis. Sed quia, vt dicit etiam Io. Fab. in §. item Seruiana. Institut. de actio. quamuis feudum non possit de iure pignori obligari. quod tamen secus est de consuetudine in regno Franciæ, vbi secundum eum feuda venduntur, & pignorantur inuito domino, ideò hæc quæstio est aliquantulum lento passu pertractanda. Sed quid de iure patronatus, an possit alienari vel obligari? Respon. quòd non, cum ex eo commodum pecuniarium percipiatur. cap. cum Bartoldus. & ibi tradi. extra, de re iudi. Ioan. Fab. & Iason in §. item Seruiana. 23. colum. versicu. quidam & secundo. Quid in decima, an possit pignorari seu obligari? Respon. q non. cum sit ius spirituale, quod in laicum cadere non potest, sed fructus & commoditates ipsius decimæ bene obligari possunt:

An dominus sine vasallorũ consensũ possit feudum alienare.

An rex possit alienare vnã de ciuitatibus suis ciuib. inuitis.

De consuetudine regni Franciæ feuda pignorantur & alienantur.

An ius decimale, & quid de fructibus eius.

An iurisdictio possit obligari.

sunt: vt per Ioan. Fab. in d. §. item Seruiana. & Iasonem ibi post Speculatorem per eos relatũ. Consequenter, quia dicimus, quod de iure feudum non potest alienari, intelligo de iure siue vsu feudorum. Quæro, quid in iurisdictionibus. Bal. in c. 1. in fi. quæ sint regalia, tenet quòd non. idem videtur tenere in c. 1. §. ad hæc. de pace iuramento firmata. & in ca. 1. de feu. Marchię. vbi pulchrè dicit, quòd sicut radij solis non possunt separari à sole, ita iurisdictio non potest separari à principe, vel republica, vnde orta est, & cuius causa vigorem suum obtinet. Sed hodie castra transferuntur, tanquam pecus & ouile: imò dicit signanter Io. Fab. in d. §. item Seruiana, quòd ipse non videt: quare de iure iurisdictiones non possint obligari, sicut & alia iura, iuxta not. in l. nomen. C. quæ res pig. ob. poss.

Hommaige est deu.

¶ Supple tu priori, vel antiquo domino directo.

Partie de la chose hommaige.

¶ Intellige de dimidia. vt not. Docto. in l. nomen filiorum. §. portionis. de verbo. signi. ff.

Retention de debuoir.

¶ Nihil referre videtur, an deuerium retentum sit grande vel paruum, aut reale, vel personale, cum tex. non distinguatur. Sed videtur finalis pars articuli superflua. quia si pro alienatione tertiæ partis facta cum retentione deuerij, vel nõ, homagium acquiratur, vt dicitur in arti. si. ar. bene sequitur multò magis, quòd pro alienatione medię partis acquisitum homagium censeatur: nisi situes text. in illis verbis, *Pourueu que ledit debuoir precompte y ayt. &c.*

III. ARTICLE.

De pied de fief n'a point de lieu en partaige faict de droit successif.

De pied de fief, &c.

¶ Non est porrò mirandum, si in casu diuisionis in materia successionis feudum non dicatur depeciatum, vt ita loquar, quia in puncto iuris illud non censetur alienatum depeciatum, siue per pecias & partes diuisum: quod semper remanet in corpore agnatorũ. l. voluntas. C. de fideicommissis. l. 1. cum ibi traditis. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. Bal. in consi. 171. volum. 10. hinc est quod de iure feudorum permittitur feudi alienatio inter agnatos, etiam sine domini consensu. Lepidè & egregiè per Paulum de Castro, consilio 424. incipien. cum principa. & Bald. in consilio 38. lib. 3. & hæc prima ratio consuetudinis condendæ. Alia est & secunda, quia ista diuisio dicitur necessaria alienatio, ex qua non debentur accordamenta, aut rachaptus. Guid. Pap. q. 48. Paul. de Cast. consil. 144. incipien. dubium, &c. Bar. in l. & ideo. de condi. fur. ff. Salic. in l. 2. C. de iure emphy. & Iason colum. 33. versi. 6. quæro. & iterum Gui. Pap. q. 411. Et idem secundum ipsum Paul. de Castro, in prædicto consilio, in adiudicatione alicuius rei, factã à iudice occasionem diuisionis coram eo petit.

En partaige.

¶ Intelligo cum diuisio fit inter agnatos vel cognatos, secus si inter cohæredes extraneos. not. in c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alie. & in §. omnes filij. in c. 1. Si de feu. conten. sit inter dom. & agna. vasal. Et aduerte quòd etiam vasallus in pręiudicium agnatorum non potest conditionem feudi facere deteriorem. Bald. in titu. de inuestit. de re alie. fact. in §. ex contrario.

IIII. ARTICLE.

Quant aucun fief est despeche, & de reachief les parties sont reuniees & consolidees, ilz demourent en & soubz la premiere foy.

Quant aucun fief, &c.

¶ Contrarium responderet fortè merus legista per doctrinam Ioan. Fab. & Ange. Areti. in §. is cui. Instit. de lega. vbi tenet, quod illa, quæ consolidantur, non videntur acquisita illo iure, seu titulo, quo res cui consolidantur tenetur: imò censentur aliena à rei proprietate, & ideo tanquam alia sunt iudicanda, & per se secundum ipsos Doctores. Quod faceret contra dominum de Paludeo, qui acquisiuit feudum Bordebure nuncupatum. nam & si illud feudum à sua castellania dependeat, id tamen non est impedimento, & non impedit quin dict. dominus de Paludeo teneatur ad vẽdas domino nostro regio. qua occasione sui castri Castillon iensis dependet dicta castellania. tene menti, quia pauci aduertunt. Et pro isto dicto Ioan. Fab. & Ange. allegant l. Mæuius. § fundo. de leg. 2. ff. & l. non quocunque. §. fundus. de leg. 1. ff. *Casus notabilis.*

V. ARTICLE.

On ne peut abonner ses rentes, & deuoirs hommaigez, ou charger son heritaige hommaige de rente, ou autre deuoir, que iusques a la tierce partie de la valleur decelluy, que foy & hõmaige ne soyt acquise par de pied de fief, de part chascũ des acquereurs ou abonneurs au seigneur suzerain: mais pour abonner l'hommaige a deuoir, n'est point le fief despesche.

On ne peut abonner, &c.

¶ Hic habes, quòd quis feudũ suum onerare non potest, nisi vsque ad tertiam feudi partem, aut eius redditus & deueria. Ideo quia text. noster bene ponderatus sonare videtur, quod ex tertia parte rendarum homagiatarum acquiratur domino homagium. Quæro, quomodo istud fieri possit, cùm, vt crebro dicimus, homa- *Redditus perpetui computantur inter immobilia.*

homagium seu fidelitas fiat pro re, quę habeat directum dominium, & vtile, quod patet, quia directum remanet in domino cõcedente. Sed in istis redditibus non potest describi dominium directum aut vtile. igitur Bald. sanè huic obiectioni respondet in præludiis feud. col. 6. & dicit notabiliter, quòd in istis actio directa erit loco dominij directi, & actio vtilis loco ipsius vtilis. DD. & sic possunt etiam infeudari annonæ ciuiles, quia redditus isti computantur inter immobilia. l. iubemus, C. de sacrosan. eccle. pulchrè in Clemen. exiui de paradiso. §. cumq; anni. de verbor. signific. in Clem. Et id intellige de annonis, aut redditibus perpetuis, quia in certis sub gratia redemptiua, vel pacto recobrij secus est, quia ista talia inter immobilia non computantur. facit quod pulchrè vult Luc. de Penna in l. 3. de ven. rei ciuita. libr. 11. Nam & etiam hoc casu, si venditio redditũum annonarum, vel alterius rei fieret sub pacto recobrij, vel gratiæ redemptiuæ non deberentur laudimia vel accordamenta, cum ista inter immobilia non dicantur, ita Ioan. Fabr. in l. fin. C. communia de lega. Bene verum est tamen, quòd de consuetudine nostra, vbi gratia redemptiua est temporalis, scilicet, non vltra nouem annos, tunc nullæ debẽtur vendæ. Sed si gratia est generalis, tunc debentur accordamenta. vt infrà, titu. *de rachaptz & ventes*. articul. 16. quod not. Item diligenter aduerte & considera, quòd si emphiteota vel vasallus faciat alium emphyteotam, vel vasallum, quòd ex quo naturalis possessio, quę erat apud emphyteotam vel vasallum, qui facit nouiter istos emphyteotas, vel vasallos, transfertur in ipsos, quòd nulla possessio naturalis remanet penes eundem facientem ipsos nouos emphyteotas vel vasallos. facit gloss. in l. vnica. & ibi Barto. C. vti possidetis. glos. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. commod. ff. Simile in habente vtilem actionem, vt in cessionario, fideicommissario, & similibus, quia si in alium illas actiones trãsferunt, nullæ reliquiæ actionis remanent apud cedentem. gloss. notabilis in l. emptor. C. de hær. vel acti. vend. & in l. ex asse. ad Trebellia. ff. imò plus non solum secundum emphyteotam vel vasallum transfertur ipsa naturalis possessio cedentis, sed etiam transfertur vtile dominium, quod habebatur secundum Barto. in l. si quis vi. §. differentia. & ibi Angel. de acquirend. vel amitten. possess. ff. gloss. in §. adeò. Institut. loca. & ibi Angel. de Aretio, videtur esse alia glo. in l. 1. C. de fund. patrimo. lib. 11. facit quod pulchrè vult Bald. in cap. sanè. extra, de renunciatio. in vlti. col. in princ. vbi dicit, quòd cùm feudatarius habeat vtile dominium tantum. ergo si alteri infeudat, transfert omne ius quod habet, & omne dominium in secundũ, quia sicut non inuenitur seruitus seruitutis, ita non inuenitur vtile dominium vtilis dominij. vt not. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. cõmod. ff. & d. l. ex asse. Et sic in nouam emphyteotã vel vasallum transit, nõ solum naturalis possessio, sed etiam vtile dominium, alioquin reperirentur duo domini insolidum eodẽ iure. Item insolidum possiderent eadem specie possidendi, quod esset absurdum. l. possideri. §. ex contrario. ff. de acquir. vel amit. poss. Sed oritur pulchrum dubium, quid si fieret nouus vasallus, & cõmitteret feloniã vel culpam, propter quam priuãdus esset feudo, ad quem tunc feudum reuerteretur. an ad dominum directum, an ad dominum intermedium qui fecit hunc nouum vasallum? dico quòd ad dominum, à quo causam habuit, reuertitur feudum, & non ad directum dominum. per ca. imperialẽ. §. illud. de prohi. feu. alie. per Frede. Et hoc non quod aliquæ reliquiæ dominij remãserint apud ipsum. sed id euenit propter iuramentum fidelitatis quod præstat secũdus vasallus nouiter creatus ipsi domino intermedio, à quo habuit causam. Aliud autẽ esset quando feudum deberet reuerti ad dominum: ex eo, quia alienauit irrequisito domino, seu sine consensu domini, qa tunc feudum reuerteretur, nõ ad vasallum, qui infeudauit nouiter, sed ad directum dominum, & sic ad dominum infeudantis. Ita Bartol. in l. si finita. §. si de vectigalibus. in 3. q. ff. de damno infec. dicens de hoc hodie esse casum in d. c. imperialem. §. illud. & ibi Bal. in penult. colum. ratio est, quia si secundus vasallus vult alienare feudum, debet requirere cõsensum domini maioris, & sic directi. & non sufficit consensum immediati infeudatoris: eò, quia ius principale & potestatiuũ residet penes dominum directum & superiorem ita tenent Bal. Sal. post Guliel. de Cu. in l. si permittente. C. ad Macedo. latius Bald. in d. c. imperialem §. illud. de prohib. feu. alie. per Freder. Ioan. de Imol. in c. potuit. 16. colum. extra, de loc. Ludo. Roma. in l. filius. de acquir. hære. ff. domi. Alexan. de Imol. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. de dam. infect. ff. in 27. col. facit pulchrum simile de emphyteota, qui cũ vult alienare, tenetur requirere consensum directi dominij, & nõ immediati emphyteotæ. gl. ord. in l. fi. C de iur. emphyt. Hinc est quòd quinquagesima seu laudimiũ debet solui directo domino, & non emphytheotæ immediato. ita tenent Specu. & Ioan. And. in tit. de loca. §. nunc aliqua. Accedat illud quod vulgo dicitur, quòd cum appellatur, non ad immediatum subdelegantẽ, sed ad primum, tanquam habentem primũ ius, & directum appellatur. Ang. in l. more maiorum. de iuris. om. iu. ff. & pulchrè Ias. in l. possideri. §. ex contrario. in 9. & 10. col. de acqui. vel amitten. poss. ff. & pro probando textu nostro dicto de iure feudorum, ipsum feudum pignorari non posse. pulchrè Sali. in l. 3. C. de iu. emphy. c. 1. in prin. de prohi. feud alie. per Frede. & Bald. in l. 3. C. vt in poss. lega. eat. & c. 1. §. aut si libellario. quib. mod. feud. amit. Et quanuis non possit pignorari, tamen fru-

Vẽdita sub pacto recobrij, vel sub gratia redemptiua, non cõputãtur inter immobilia.

Pulchra quæstio ad quem feu. nouum reuertere debeat.

Ius principale et potestatiuum residet penes dominum directum superiorẽ. Verba sunt pulchra. Bal. & Ias.

ctus & commoditas poſſunt pignorari ſecundum Ioan.Fab.in §.item Seruiana.in 13.col. de act. Inſtit.ſicut dicimus de fructu & commoditate decimarum. & pulchrè Iaſon in l. 3.27.colum. de iure emphyteo. verſi.ſubdit tamen Salic.Et aduerte etiam vltra tex.quòd vaſallus nõ poteſt imponere ſeruitutem feudo in preiudicium domini.ſicut nec vſufructuarius.l.ſed ſi quid. §.fina. de vſufruct.ff. Bal.in tit.de inueſtit. de re alie.§.quid ergo. vbi eſt tex. pro conſue.noſtra.

VI. ARTICLE.

Quant les acquereurs font hommaige au ſeigneur ſuzerain par de pied de fief, ſans ſommer le ſeigneur vendeur de leur porter garentaige.ce ne peut eſtre au preiudice dudit ſeigneur vendeur, quil nent ayt de rechief lobeiſſance, ſommation faicte a ſon ſeigneur de la luy rendre. En linformant quil tient aduenãt pour le garantir, ſi le ſeigneur veult mettre en faict le deſauenant.

Quant les acquereurs,&c.

¶In hoc dominus venditor deciperetur, niſi conſuetudine iuuaretur. nam ſi noui vaſalli &emptores committerent feloniam:tunc,vt in præcedẽti articulo eleganter ſcriptum eſt, iſta pars feud.ad dominum venditorẽ reuerteretur. nimirum ergo, ſi conſuetudo illi in hoc fauet, vt petat,& petere poſsit,& valeat à domino directo ſuos nouos vaſallos,vbi ipſe dominus idemq; venditor habet aduenementum (vt ita loquar)ſi dominus directus & ſuperior vellet in medium ponere contrarium. Eſt autem de mente conſuetudinis ipſum aduenementum, quando dominus venditor non vendidit, vel alienauit plus quàm tertiam feudi partem ſine retentione deuerij, vel cum retentione illius: Prouiſo tamẽ, quòd ipſo deuerio computato ſit plus quàm tertia feudi pars alienata,vt ſuprà eod. tit.argum.2. & etiam,vt notatur in ar.proximo præcedente, quod tene menti pro intellectu conſuetudinis. quæro quid eſt iſtud dicere,

En linformant quil tient aduenant.

¶Dic, ſi doceat ſe adhuc habere partem feudi ſibi dati,& vltra,vt in arti. 2. ſuprà eo. tit.vel quòd non alieuauerit ſeu onerauerit deueria feudalia vltra tertiam partem redditus feudi: vt ſuprà eo. art.5.

VII. ARTICLE.

Le parageau a autelle iuſtice,& tiẽt auſſi noblement cõme ſon parageur. Sil neſt party de baronnie,ou au deſſus, ou quel cas il ne peult auoir ne demander les droictz,& preeminences, ſans leſquelz baronnie ne peult eſtre dicte comme le chaſtel. Et autres droictz declarez, ou chappitre des droictz de baronnie.

Le parageau,&c.

¶Hic tractatur de ſecunda parte rubricellæ noſtræ, quia rubricella noſtra habet duo capita. & de hoc articulo, vide quæ ſcripſi in artic.fin.ſuprà in titu.*de baronnie.*

VIII. ARTICLE.

Le parageau ne ſes ſubiectz hors baronnie, ne reſpond point durant le paraige en la court du parageur, que en cas de meſures pour les venir querir & adiouſter an ſep,& eſtallon dudict parageur, & auſſi pour racompter le paraige.

Pour racompter le parage.

¶In hoc ſi bene ponderetur, eſt retenta ipſis dominis principalibus ſingularis prerogatiua: quam tamen non memini vidiſſe practicari,ſed eſſet pulcher paſſus in practica.Et nota quòd aliquæ reliquiæ,ſi bene ponderes articulum ipſius iuris poteſtatiui, remãſerunt apud directum dominũ, de quo puncto dixi in articulo quinto,ſuprà eodem titulo.

IX. ARTICLE.

Si le parageur tranſporte ſes choſes,ſoyt a perſonne eſtrange ou aultre,neantmoins icelluy ſucceſſeur ſera tenu garantir tant que le paraige ſe pourra precompter & nõbrer entre le parageau & le premier parageur.

Si le parageur,&c.

¶Suppletu, quod loquatur tex.de rebus immobilibus,ſcilicet de feudalibus.

Succeſſeur.

¶Scilicet emptor, vel dicas idem in ſucceſſore vniuerſali, & particulari, ſeu ſingulari.

X. ARTICLE.

Le paraige fault en troys manieres. Primo,quant le fief eſt tellement eſlongue, que on ſe peut prendre par mariage,cõme dit eſt. Secundo,quãt la choſe garantie eſt trãſportee a perſonnes eſtranges. Tertio,quant le parageau ſans ſommer ſon parageur,a faict hõmaige au ſeigneur ſuzerain. Car en icelluy cas lobeiſſãce en doibt eſtre rendue audit parageur, ſil la requiert, lequel parageau fera a modo ladicte foy audit parageur.

¶ Sequitur in textu.

Peut prendre par mariage.

¶Hic

¶ Hic esset peculiare videre vsque ad quẽ gradum consanguinitatis matrimonium impediatur propter declarationem nostræ consuetudinis, quæ hic illud non aperit, licet alibi aperiat. Et dicatis quòd est de quarto gradu ad quintum. vt no. in titu. de succe. *De nobles.* arti. 8. Sed breuiter hunc passum discutiendo dicite quòd quantum ad dictamenta legis naturę, impeditur matrimonium filij cum matre, & filiæ cum patre. Genes. 2. Relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ. & esset contra naturã quòd filius haberet matrem in tali turpitudine subiectam. Propterea Philosophus narrat de camelo, qui cum cooperuisset matrem, postea cognoscens interfecit genitorem. Similiter de equo, qui cum cõcubuisset cum matre cooperta, & discoopertam cognouisset, proiecit se de alto, & interfecit se. Et ex statuto legis Ecclesiasticæ prohibetur matrimonium vsque ad quartũ gradum inclusiuè. cap. non debet. & ibi per Doctor. de consangui. & affinitate. extra. Et idem in casu affinitatis. hinc est quòd vna persona matrimonialiter cognita ab aliquo consanguineo non poterit contrahere cum aliquo de illa consanguinitate, qui non distat vltra quartum gradum ab eo consanguineo, qui eam cognouit. Et econtrario est dicendum idem in viro, vnde si matrimonium contraheret, non teneret matrimonium. vt ibi pulchrè late per Doctor. iur. canonici. Affinitas est vinculum perpetuum, scilicet, quia durat post mortem personæ cognitæ, vt suprà dictum est, & cum modificatione, de qua suprà scriptum est, scilicet, quãtum ad quatuor gradus. Pulchrum est dubium, an affinitas quæ, vt vides, est matrimonialiter impeditiua, causetur ex fornicario coitu? Sanè fatui amatores dicunt quòd non, & se fundant super dictum Gofre. de Trana. qui istud verè tenuit, per l. non facile. §. sciendum. ff. de gradi. Sed tamen communis doctrina scribentium Doctorum est in contrarium, in d. cap. nõ debet. quia ipsi dicunt per omnem coitum ordinatum ad carnis propagationem, per quam consanguinitas contrahitur, causatur & affinitas. Notanter dico, per coitũ ad carnis propagationem ordinatum: & sic excludo Sodomiticum coitum: quia ille non est aptus ad carnis propagationem, de quo per Doct. scribentes in l. cum vir nubit in fœminam vires porrecturam. C. ad l. Iuli. de adul. & stupro. Et ille §. sciendum, in quo se fundat gloss. loquitur propriè de affinitate, per quam defertur hæreditas: & sic non quadrat ad propositum. Et intantum verum est, quod etiã si solus vir claustra pudoris intraret, dum tamen semen emitteret, licet mulier non emitteret semen, tamen adhuc isto casu esset contracta affinitas: ita Panor. in cap. fraternitas, extra, de eo, qui cogno. consanguineam vxoris suæ, licet Innoc. ibidem videatur sentire oppositũ. Sed tamen secundum aliquos medicos potest fieri generatio, licet mulier semen non emittat, quod est notandum ex eo, quòd in multis locis iura nostra dicunt, quòd vterq; coeuntium naturæ officio fungatur, sed credo talẽ medicorum sententiam, non esse veram, cum ex patris semine, & matris menstruo generetur fœtus. Sed si vir claustrum pudoris intrauerit, si tamen semen non emiserit, non contraheretur affinitas, etiam si mulier sola emisisset. nam vir dicitur sicut agens, mulier autẽ patiens. Sed econtrario, si claustrum non intrauit pudoris, si tamen vir semen emiserit, cõtrahitur affinitas secundum ipsos scribentes, quod nota: quia hæc cõferunt necessariò ad intellectum & declarationem nostræ consuetudinis, quæ loquitur de gradu in quo vasalli se possunt medio matrimonio copulare. & sunt metra aliqua quibus planè cognosces, quæ impediant sponsalia de præsenti. & sunt hęc,

Error, conditio, votum, cognatio, crimẽ,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamẽ, honestas,
Si sis affinis, si fortè coire nequibis.

Hæc faciẽda vetant connubia, facta retractant. Insuper cape alios pulchros versus, in quibus habes impedimenta contrahendorũ matrimoniorum de futuro,

Lepra, superueniẽs furor, ordo, sanguis, & absens,
Læsaq; virginitas membri, damnũ & minor ætas,
Ac hæresis lapsus, fideíque remissio prorsus
sponsos dissociant, & vota futura retractant.

glossa singularis in cap. si quippe. 27. quæst. 2.

De camelo. *De equo.* *Vsque ad quartum gradum inclusiue prohibetur matrimoniũ.* *…test fie- genera- licet mulier se- non emittat.*

XI. ARTICLE.

Hommaige deu par paraige failly se doibt faire au parageur tel que icelluy parageur fait a son suzerain. Et en oultre celluy nouueau vassal sil tient le tiers de la terre, payera audict parageur le tiers du debuoir deu pour raison dudit fief. Et sinon pour telle portion quil en tiendra. Mais il ne payera riens pour la premiere foy & hommaige.

Se doibt faire tel.

¶ Id est eodem modo, & in eadem qualitate, videlicet, & si domino superiori debeatur homagium ligium: tũc ei fiet ligium, sin autem simplex, simplex.

Le tiers du debuoir.

¶ Sed istud feudum in quo, vel pro quo vltra fidelitatem, vel debitum personale debetur aliquod deuerium, dicitur impropriè feudũ, vt suprà dixi in materia feudorum.

XII. ARTICLE.

Nulz parageaulx, iacoit ce quilz soiẽt seigneurs proprietaires, ne sont tenuz faire hommaige durant leur paraige.

Soient seigneurs proprietaires.

¶ Hoc ideo dicuntur proprietarij, quia hodie

in regno Franciæ ipsa feuda sunt ad instar patrimonij redacta, vt supra satis dictum est tit. *Comment hommaige se doibt offrir a son seigneur.* Sed de iure feud. vasalli tantum in rebus feudalibus dominia vtilia habent, vt dixi suprà eod. tit. artic. 5.

XIII. ARTICLE.

Le seigneur qui lieue par default de lhomme, doibt laisser la portion du laboureur, ou mestayer: au regard des fruictz artificielz, & non des naturelz, si bon ne luy semble.

Au regard des fruictz artificielz.

¶ Hoc est æquitabile, vt dominus ius & partem laboratoris non accipiat. nec laborator dicat multis cum Virgilio in Bulicis suis in personam Melibæi deplorantis & dicentis, *En quid conseuimus agros?* Et quòd iste expensæ laboratoris & iura eius debeant, deduci dixi in præcedentibus, scilicet in tit. *Comment hommaige se doibt offrir a son seigneur*, arti. 1. columna tertia versicu. Et cum consuetudo nostra excipiat iura laboratoris. Et pro consuetudine nostra bene facit l. si à patre. §. fructus. ff. de peti. hær. & l. si quis legauerit, de lega. 2. ff.

Et non des naturelz.

¶ Hoc ideo est, quia laborator non potest conqueri de his fructibus naturalibus, qui sine opera & industria eius orti sunt. Secus autem in artificialibus, qui industria & labore eius venerunt. Et de istis fructibus industrialibus & naturalibus, vide per Doct. in l. ex diuerso, de rei vend. ff. quia longa est materia. Sufficit autem mihi necessaria explicare ad declarationem nostri arti. qui sint fructus artificiales, vt sciamus, qui sint conseruandi ipsi pauperi laboratori. Pro quo perfectè scire vos velim, tres esse fructuum species. quidam enim industriales sunt, quidam naturales, quidam partim naturales, & partim industriales fructus. merè industriales sunt qui acquiruntur ex artificio, vel negociatione, & huiusmodi, qui & alio modo dicuntur ciuiles, eo quòd non præueniant non immediate ex re: sed percipiuntur ex prouisione hominis propter rem, vt pensio domus, & similia, vt not. in l. domum. C. de rei vẽdi. Quidam fructus sunt merè naturales, & isti sunt quos natura producit: & sicut ipsa natura producit, sic vtimur illis, vt poma, & similia. Alij sunt partim naturales, & partim industriales, seu vt verbis textus inhærere videamur, sunt ipsi fructus partim naturales, ac partim artificiales: & isti sunt qui etiam proueniũt à natura. Sed illis non sic vtimur, sicut hos natura nobis ꝓducit: sed opus est hominis industria vel artificio: & tũc, an isti debeant iudicari vel censeri naturales vel artificiales, relinquitur arbitrio boni viri, scilicet iudicis. sed probabilius dicendum esset, quòd si plus versaretur industria hominis, iudicari debeãt industriales, seu artificiales velut in vino, frumẽto, lana, caseo, & sic de similibus. Certum est equidem, quòd ad transferẽdum vuas in speciem vini, opus est industria & artificio hominis: & sic nos non vtimur vuis ad bibendum & potandum, sed opus est vuas constringere, & botro presso vinum in vasis reponere, quia vuæ nõ possent asseruari in propria specie ad subleuandam & mitigandam sitim per totum annum, & multo minus per plures annos. Ideo in his opus est magna hominis industria, & sic vinum est fructus industrialis. Idem in lana, quia in ea non vtimur, sicut à natura nobis producitur: sed opus est eam (vt ita loquar) in mille figuras ponere, milleq́ʒ exercitia facere, & varios colores intingere. Idem de frumento quod oportet triturare, & deinceps panem facere: & sic illo nõ vtimur, vt illud nobis natura producit, sed mediante hominis industria. Sicq́ʒ debet iudicari fructus artificialis. idẽ de caseo. nam considerata casei specie, sic non producitur à natura, sed opus est muliebri ministerio. igitur & ista debent censeri esse in numero fructuum industrialium, quia in his multum & plurimum operatur hominis industria, tam in seminando, quàm recolligendo, ac appropriando: ar. l. quæritur, de sta. homi. ff. Et de istis per Bart. in d. l. ex diuerso, de re. vend. ff. Et no. vnum, quia illud etiam valet ad declarationẽ nostri text. quia si dominus isto casu vellet leuare partẽ fructuum industrialium cum colono partiario sui vasalli ad causam homagij nõ facti, seu fidelitatis non exhibitæ: tunc ipse dominus tenetur ad sumptus operariorum, nec potest dominus hos sumptus ad onus ipsius laboratoris pro totali relinquere. Cum fructus dicantur qui supersunt deductis expensis quæ fiunt gratia quærendorum fructuum cõgregandorum & conseruandorum. l. si à domino. §. fructus, de pet. hære. ff. l. plane. Cod. de fruc. & li. expens. Nam nullus casus interuenire potest, qui hoc genus expensarum impediat. l. fundus, famil. hæred. ff. l. fructus, solu. matri. ff. vnde fructus dicuntur deductis necessariis expensis. l. fructus, de ope. ser. ff. l. qui mutuam, in fi. ff. mand. & per glo. in c. grauis, ad nos querela, extra. de resti. spoliatorum. quod tene menti, quia hæc quotidiana & ad intellectum nostræ consuetudinis, & illius declarationem perquam necessaria.

Pulchra materia fructuum.

Fructus dicuntur qui super sunt deductis expensis.

XIIII. ARTICLE.

Le seigneur nouuellement venu a sa terre, auant que leuer sur ses vassaulx par default de homme s'il est seigneur chastellain, doibt faire cryer ses hommaiges au lieu accoustumé de faire cryes a iour de foyres, ou de marche. Et par cedulle attachee au pouteau de la halle, ou aultre lieu publicque.

que. Et vauldra pour tous ceulx qui ont fiefs en la chastellenie. Et sil ya aulcuns ayans fiefz hors ladicte chastellenie, ledit seigneur leur fera signifier sesditz hommaiges a la personne du vassal, ou par cedulle attachee a la porte du lieu hommagie. Et si ledit seigneur na droict de chastellenie, il fera scauoir ses hômaiges a ses vassaulx, ou par cedulle attachee a la porte desdictes choses tenues par lesditz vassaulx dudit seigneur. Et contiendra lassignation quarante iours pour le moins.

Le seigneur,&c.

¶ Nouum videtur, quòd citatio per edictum proponatur, cum personaliter fieri debeat. cle.pri.de iud.nō.in c.causam, de dol. & contu. & l. 4. § ait prætor. de damno infec. ff. Bene verum est tamen, quod Innocen. in c. fin. qui matri. accusa. pos. dicit quòd admittitur citatio per edictum, quando nescitur, quis personaliter sit citandus, & per Panor. in c. I. de postula. prælatorum. Sed dicendum est, vt dicunt canonistæ, quòd sicut in his quæ concernunt ciuitatem, existens extra ciuitatem præsumitur ignorare ea quæ fiunt in ciuitate. quia ex quo factum concernit certum locum duntaxat, non præsumitur notitia, nisi quo ad existentes in illo loco, secūdum quod not. Innocen. in Rubric. de consuetu. Bartol. & Cyn. in l. cunctos populos. Cod. de sum. tri. Sic est dicendum quòd existens in castellania præsumitur scire quæ fiunt in ea. Ideo non est opus quòd pro vasallis in ea commorantibus auribus singulorum talis citatio inculcetur. Pulchrum est dubium: An præsumptio scientiæ quæ oritur ex tali promulgatione, sit iuris, & de iure contra vasallum, vt ipse non admittatur volens probare ignorantiam? Respon. quòd ista præsumptio scientiæ non est iuris & de iure: ideo per vasallum potest in contrarium probari: vt not. in capit. 2. ex. de constitutionibus, & capit. I. de post. præla. & capit. fina. qui matri. accu. pos. & l. fin. de decre. ab ord. faci. ff. Sed pulchrius dubiū est, qualiter tunc probabitur? Respon. quòd etiam poterit probari per iuramētum, concurrente tamen aliqua probabili causa ignorantiæ. ita vult dominus Antho. de Butr. in dict. cap. 2. ex. de constitutionibus, vt dicit Panormi. in dict. cap. 2. istud videri rationabile, licet dicat hoc posse esse arbitrarium secundum quantitatem præiudicij, & qualitatem personæ allegantis ignorantiam, & qualitatem facti in quo ignorantia prætenditur, per cap. innotuit, de elect. ex. Ista tene menti. Et quia textus noster mentionem facit de assignationibus, quæ fiunt ad fores & portas feudorum: ego plene de his scripsi, & dixi in notulis, quas edidi & cōposui super filio nostro in tit. *De adiournemens & relations diceulx.* Ibidem, si placet, videas.

XV. ARTICLE.

Le vassal doibt faire hommaige simple a son seigneur nue teste les mains ioinctes, & la baiser. Et celluy qui doibt hommaige lige le doibt faire mains ioinctes sur les Euangilles, nue teste, desceinct, & le baiser en faisant les sermens requis.

Le vassal,&c.

¶ De his plene scripsi suprà. *Comment hommaige se doibt offrir a son seigneur.* art. I. vbi materia melius quadrabat ratione tituli, quàm hic: quia nuper in hoc titulo agitur. *De pied de fief & de paraiges.*

XVI. ARTICLE.

Si bail rend la terre a son mineur auant son aage, ses hommes ne luy feront pas hommaige silz ne veullent. Et aussi les seigneurs du mineur ne les recepuront pas a hommaige se il ne leur plaist.

Si bail,&c.

¶ *Auant son aage.* Id est, ante decimū octauum annum in mascu. & ante quartumdecimum annum in puella: quia vsque ad hæc tempora sunt sub baillia, vt ita loquar, patris vel matris, vt infra tit. *De bailz.* artic. primo. de materia istius articuli, licet, si tibi placeat, videre in vsibus feudorū. vide pulchrè per scribentes. in cap. I. in princi. per quos fiat inuesti. & per quos recipiatur, vbi videre poteris ad saturitatem, in §. si minor. Et dixi. infrà titul. *De bailz.* arti. quarto, vbi plene dico.

XVII. ARTICLE.

Si aucun est adiourne en la court daulcun seigneur: & par icelle court luy est demande quil baille, ou monstre par declaration ce quil tient du seigneur censiuement, ou par hômaige. Et il desauoue tenir aulcune chose de luy, il pert a perpetuite ce quil tient dudict seigneur. Et sen peult le dict seigneur ensaysiner, declaration premierement faicte par le iure suzerain, pource quil cest desaduoue tenir aucune chose dudict seigneur. Mais si ledict homme auoit este condemne a bailler par declaration ce quil tient de luy. Et en la fin dicelle il escript, quil proteste que si aucune chose a obliee a mettre en ladicte decla-

declaration qui soyt tenue dudict seigneur, il la baillera par declaration & ladiuoura a tenir de luy, si tost quil en aura congnoissance en ce cas saulcune chose auoit obmise, & viensist dedans lan apres ladicte declaration receue, il seroit creu par son serment de iurer qui ne lauoit pas faict en malengin: mais quil nen auoit point eu de congnoissance.

Si aucun, &c.

¶ Hic patet quòd censuarius, vel feudatarius negans dominum, priuatur re censuali, vel feudo, de quo pulchrè per Doct. in cap. 1. §. vasallus, si de feu. conten. sit inter domi. & agna. vasal. vbi est pulcher textus. & hoc intelligo, cum dominum negat ex certa scientia. idem si negaret feudi conditionem, quod tene menti de negante ipsius feudi conditionem: quia est vnum perquã singulare: & dixi suprà, tit. *Comment hommaige se doibt offrir a son seigneur.* arti. 1. column. 3. versic. octauo. si scienter feudum negauerit.

Declaration premierement faicte.

De protestatione et quid operetur.

¶ Consuetudo nostra, & etiam in hoc iure feudali consona, pro qua est doctrina Bal. in cap. quæ fuit prima causa benefi. amit. & Cardi. Flor. in c. 2. ex. de feud. & firmaui suprà dicto tit. *Comment hõmaige se doibt offrir a son seigneur.* Conclusio 35.

Par le iuge suzerain, &c.

¶ Et meritò ne dominus videatur esse iudex in sua causa: & sic patet, quòd cõsuetudo nostra habuit bonum rationis motiuum, & bene pondera.

Et a la fin dicelle, &c.

¶ Ecce quomodo protestatio istum vasallum optimè defendit. Sed diceres fortè quid releuat hæc protestatio? dico, quòd per eam vasallus, vt hic vides, adiuuatur eo quòd ipsa ꝓtestatio dependet à mera potestate protestantis: ideo illa est efficax, licet factum subsequens esset etiam illi contrarium. Bartol. in l. non solum. §. morte. de nou. ope. nunci. ff. dominus Anto. de Butr. & Panormit. late in capitu. cum Martinus Ferrariensis, ex. de constitutio. Vbi autem non dependeret à mera potestate protestantis, tunc protestatio non releuaret, nisi de consensu alterius quem tangeret protestatio, not. in capitu. fin. de conditio. appos. Nisi protestatio fieret ex causa probabili, exemplum ponit ibidem Panormita. Infertur mihi metus, vt contraham matrimonium cum Berta, si protestor, quòd non intendo contrahere, licet per metum exprimã verba ad matrimonium apta, nihilominus valet protestatio. cap. Lotharius 31 quæstio. secunda, cap. 1. & quod ibi not. de his quæ vi met. ve causa fiunt, in antiquis. Et nota quòd in prædictis casibus, in quibus dixi protestationem valere & iuuare, id verum est, quando protestatio concurrit cum quocunque facto: vnde nisi repetatur in quolibet facto, tollitur protestatio per factum pure gestum. Pone exemplum. Compareo coram iudice, & recepto libello respondeo cũ protestatione quòd non intendo consentire in eum, tanquam in iudicem competentem. Si postea faciam aliquos actus coram eo, & non repeto protestationem: tunc tollitur prima protestatio facta coram eo. de hoc est textus notabilis in l. cum in plures. §. locator locati. ff. Bart. in d. §. morte, & Ioan. And. & Panormita. in d. cap. cum Martinus Ferrariensis, & hoc cum pars quæ fuit protestata, habuit in quolibet actu facultatem protestandi. Aliàs si propter iudicis metum hanc facultatem nõ habuerit, sufficeret prima protestatio pro tota causa secundum Panormita. ibidem, quod est profectò vnum singulare. An autem iurare possit, & an releuare protestatio, quę fit cõtra substantiam negocij, vide per eundem Barto. in d. §. morte, & ibidem egregie per Iaso. & per scribentes in d. capi. cum Martinus Ferrariensis, post glo. ordinariam ibidem positam. Et hæc sufficiant de isto puncto. Sed ad id quod dixi, quòd qui feudum negat, debet feudo priuari vide Innocen. id firmantem in cap. cæterum. extra. de iudi. & ibidem Panormi. & per Feli. ibidem, in col. 5. & Ias. in præludiis feudorũ, col 18. Et est optimus color: quia occultator veritatis furi æquiparatur. l. hæreditatum. ad l. Falci. ff. quod tene menti.

Protestatio debet concurrere cũ quocunque facto.

Feudũ negans priuatur feudo.

Occultator veritatis et laudis alone furi æquiparatur.

Et il viensist au dedans, lan, &c.

¶ Sed quid si veniat post annum. Credo talẽ serotinam emendationem non admittẽdam, licet fuisset protestatus. facit vltra iura quæ alleg. per Doct. l. rura. & possessiones, cum ibi traditis. C. de omni agro. deser. lib. 11.

TITVLVS XIIII.

Redemptiones & venditiones.

Chapitre XIIII. de rachaptz & ventes.

PREMIER ARTICLE.

Homme noble ou roturier, faict rachapt de la chose hommaigee a luy appartenant, a cause de sa femme.

A cause de sa femme.

¶ Ergo filia regulariter nõ succedit in feudo, nec maritus ratione vxoris, nisi feudum redimat à domino, id est, nisi rachaptum soluat. Firmant pulchrè omnes feudistæ Doctores scribentes in cap. 1. Cum autem Coradus Romã proficisceretur, in glo. super verbo frater, ver-

verſic. Quod verò dixi fœminam non poſſe ſuccedere: ſic verum eſt, niſi feudum à domino redemerit, &c. qui feud. da. poſſ. vel non, & qualiter acquiratur & in cap. primo. §. filia verò non ſuccedit. de ſucceſsione feudi. & c.1. de feudo fœminæ, & dixi ſuprà vbi materiam feudalẽ ſatis abũdè pertractaui in tit. *Comment hommaige ſe doibt offrir a ſon ſeigneur.* Et reſolutoriè maritus tenetur ad fidelitatẽ, & etiam ad rachaptũ feudi fœminæ ſuæ, cum ſit rei dotalis dominus. l. doce ancillam. cum ſimilibus. C. de rei vendica. vbi autem maritus eſſet abſens adeò, quòd ei fidelitatem, vel rachaptum domino præſtare non poſſet, vel etiam ſi maritus id facere & ſoluere recuſaret, tunc mulier illud adimplere poſſet. not. in l. ſi vnius. §. filio. ff. de iniuriis. & dixit pulchrè Ioan. Fab. in §. fuerat, column. 2. Inſtit. de acti. quòd de conſuetudine regni Franciæ maritus tenetur ad fidelitatem, ac alia iura domino debita perſoluenda, facit quod tenet Felin. in cap. Quæ in eccleſiarum, colum. 29. extra, de conſtit.

Maritus eſt dominus rei dotalis.

II. ARTICLE.

En ſucceſſion directe ne chet aucun rachapt, ne auſſi de freres & de ſeurs.

En ſucceſſion directe, &c.

¶ Aduerte: quia articulus noſter duo capita habet. de primo non eſt dubium? quia & alia de iure in renouatione facta filio, vel in perſona filiorum non debet ſolui laudimiũ: quia non eſt noua acquiſitio, ſed dominij commutatio. l. prima. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 11. Iaſ. in l. ſecunda, col. 10. C. de iur. emphit. ſic, nec rachaptus tenet. Gui. Pa. quæſt. 40. 8. in fi. Salic. & Iaſon in d. l. 3. C. de iur. emphit. Hoc ideo etiam eſt: quia iſta diuiſio dicitur neceſſaria quædam alienatio, ex qua non debentur accordamenta, vel rachaptus. Paul. de Caſtro in conſil. 144. incipient. dubium, &c. ſecundum caput articuli eſt, quod in ſucceſsione fratrum & ſororum, vide quæ not. Barto. in l. etiam. ff. de condi. furt.

III. ARTICLE.

Si aucun faict foy & hommaige a ſon ſeigneur de la choſe dont rachapt eſt deu, & il ayt gaige le rachapt de la choſe hommaigee, le ſeigneur doit prendre & leuer pour ſon rachapt les fruictz & reuenuz de la choſe hommaigee pour lanee, quil eſt gaige.

¶ Vide quæ ſcribuntur in articulo ſequente. Sed quid in caſtro hõmagiato, cuius fructus & emolumenta leuat dominus pro rachaptu, ſit ius patronatus, & vna prębenda vacet tempore, quo dominus leuat pro rachaptu, an dominus poterit præſentare? Videtur quòd ſic, quia præſentatio & collatio eſt in fructu, & dominus leuat fructus. Sed contrarium credo, per ea quæ notaui infrà, c. in titu. *De douaire de femme noble.* art. 2.

IIII. ARTICLE.

Quant aucun lieue par rachapt ladicte choſe hommaigee, il ne peult faire coupper les boys de fuſtaige, ne les laye, ne autre que celluy qui eſt en couppe, ne peſcher les eſtans, ſi non quilz ayent eſte par deux ans entiers en eaue & peuplez, ne faire choſe que bon pere de famille ne doyue faire, ſans vſer de rauaige.

Quant aucun, &c.

¶ Eſt ſingularis articu. qui multum confert ad deciſionem illius quæſtionis, quæ quotidie fit de ſtagno, & eius piſcatura communiter fit de triennio in triennium, quem reuenutum tunc dominus habere debeat. Nam ſi dominus haberet totam piſcaturam, videretur & ipſe habere trium annorum reuenutum, & tamen conſuetudo noſtra dat ei duntaxat reuenutum anni vnius pro rachaptu ſuo. Credo equidem circumſcripta conſuetudine piſcaturam ipſam debere æſtimari, vt pro rata æſtimationis ſoluatur rachaptus. not. Doct. in l. diuortio. & ibi per Scriben. ſolu. matri. ff. idemq; credo, ſcilicet, vt æſtimatio fiat. Si etiam anno rachaptus piſcatura fieri deberet. alioquin, ſi integrã ſtagni piſcaturã dominus ipſe leuaret, iam nõ vnius ſolius anni, ſed trium annorum fructus perciperet: quod profectò multum eſſet abſonum. Sed quid ſit hodie de conſuetudine, hic in textu vides. Et idem dicerẽ circumſcripta conſuetudine de cędua ſylua quod dictum extitit de ſtagno, & id pulchrè firmat dominus Nicol. Boë. art. quinto de conſuetud. feud. & profectò ipſe optimè loquitur.

V. ARTICLE.

Pour premiere foy & hommaige faict par de pied de fief, ou par paraige failly, neſt deu aucun rachapt, ſi les choſes de ladicte foy & hommaige ne ſe ſeparent du fief parfaict eſtrange, ou quel cas rachapt, ou ventes ſont deues au ſeigneur, au choix & election dudit ſeigneur.

Parfaict eſtrange.

¶ Puta per venditionem, vel quid ſimile.

VI. ARTICLE.

Si pluſieurs rachaptz eſcheent en vne annee, ilz auront lieu, & par la gageure du ſecond finiſt le premier.

Si pluſieurs, &c.

¶ Iſte

¶ Iste articulus est rigorosior, quàm arti. qui sit in toto titu. & est similis articulus rigorosus in §. 6. suprà titu. *De loyaulx aydes & roucins de seruice.* Sed iste adhuc videtur benignior in eo quòd dicit. *Et par la gageurre du second finist le premier.*

VII. ARTICLE.

Le seigneur ne peult leuer les heritaiges hommaiges de la femme nouuellemẽt espousee par default de foy & hommaige, iusques a quinze iours apres les espousailles.

Le seigneur,&c.

¶ Hic est gratiosus articulus, & sanè est commendandus. si enim consuetudo nostra domino ob defectum homagij perceptionem rerum feudalium permisisset incontinenti, nuptiis contractis, materiam turbandi nuptias, & nuptialia gaudia tribuisset. nam fortè contractis nuptiis sponsalibus non multo post dominus directus, qui fortè est senex, inuidiosus, rapax, ac male gratiosus feudũ ad manum posuisset, sicq; & nuptias & festiuos ac celebres nuptiarum cantus in lamentabiles, ac graues luctus conuertisset, fuissetq; verum id quod pulchrè dicit glos. in conti. ru. de religio. & sumpt fun. C. vbi dicit, extrema gaudij luctus occupat, & contra fieret, quòd tristitia ingens sicut in nuptiis Pirithoi & Hippodamiæ, in quibus fuit cruentum Lapitharum prælium, vt narrat Ouid. in 12. lib. Metamorphoseos.

VIII. ARTICLE.

Le seigneur qui lieue par rachapt, ne acquierra aucunes charges obligatiõs, ne hypothecques d'heritaige, sinon quil, ou ses predecesseurs les ayent consenties, ou quelles soyent anciennes de quarante ans. & le seigneur qui lieue ledict rachapt, fera dechausser, tailler, & biner les vignes du lieu, si l'annee precedente ilz ont este en icelluy estat. Et icelles ficher de paisseau qui y estoit, & en vsera cõme bon pere de famille.

Le seigneur,&c,

¶ Hic est profectò articulus rigorosus, vt dominus fructus feudi leuet, & ipsis gaudeat, & quòd hypothecas non soluat, cum & aliàs possessor rerum hypothecatarũ ad ipsas persoluendas, etiam pro retroactis temporibus teneatur. l. imperatores. ff. de publica. l. prima. Cod. de damno & tributis. libr. 10. Sed certe non est mirandum, si dominus hæc noua onera super feudo absque illius consensu per vasallum posita & vendita, non teneatur soluere, cum, vt suprà diximus in materia feudorum vasallus ipse non potuerit in domini directi præiudicium, hæc onera feudo imponere.

IX. ARTICLE.

Et si le rachapt & les loyaulx aydes aduiennent en vne mesme annee: le rachapt se lieuera par le seigneur, & en ce faisant seront confuz en luy les loyaulx aydes qui escherront pendãt le rachapt.

Seront confuz.

¶ Hoc ideo est: quia actio & passio non possunt simul stare sub eodem subiecto. l. debitori. C. de pact. l. prima, & l. adulta. vbi est pulcher casus. C. de hære. acti. & l. si ab eo. C. de nego. gestis. l. si frater à fratre. de condi. indeb. ff. cum similib. Hinc est quòd dicimus, quòd pro ea parte, qua quis succedit debitori, confunditur obligatio. Sed aduerte: quia dicam tibi vnum verbum notandum, ex quo poteris consulere amicò tuo succedenti debitori suo: vt actionem suam non cõfundat. nam consilium est tale, quòd creditor adeat hæreditatem debitoris sub beneficio Inuentarij, tunc poterit citatis citandis implorare officium iudicis, vt sibi assignet rem aliquam hęreditariam pro suo credito, de qua possit liberè disponere. Et id operatur ipsa Inuentarij confectio. Ita tenet Bald. in dict. l. debitori tuo. C. de pac. & summè extollit Pau. de Cast. ibidem do. Alexand. quod ipse de facto fecit aliàs practicare. Et de altis & singularibus priuilegiis confectionis Inuentarij scripsi compendiosè in artic. 6. suprà tit. *De droictz de moyenne iustice.* Et istud dictum Baldi suprà nuper per me relatum cõfirmo pulchro medio: & dico non esse mirandum, si propter consilium Baldi creditor non potiatur suæ actionis confusionem: quando adiuit debitoris hæreditatem sub beneficio Inuentarij. quia & aliàs ipsa Inuentarij confectio facit fideiussorem teneri in eodem gradu, in quo erat antequam hæreditatem illius, pro quo fideiussit, adiret secundum Bartol. in l. generaliter. ff. de fideiusso. & pulchrè per Cyn. Salic. & Alex. in d. l. debitori tuo. C. de pactis: sic in proposito ipsa equidem confectio Inuentarij facit creditorem teneri in statu, in quo erat ante aditionem hæreditatis sui debitoris, id est, facit eum considerari sub modo creditoris: & non sub modo, vel imagine hæredis. An autem per aditionem hæreditatis factam à fideiussore post mortem illius pro quo fideiussit, cõfundatur ipsa accessoria fideiussoria actio? Licet hæc materia non sit omnino præsentis speculationis: tamen eo quòd locuti simus de confusione, dic quòd principali obligatione fideiussoria tollatur, Doct. in d. l. generaliter, de fideiusso. ff. & ratio est secundum Paul. de Castro in prædic. l. debitori tuo: quia superfluum esset dare accessoriam actionem, cum vigeat principalis, per quam solam tantũ creditor

Pro ea parte qua quis succedit debitori confunditur obligatio.

An per mortẽ obligationis fideiussoria, cum principali extinguatur ipsa principalis.

ditor potest consequi, quantum per ambas. Quod autem dixi per principalem extingui accessoriam, limita, nisi fideiussor, qui nunc est hæres debitoris, dedisset hypothecam, vel pignus, tex. singularis in l. cum quis. §. fi. cum gl. ff. de solu. & ibi Bart. Est ergo consiliũ bonum, si velles impedire, ne extinguatur obligatio fideiussoria per vnionem cum principali, vt facias quòd fideiussor det pro securitate debiti hypothecã, vel pignus, quod tene menti. Secundò limita, nisi lis esset iam cum fideiussore contestata. l. seruus. & ibi Cy. & Bald. ex quib. cau. irrog. in fa. Tertiò limita, vt suprà dixi, nisi fideiussor Inuentarium fecisset, cum tunc censeatur in gradu & statu, in quo erat antequam hæreditatem adiret, secundũ Bart. in d. l. generaliter. ff. de fideiusso. & Cy. Bald. Alexan. & Sali. in d. l. debitori tuo: & sic hoc casu nõ extingueretur accessoria cũ principali. Nunc occurrit pulchra quæstio examinanda. Quæro igitur: quia dicimus accessoriam obligationem extingui à principali, vt d. l. generaliter. Sempronius fideiussor Mæuij ipsi Mæuio successit, & illius Mæuij pro quo fideiusserat, hæreditatem sub Inuentarij beneficio adiuit: quia sciebat habere creditorem in grandi summa. Creditor vult agere cõtra Sempronium hæredem, & iamdudum fideiussor Sempronius hæres, replicat aduersus creditorem, quòd ipse sub beneficio Inuentarij hæreditatem adiuit, & sic quod vltra vires hæreditarias ipse non tenetur. duplicat creditor dicens, fateor quòd sub beneficio Inuentarij hæreditatem adiuisti: quia ego citatus fui ad Inuentarij confectionẽ secundum formam iuris. Sicq; non debes teneri tanquã hæres vltra vires hæreditarias. Sed ego à te summam mihi restantẽ non peto tanquam tu sis hæres, sed tanquã tu sis mei quõdam debitoris fideiussor, an ille creditor sit audiendus? Et videtur quòd non, per d. l. generaliter, quæ dicit hęredem fideiussorem liberari ex causa fideiussionis, & accessionis succedendo principali. Sic ergo dicendum videtur in proposito. Sed his non obstantib. determinant Doct. in d. l. generaliter, contrariũ: & ratio est, quia id quod suprà diximus obligationem accessoriam tolli, perimi, seu extingui per principalem, id est per aditionem hæreditatis principalis debitoris, id verum est, quando principalis actio quæ remanet, est efficax, quo ad actionem & quo ad exactionem: quia vtroque casu vẽdicat sibi id quod suprà diximus. Sed sic non est in proposito. ideo dicendum est, quòd creditor potest aduersus ipsum Sempronium hæredem agere, ne beneficium hæredi concessum redundet in ipsius creditoris læsionem l. nec auus. C. de emanci. pa. libe. l. 2. §. merito, ne quid in loco publi. ff. faciunt, quæ no. Bart. in d. l generaliter, de fideiuss. & Sali. post Dynum per eum relatum in d. l. debitori prima col. versic. Et ex his determinauit Dy. &c. & ista vide per Bart. in l. Stichum. de solu. ff.

Pulchra et singularis quæstio de fideiussore principali debitori succedente

X. ARTICLE.

Si homme deglise qui doit foy & hommaige pour raison daulcun fief amorty, & indemne dependãt de son benefice, se meurt ou se de part de son benefice, est du rachapt au seigneur pour la nouuelle foy.

¶ Non legi in totis Consuetudinibus nostris articulum, qui tantũ mihi displiceret, quantum iste. Nam postquam dominus feudi admortificauit: & indemnauit feudũ: ad quid igitur vltra accipit ipse aut leuat rachaptum? nam videtur facere vnũ quod est prorsus irrationabile, eo quòd ipse dominus videtur velle resuscitare feudum quod mortificauit. Sed dices quòd consuetudines feudorum, & constitutiones eorum habent locum in ecclesiasticis feudis & eligunt ecclesias, & ecclesiasticas personas: quia proueniunt ex natura rei. Bald. in c. cæterum. in 2. col. extra. de iudi. Aluaro. in c. 1. qui feud. da. pos. & Iason ibidem in penult. col. versic. secundò, & fortius. Sed sanè istud nec mihi satisfacit, imò videtur hanc consuetudinem vndequaque in hoc passu esse ecclesiis grauem. igitur emendandam. cap. 1. de consuetudi. extra. Authentic. cassa & irrita. de sacro. eccle. De istis vide per Doct. in c. nimis. de iure diuino. extra. de iureiu. & in ca. ex diligenti. extra. de Simo. & latius in c. vlti. de reg. iu. extra.

XI. ARTICLE.

Chappitres, conuens, frayries & communaultez qui doibuent foy & hommaige, a cause daulcuns heritaiges, admortiz & indemnez sont tenuz bailler homme qui face ladicte foy, pour la mort duquel est deu rachapt au seigneur pour la nouuelle foy,

Est deu rachapt, &c.

¶ Hic articulus laborat eodem morbo quo præcedens, si bene gustetur.

XII. ARTICLE.

Femme qui suruit son mary, elle estant veufue fera hommaige de lacquest de la chose hommaigee, de eulx deux sans rachapt, pourueu que son feu mary ayt paye les ventes ou peages, & paye le rachapt.

Femme qui suruit, &c.

¶ Nota quòd fœmina potest esse domina feudi: licet regulariter non posset esse vasalla feudi paterni. Item fœmina potest habere vasallos & fideles, & proinde habebit iurisdictionem tanquam domina feudi, quia sunt iura

contra Bald.titul.per quos fiat inueſti. §. fœminam quoque.

XIII. ARTICLE.

De la choſe tenue a franc debuoir neſt deu rachapt. Et eſt a entēdre frāc debuoir, quāt lhommaige a eſte mue en debuoir, ou que lheritaige roturier eſt baille par le ſeigneur de fief a franc debuoir, poſe que ledit debuoir ſoit annuel, ou ſoit a muance dhomme, ou de ſeigneur.

XIIII. ARTICLE.

Seigneur de fief doibt eſtre receu a faire demande de ſes ventes des choſes acquiſes en ſon fief contre lacquereur, iuſques a trente ans, mais il ne ſera receu a faire demande deſdictes vētes a la femme ou heritier, que au dedans de dix ans apres lacqueſt, ſinon que lacquereur en euſt eſte mis en proces.

¶ Sequitur in textu.

Dix ans, &c.

¶ Hoc ideo eſt, quia ſi aliquis per decennium rem tenuit, tanquam emphiteota, & pro ea ſoluit debitum canonem, præſumitur emphiteota: ac (quod plus eſt) præſumitur ſolenniter inueſtitus. idemq́ de eo qui decem annis poſſedit caſtrum, tanquam vaſallus, quia iſte præſumitur ſolenniter inueſtitus de feudo, vide in l.2.gloſſ.magna. C.de iur. emphi. Bartol. in l.3, §.ex contrario. de acqui.vel amit.poſſ.ff.& in l.litibus, de agri. & cenſi. li. 11. C.& Bald.& Iaſo. in l. ſi certis annis. C. de pactis. & de lapſū decennij & eius effectu, illic videas pulchrè per Doctores. ſed alibi dicit Bald. quòd longa temporis mora conſenſum non inducit, vt dominus iura perdere poſſet? Bald.in §. quid ergo, de inueſti. de re alie. facta? & videretur quòd domino nocere non deberet decennalis præſcriptio. nam theorica Bald. ibidem eſt talis, cuius non nocet pactio, eius non nocet contra ſe lapſa præſcrip. ſed vaſallus de iure feud. non habet poteſtatem alienandi, ergo nec preſcribendi. Sed bene verum eſt quòd ius offerendi, quod habet dominus, præſcribitur ſpacio 30. annorum. & ignoranti currit, Bald.in §.porro, qualiter olim feud.po.

XV. ARTICLE.

Pour vendition dheritaiges eſt deu de ventes pour 20. ſolz 20. deniers. & pour les gans 15. deniers tournoys pour tout lacqueſt, ſinon que le ſeigneur euſt de temps immemorial accouſtume prēdre plus grād ou moindre droict de ventes, dont ledit ſeigneur ſera tenu informer a ſes deſpens. Et ſont deues ventes de tous heritaiges permutez en diuers fiefz, ad arbitrium boni viri. Et pareillement ſont deues ventes pour les donaiſons qui ſont faictes pour cauſe de recompenſe.

Pour vendition, &c.

¶ Hic eſt ſingularis articulus, & eſt clauis totius articuli. Ideo quæro primò, quia textus noſter non aperit, per quem ſint ſoluenda laudimia aut accordamenta. eſt ergo videndum, an venditor, qui eſt ille, qui recipit nummos, teneatur accordamenta & vendas ſoluere, an emptor? Dic breuiter, licet textus non aperiat, quòd emptor ſeu acceptor tenetur ad accordamenta perſoluenda & non venditor: quia theorica eſt, quando in ſtatuto non fit mentio quis gabellam ſoluere debeat, intelligitur quòd acquirens ſoluere debeat, & non vendens: per tex.no. in l. debet, circa fi. de ædil.edic.ff. Bald.& Sali. in conti.ru. C. de re. cre.& iureiu. firmat Iaſon in l.2.col. 10. verſicul.1.quæro. C.de iur.empi. Stat ergo reſolutio quòd acquirēs ſeu emptor tenetur ad laudimia perſoluenda, ſi nihil dicatur in ſtatuto. Eſt & ſecundò quærendum, an appellatione penſionis vel vſufructus veniat laudimium: hoc eſt quærere an laudimia ſint vſufructuario vel proprietario perſoluenda? Hāc quæſt. nouiſsimè habui in manib. meis pro domino de Ber. & pro vetuſtiſsima vidua domini de Ber, defuncti regis ſcutiferi. Sed breuiter attingendo: quia Ioan. Andr. diſputauit hanc quæſtionem in addi. Specu. in §. nūc aliqua, in titu. de feud.& Alberi. de Roſa ſuper Rub. C.de vſufructu. Et ibidem tenet quòd eſt ipſi vſufructuario perſoluendum laudimiū. Motiuum eſt iſtud. Quia omne emolumentum quod prouenit ex re fructuaria, vſufructuario debetur. l.item ſi fundi, de vſufruct. ff. & firmat ipſe Iaſ.d.l.3.colum. prædic. verſicul. quintò quæro. Alia eſt annectenda, & meritò, pulchra quæſtio. Quid ſi res incidat in commiſſum: vtputa alienante emphiteota ſine ſolennitate legali, vel, pone in practica emphiteota ceſſauit à ſolutione canonis per trienium: res cecidit in commiſſum, an tunc applicetur fructuario, vel proprietatio? Dicunt reſolutoriè predicti Doctores, quòd ipſi proprietario applicabitur. Quæro quid in diuiſione, quando fundus diuiditur, qui eſt communis, an ex diuiſione domino debeātur laudimia? Bart. in l.& ideo. de condi. fur. attingere videtur hanc queſtionem, & ibidē refert quoſdam tenere quòd pro diuiſione debētur laudimia, & quòd ſolui debent per prouocātem, & non per prouocatū. Attamen ipſe ibidem determinat contrarium: quia talis diuiſio videtur ſemper alienatio neceſſaria. allegant Bar, & Doct. pro hoc, l. fina. C, de litigio. quæ

Accordamenta debētur vſufructuario

Res feudalis in commiſſum cadens proprietario applicatur

Res litigiosa alienari non potest. quæ vult quòd licet res litigiosa alienari non possit, tamen potest diuidi, quando socij & hæredes inter se diuidunt, est enim talis alienatio necessaria. Facit l. per diuersas. C. manda. vel contra. Et pro hac materia dilucidanda, est concludendum quòd laudimia seu accordamenta ex alienatione necessaria nō debeantur, ista est theorica Bald. & Pau. de Castro in dict. leg. 3. C. de iur. emphit. quæ profectò est multum notanda ad declarationem nostri textus. Quid dicetis de re in dotem data, an & laudimia debeantur? Salicet. in d. l. 3. Cod. de iur. emphiteot. tenet quòd sic. si data fuerit æstimata tali æstimatione, quæ facit emptionem, aliàs non. Sed plus placet opinio Iason. in dict. leg. 3. oppositum tenentis. Ideo ad propositum dico opinionem Iason. esse opinioni Salic. præferendam, hac ratione, siue fundamenta, quia, vt dictum est, ex alienatione necessaria non debentur accordamenta. Igitur sic erit in proposito, cum sit alienatio necessaria. & bene facit pro hac opinione d. l. fin. C. de litigiosis, quæ etiam videtur loqui de re in dotem data. Deinceps est succinctè vidēdum, quid in donatione, quid in legato, vel in hæredis extranei institutione? Respondeo breuiter, quòd de consuetudine nostra ex mera donatione non debentur laudimia: vt in §. isto. qui loquitur de donatione remuneratoria, de qua, & de eius singularibus effectibus infrà dicturi sumus. Sed circumscripta consuetudine videtur velle gloss. in dict. leg. 3. C. de iure. emphit. ad textum relata, quòd ex istis domino debeantur laudimia, vbi dicit, quòd laudimium æstimationis habitæ titulo lucratiuo est ipsi domino persoluendum à donatario, legatario, & cæteris titulū lucratiuum habentibus. Et certè illud videtur probare illa glos. ad textum relata, licet non ita in specie. Bald. autem in c. literæ. penult. column. tenuit cum dict. glos. extra, de dila. Breuiter hanc quæstionem attigi suprà tit. *Comment hommaige se doibt offrir a son seigneur.* artic. fin. vbi allegaui Spec. Pet. Iaco. & Guid. Pa. tenentes, quòd de donatione non debent solui accordamenta, quia nec in his est locus prælationi pro domino. & ita de consuetudine obseruatur. Quid in permutatione, an laudimia debeantur? dic quòd sic, ex consuetudine ista, quando res quæ permutantur, sunt sitæ in diuersis feudis. Sed de iure, vt tenent Docto. non deberentur laudimia, latè per Gui. Pa. q. 92. incipien. de consuetudine, &c. & Pet. Iaco. tit. de acti. in rem, quæ pro re emphi. competit, in fi. Et hoc, nisi interueniret pecunia, & ipsa pecunia esset maior pars rei permutatæ, vel etiā æqualis: quia tunc indicaretur venditio secundum Bald. in prælud. feu. column. 4. versicu. pro intellectu, &c. Et etiam in rebus permutatis non est locus prælationi pro domino, & per Gui. Pa. q. 92. & hæc tenui suprà in d. artic. fi. *Comment hōmaige se doibt offrir a son seigneur.* Et ibidem vide de bona quæstione, scilicet de duobus dominis, quorum vnus vult laudare, accordamenta recipere: alter dominorum vult vti iure prælationis, & ibidem dicitur quod id facere non possunt in præiudicium acquirentis. bene autem posset vnus retinere rem totam, & soluere laudimia alteri domino laudare volenti. Nunc transeo ad verba nostri textus, vbi dicitur quòd ex donatione facta causa remunerationis debentur laudimia, videretur oppositū dicendum: quia licet Bartol. in l. ex hoc iure. de iusti. & iur. ff. teneat hanc donationem remuneratiuam, seu antidoralem esse modici effectus, attamen habet singulares effectus. Et quia consuetudo nostra nullibi facit mentionem de hac donatione remuneratiua, præterquam in loco isto, ideo est de ipsa parum, sed compendiose, pertractandum.

Ita ex donatione, legato, hæredis institutione, &c.

In reb. permutatis nō est locus prælationi

Primus donationis remuneratiuæ seu antidoralis effectus est: quòd licet aliàs donatio, quæ quingentos aureos excedit, sine insinuatione non valeat. l. sancimus. in fin. Cod. de dona. Bartol. in l. Modestinus. ff. Bald. in l. illud. C. de sacro. ec. Tamen si sit facta propter seruitia præcedentia, & consequenter ex causa remuneratiua, dummodo seruitia ipsa sint æquiualentia, valet talis donatio absq; insinuatione l. Aquilius regulus, & ibi Bart. & Imol. ff. de do. probatur etiam in l. fi. iuncta gloss. & ibi Angel. C. de iu. do. & Bald. in l. 2. C. ne liceat potio. *Donatio antidoralis, videlicet ...* Secundus effectus, licet donatio propter ingratitudinem possit reuocari l. fina. C. de reuoc. do. & ca. fi. de dona. Tamen donatio remuneratoria facta propter bene materia, prętextu ingratitudinis reuocari non potest. l. si pater. §. fi. iuncta glo. de dona. ff. Bald. in l. si cum mihi. ff. de dol. Mirum est ergo, quòd per ingratitudinē non reuocetur. nam aliàs emancipatus, si sit aduersus patrem emancipantem ingratus, potest per patrem rursus in suam potestatem, & in pristinum statum reuocari. no. in l. vnica. C. de ingra. libe. & Spec. in titu. de natis ex libero ventre. versi. sed & liberti. *Filius emācipatus ingratus potest in potestatem reuocari.* Plus est, quòd filius legitimatus ob eius ingratitudinem potest per patrem in pristinum statum suę naturalitatis ręuocari. istud est verbum Bal. in c. 1. §. naturales filij. Si de feud. cōtrou. fuerit inter do. & agna. vasal. Et tamē hæc donatio antidoralis est tantæ virtutis & potentiæ, quòd per ingratitudinem non reuocetur. Tertius effectus licet aliàs donatio inter virum & vxorem constante matrimonio sit de iure prohibita: tamen si sit antidoralis, tenet, probatur in l. quod autem. §. si vir & vxor. ff. de do. inter vi. & vxo. Cyn. Bald. Salic. & Iaso. in l. si pater puellæ. C. de inoffi. test. Panor. in Rubric. extra de do. *Antidoralis donatio inter virū & vxorem constante matrimonio tenet.* Facit qđ pulchrè dixit Bar. in l. si voluntate. C. de do. promis. quòd si rusticus, vel popularis acciperet nobilem in vxorem, & constante matrimonio faceret instrumentum de receptione dotis: quam tamen in veritate non recepisset, quanuis in effectu sit donatio, tamen valet: quia fit causa remunerationis propter inæqualitatē eorum, & dicit Bart. *De rustico accipiente nobilē vxorem.*

Bart. quòd consuetudo illud seruat. Facit etiam quod lepidè dicit Bald. in l. 2. §. fi. si cer. pe. ff. quòd idem esset quando vnus senex acciperet vnam iuuenculam in vxorem. Idem foret cẽsendum, si deformis acciperet vxorẽ formosam: quia tunc censeretur remuneratio quædam: & sic audacter consulerem, si casus occurreret. Et redeũdo ad istum tertium principalem donationis remuneratorię effectum: dico insuper, quòd licet regulariter inter patrem & filium in potestate constitutum donatio nõ teneat, vel valeat: tamen, si sit antidoralis, & propter bene merita filij, dum tamen de illis meritis appareat, & quòd merita ipsa sint alia quàm obsequialia, tunc videtur ipsa donatio. Quartus principalis effectus, licet princeps in dubio nunquam præsumatur aliquid concedere motu proprio: sed ad patris postulationem. c. si motu. de præben. lib. 6. & Doct. in l. 1. C. de peti. bo. subla cum similibus. Attamen cũ concedit ob remunerationem meritorum, præsumitur motu proprio concessisse. Alex. de Imol. in l. 3. §. si procurator. quod quisq; iur. ff. Quintus effectus licet vnquam in dubio præsumi nõ debeat donatio: sed in dubio præsumitur potius fatuitas, vt dicit Bald. in l. generaliter 3. col. C. de non num. pecu. & no. in l. cum de indebito. ff. de proba. tamẽ merita quæ præcesserũt, faciunt præsumi & censeri actum in dubio esse donationem. l. si vero non remunerandi §. idẽ Papinia. ff. mandat. Sextus principalis effectus, quia donatio antidoralis est potens ad beneficiendum collationem beneficij ecclesiastici esse simoniacam, vnde si donatarius procurat in curia beneficium pro donante, vt se liberet ab hac donatione antidorali, committitur simonia secundum Inno. in cap. tua. de æta. & quali. Septimus donationis remuneratoriæ effectus est, quòd facit, quòd promissio sine causa quæ aliàs in effectu non valeret: quia obstaret exceptio doli. l. 2. §. circa. iuncta gloss. de dol. excep. ff. Isto tamen casu valet talis donatio. no. in l. à Titio. de ver. oblig. Octauus effectus est, quia prælatus potest res ecclesiæ alienare, etiam immobiles gratia remunerandi seruitium. c. relatum. & c. in officiis de testa. Bart. post gloss. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccle & licet ibidem Bart. aliqua verba effundat, vide tamen Paul. de Castr. in l. iubemus. Nonus effectus est, quia prælatus ecclesiæ potest alterare naturam feudi: & remittere seruitia recipientis, & ideo feudum ecclesiæ solitum concedi ad tempus tantum, vel in masculos tantum, potest prælatus alterare concedendo in longius tempus, aut in perpetuum, vel etiam in fœminas pro remuneratione meritorum, ita Cardi. Floren. ca. ex parte. in 3. columnn. de feud. extra. Decimus effectus ponitur in text. l. vnius, iuncta l. 1. si quid in fraud. cred. ff. vbi vide quia non est sic practicabilis, sicut alij. Vndecimus effectus, quia licet minor etiam cũ decreto rem immobilem donare non possit. l. fina. §. cum

Pater potest donare filio propter benemerita.

Donatio antidoralis facit beneficij collationem simoniacam

autem. C. si maior fact. tamen propter benemerita potest rem immobilem donare: ita Ludo. Roma. in l. si ante nuptias. solu. matri. ff. & hoc cum decreto iudicis, & quando benemerita sunt æquiualentia meritis. Duodecimus effectus, quòd seruitia faciunt præsumi remissionem iniuriarum inter inimicos. l. in ipsius, & ibi pulchrè not. Bal. C. famil. ercisc. facit l. fratres, & l. liberi. C. de inoffic. testa. Decimustertius effectus ponitur per tex. in l. idemq;. §. fin. cum l. sequente. ff. mand. Decimusquartus effectus est, quia acquirere obligationem antidoralem est facere lucrũ propter quod potest furtum committi. text. est notabilis in l. si pignore, in princip. ff. de furtis. Decimusquintus effectus, quia si antidora deducatur in pactum, contrahitur vsura. puta si mutuo tibi centum aureos gratis cum pacto, quòd alia vice mutues mihi tantundem gratis, est tunc vsura, gloss. singularis in c. si fœnerarius, circa finem. 14. q. 3. do. Abba. in ca. consuluit extra, de vsu. Decimussextus effectus, quia licet aliàs donatio omnium bonorum, vel alicuius partis ipso iure reuocetur per superuenientiam liberorum l. si vnquam. C. de reuocan. do. Bartol in l. Titia. §. imperator, de lega. 2. ff. Tamen donatio remuneratoria non reuocatur per liberorum natiuitatem, ita singulariter Angel. in d. l. si vnquam. Motiuum eius est, quia illa l. ponit casum exorbitantem à regulis cõmunibus. ergo debet intelligi in propria donatione. l. 1. in princip. ff. de dona. non autem in remuneratoria, quia illa non est propriè donatio. imò quòd habetur ex tali donatione remuneratoria, dicitur haberi ex causa onerosa. l. ad eũ. ff. de dona. Sequitur Ludo. Roma. in consil. 26. quod incipit pro decisione eorum. 3. col. Et quòd donatio remuneratoria non sit propriè donatio, facit quòd no. Bart. in proœm. digestorum in 5. colum. & do. Abb. in Rubrica, extra, de dona. Decimusseptimus effectus est, quia licet aliàs donator habeat beneficiũ à lege, ne possit exigi vltra quàm facere potest, & deducto ne egeat. l. sunt qui in id quod facere possunt, de re iudi. ff. Tamen donator propter benemerita tenetur vltra quàm facere possit, secundum Ange. & do. Alexan. in l. non tamen, de re iudi. ff. & do. Alexand. in d. l. sunt qui in id quod facere possunt, eodem titul. Decimusoctauus effectus, quod licet in donatione, quãdo incipit à traditione si euincatur res donata, non teneatur donator de euictione. l. Aristo. §. fi. & ibi Bart. ff. de dona. Tamen in donatione remuneratoria, licet inceperit à traditione, teneatur donator de euictione, secundum quòd not. Barto. in l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verb. oblig. & in l. idẽq;. §. fi. ff. mandati. Decimusnonus effectus, quia gratum seruitium subsequens facit præsumi remissionem iniuriæ præcedentis. l. in ipsius, & ibi pulchrè Bald. C. fami. her. Hinc est quòd si inimici faciunt inuicẽ grata seruitia, præsumitur actio esse remissa, quia nõ solum

Seruitia faciũt præsumi remissionem iniuriæ.

Quãdo antidora deducitur in pactum, fit vsura.

Quid habetur ex donatione. Remuneratoria dicitur haberi ex causa onerosa.

Donator propter benemerita tenetur vltra quàm facere possit.

lum verbis, sed & factis remitti potest, glo. in §. fi. Institu. de iniuriis. Confirmatur optimo simili: quia si filius committat ingratitudinē erga patrem, propter quam possit exhæredari, si postea faciat aliquam notabilem gratitudinem erga patrem, tollitur ingratitudo, nec amplius ex ea potest exhæredari, ita no. Bald. in l. liberi. C. de inoffic. testa. Tamen licet hos singulares habeat donatio antidoralis effectus: illa tamen donatio non est potens ad cōpensandum. Angel. in Authen. de non eligen. secū. nub. in principio. Ista sunt, quæ ex variis Doctorum ortulis recolliguntur, per Iasonem in d. l. ex hoc iure, de iust. & iur. ff. Et de ista donatione remuneratoria, vt dixi suprà eadem glo. consuetudo nostra nihil alibi tangit, preterquā in tit. proximo, *De retraictz.* argumen. 24. vbi dicit hanc donationem esse retractui subiectam. Sed in titu. donationum nihil dicit.

XVI. ARTICLE.

En vendition ou il y a grace donnee iusques a troys ou quatre ans, ou moins, & icelle grace auant que elle soyt finie, est prorogee par vng contract, ou plusieurs, il ny a point de ventes, si icelles graces ne excedent neuf ans, mais si la grace est generalle, il y a ventes.

En vendition, &c.

¶ Sic verum est, quòd in venditione rei, vel redditus facta cum pacto recobrij, seu retrouendendi, non debentur accordamenta, sicut nec in pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem. facit quòd not. Ioan. Fab. in l. fin. C. communia de legatis.

XVII. ARTICLE.

Et si auant la possession prinse ou baillee de la chose vendue ou alienee, le contract estoit resolu du consentement de parties, il nen sera deu aucunes ventes. Toutesfoys si lacquereur estoit conuenu pour exhiber ses contractz, ou payer ses ventes, il sera tenu informer de ladicte resolution promptement.

¶ Est igitur verum, quòd si ante traditam possessionem contractus resoluatur, quòd tunc laudimia non debeantur. pulchrè tenet Ioan. Fab. Insti. de contrahen. emp. in prin. & idem Ioan. Fab. in l. 1. C. quando liceat ab emp. discedere. & l. si duobus. C. cōmunia de legat. nam traditio est cuiusque contractus, potissima pars. l. traditionibus. C. de pact. l. si ager. de re vend. ff. no. in c. 2. de consue. extra. cum simili. Et vide quæ ad materiam tradit Iason in l. 3. colum. 37. versicul. 19. quæro. C. de iure emphiteo.

Traditio contractib. potior pars

XVIII. ARTICLE.

En transaction ou il ya deniers baillez, ou equipollent, y a ventes, pour ce qui est baille.

¶ Sed quid in datione in solutum, an tunc accordamēta debeantur? Breuiter tenete quod sic. nam quicquid dicitur de emptione, habet locum in datione in solutum. Cyn. Bald. & Sal. in l. libera. C. de senten. Et statutum vel consuetudo nō exorbitans à iure communi, disponens de venditione, habet etiam locum in datione in solutum. tenet pulchrè Franciscus de Aretio, consil. 122. column. 2. versicul. concedo æquiparationem. Et hoc verum, nisi hæc datio in solutum fieret à iudice, quia tunc succedit regula seu theorica Doctorum, quòd in tali alienatione necessaria non debentur laudimia. Et quòd dixi de datione in solutum, idem dic in iure retractus. & vide etiam quæ not. Ias. in d. l. fi. C. de iu. emphi. col. 32. versic. 5. quæro. & per Docto. in l. voluntas. C. de fideicommissis. Imò plus tenet Io. Fab. in §. precium. & §. item precium. Institut. de emp. & vend. quòd si debitor concedat alicui rem, hoc pacto, quòd satisfaciat creditorib. & debita sint certa & specificata, quòd est venditio, & debentur accordamenta, & vendæ domino. Et quòd laudimia non debeantur ex mera trāsactione, & quòd non sit locus iuri prelationis pro domino tenui. §. fin. suprà. *Comment hommaige se doibt offrir a son seigneur.* versi. Sed quid si duo emphiteotæ litigant. & hoc per no. l. si pro fundo. C. de transact. Sed videndum est de nobili quæst. Vasallus domini baronis Mazeriarum dedit rem feudalem alicui, iste secundus vasallus alienat membrum, quis debet habere laudimia vel accordamenta, an primus, an secundus? Breuiter Sali. & Ias. in d. l. 3. C. de iur. emphi. & Bald. in l. si pœnitente. Cod. ad Macedo. tenent, quòd primo domino accordamenta debeantur. sed Ioan. Fab. in §. adeò. Instit. de loca. dicit, quòd de consuetudine regni Franciæ seruatur contrarium, quia dicit ipse, quòd semper proximior dominus recipit. & Pet. Iacobi. titul. super condi. ex morib. col. 2. versic. imperator. & sic vidi practicari.

XIX. ARTICLE.

En retour de partaige ny a aucune ventes, si le retour est faict des choses meubles de la mesme succession.

En retour de partaige.

¶ Si intelligas articulum in hæredibus suis, planus est per ea quæ not. Bartol. in l. & ideo. de condi. fur. Salic. in l. 3. Cod. de iu. emphi. & Ias. col. 37. versic. 6. quæro. Sed si intelligas in extraneis hæredibus institutis, secus crederem de iure, per ea quæ scripsi suprà eo. tit. art. 15. vers. deinceps est succinctè & compendiose videndum, vbi, si placet, videas.

TITVLVS XV.

Vindiciæ iure retractus.

Chapitre XV. de retraictz.

PREMIER ARTICLE.



VANT aucune chose immeuble est vendue, ou trãsportee par cõtract subiect a retraict, & les lignagiers du vendeur habilles a luy succeder, en la ligne dont meut la chose vendue. ont faict bailler adiournement de retraict au dedans de lan & iour de ladicte vendition ou ensaisinement, lesditz lignagiers peuuent auoir ladicte chose ainsi vendue. En refondant les deniers, & pur sort, que lachapteur en auoit payez, auecques les loyaulx coustemens. Et seront les prochains du lignagier du vendeur, preferez aux moins prochains, entãt que si aucun moins prochain auoit faict bailler ladiournement en clam de retraict: & il y eust este congneu en assise, & en charge de apporter les deniers dudit retraict dedans huyt iours, ainsi quil est accoustume de faire. Celluy qui est plus prochain de lignaige dudit vendeur peut venir audit iour de huytaine, entre la bource & les deniers, & en offrant & payant lesditz deniers il aura ledit retraict. Et non pas celluy le plus loingtain du lignaige qui aura este congneu audit retraict, en luy payant les despens raisonnables qui auront este pour ce faictz.

Quant aucun, &c.

¶ Hic est singularis titulus & practicabilis, & iste articulus sicut est principium tituli: ita est fundamentum & clauis ipsius. Et equidẽ iste articulus est in omni parte rationabilis, & iure tam diuino, quàm humano approbatus. Quod autem sit iure diuino fulcitus, patet Ruth. 4. cap. vbi Booz loquens proximo suo, introducitur loquens hoc pacto: Partem agri fratris nostri Elimelech, vendet Noemi, quæ reuersa est de regione Moabithidæ: quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, & maiorib. natu de populo meo. Si vis possidere iure propinquitatis: eme, & posside. si autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, vt sciam quid facere debeam. nullus enim est propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum at ille respondit, Ego emam. Cui dixit Booz. Quando emeris agrum de manu mulieris Ruth quoq; Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit: debes accipere, vt suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua. Cui respondit, Cedo iuri propinquitatis. Constat autem ex his, & si specialiter de retractibus non disseratur, propinquos in emptione rerum à suis proximis venditarum esse præferendos. Secundò probatur, & consuetudo nostra lucidius Leuitici 25. c. vbi pulchrè per Deum nostrum refertur. Si attenuatus fuerit frater tuus, & vendiderit possessiunculam suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere qđ ille vendiderat. Terciò comprobatur Hieremiæ 32. cap. vbi dicitur, Eme tibi agrum meum, qui est in Anathot. tibi enim competit ex propinquitate, vt emas. & ibidẽ exponit diuus Hierony. quòd nõ erat licitum possessionem transire de vna tribu in aliam: nec de vna familia ad aliam. Iure autem humano comprobatur hæc consuetudo. Primò sanè iure pontificio: vt habetur per Scriben. in ca. constitutus. extra. de in integ. resti. Iure feudorum similiter comprobari videtur: vt, in ca. 1. §. sed etiam res. & ibi Bald. per quos fiat inuesti. & per ca. 1. §. Titius filios masculos non habens. & ibi pulchrè idem Bald. si de feud. contro. sit inter domi. & agna. vasalli, Voluit etiam Ioan. Fab. in l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fi. cat. optime facit l. cum pater. §. libertis. de lega. 2. ff. vbi est celebris textus. Et quòd proximior debeat habere annum & diem ad retrahendum prædium à parente vænundatum, facit quod pulchrè tenet Bald. in d. §. Titius. si de feud. controuer. & Ias. in l. 2. column. 8. C. de iur. emphit. Et quòd ista cõsuetudo sit de iure valida, tenent omnes Doctor. in l. dudum. C. de contrahen. emp. Et latè Henricus Bohic, & Panorm. in d. cap. constitutus. de in integr. restit. Et de clausula derogatoria, quam videtur habere illa l. dudum. dic, vt ibi per Barto. & Sali. quia aliud est prohibere alienationẽ extra cõsortes vel parentes. Aliud quippe quòd ipsi parentes alienatas res retrahere possint. Et ædepol retractus est introductus in fauorem generis ad conseruationem nominis & domus. Quæ absque diuitiis non conseruatur, arg. not. in l. ab omnibus. de lega. 1. ff. Lugubre porro esset & crebris lachrymis deplorandum, videre paternas & auitas domos, ac antiqua maiorum prædia transire, & deuenire in externas familias, & imagines maiorum, seu priscorum, & insignia sine remedio in externas deuenire manus. Bene facit l. quæ tutores. de administra. tutor. vel curator. C. & l. in fundo. de rei vendi. ff. per consuetudinem datum est proximis remedium, vt hic vides.

¶ Quæro primo, pro intellectu nostræ consuetudinis, de aliquib. quæstionibus, quo ad intellectum illius textus. Primò ergo quæro, quia

Ruth. 4. capite.

Liber Leuitici.

Hieremia.

Ratio introducendi retractus.

quia hic habemus, ꝙ proximior habet annũ & diem ad retrahendum rem per parentem suum venditam: An istud tempus possit de partium consensu prorogari, quia acquirens & proximior qui amici sunt, essent contenti prorogare tempus. Breuiter dico, quod dominus Alexander consuluit quòd nõ, vt pulchrè per eundem in consi.24.lib.4.in fin. instar temporis instantiæ causæ. de quo vltimo puncto pulchrè per glos. in l. properandum. C. de iud. & do. Alexan. consi. 82. in 3. volum. quod incipit, viso processu causæ vertentis. Barto. Salic. & Ias. in dict. l. properandum. & Panormi. in cap. penul. de iudi. & aliquantulum per Paulum de Castr. & Raphaël in l. si quis pro eo. de fideiusso. ff. ergo annale silentium habet vim refutationis. Bald. in §. porrò. qualiter feud. olim pot. l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Trebellia.

An retra. qui tẽpus prorogare possit.

Annale silentium habet vim refutationis.

Questio.

¶Quæro secundò, An istud tempus anni & diei sit vtile, vel continuũ, hoc est, currat contra proximiorem de momento ad momentum? pone in terminis, p rudibus. Emi à Sempronio fundum Tusculanum precio cẽtum ducatorum in die carnispriuij, hora sexta de mane: an istud tempus adeò strictè computetur, quòd proximior teneatur retrahere, saltem adiornamentum facere infra idem tempus, scilicet, in die mercurij cinerũ hora sexta de mane? Respond. quòd istud tempus non debet ita strictè computari de momento ad momentum, cùm retractus materia sit de iure diuino, & sic fauorabilis. ar. l. 3. §. minorem. & quod ibidem vult Barto. ff. de mino. & Alexan. in d. consi. 24.

Questio. An tempus retractus minori currat.

¶Quæro tertiò, An illud tempus currat minori? vera resolutio est, quòd currat ipsi minori secundum theoricam Docto. in l. fin. C. in quib. caus. in integ. restitu. non est necessa. Sed tamen minor restituitur: vt d. c. constitutus. extra, de in integ. resti. & ibi per Abba. in colum. 2. Faciunt tradita per Bart. in l. Aemilius. ff. de mino. vbi communiter habetur de tempore statuario, quod curris minoribus. & Gui. Pap. q. 257. incipiẽte, Cauetur de consuetudine, & per eundem. quæst. 31. incipiente, secundum statutum Delphinatæ, &c. Sed aduerte, quia Baldus in cap. 1. §. porrò. titul. qualiter olim feu. po. aliena. fuit in mirabili opinione, scilicet, ꝙ præscriptio statuaria nõ currat minori. Ideo ipse Gui. Pa. ibidem has diuersas opiniones concordando hoc pacto distinguit. Quia aut loquimur in pupillo, & tunc non currit in eum præscriptio statuaria: sed remanet ipso iure illæsus. Aut in adulto, & tunc currit. sed restituitur, secundum Innocen. & alios in d. c. constitutus. Sed pone, quòd pater pupilli qui erat proximior alicuius venditoris, decessit anno pendente sibi in adulto ad retrahendum. Minor pupillus filius eius sibi successit, quid erit nũc de isto tempore anni & diei qualiter curret contra pupillum: vel magistralius est quærere, quid iuris si pscriptio sit inchoata in persona maiori, an currat cõtra minorem? Dic breuiter, ꝙ si præscriptio sit inchoata in persona maioris: tunc currit contra minorem pupillum vel adultum. sed datur restitutio si compleatur aduersus eum. Excepta præscriptione 30. vel 40. annorum. quæ ordi. sui contra pupillum dormit, vt dicit glo. in l. vna. C. si aduersus vsucap. & hoc dicit ipse Guid. Pap. fuisse per arrestum curiæ parlamenti Delphinalis determinatum. Sed esset probabilius, quod si præscriptio est inchoata cum maiore, & finita cum minore, maiore tamen pupillo, non est locus restitutioni. Sed si sit finita cum minore pupillo, vel sit cœpta cum minore, & finita cum maiore pupillo, tunc habet locum restitutio. ita videtur sentire Bart. in d. l. fin. C. in quibus caus. in integ. restit. non est necessa.

Statuaria præscriptio currit adulto.

¶Quæro quartò, An tẽpus anni incipiat currere à die celebrati contractus: an à tempore perfectæ venditionis? Pone rem venditam cum pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, vel cum pacto de retrouendendo, an tunc currat annus & dies à tempore celebrati contractus, an suspendatur per pactũ adiectum, seu ante exitum pacti adiecti? Et videtur quòd suspendi debeat, & sic, quòd tempus istud currat solum à tempore euentus conditionis, & pacti adiecti: quia vbi pactum seu conditio resolutiua fuit opposita, videtur fuisse non cõtractum, ac nullum ius fuisse incommutabile emptori quæsitum. Ias. in l. 3. q. 20. C. de iu. emphy. & do. Fran. de Aretio, in consi. 11. col. 1. facit quod not. Bart. in l. Titio. in annos. ad leg. Falci. & Bald. in l. in annalibus. C. de legat. Et istam partem tenet Geraldus Bagoilly in suis quæst. in materia ista retractus. hinc est, quòd in istis pactis resolutiuis res redit ad venditorem absque alia retraditione. gloss. singularis in l. 1. ff. de don. & ibi Bartol. & Scriben. Et pro hac parte facit l. quandiu. C. qui admit. ad bon. poss. Confirmatur, quia ad hoc, vt istud tempus currat, oportet quod scientia ipsius proximi sit certa & firma: accedant tradi. in l. contra maiores. C. de inoffi. testa. Bal. in d. §. porrò. qualiter olim feudum aliena. poterat. Breuititer, ego aliàs pro hac parte consului apud albam terram in oppidulo loci. & ista pars videtur esse verior apud me. Tamen Gui. Pa. in d. q. 257. tenet contrarium, per text. in quo se fundat in l. 2. §. biduum. quando appel. sit. ff. vbi dicitur, quòd si sententia diffinitiua proferatur sub conditione, tamẽ est statim infra legale tempus appellandũ: nec expectandus conditionis euentus, aliàs sententia transiret in rem iudicatam. Et tandem cõcludit, quòd tempus currat, nisi proximior infra tempus faciat diligentiam suam, veluti protestando de iure consuetudinis. l. si fundum. C. Et verè vidi hactenus hanc partem fuisse practicatam. Sed in pacto de retrouẽdendo est locus iuri retractus, ex consuetudine nostra, sicut infrà videbis, in arti. sequen.

¶Quæro quintò, An in rebus in perpetuum nō datis habeat locum retractus, vt in re data ad vitam alicuius? Breuiter, dic. do. Geral. tenet quòd non, per rationes per ipsum allega. quas vide. Et etiam non debentur accordamenta de rebus non perpetuò venditis: vt dixi in articu. 16. suprà, titu. *de rachaptz*.

An in conquæstu sit retractui locus.

¶Quæro sextò, quid in conquæstu, an tunc sit locus iuri retractus? Breuiter circumscripta consuetudine: credo quòd non. pro hoc Authenti. presbyteros. C. de epis. & cler. ibidem sanè tam permittitur conquæstuum dispositio, quàm illorum bonorum quæ ex successione obuenerunt. arg. l. lex quæ tutores. C. de administra. tuto. vel curato. & etiam in istis videtur quodammodo cessare ratio introducendę consuetudinis in iure retractus. Sed de consuetudine vidi semper hac in Turonensi patria teneri contrarium: etiam si bene sustentur authoritate suprà relata. Quæ ponuntur in Leuitic. 25. non videntur loqui de possessiunculis paternis solum, sed de fraternis, nec distinguitur inter patrimonia & conquæstus.

¶Quero septimò, An istud tempus retrahendi currat agere non valentibus, siue ex forma iuris communis, siue ex forma statuti? Exemplum pro rudibus. Scitis, & etiam id est, in iure exploratum, quòd filius in potestate absque patris authoritate agere non potest: vt iuribus vulgaribus, an illud tempus ei currat cum agere nequit, obstante vinculo patris? Dubium facit, quia & aliàs vulgò dicitur, quòd non valenti agere non currit præscriptio, secundum quod not in l. sicut. in gloss. super verbo seruanda. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. Tamen Ioan. Fab. in l. 1. C. de bo. mater. tenet præscriptionem currere. Similiter dicit in vxore agere nequeunte ex forma statuti, quia ex stylo nostro mulier absque marito suo non agit: vt scripsi latè in glossellis, quas edidi super stylo nostro.

An tempus currat agere non valentibus.

¶Quæro octauò, An etiā istud tempus ignorāti currat? trita hęc quæst. est. ideo resolutoriè dic, quòd sic. vt pulchrè per dictum dom. Geraldum, vbi videas, quia mihi sufficit resolutionem suam dare. Sed Baldus dicit in §. porrò. qualiter olim feud. pot. alie. quòd annale tempus, ex quo inducitur tacita renunciatio, non currit ignoranti.

An ignorātibus currat tempus retractus.

¶Quæro nonò, An adoptiuus filius & naturalis solum vtatur iure retract. videtur quòd non, cùm præsertim bastardi non sint de domo, vel familia parentum, ideo illorum arma vel insignia portare non possunt: vt dixi suprà, titu. *de droictz de chastellain*. ar. 1. & Bal. in l. cum legitimæ nuptiæ de stat. hom. ff. Panormita. in c. per venerabilem. qui fil. sint legiti. Istis non obstantibus tenet do. Gerald, contrarium: dubito tamen, an sua singularis decisio procedat in feudo per patrem naturalem vendito. Et me cogit dubitare textus singularis in capit. 1. si de feud. controuer. sit inter do. & agna. vasalli. in §. adoptiuus. & §. naturales. vbi dicitur, quod adoptiuus non succedit in feudo. Et pulchrè dicitur in dict. §. naturales. quòd filij naturales, etiam legitimati, in feudo, nec soli, nec cum aliis succedunt.

Filij naturales legitimati in feudo non succedunt.

¶Quero decimò, quia dicitur in textu, quòd proximior admittitur ad retractum, quid si vnus tempore venditionis erat proximior, postea nascitur alius qui est magis proximior ante retractum factum; & ambo concurrunt: quis tunc sit præferēdus? videtur quòd primus. quia verum est dicere quòd ille erat proximior venditionis tempore. Contrarium determinat dictus dominus Gerald. in d. loco.

¶Quæro vndecimò, Pone, quod proximior petit retractum sibi adiudicari. Sed venditor dicit se deceptum, ac circumuentum in venditione facta, & hoc vltra dimidiam iusti precij. petit quoque sibi subueniri beneficio legis secundæ. C. de rescin. vendi. & petit contractum rescindi. Quæritur vtrum possit? breuiter dom. Ioā. Fab. in d. l. 2. tenet quòd sic, quia iniquum esset secundum eum, quòd venditor suo iusto precio defraudaretur. Vnum tamen considera, quòd vbi ageretur de genealogia probanda, quod etiam consanguinei admitterentur in testes, imò aliis præferentur, Doct. in c. quotiens. de testibus, in antiquis. transeo ad declarationem textus.

De genealogia melius per cōsanguineos probanda.

Quant aucune chose.

¶Signāter dicitur *Immeuble*. Quia pro re mobili non est retractui locus, & de mobili consuetudo non curauit, quia mobilium vilis & abiecta est possessio.

Mobilium vilis & abiecta est possessio.

Vendue ou transportee, &c,

¶Vt puta per dationem in solutum. nam illa est emptioni similis, & obtinet illius vicem. l. si prædium. C. de euicti.

Et les lignagiers du vendeur.

¶Signanter dicitur *Habiles a luy succeder*. Exinde excluduntur naturales filij esse legitimati. nam per legitimationem attribuitur legitimato verus status legitimorum, vt per Bald. in l. cum notissimi. C. de fideicommis. 1. & scripsi titul. *De succession de bastard*. in fin. gloss. Præuiso tamen quòd ipsa legitimatio fuerit facta ante venditionem patris, quia legitimatio non flectit retro oculos. Doct. in l. Gallus. §. 3. de liber. & posthu.

En la ligne dont meult, &c.

¶Notanter dicitur *En la ligne*. Quia si aliquis parens esset venditoris, non tamen ex linea, ex qua res venditæ processere, tunc non admitteretur ad retractum. quia, vt suprà dictum est, ratio introducendæ consuetudinis nostræ est, ne res exeant de genere suo, & vt conseruetur familia & domus: attamen ratione connexitatis impleatur priuilegium, vt dicam pulchrè infrà arti. 19. & ibidem declaro hunc passum.

Meult la chose vendue.

¶Supple tu, idem si alio modo esset translata per

per contractum retractui suppositum, puta per dationé in solutum, vel per rentam cum certis nummis exbursatis: vt infrà, art. II. vel per similem contractum.

Au dedans de lan & iour, &c.

¶ Adeo quòd si duobus annis elapsis fluxisq; tu emptor non intrares in possessionem rerum emptarum, tunc adhuc admitteretur proximus ad retrahendum.

Pur sort, &c.

¶ Hinc excluditur id quod fuit datum vxori vendẽtis, vt ipsa alliceret, ac incitaret virum suum ad vendendum.

Loyaulx coustumes.

¶ Per ista verba excluduntur impensæ delicatæ, quas emptor fecit cum tribus equis, qui tamen solebat ire solum cum duobus equis & seruitoribus. Vel rusticus, qui solum solebat comedere grossos cibos, voluit epulari splendidè: vel, cùm potuisset emptor ire in vna die ad dominum feudi pro solutione ventarum fienda, ipse tamen exposuit duos dies, quia dicebat emptor delicatus, quòd æquitare non poterat vrgente sole, sed solum mane, orto iam paululum sole, & parumper etiam sole inclinante. ius enim non fauet delicatorum votis. l. vt pomum. ff. de serui. & in c. cum dilecti. extra, de dol. & contu.

II. ARTICLE.

Et ou il y a grace par le contract de vendition, lan & iour dudit retraict ne courra contre le lignagier, sinon apres lan & iour de la grace.

An contractus sub gratia redemptiua celebrati sint permissi.

¶ Hic soluitur quæstio, de qua mentionem feci suprà ar. præced. quæst. 4. & hoc quo ad contractum sub gratia redemptiua celebratum, quia de pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, hic non tangitur. Est ergo videndum de hac gratia redemptiua, & an sit licita in contractibus? Dic breuiter, quòd cõtractus sub gratia redemptiua compositus vtroque iure, tam ciuili quàm canonico est permissus. l. 2. cum ibi not. C. de pac. inter empt. & vend. compo. cap. ad nostram. extra, de emp. & vend. & glo. & Doct. in cap. conquestus. extra, de vsur. & ibi pulchrè inter omnes per Henricũ Bohic. Et hoc verum, dummodo cum bona fide, & absque fraude ematur, hoc est, quòd in veritate emptor emere intendat: & solum pactum de retrouendendo faciat ex complacentia venditoris, vt pulchrè per Innocen. Ioan. And. & Panormi. in d. cap. ad nostram. de emp. & vend. extr. Si verò emeret in fraudem, quia intendit mutuare, non emere, & sic crederet venditorem non recepturum, sic esset vsura palliata secundum Docto. in d. c. ad nostram. Aduerte autem tales contractus sub gratia redemptiua celebratos ex tribus præsumendos vsurarios secundum DD. in d. c. ad nostrã. Primò, quando precium est modicum respectu rei, facit l. quamuis. §. cum essem. ad Velleia. ff. debet enim esse quædam adæquatio dati & accepti, & q; res ematur iusto precio secundum consuetudinem loci regionis, & temporis, ar. no. per Doct. in l. 2. C. de rescinden. Secundò præsumitur in fraudẽ, quando fit pactum de restituendo aliquid plus, quàm fuerit datum per emptorem. no. in c. illo vos. de pig. & aliquid per dominum Ant. in c. in dicæcesi. de vsur. Tertiò, præsumitur cõtra talem contractum, quando emptor consueuit exercere vsuras. not. in l. q; si nolit. §. qui assidua. de ædil. edic. facit l. in ciuilem. C. de ser. fug. Et tene etiam menti, q; emens cum pacto de retrouendendo apponens clausulam, q; emptor non possit redimere ante quinquenniũ vel decennium fortè, q; talis contractus præsumitur vsurarius, & sanè est vsurarius. pulchrè per Hosti. in d. c. ad nostrã. Et de isto racheto & gratia redemptiua ponit etiam Gui. Pa. q. 516. incipiente, an per confessionem rachati, & in effectu adhæret supradictis Doctoribus scribentibus in d. c. ad nostram. & in d. c. conquestus. Et quærit ipse etiam quæst. 271. incipiente. Si debitor promisit, &c. de q. singulari, quæ talis est, Vendidi certum censum super domo mea soluendum anno quolibet in festo omnium sanctorũ, cum gratia redemptiua, q; possim reemere infra decem annos, quandocunq; dictũ censum, infra tamen tempus à nobis contrahentibus limitatum. Contingit quòd volo reemere dictum censum per duos vel tres menses ante terminum omnium sanctorum, an tenear soluere censum illius proximi termini futuri? Et dicit ibidem quòd sic, per l. qui Romæ. in prin. de verbo. oblig. ff. & per gloss. in l. qui pecuniam. si cer. pet. ff. & hoc dixit ipse verum de iure. Sed de consuetudine dicit, quòd vidit semper seruari contrarium. Breuiter ego aliàs fui interrogatus, & respondi venditorem meo iudicio posse reemere etiã ante duos, vel tres dies termini, vt sic non teneatur ad rendam termini venturi. Moucbar propter illam dictionem positam in contractu dictæ gratiæ redemptiuæ, quæ est quandocunque, &c. Et sic vt illa dictio aliquid operetur: quia nulla dictio debet vacare in rescripto vel contractu, dicebam vẽditorem posse etiam ante terminum reemere, & se à contractu, & arreragio census liberare, quicquid ibidem dicat ipse Gui. Et non video q; l. illa, qui Romæ, in qua ipse se fundat, faciat ad decisionem quæstionis ex pacto, quo eam suprà retuli: quia sunt propria verba eius in d. q. 271. & licet l. illa, qui Romæ. optimè probet, quòd vbi tempus est adiectum gratia vtriusque contrahentis, quòd non possit solui ante tempus: tamẽ in quæst. est dictio: quandocunque. igitur viso de contractu sub rachato celebrato, dico pro consuetudine nostra sustinenda, quòd ipsa consuetudo habuit bonum rationis motiuum: quia in istis contractibus resolutoriis nullum ius est incommu

Quæstio.

De pacto recobrij.

tabiliter

tabiliter apud emptorem, vt suprà dixi in artic. prece. per Doct. ibidem in quar. q. allegatos. Non est ergo mirandum, si tempus proximo non currat, nisi à die finitæ gratiæ. Adhuc aduerte in eo quod dixi contractum emptionis sub gratia redemptiua celebratum fore licitum & validum, his præsertim tribus concurrentibus, de quibus suprà mentionē fecimus. Tamen dico, quod mutuās super pignore aliquo cū tali pacto, quod donec debitor sibi restituerit summā, ipse creditor habeat fructus pignoris, quòd contractus vsurarius est. c. illo nos. de pig. ext. Sed cùm vidissem pauperē & calamitosum, qui reuera contraxerat vsurariè, seu vsurario modo, meditabar an aliquo pacto esset excusabilis, dubitabā propter l. palàm. de ritu nuptiarum. ff. vbi habetur, quòd obtētu paupertatis mulier peccare non debebat. mouebar insuper per c. sacris. de his quæ vi met. ve. causa fiant. in antiq. vbi etiam mortale peccatum pro morte non est consummandū. Sed adinueni Innoc. in c. dilectus. extra, de Simo. & Panor. in c. super eo. de vsur. dicentes in effectu, quod si pauper in extrema necessitate positus, seu constitutus, vt qa fortè fame moriturus sit: tunc licet ei inuitare etiam diuitem (si tamen gratis nolit sibi subuenire) ad mutuandū sibi sub vsura & hoc, vt maius malum euitetur. Aut non est ille pauper in extrema necessitate constitutus, & tunc non licet inuitare diuitem. Si tamen diues sine instigatione esset paratus sibi dare ad vsuram, & pauper ille, nisi habeat pecuniam notabilem, pateretur iacturam, vel notabiliter damnificaretur, tunc liceret sibi accipere sub vsuris, quod est singulariter notandum. Attingere autem materiam vsurarum non est intentionis meæ. Sed duntaxat pro eo quod quotidie indigemus, esset videndum, an sit licitum emere rentas & redditus perpetuos: puta pro mille ducatis emere quinquaginta ducatos annui redditus, ac perpetui. Hanc quæst. fuisse à domino Guilelmo Bour in quæst. publica, acutè disputatam, nemo vestrûm ignorat. & Bald. in c. 1. in vlt. col. Si de feu. vas. ab aliq. inter. dicit illum textum facere quod licitum sit tales redditus emere, tamen dicit quosdam tenere, quod est vsura, ꝑpter lucrū certum & infallibile. Vnde optimè consuluit, vt illa pecunia ordinetur ad emptionē prędij, deinde detur in redditū. Sed in l. vnica. 3. q. C. de his quę pœ. no. plenius prosecutus est, dicēs, q̄d talis contractus est licitus, attēto quod de consuetudine frequentatur etiam per bonos mercatores, & graues viros. per gloss. in l. 3. §. 1. de eo quod cer. loc. Iaso. in l. cunctos populos. in lectura Paduana. in pen. col. hanc q. attingens, nihil apertè firmare videtur, inclinat tamen in hanc vltimam sententiam. & de hac ponunt Doc. in c. in ciuitate. extra, de vsur. Quicquid sit, non puto exclusum crimen per temporis vsum. vt pulchrè inquit glo. in c. quanto. de benignitate. extra, de consue. & tanto grauiora sunt peccata, quāto diutius infelicem animam detinent alligatam. c. fin. de consuetu. Imò consuetudo non excusat à pœna gehennali. vt est pulchra glo. in c. denique. 4. distin. Ideo nō est tutum iudicio meo Baldi fundamentum, qui se super consuetudine & frequentia videtur fundare. Nā quomodo consuetudo seu frequentia istud licitè posset introducere? Hinc est quod aliqui, & non immeritò dubitāt, nunquid Papa posit dispensare super vsuris exercendis? de qua q. vide per Ias. in d. l. cunctos populos. in secunda repeti. Papiæ composita. versi. sed quæro. col. 8. ideo in proposito, si consuetudo vel frequentia talis contractus, tanquam validos introduceret, tunc plus quàm Papa faceret, quod esset ridiculum. Ideo credo non excusari tales celebrantes istos contractus: si præsertim habeant mercandi modum, vel astutiam negociandi, aut patrocinandi. Et credo quòd ista sit pura veritas. Sed an sint aliqui casus, in quibus posit peti vsura, vt lucrum? Nam bene scitis, quod vsuræ damni resarsitiuæ sunt à iure permissæ. vt firmant glossa & Doctores in l. cunctos populos. Sed vsuræ merè lucratiuæ sunt omni iure prohibitę. ideo videndum est, an sint aliqui casus, quibus licitè peti possunt. breuiter, inueni quatuor casus singulares. Primus, si creditor erat mercator consuetus lucrari ex pecunia posita in mercibus, tunc licet petere lucrum secundum verisimilem & communem cursum mercatorum. Nam istud lucrum tanquam interesse, etiam iure canonico peti potest. ita pulchrè Paulus de Castro, in dict. l. cunctos populos. C. de summa Trinitate & fide catho. & Panormi. in ca. conquestus. & cap. nauiganti. extra, de vsur. & Petr. de Anchara. in cap. peccati. in 7. quæst. Limita tamen secundum dominum Iason. vbi mercator idemque creditor solitus taliter lucrari, habuit præ manibus mercantiam, in quam posuisset pecuniam, si fuisset restituta: ita etiam Paulus de Castro in l. 3. §. fina. ff. de eo quod cert. loc. ff. bonus textus secundum eundem Iason. in l. quemadmodum. §. item Labeo. ad legem Aqui. ff. Secundus casus est in marito, qui licitè petit vsuras dotis nō solutæ, in termino, quo petit tanquam damnū, eò quòd ipse sustinet onera matrimonij. c. salubriter. extra, de vsur. vbi Doct. Tertius est in vēditore, qui rē tradidit, ex qua emptor percepit fructus. nam si precium non soluatur in tempore: licitè petit vsuras propter fructus. l. curabit. de acti. empt. C. l. Iulianus. §. si fructibus. eo. titu. ff. Quartus est, quòd si teneris mihi soluere pecuniam ad certum diem, & tu nō soluis. Ideo capio ab alio tantundem pecuniæ sub vsur. porrò vsuras licitè à te peto, ita pulchrè Innocen. in ca. primo, de vsur. Alios autem casus vide per canoni. in d. l. conquestus. cap. salubriter. & cap. nauiganti. extra, de vsur. Sed quid dicemus de pœnis, quæ quotidie ponuntur in contractibus, & petuntur in iudi-

Bona & practicabilis materia de Vsuris.

Obtentu paupertatis mulier peccare nō debet.

An sit licitum emere redditus perpetuos.

Nota cons. Bal. Vt illa pecunia ordinetur ad emptionē feudi.

Consuetudo à pœna gehennali non excusat.

Casus in quibus percipitur lucrum, siue Vsura, & isti singulares sunt.

Nota perpetuò.

Nota summo opere.

Nota diligenter.

Nota indelebiliter.

iudiciis? Dic resolutoriè, quòd vbi pœna est apposita facto: & tunc peti potest, etiam si excedat, verum interesse. idem dicendum est, vbi apponeretur super facto & datione quantitatis simul. Sed hoc casu pœna excedens ipsum interesse, peti non posset, nisi respectu facti. Siquidem vbi pœna apponeretur super quantitate prestanda, tunc peti licitè non potest, quia tunc præsumitur pœna in fraudem vsurarum apposita. Et loquor de pœna conuentionali, vt nõ erretis. Faciunt tradita per Docto. in l. cum allegas. C. de vsur. & in l. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de acti. emp. & Bart. in l. rogasti. si cert. peta. ff. & per canonistas in cap. dilecti. de arbit. præsertim per Panormit. Quando autem pœna additur facto, vt supradicti pone exemplum, vt si promitto tibi facere domum, & casu quo non fecero, promitto dare quinquaginta, tunc non præsumitur in fraudem, quia est super facto. Pone aliud exemplum super quantitate, vt, si promitto tibi centum in tali termino, & si non soluero, soluam pœnam: tunc non præsumitur in fraudem. Aliud exemplum, quando promittitur pœna super facto & quantitate, simul promitto tibi Titio centum in tali termino, & promitto venire ad curiam, & accipere præceptum de soluendo, aut de dando pignora, & si non fecero, promitto soluere pœnã, sic non præsumitur in fraudem ratione facti adiecti. Aduerte tamẽ ad id, quòd dixi pœnam peti posse quando additur facto, etiam si verum interesse excedat, id verum est secundum theologos Doctores à laicis. Grandis verò & necessaria quæstio esset supradictis meritò annectanda, an ille qui ex impotentia non implet contenta in obligatione pœnam euadat? Dicatis breuiter ex mente Panormi. in cap. cum super causa. extra, de testi. cog. quòd si loquamur de pœna iuris aut statutorum, sic talem pœnam euadit. Si verò de aliis pœnis, tunc peti non possunt in certo dictamine conscientiæ & rationis, nisi quantum solum interesse importat. facit cap. significante. de pigno. & c. ex literis. de in integ. rest. extra. Item nota vnum quod ibi pœna est adiecta obligationi indiuiduæ, tunc licet debitor partem impleuerit, tamen totam pœnam incurrit secundum Panor. in d. c. suam. de pœ. etiam de iu. canonico. Si verò obligatio sit diuidua, tunc soluet partem pœnæ duntaxat. Diuidua verò obligatio, vt clarè intelligas, est illa, quando solutio partis per se valet, quo ad illam partem tantum, quantum ad se totum. Indiuidua verò dicitur, quando non valet illa pars per se. Exemplum primi dicti; vt, si promisisti scribere codicem & digestum, codice scripto soluet pœnam pro parte pro digesto non scripto, cum obligatio sit diuidua. si autem promisit quis scribere Bibliam, fortè, & scripsit tres quaternos, tenebitur ad totam pœnam: quia obligatio est indiuidua, quia de sola Biblia scribenda. & de his plenè per legistas in l. stipulationes non diuiduntur. de verbo. oblig. ff. vbi videas. Habui processum coram me inter quendam ruricolam, & nobilem virum Nicolaum de Momont, petit ruricola, vt dictus de Momont virtute gratiæ redemptiuæ sibi à domino Ioan. Bouuelli presbytero concessę nobilis ipse recipiat certas pecunias pro gratia redemptiua cuiusdã sextarij frumenti, quod olim vendiderat dicto domino Ioan. Bouuelli. & quoniam dominus Ioã. Bouuel. de post vendiderat dicto de Momont. dicit dictus de Momont, quòd ipse nõ tenetur stare pacto ipsius Bouuelli, arg. l. emptorem. C. de loc. & conduc. & quia singulares successores personali obligatione non astringuntur. l. 1. §. si hæres. ad Trebel. & l. quotiens. de hæred. institu. no. in l. venditor fundi Geroniani. communia prædiorum tam vrba. quàm rusticorum. ff. & l. fin. §. Lucius. de contrah. emptio. ff. ideo dicebat quòd contra dictum Bouuelli promissorem & obligatum suum se dirigere debebat non contra eum, tanquam cõtra extraneum emptorem, ad quem nihil attinebat de obligatiõe personali ipsius Bouuelli, per ea quæ no. per Docto. maximè per Salic. in l. ea lege. C. de cond. ob caus. dat. vbi tenet Salic. ꝙ conditio, de qua in l. illa nõ cõtra extraneum emptorem, sed contra promissorem est intendenda. pro hoc adducebam l. prior emptor. quæ est lex fi. ff. de in diem adiecti. & l. emptorem. de loc. & conduc. Item me non parum mouebat, quòd per propositum actoris hoc pactum recobrij, vel gratiæ redemptiuæ, non fuerat in primo contractu ipsius acquisitionis sextarij frumenti appositum, sed multo post: vt constabat per literalem actoris productionem. Ideo succedit theorica doctorum dicentium, ꝙ quando pactum legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, opponitur ab initio & tẽpore celebrati contractus, quod tunc contractus resoluitur ipso iure, & ipso iure transfertur dominiũ: secus si ex interuallo. vt per Bald. in l. ab emptione. in vlti. colum. ff. de pact. & ita in his verbis tenet Iason in l. 3. colum. penulti. versicu. 11. Quæro iuxta duas proximas quęstiones, &c. igitur. Item faciunt quæ ponuntur per glo. consuet. Bitu. de consue. retract. ar. 1. in fi. glo. Præterea ista facultas gratiæ redemptiuæ cẽsetur esse personalis, per no. per Bar. in l. pater. de serui. legata. ff. in ver. Quæro vtrùm concessio in dubio, vbi ipse tenet quod concessio priuati procedens ex mera facultate facti, est personalis. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. de leg. 1. ff. quam ipse ibidem allegat. ergo sic dicendum in proposito. restat respondere ad id quod ex parte actoris me moueat. nam dicunt Doc. quòd in istis pactis resolutiuis in conditionis euentum res reuertitur ad pristinum venditorem ipso iure. & fingitur nõ fuisse contractum, hinc est quòd emptor non dicitur habuisse dominium incommutabile, vt per Doct. scilicet per Bal. & Iaso. in l. ab emptione. ff. de pac. quia respondeo:

Pulchra et subtilis materia de pœna in contractib. appositis an vsuram sapiat.

Quid quando pœna additur facto

An is qui ex impotentia nõ implet promissa, incidat in pœnam.

Theorica doctorum.

De dominio commutabili.

deo: speciale esse in istis duobus pactis resolutiuis, scilicet in diem addictionis. & l. commissoriæ. & hoc propter frequentiam illorũ: & eo, quia in istis duobus verba communiter concernunt directo actus resolutionem, vt sit res inempta, vel infecta, & sic de similibus, & non sic pacto de retrouendendo, quia communiter concipitur per verba obliqua, & sic non operatur ipso iure resolutionem contractus. Et secundo respondeo, ꝙ viso ꝙ istud pactum de retrouendendo fuit multo post contractum venditionis appositum, vt suprà dictum est, quòd non potest operari resolutionem ipso iure, vt per Angel. Fulgos. & Paul. de Cast. post glo. in d. l. ab emptione. ff. de pact. & Bart. & alij post glo. in l. 1. de dona. ff. & Bald. in l. traditionibus. C. de pact. hinc dicit domi. Iaso. in d. l. ab emptione. his verbis, quòd propter hoc confunditur noua decisio Paul. de Cast. in l. si cum venderet. de pigno. actio. ff. per illum textum, in verbo, vendicare. quem ad hoc reputat singularem, & per eum refert se cõsuluisse, quòd si emptor fecit pactum de retrouendẽdo, prout facere solent vsurarij, quòd venditor oblato precio potest illam rem vendicare à quocunq; possessore. quia per tale pactum intelligitur ipso iure translatum dominium in eum, vt ibi est textus, in verbo, vendicare. etiam si primus emptor vendidisset, alij antequam sibi fieret oblatio precij, quia intelligitur vendidisse cum sua causa. l. lex vectigali fundo dicta. ff. de pigno. Sed malè dicit Paul. cum verba pacti sunt obliqua, scilicet de retrouendendo. Item speciale est in pacto legis commissoriæ, & in pacto adiectionis in diem, quòd dominium retro transferatur ipso iure, vt tenet glo. ordinaria in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. compo. & Barto. & Angel. in d. l. 1. de do. ff. ergo secus in ipso pacto de retrouẽdendo. Nec obstat d. l. si cùm venderet, quia ibi creditor non vendidit rem ex pacto taliter, quòd transferret dominium in emptorẽ, sed solum vendidit illud ius quod habebat in pignore, vt patet ex textu, in verbo rem suam liceret recipere. meriò ei competit vendicatio, non quidem virtute istius pacti, sed quia creditor vendendo transtulit solum ius pignoris, vt ibi declarat Raphael Fulgo. Et ita contra illam decisionem Pau de Castro consuluit de ciuitate Sen. domi. Alexan. in consil. 1. quod incip. Videtur fortasse prima consideratione dicendo hæc ipse domi. Ias. in d. l. ab emptione. Sed insurgit alia difficultas: nam dictus Bouuelli per contractum promiserat, & fecerat pactum de retrouendendo, & obligauerat ad obseruantiam pacti omnia bona sua præsentia & futura, & sic videbatur quòd actor esset admittendus per tradita per Barto. in l. filiusfamiliâs. §. diui, aliâs est solum in princ. legis filius. de leg. 1. ff. vbi concludit, quòd in contractibus, vbi quis reseruauit sibi ius in re, quod tunc impeditur dominij translatio, iuncto quod interest ipsius

Vbi quis reseruauit sibi ius in re tunc impeditur dominij translatio.

paciscentis, scilicet ipsius actoris, sed Ias. in l. nemo pacis, post Bartol. ff. de pactis. intelligit verum quando est reseruatum ius reale in re, imo plus dicit Barto. de Salic. in d. l. ea lege. C. de cond. ob caus. da. quod illud dictum Bartol. non est tutum, & hypotheca ipsa non est translationis dominij impeditiua. Et quòd si venditor reseruauerit sibi ius in re, impediatur dominij translatio. Tenet Guid. Pap. quæst. 569. incipien. per pactum, potest prohiberi. ergo videtur quòd impedita fuerit dominij translatio per hãc obligationem bonorum. Sed punctus nostræ quęst. est, dato quòd per talem rerum obligationem se obligauerit dictus Bouuelli ad obseruantiã pacti, & ꝙ impedita fuerit dominij translatio, vt voluit Barto. in d. l. si creat istum secundum emptorem. Et videtur quòd non. Nam aut agit personali obligatiõe, & res est clara. quia non est iste reus, & emptor secundus ipsi actori obligatus: aut actione in rem, vt quia velit vendicare oblato precio, & tunc non potest cùm nõ sit dominus de iure ciuili vel gentiũ: & sic dicas quòd impedita fuit dominij trãslatio secundum Bartol. & quòd secundus emptor nunc reus non potest dicere, quòd apud eum sit actio directa, quæ est loco dominij in istis redditibus: tamen adhuc esset dicendum, quòd illa esset penes dictum Bouuellum, & tamẽ contra eum non agit. igitur, ista sunt pulchra & quotidiana, & de hac dubitabili quæstione, vide Sali. in l. creditores. in 2. colum. C. de pignoribus.

An hypotheca sit translationis dominij impeditiua.

III. ARTICLE.

Et si le contract de vendition est par escript, la grace sera par escript, aultrement elle ne pourra preiudicier au lignagier, ne au seigneur de fief. Toutesfoys si ledit contract de vendition, ou alienation estoit sans escripture: La grace donnee en faisant ledit contract se pourra prouuer par tesmoings, tout ainsi que la vendition. Et si auant la tradition ou possession reelle de ladicte chose acquise, le contract estoit resolu du consentement des parties, il ny aura point de retraict.

Il ny aura point de retraict, &c.

¶ Est optima ratio, quoniam, cum venditio est sine traditione: illa dicitur esse seminata, id est, nondum totaliter nata, vt l. traditionibus. C. de pacti. l. si ager. de rei vendi. ff. eod. titu. c. 2. de consuetudi. extr. cum similibus, quia, vt dicunt iura, traditionibus dominia rerum, non nudis pactis nobis à transferuntur, vt d. l. traditionibus. & venditio non dicitur esse perfecta ante traditionem. §. venditæ. de rer. diui. Instit. & c. cum Io. Heremita. prope princip, de fid. instru. ext. hinc dicitur, quòd

quòd quando non interuenit traditio in contractu venditionis, tunc nudo consensu ab ea receditur, & pro non facta habetur. l. ab emptione, in princi. ff. de pact. & l. prima. de pericu. & commo. rei vendi. pulchrè Salic. in l. 3. C. de iure emphyteo. Et hoc facit ad quæst. notabilem, quam ponunt Doctor. in d. l. tertia. C. de iure emphyteoti. quæ est, an emphyteota qui vendidit rem emphyteoticam sine consensu domini: sed non tradidit, an cadat à iure suo? Spec. singulariter tenuit quòd non in loco infra allegando motus: quia verbum, vendere, est cum effectu accipiendum. l. 1. §. hæc verba. quod quisque iuris. ff. & quia non dicitur perfecta venditio ante traditionem. §. venditæ. Insti. de re. di. & d. c. tum Ioan. de fide instrumen. facit etiam, quia quando non interuenit traditio in contractu venditionis, tunc nudo consensu ab ea recedi potest, vt suprà dictum est. facit d. l. ab emptione. ff. de pactis. & hanc partem, scilicet, quòd emphyteota non priuetur iure suo in isto casu, tenet do. Anto. de Butri. in c. potuit. de loca. Idem in simili de vasallo tenet Bal. in c. 1. §. aut si libellario. de prohi. feu. ali. per Frede. & hanc partem tenet & sequitur do. Iaso. in d. l. 3. de iure emphyteo. C. in fin. quasi sui commentarioli, versi. 18. quæro, &c.

IIII. ARTICLE.

Et doibt lacquereur prendre possession des choses acquises en presence de deux notaires, ou vng notaire & deux tesmoings voysinaulx, a ce que les lignagiers du vendeur puissent auoir cognoissance de ladicte vendition.

Et doibt lacquereur, &c.

¶ Optima ratio ponitur in fine textus: ne venditio occultetur in preiudicium proximi. Et ideo dico quòd non sufficeret traditio possessionis per constitutum: licet ex tali translatione possessionis, scilicet, cùm quis se constituit possidere nomine alterius, transferatur verum dominium & possessio, vt per Doct. in d. l. traditionibus. C. de pact. & l. ab emptione. ff. eo. cum simili. facit l. quod meo nomine. de acqui. vel amitten. pos. ff. & adeo, vt dicat Barto. post gloss. in d. l. ab emptione, quòd si venditor in instrumento constituit se possidere nomine emptoris, prout communiter fieri solet in instrumentis, talis venditor non teneatur amplius tradere, nec ad hoc potest cogi per actionem ex vendito, sed bene potest conueniri, vt possessor rei vendicatione, vel vti possidetis: & ita sequitur illam gl. & doctrinam Bartol. Fulg. Tamen dico, quòd in hoc casu talis traditio non sufficeret in præiudicium proximi; sed oportet acquirentem per se, aut aliam legitimam personam saltem accipere rerum venditarum realem possessionem præsentibus duobus vicinis testibus ad hoc, vt facillimè res in noticiam proximorum veniat, & sanè hæc consuetudo nostra est æqua & rationabilis ad euitandas secretas fraudes, & clandestinas venditiones, ac tales fictas possessionis traditiones. Ad id autem, quod dixi venditorem, qui se constituit nomine emptoris possidere, nō vltra ad realem possessionis traditionem teneri, secundum doctrinam Bart. & sequacium suorum in l. ab emptione, post glo. ibi positā, est bene verum quod glos. in l. Iulianus. §. ex vendito. de act. emp. ff. tenet formaliter contrarium. similiter & Cyn. in l. secunda. in vl. quæstio. C. quando liceat ab empt. discedere? idem Paul. de Castro, in d. l. ab emptione, dicens venditorem adhuc posse cōueniri actione ex empto ad realem traditionem rei, quia quo ad illam, adhuc res censetur integra. ar. l. si hæres testamento. de eo quod cert. loc. ff. sed prior opinio est communior, pro qua facit l. certè. §. primo. de precario. ff. vbi habetur, quod per constitutum: licet sit actus fictus: tamen transfertur vera possessio. intellige tamen, & limita quòd per constitutum venditor non possit amplius compelli ad rem venditam realiter tradendam, id esse verū, quando tempere venditionis venditor rem possidebat, & erat in eius vera & actuali possessione. faciunt tradita per Bal. & Sali. in l. prima. C. quando liceat empt. disce. & pro hoc allegat dom. Iaso. textum in l. secunda, in verbo, tradita. & ibi Angel. de Perusi. vbi ad hoc etiam notat. C de acqui. vel amitten. pos. dicendum ergo quòd ista adeptio possessionis hic datur pro forma. & theorica doctorum talis est, quòd quando aliquis requiritur pro forma, non sufficit per æquipollens seruari. l. qui per salutem. ff. de iureiuran. Bald. & Angel. in l. prima. ff. de libe. & posthu. & do. Ias. in l. 1. in 1. col. de verbo. oblig. ff. Et quia textus noster facit insuper mentionem de testibus vicinalibus: dic, quòd illi dicuntur propriè vicini, qui possunt vocem clamantis exaudire, vt per Barto. & Scriben. in l. fin. C. de his quibus, vt indig. & gl. in c. felicis. de pœnis. in 6. & quæ dicantur prædia vicina, vel ciuitates vicinæ, vide Bar. in l. quarta. §. finitam. de dam. infect. ff.

De possessione apprehendenda.

Qui sint vicini.

V. ARTICLE.

Le plus prochain lignaigier prefere le moins prochain a auoir les choses par retraict, pourueu quil vienne dedans temps deu. Cestassauoir dedans lan & iour, par adiournemēt en clam de retraict, ou entre la bource & les deniers de la congnoissance dudict retraict faicte au moins prochain lignagier, pourueu que la huytaine de ballier lesdictz deniers soyt au dedans lan dudict acquest,

 ou

ou ensaisinement, & se reiglent les retraictz selon les successions.

Le plus prochain lignager prefere le moins, &c.

¶ Hic est singularis arti. & bene gustandus in illis verbis præsertim.

Pourueu que la huytaine de bailler, &c.

¶ Sed videtur, quòd articulus noster implicet cõtradictionem. Nam primò dicit, quòd proximior venditoris preferτur minus proximo: & deinceps subiungit, quòd isti retractus regulantur secundum successiones: sed sic est, quòd de consuetudine nostra repræsentatio habet locum in materia successionis, vt infrà titulo, *de successions de fief & autres heritaiges*. articu. tertio, & melius articul. 30. in qua successione veniunt minus proximi per repræsentationem, cum proximioribus: quia veniunt nepotes cum auunculis & patruis: igitur idem videtur dicendum in hoc casu, cum retractus regulantur secundum successiones: ergo videtur dicendum, quòd minus proximus concurrens, cum proximiori habebit pro rata de iure retractus. Et tamen consuetudo nostra dicit apertè, quòd proximior prefertur minus proximo. igitur videtur sibi, aut in isto, aut in alio passu contrariari: Dic breuiter ꝙ pximior semper præfertur, & ad id quod consuetudo dicit retractus regulari secundum successiones. intellige illud, vt reguletur secundum lineas successionum, vt paterni in paternis, & materni in maternis admittantur, secundum quod regulantur secundum varias successiones in hoc, quòd primo vocantur descendentes venditoris, quàm collaterales: & sic de similib. seruata tamen gradus prærogatiua, vt in textu nostro. Nunc intro declarationem nostri textus. Nam dicitur in illo, ꝙ proximior prefertur. Sed quid si sint plures proximiores, id est, in eodem gradu? Dic quòd hæc questio terminatur in articu. primo. articu. 6. & 7. & 8. Sed circumscripta consuetudine, dic quòd faciunt sibi partes per concursum. facit text. in l. si finita. §. sin autem plures. de damno infecto. ff. & l. si fundum. §. si duo pariter. ff. de pigno. & l. prima. §. hoc articu. & ibi Bartol. & Alexand. ff. de hæred. institu. Sed quid si res esset indiuisibilis, certè tunc proximiores non possunt sibi facere partes per concursum. quid ergo faciendum, cum non possint concordare proximiores? Dic resolutoriè quòd in istis & similibus, in quibus est quæstio facti, & non iuris, tunc fortè dirimenda est. l. si duobus. & ibi Bald. in simili, C. communia de legat. Et pro primo dicto faciunt pulchrè tradita per Feli. in c. capitulum sanctæ crucis, extra, de rescri. in antiq. Sed quid si proximiores de venditione certiorati, per duos menses expectari neglexerunt retrahere, an poterũt postea retrahere? Vide in l. qui Romæ. §. cohæredes, & ibi Bartol. & alios scriben. ff. de verbo. obligat. quòd non, propter priuilegium scholarium, de quo in c. ex rescripto. extra, de locato. Si enim per duos menses ante terminum fuit scholari denunciatum, an vellet pro tali precio reconducere domum, & neglexerit accipere, post terminum non potest allegare suum priuilegium. Oritur & alia quæstio, an remotiores de genere possunt compellere proximiores, vt deliberent ante lapsum anni dicere, vtrùm velint retrahere? Et an iudex ad instantiam remotorum eius tẽpus præfigere? Hanc quæst. tetigit Cyn. in l. manifestissimi, colum. penulti. C. de furt. Et si non deliberent infra tempus à iure prefixum, poterunt ipsi remotiores retrahere. Optimè quadrant, quæ not. Petrus de Ancha. in cap. fin. colum. 1. de consuetud. lib. sexto. vbi dicit, quòd quando plures ordine successiuo admittuntur ad idem, præfigitur terminus priori, infra quem repudiet. per l. quandiu. de acqui. hære. ff. & ita concludit do. Gerald. Bagoil. Est & alia insuper quæstio: pone, quòd empotr paulo post emptionẽ, & infra tempus retractus rursus vendidit etiam rem quam emerat. Queritur, contra quem sit dirigendum nostræ consuetudinis remedium: & contra quem se debeat dirigere proximior, an contra primum emptorem, an contra secundum? Semper vidi practicari, quòd contra primum debeat proximior agere. Sed dominus Geraldus tenet quod contra secundum. Nam & alibi dicitur, quòd consuetudo dat ipsis proximioribus ius in re pro retractu, vt tenet Ioan. Fab. in §. ex non scripto. in colum. 6. de iusti. & iur. Instit. quod vltimum est summè notandum. Dubitatur insuper de dubio tali. Pone Meuium vendidisse fundum Cornelianum. decessit ipse relicto meipso suo hærede. proximior & decessit infra tempus anni, & diei venditionis, vel adeptæ possessionis, volo venire ad ius retractus: opponit emptor contra me ꝙ venire non possum: quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. vendicantem. de euict. ff. Sed dico me admittendum tãquam proximiorẽ cum Istud ius retractus esset mihi quæsitum ante aditionem hæreditatis, quòd ius non perdo. per not. in l. scimus. §. in computatione. in fin, & ibi per doctores. C. de iu. deli. Quæro iterum: Mæuius vendidit fundum Tusculanum mihi Sempronio: hunc fundum aliquod per tempus possedi, fortè per menses sex, Titius prætendens fundum ad se spectare, mouet mihi questionem super fundo, ego secum iudiciario Marte congredior: & illo in forensi Marte certas pecunias expendo seu expono, fortè per trimestre. Nunc proximior venditoris vult fundum iure retractus retrahere, & in misiis, & sumptibus meis articulo sibi hos sumptus illicitè factos. Quæro, an tunc sim adhoc admittendus? videtur quòd non, cum sui causa principaliter id facere videa-

An contra primũ vel secundum, sit dirigendum reme. consuet. nostræ

videatur. Sicut in simili notat Bald. in l. scimus. §. & si præfatam. C. de iur. deliber. Sed dico, si talis emptor non sit repetiturus alias istas expensas: vt, quia causa non est finita, vel terminata, & quod ipse necessario defendit se, possit tales missas & expensas repetere: imò. & in declarationem suam apponere. Si à venditore suo non habeat aliud remedium euictionis, vel interesse: vt, quia fortè obiit venditor nullo relicto hærede, vel aufugit ad longinquas partes, puta ad bellum vltea montes, nec est spes de reditu. Sicut in simili dicunt Pau. de Castro, Alexand. de Imo. & domin. Iaso. in dict. §. & si præfatam. vbi quærunt de hærede, qui expendit litigando, cum alio, qui se æquè hæredem prætendebat, an ipse has expensas repetere possit: & an ipse has expensas litigij ante omnia valeat deducere? Et concludunt quod sic: vbi hereditas presertim non esset soluendo. Sicut prelatus, quando litigat de beneficio, licet primo modo litigat sua causa: tamen expensas facit de redditibus beneficij. cap. vt præteritæ. cum ibi nota. extra, de elect. & hæc sunt de mente Ange. Paul. de Cast. Alexand. & do. Iaso. in dict. l. scimus. §. & si præfatam. C. de iure deliberandi. & vide de hac mate. Barto. & Salicet. in l. prima. C. de actionibus, vbi optimè loquitur.

Bona & noua quæstio.

VI. ARTICLE.

Si aulcuns qui sont lignagiers du vendeur en plusieurs degrez, demandent tous en vng iour le retraict de la chose vendue par leur parent, le retraict sera adiuge a eulx & chascun deulx, & a celluy deulx qui plus habil le sera a auoir ledict retraict. En maniere que si le plus prochain, ne fournissoit des deniers au iour de la huytaine, le plus prochain apres luy poura auoir ledit retraict, en fornissant comme dessus. Et sic de singulis.

Si aucuns, &c.

Le plus prochain apres luy pourra auoir ledit retraict.

¶In hoc patet veritas, quòd retractus regulantur secundum successiones, vt diximus in articulo præcedenti: quia sicut in successionibus excluso eo qui est in primo gradu, sequentes in capite, vel in gradu admittuntur per successorium edictum. & si extraneus in gradu anteriori non agnouit possessionem: vel agnouit, sed non debito modo, sequens admittitur, per successorium edictũ: vt l. si mater. & l. si auiæ frater. C. de successorio edicto: sic in proposito, excluso proximiore propter defectum pecuniarũ, admittuntur sequentes in gradu, cum retractus regulẽtur secundum successiones. Sed quid, si nostra consuetudo non fauisset sequentibus in gradu: quia nihil de his disposuisset. Sed pone, quod simpliciter dixisset proximiorẽ debere ad ius retractus admitti, & ipse propter pecuniarum defectum fuisset à retractu exclusus: an sequentes in gradu tunc deberent admitti? Et videtur quòd nõ. Primò per regulam: quia quotiescunque excluditur proximior in gradu, certè & sequentes excluduntur. l. prima. ff. si quis aliquem testa. prohib. Secundò probatur per regulam l. de accessionibus. ff. de diuer. & temp. præscri. Tertiò probatur per ea quę tradit Bar. in l. secundo. §. sed videndum. ad Tertul. ff. vbi pulchrè dicit, quòd stante statuto, quòd extantibus masculis, filia non succedat, certè vigore talis statuti multo minus succedent filij ex fœmina. absurdum enim esset, quòd nepos ex filia esset in meliori gradu quàm filia ipsa. l. si viua matre. circa medium. C. de bon. mater. prout etiam scribit Bart. in l. liberorum. in 6. colum. ff. de verbor. signifi. & Ioan. Andre. in addit. Specul. titu. de successio. ab intestato super Rubric. quarta colum. Quartò probatur per theoricam, quæ talis est, quòd si statutum excludat patruum simpliciter, vel amitam, aut materteram, intelligitur etiam excludere patruum magnũ, & amitam magnam, ita do. Alexan. in d. l. si mater. C. de succes. edi. Quintò confirmatur, quia statutum excludens fratres simpliciter, multo magis intelligitur excludere fratres patruelos, & alios qui sunt in gradu remotiores. Bal. in l. scimus, circa fi. C. de inoffic. testa. ex quibus cõcluditur, quòd excluso proximiori, excluduntur remotiores: & sic idem videretur dicendum in hoc casu. Sextò facit. quòd notat Iason in d. l. si mater post Barto. per eum ibidem relatum, quòd quando statutum admittit fratrem, tunc intelligitur de proximiore, seu de proximo tantum: sed ad tollendum dicta dubia, consuetudo nostra disposuit, prout vides.

Excluso ascendente excluduntur descendentes ex illo.

Bona quæstio.

VII. ARTICLE.

Quant plusieurs dung degre demandent vng retraict, chascun deulx en aura sa part silz veullent. Et si lung delaisse sa part, les autres lauront en baillant les deniers.

Quant plusieurs, &c.

¶ Est ergo verum, quòd isti faciunt sibi partes per concursum. arg. l. si finita. §. si plures. de dam. infect. ff. Faciunt not. per Barto in l. hoc articulo. & ibidem per Imo. de hære. instit. & Ioan. Fab. in §. si plures. Instit. eo. titu. Sicut in simili dicunt de statuto dicente, si quis castrum intrauerit. vel brauium attigerit, quòd habeat certam summã. nam si plures castrum intrauerint, vel brauium attigerint, faciant sibi partes per cõcursum, secundum Doctores. Sed quid erit quando res est indiuisibilis, vtputa: quia est quæstio de retrahenda aliqua camera, domus, vel aliquo puteo,

Bona & practicabilis quæst.

Bona quæstio.

De iudicio sortis in quæstionibus facti.

teo, aut alia re indiuiſibili ? Dic quòd iſto caſu, ſi aliter proximiores concordari nõ poſſunt, ꝙ tunc debet ſorte dirimi, nec eſt conueniens, vt in quæſtionibus facti ſorte dirimantur, Barto. in l. ſi duobus. C. communia de lega. & pulchrè Felin. in c. capitulum ſanctæ crucis. colum. 18. extra, de reſcrip.

VIII. ARTICLE.

Si aulcun acquiert de ſon frere dommaine ou heritaige, & lung des autres freres veult auoir la choſe par retraict. il ne laura pas toute: mais en aura ſa portion, & ne laura le ſeigneur par puiſſance de fief auant le lignager: car le lignagier prefere le ſeigneur.

Car le lignagier, &c.

¶ Dicunt ſemidocti *Que premier eſt lignage, que paraige*. Et verum dicunt quantum ad lignagij inſtitutionem: quia ante realem terrarum diuiſionem, & antequam hæc duo pronomina Meum & Tuum in mundo eſſent inuenta, erant aliqui conſanguinei, ſicut Abel & Cain. Sed non eſt verum quòd de iure poſitiuo ciuili conſanguineus præferatur domino. nam de iure Cæſareo dominus præfertur, vt per ſcriben. in l. tertia. C. de iu. emphy. & dixi ſuprà, titul. *Comment hommaige ſe doibt offrir a ſon ſeigneur*. articu. quinto, concluſione prima, & Bald. in l. Imperator. ff. de pac. iuncto præſertim, quòd dominus venit ad retinendum. l. ſpeciali vt l. ſi. C. de iur. emphy. in feudo autem eſt hodie expreſſum, vt proximior de lignagio præferatur domino, vt no. per Bald. & ſcrib. in c. 1. in §. porrò. qualiter olim feu. alie. pote. in vſib. feu.

Conſanguineus hodie domino pfertur.

IX. ARTICLE.

Et ſi aucun ſeigneur de fief achepte aucun heritaige en ſon fief. Et ledit heritaige ſoyt retraict par aucun lignager, icelluy ſeigneur de fief, ſera paye de ſes ventes & honneurs par le retrayeurs de la choſe.

X. ARTICLE.

Si l'heritaige eſt baille a rente, ou condition de ladmortir a dedans temps, le lignagier peult demander le retraict dudict heritaige dedans lan du contract, ou de lan deſayſinement a la charge de ladicte rente. Et ſi ladmortiſſement eſt faict apres lan, le lignager ne peult demander que la rente. Et le congnoiſtra lacquereur au fons, ou a la rente a ſon choix. Et ſil nya point de condition de admortir ladicte rente, & elle ſoyt admortie dedans lan dudict contract: le lignagier demendera le fons a ſon choix.

¶ Sequitur in textu.

A deniers.

¶ Sed quid ſi ſit adiecta, ſeu appoſita conditio admortiſſamenti faciendi, nõ in pecunia numerata, ſed in alia ſpecie, puta in frumento, vel alio tritico, vt quia acquirens ſpopondit creditori ſibi dare pro admortiſſamento rendæ, non denarios, ſed vnũ modum frumenti, an tunc vendicabit ſibi locum conſuetudo ? Et videtur quòd non: quia conſuetudo tantum loquitur, vbi eſt conditio admortiſſamenti faciendi mediantibus denariis, & ſic vno conceſſo, videtur negare reliquum. Item non eſt recedendum à verbis conſuetudinis, cùm illa ſit ſtricti iuris. Item ſi conſuetudo intellexiſſet de admortiſſamento in alia ſpecie, quàm in denariis faciendo, facillimè expreſſiſſet: quod tamen non fecit. igitur breuiter credo, ꝙ ſi in alia ſpecie tale admortiſſamentum fiat, quòd nõ obſtantibus prædictis rationibus eſſet proximo locus retractui, aliàs lex conſuetudinaria eſſet impoſita verbis, & non rebus. Item ſi aliter diceremus, iſta conſuetudo eſſet ludibrio, & poſſet facilè deludi. item non eſt inconueniens dicere, ꝙ ſtatuta propter iuſtam cauſam introducta recipiant interpretationẽ extenſiuam ex identitate rationis, Bald. in l. 1. C. de interdict. Sed ſic eſt, quòd eſt eadẽ ratio in denariis, & aliis ſpeciebus. & ſemper conſideratur fauor proximiorum retrahẽtium, qui ad iſtud ius vocantur iure etiam diuino, & habetur Leuiti. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus, & vendidit poſſeſsiunculam, &c. Nec obſtat, quòd conſuetudo noſtra vtatur, ſeu loquatur de denariis: quia ipſa habuit reſpectũ ad ea quæ frequentius fiebant.

Statuta ex iuſta cauſa interpretationem extenſiuam recipiunt.

Et ſi ladmortiſſement eſt faict, &c.

¶ Intellige poſt annum, ſiue venditionis, ſiue ſayſinę, vel adeptæ poſſeſsionis: eo quod text. noſter in primo reſponſorio vtitur iſta alternatiua, *ou enſayſinement*.

Ou condition de ladmortir a dedans temps, &c.

¶ Adeò eſt iſtud verum, quòd ſi in contractu apponatur clauſula, ꝙ iſta renda poſsit adnullari ceu redimi poſt annum, ſicut plerunque vidi, attamen erit retractui locus propter figmentum. Bene verum eſt tamen, quòd ſi caſu iſta renda redimeretur poſt annum, quòd non eſſet retractui locus: quia tunc ceſſat præſumptiuè figmentum fraudis. & ſic poteſt renda alienari. Sed erit locus retractui pro renda, vt infrà, eo. titu. ar. 37.

XI. ARTICLE.

Heritaige baille a rente. Et oultre ladicte rente deniers baillez, ou equipollent la choſe eſt ſubiecte a retraict

En rendant les deniers & loyaulx coustemens a la charge de ladicte rente.

Et oultre ladicte rente deniers.

¶Nec distinguo: an isti nummi, vel æquipollens ascendat vltra, vel vsque ad valorem, aut æstimationem rendæ, cùm consuetudo nostra in hoc non distinguat: sufficit ergo quantumcunque paruum precium, vel æquipollens fuisse datum, dummodo fuerit datum occasione, vel contemplatione hæreditagij aretandi & contractus celebrandi, licet nõ possit vera dici emptio, nisi precium corresponderet rendę, vt scripsi in simili suprà tit. *Comment hommaige se doibt offrir a son seigneur*. art. 1. conclu. 31. post Bal. in l. qui se patris. C. vnde libe. vbi loquitur de feudo indulto à principe mediante precio, an dicatur fęudũ, vel ne, cum feudum debeat esse beniuola concessio. & ibi distinguit vtrum sit condignitas in precio, habito respectu ad rem infeudatam, vel non? Nunc quæro de quæstione tali. Titius origine Turonensis à paruo tempore domicilium mutauit, & transtulit domicilium apud castrum Radulphi in Bituria: & ibidem cum aduenisset, aliquis parens eius, vendidit quendam fundũ: attamen ipse Titius credẽs similem consuetudinem vigere in Bituria in materia retrahendi, sicut in Turonia nostra dimisit labi, & pręterire tempus quatuordecim dierum, quod duntaxat datur de consuetudine Bituricensi ad retrahendum: quia iam sunt elapsi sex menses: quæritur qualiter sit sibi subueniendum? Dicebãt plures, ꝙ nullo modo sibi poterat subueniri ad retrahendum: eo ꝙ erat maior annis, & quòd statuaria præscriptio currat aduersus scientes & ignorantes. Sed ego nunc oppositum dico, scilicet, ꝙ dicto Titio posfit subueniri beneficiõ restitutionis: quia theorica doct. est ꝙ forensis potest petere restitutionis in integrum beneficium aduersus statutum. quod ignorabat, ꝓbabiliter ex clausula generali: Si qua mihi iusta causa videbitur, in integrum restituam: ista est solennis decisio Innoc. & Ioan. Andr. in c. 2. extra, de consue. & Ioan. Fab. in l. cunctos. C. de sum. Trini. in 6. col. & Ias. in l. quandiu. in fin. C. qui admit. ad bon. pos. *Solennis decisio.*

XII. ARTICLE.

Lacquereur faict les fruictz siens de la chose par luy acquise, iusques a lassignation a luy baillee en clam de retraict, par deuant iuge competent, a la charge dez labouraiges & mises faictes desditz fruictz, ou pourra cõpter lesditz labouraiges & mises, & laisser lesditz fruictz a son choix & election, & ledit iour escheu celluy des acquereurs, ou lignagiers qui se defauldra, ou delyera, perdra les fruictz qui escherront doresnauant, & seront au diligent.

Faict les fruictz siens.

¶Intellige tam de naturalibus, quàm industrialibus perceptis, hoc sine dubio. Sed quid de extantibus seu percipiendis? Breuiter, credo hanc consuetudinem intelligendã de fructibus pendentibus, vt istos posfit retinere emptor: probo sic. Lex debet esse de dubio. l. ancillæ subtractæ. C. de fur. & seruo corrup. & Ias. in l. 1. & 2. de edic. di. Adri. tollend. C. Sed si consuetudo solum intelligeret: quòd emptor posset duntaxat retinere fructus perceptos: iam lex esset sine dubio, cum tales fecerit suos, cum suo titulo & bona fide, vt iuribus vulgaribus: ergo oportet fateri, quòd intelligatur etiam de astantibus. Item, quia de iure cessante consuetudine, vt dictum est, emptor non cogitur restituere fructus vigore istius consuetudinis, quia hìc agitur condictione ex lege. & quando agitur actione stricti ad rem, quæ nunquam fuit in bonis petentis, non veniunt fructus, nisi à tempore litis contestatæ, secundum Oldrad. in l. fi. C. in quibus cau. in integ. restitu. non est necessaria. & do Guid. Pap. quęst. 257. incipien. cauetur de consuetudine in patria, &c. alleg. l. videamus. §. si actione. de vsufruc. ff. Nec obstat illa clausula *Lacquereur faict les fruictz siẽs de la chose par luy acquise, iusques a laßignation, &c.* Quasi innuat seu inferat, quòd non faciat fructus suos post asignatiõis diem elapsum: quia id intelligo, quòd faciat fructus suos iam perceptos: fateor tamen, quòd si post diem assignationis nascerentur fructus naturales, vel etiam industriales: sed adhuc pullulantes, vt quando adhuc palmites surgunt de vinea, adhuc florescit, vel ager virescit segetibus, quod non esset iniquum compellere emptorẽ ad capiendum misias suas, ne per longum tempus impediret, & sic aucuparet aliquam partem agri laborati & imblauati. Et si mireris de opinione mea: & quare ego consulo potius fructus maturos, vel qui iam maturescunt, debere relinqui emptoribus: licet percepti non sint, vel à solo separati, quàm fructus immaturos, & nondum recolligibiles: Dico quòd motiuum meum non fortè aspernandum. Nam me mouet ad id dicendum, id quod pulchrè tangunt Doctores in l. 2. de inoffic. testam. C. dicentes quod licet non sufficit habitus & potentia, vbi requiritur actus. l. sed si plures. §. si ex asse. de vulga. & pupilla. substit. ff. Illa regula tamen fallit, nisi habilitatio & potentia essent proxima actui. ratio, quia potentia propinqua actui reputatur pro actu. l. pęnul. & ibi gloss. & Bart. & Bald. de testa. mili. ff. ergo fructus maturi, qui sunt in potentia propinquæ perceptionis, debent pro receptis reputari: cum propinqua potentia, vt dictum est, actui comparetur. ergo fructus tanquam reputari percepti, erunt ipsius emptoris. Confirmo per

Lex de dubio debet esse, vide Bar. in l. 1. C. de sacro san. eccles.

In retractu agitur conditione ex lege, & est stricti iuris.

Non sufficit habitus & potentia vbi requiritur actus

Mulier à viro de proximo cognoſcenda habetur pro cognita.

per ea, quæ ſcribit Bartol. in l. cum te. C. de donatio. ante nup. quòd mulier habetur pro copulata & carnaliter cognita à viro, quæ eſt de proximo copulanda : quia potentia actui propinqua pro actu reputatur. Ego confirmo tertiò per ea, quæ ſcribit pulchrè Paul. de Caſtro, in l. 3. §. ſi ſeruus. de acquiren. poſſeſ. ff. vbi dicit, quòd de proximo banniendus, habetur pro bannito, vt poſsit impunè ex forma ſtatuti offendi. ergo multo fortius potentia reputabitur pro actu in caſu meo: cum non ſit caſus meus odioſus, ſicut caſus dict. Paul. de Caſtro. Confirmo quartò per nota. per Panor. in c. eccleſia. de immunit. eccleſia. extra, vbi pulchrè dicit, quòd eccleſia de proximo conſecranda habetur pro conſecrata, & gaudet priuilegiis Baſilicæ. Confirmo quintò, quia condemnandus de proximo, habetur pro condemnato. text. nota. in l. qui pœnæ. §. diuus. ff. de ma. Et ſextò habeo theoricam Bartol. in l. diuortio. § interdum. ſolut. ma. ff. qui dicit quòd fructus de proximo recolligēdi, habentur pro recollectis. Sed ſic eſt quòd fructus recollectos indubitanter faceret emptor ſuos, etiam ſine miſiis factis. ergo idem de proximo recolligendis. & ſic ſemper etiam vidi practicari, ceſſante omni auxilio legum. Certè conſuetudo noſtra eſt etiam de fructibus percipiendis intelligenda, vt ſcilicet hos retinere queat emptor agri, ſi velit, & hoc cum dictamine rationis eſſet, quippe rigoroſum quòd pauper ruricola, qui totum per anni curriculum in laborando cum bobus ac iumentis ſudauit. & algidus in findendis terris alſit, & dentibus tremuit in hoc labore ſpem victus ſui ac vxoris, & infantum multorum ſuorū repoſuit, vt Cerere flaueſcente & matura bladum ſuū meteret, & inde viueret, cogeretur fructus ſic impiè relinquere. Nec dicas quòd iſto caſu ipſe habebit miſias & labores ſuos, quia fortè triticū eſt adeo carum, quòd omnes miſiæ labores eius non aſcenderent ad valorem mediæ partis fructuum. Pone, per exemplum, quòd ruricolæ, qui fecerunt miſias in vinea in decalciando, talliando, marando, binandoq́; ad peius non poſſunt aſcendere ad centum ſolidos turonenſes. & iſto anno vineæ multæ glacie perditæ ſunt : iſta autem non eſt gelu attrita, quamobrē poſſent recolligere ruricolę quatuor vel quinque dolia vini, qui aſcenderent ad valorem triginta librarum. eſſétne æquū, vt pro illis paruis miſiis ruricolæ fructus pendentes & quaſi maturos perderent? & ꝙ tales fructus leuarētur à retrahente pro tam paruo miſiarum precio : cum in iſtis fructibus faciendis, aptandis ac componendis, ſuos labores ac ſuam ſpem repoſuerint? Dices tu in conſcientia, quòd non.

A la charge des labouraiges, &c.

¶ Notanter dicit, *deſdictz fruictz*, quia emptor retinendo fructus, non debet perdere miſias aliunde factas : vtputa, quia ſoluit pro contractu quinq; ſolidos, &c. Soluit etiā pro laudimiis quadraginta ſolidos, &c. & ſic de ſimilib. Iſta enim non poſſunt obſtante retentione fructuum per emptorem peti. nam iſtę non ſunt miſię gratia fructuum ſeminandorum vel recolligendorum factæ, quod bene notabis. Nam licet iſti retractus ſint de iure diuino introducti ac permiſsi, vt ſuprà 1. articu. dictum eſt: tamen fauendum eſt emptoribus, cum emptiones & venditiones de iure gentium ſint.

XIII. ARTICLE.

Les ſergens ne pourront bailler adiournement en clam de retraict, fors a laſſiſe prochaine enſuyuāt leur dit adiournement, pourueu quil y ayt huyit iours entre lappel & admenee dudit ſergent, & ladicte aſſiſe.

¶ Sequitur in textu.

Les ſergens.

¶ Valet tamen conſuetudo huius ſedis caſtellionicæ, quia noſtri ſeruientes faciunt talia adiornamenta in ſingulis diebus ordinariis. Nec obſtat quòd textus loquitur de aſsiſiis duntaxat, quia ſi bene aduertas, conſuetudo noſtra vtitur promiſcuè iſtis verbis, *plaitz & aſſiſes*. Vt patet in primo articulo huius conſuetu. in titul. *des droictz de baſſe iuſtice*. Et nota quòd hic conſuetudo non dicit, quòd iſta retractuum adiornamenta fieri debeant per ſeruientes generales.

Pourueu quil y ayt huyt iours.

¶ Si bene hęc verba ponderes, certè inuenies, quòd dies adiornamenti, & dies aſsignationis, ſeu aſsiſiarum non debent computari in iſtis octo diebus, cum text. noſter dicat, *Entre lappel & admenee, &c.* & aduerte, quòd textus eſt inexcuſabiliter corruptus : quia congruentius dixiſſet, *Pourueu quil y ayt huyt iours entre ledit adiournement & exploit dudit ſergent, & ladicte aſſiſe.* Sed pone, quòd in hac ſede ſit conſuetudo, ſicut eſt quòd nobiles & eccleſiaſticæ conueniantur ordinariè, non in aſſiſiis: & ſic inuenitur practicatum eſſe in cauſis aliquibus priuilegiatis : vtputa in cauſis aduoamenti & applegiamenti, non tamen inuenitur practicatum vel conſuetum quòd conuenti fuerint in aliis ſimilibus cauſis. nunc ipſi conueniuntur, & ipſi petunt ſe remitti ad aſsiſias: iudex autem id denegat dicens, ꝙ ipſe eſt vſus iuriſdictione contra tales perſonas in vna ſpecie: & conſequenter dicit ſibi iuriſdictionē quæſiſſe in aliis ſpeciebus. Quæritur an bene dicat? Dicit Inno. in c. dilectus. de capel. monacho. extra, quod iudex q̄ eſt vſus iuriſdictione in vna ſpecie, in aliis ſpeciebus, etiam durioris generis dicatur ius ſibi quæſiuiſſe. Sed Cyn. in l. 1. C. de emancipa. liber. tenet quod ſolum quæſierit iudex ſibi ius cognoſcendi de ſimilibus, vel leuioribus cauſis eiuſdem ſpeciei, non autem durioribus,

Iudex vsus iurisdictione in vna specie, ī aliis speciebus etiā durioris generis ius quæsiuisse dicit.

rioribus, vel diuersæ speciei: quia iudex qui est vsus iurisdictione, in ciuilibus, non acquisiuit ius cognoscendi in criminalibus, & ita sequitur Bar. de Sal. ibidē. Ideo semper dico, quod postquā vsus semper sum iurisdictione cōtra nobiles in diebus ordinariis sine expectatione asisiarum in materia applegiamenti & aduoamēti quod fic, vt dicitur, possum iurisdictione in materia retractus, cū illa nō sit durioris cōditionis vel durioris generis, imò fauorabilioris est introductionis: quia de iure diuino & humano, igitur, &c. Nec est verū quòd ista sit materia asisiarum. Nam cōsuetudo, vt suprà dictum est, vtitur promiscuè istis vocabulis. *Pletz & assises*, vt patet artic. I. *Des droictz de basse iustice* in fine: vbi ponit vnū pro alio indifferenter.

XIIII. ARTICLE.

Et si lacquereur a faict aucunes mises necessaires en la chose par luy acquise, comme a faire labourer terres, vignes, & aultres reparations necessaires parauant & depuis ladiournement baille, le retrayeur sera tenu payer les coustemens & mises dessusdictes, en faisant ledit retraict. Et ne pourra lacquereur faire demolition ne nouuel edifice, sās authorite de iustice, au dedans de lan de son acquest.

Sequitur in textu.

Mises necessaires.

¶ Siue illæ misiæ necessariæ fuerint factæ gratia fructuum, siue ad perpetuam rei vtilitatē, siue in reficiendo, siue in nouo faciendo, cum authoritate tamen iustitiæ, de quibus expēsis habetur in l. impensæ, de verbo. sign. ff. in l. vtilis. de peti. hære. l. prima, de impen. in re. do. fac. in l. in fundo. de rei vendi. ff. & in aliis cōpluribus locis. Et vt declaretur articulus noster: Dico regulariter, quòd impensæ necessariæ sunt illæ, quæ si factæ non essent, res esset peritura, aut deterior futura, vt etiam ponunt Doctor. in l. vnica. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxo. act. Vtiles sanè sunt, quæ meliorem rem faciunt, & deteriorem esse non sinunt, vt l. impensæ, de verb. sig. ff.

De impensis. Impensa necessaria.

Labourer terres.

¶ Sed quid si fecerit aggeres & fossata? dic q̄ sunt impensæ necessariæ. l. impēsæ, & ibi Bar. & Docto. de impen. in re dotal. fac. ff. Sed pone quòd ego emi hæreditagium in quo erat domus & grangia, quæ grangia casu fuit incendio combusta: ego emptor volo ponere colonum ad laborandum terras. dicit colonus, quòd non posset manere, nisi fiat grangia ad reponendas & conseruandas messes. reædifico grangiam constante tempore anni introducti ad retrahendū, an tunc tales expensas refectionis recuperare possim, & loquor in puncto iuris: eo quòd consuetudo nostra dat remedium, vt talis refectio fiat cum authoritate iudicis. Breuiter dico, quòd mihi est prodita talis necessariæ refectionis grangiæ misiarum repetitio: quia quotiescunque colonus non potest stare in agro, nisi fiat aliqua refectio, tunc illa censetur necessaria. l. diuortio. §. impendia, solu. ma. ff. & ibi per Bart. & Doct. Et dicunt Doct. in d. l. prima, de impen. in re do. fac. quòd si nullus colonus vult remanere in prædio dotal. nisi fiat pistrinum, q̄ illa impensa censebitur necessaria. Sed quid si emi feudum: & pro repetendis deueriis fecerim expensas, an eas repetam tanquā necessarias? Quod videtur, vbi nullos perceperim fructus: sed duntaxat elucidauerim ius feudi. ar. eorum quę not. gl. & Doct. in l. I. de impen. in re do. fac. & Ias. in d. l. diuortio. §. impendia solu. ma. & Bald. in l. si non designata. C. de fal. cau. adiect. lega.

De aggeribus & fossatis.

Bona theorica.

Bona quæstio.

¶ Quid de eo qui emit castrum, & fecit munitiones? Dicendum est, quòd tales misiæ repetantur. sic enim eas repetit maritus, si illas fecerit in castro dotali. gloss. & Ang. de Peru. in d. l. I. de impen. in re d. fac. ff. & Inno. & domi. Alexan. in d. §. impendia. Et hoc cum fiunt ad perpetuam castri vtilitatem. Quid de fimo, cum portatur ad impinguandas terras? Breuiter dic, quòd habetur loco impensæ necessariæ, quando fundus aliter coli non potest, &c. Licet in istis faciendis, non interuenerit iudicis authoritas. Et hoc ideo quia istæ pinguedines terræ quæ differuntur in agris, fiūt de more agricolarum, & ea quæ in consuetudine regionis sunt, veniunt in contractu. l. circa. C. de loc. & conduc. & l. domini prædiorum. C. de agri. & censit. lib. II.

De fortalitiis castri.

Quæ in consuetudine regionis sunt, veniunt in contractu.

Faire demolition.

¶ Hæc demolitio videtur nouum opus continere. l. I. §. hoc autem editum de ope. nou. nunci. ff.

An reparare sit nouū opus facere.

De nouuel edifice.

¶ Quæro quando istud intelligatur. Potest dici, quòd ille opus nouum facere videatur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, pristinam faciem operis mutat, vt d. l. I. §. inde queritur, in fine. Sed non immeritò dubitatur nunc. habemus in textu, quòd & molitio, & noui operis constructio inconsulto iudice fieri inhibetur. Quid dicemus de refectione seu reparatione, in qua operis pristina facies non mutatur? Et videtur q̄ fieri possit absque iudice, & consequenter quòd facta repeti possit, quia solum consuetudo loquitur de noua ædificatione, & demolitione. Sed fulcire & reficere non continet ædificationem vel destructionem, vt dict. leg. I. si quis ædificium, vbi Bartol. & Paul. post gl. ff. de ope. no. nuncia. facit l. fina. C. de iude. igitur. Quod autem reficere, non sit opus nouum facere, & consequenter, quòd necesse non sit secundum terminos nostri textus iudicem requirere, est textus in l. 3. §. reficere. ff. de itinere actuq́ꝫ priua. Item probatur authoritate Bal.

in l.1.§.penult.& ibi etiam Angel.de mor.inferen.ff. vbi dicunt notabiliter, quòd prohibiti ædificare castra, non tamen prohibentur reficere. Item probatur per glos.in c. cum accessissent.extra.de consti.vbi etiam Bal.in 10. colum.dicit quòd actus qui non potest à principio fieri, sine principis licentia, potest refici tamen sine eius licentia, vel authoritate. Stat ergo resolutio, quòd reficere, non est nouum opus facere. Hanc cõcludit, quòd si tu acquiras domum vel rem refectione indigentem, quòd absque licentia iudicis poteris eã fulcire,& tales missas necessarias poteris absq; dubio repetere. Sed pulchrum est videre, quòd consuetudo nostra duntaxat loquitur de repetendis necessariis impensis in re empta factis: quid dicemus de vtilibus, quib. mediantibus res est melior effecta? Dicunt omnes ferè practici, quòd illas non repeteret emptor, eo quòd consuetudo permittit solum necessarias impensas: & sic satis negat vtiles, cum id videatur esse prohibitum, quod non dicitur esse permissum: vt plenè per Scriben. in c.inter.corp.de transla.episco.extra.& l.cum prætor.de iudi. ff. Sed eorum opinioni inclino, eo præsertim quòd doctrina Doctor. est, quòd vbi statutum nihil operatur in sensu directo, potest ex eo suum argumentum sumere ad correctionem iuris. Sed de istis ego remitto ad ea quæ suprà tit.1.huius voluminis, vbi loquor de statutis.

Actus qui non potest sine princ. fieri, potest sine eo perfici.

XV. ARTICLE.

Si aulcun a acquis heritaiges,& le lignagier du vendeur qui aura eu ledit retraict, le vend ou transporte, soit a grace, ou aultrement a aultre, au dedans de lan & du iour apres ledit retraict, le premier acquereur aura ledit heritaige, en payant & rendant les deniers quil aura receux dudit retrayeur.

Le lignagier.

¶ Non ergo licet infra annum vendere. oportet enim vt per annum teneat, quod optimè statutum est ad euitãdas fraudes. Si enim incontinenti is qui retraxit, posset in aliũ transferre, non videretur pro se retraxisse, cũ tam citò videret, sicut non videtur mortuus qui tam citò resurrexit. vt dicunt gl. & Doct.in l. ex his, quæ fortè. ff. de legi.cum ipsi loquuntur de sancto Lazaro resuscitato.

Aura ledit heritaige.

¶ Sed nunc quæro, infra quod tempus?& dicendum est quòd infra decennium, ar.l.3. C. de his quæ vi met.ve causa fi.cum ibi nota. Et vbi emptor esset particeps fraudis, tunc quia esset malæ fidei possessor, posset ab ipso res vẽdicari, nec longi temporis spacio defenderetur.l.sicut,& l.cum notissimi, cum ibi no.de præscript. 30.vel 40.anno. Et in casu nostræ consuetudinis res vendicabitur à quocunq; possessore, vt d.l.3.de his quæ vi metus ve,&c. Sed vidi in practica obseruari, vt infra annũ à die venditionis & possessionis adeptæ numerandum sit, consuetudinis vtendum remedio, vt non plus duret iste consuetudinis fauor, quàm ille est ad retrahendum consanguineis datus, qui regulariter durat anno, vt per Doct.in d.§.Titius filios. Si de feud. controsit inter do. & agnat.vasal.vltra quem annum à consuetudine nostra additus est dies. At vbi venditio esset fraudulenta,& non directa, tũc tenerem primam opinionem suprà relatam, & hoc fraudis commissæ odio. nam & fraudibus est obuiandum.l.in fundo, de rei ven. ff.cum similibus,& quòd solum detur annus in casu isto, est textus infrà, eod.titu. artic.32. in fine.

XVI. ARTICLE.

Et si aulcun acquereur en faisant la congnoissance du retraict au lignagier abunde plus grant somme de deniers pour le sort principal que il nen paye,& met le retrayeur par sa fraulde en necessite de fournir desditz deniers,& ledit acquereur en soit conuaincu, il restituera audit retrayeur les deniers quil auoit trop abondez, & autant en auantaige,& les despens. Et le amendera a la iustice de la somme de soixante solz,

¶ Nota quòd tria copulatiuè requiruntur ad hoc, vt sit huic consuetudini locus. primò, q; acquisitor maiorem summam, quàm re vera persoluerit, abundet. Secundò, quòd per suã fraudem, nam exigitur & requiritur, quòd sit fraus & quòd proximum retrahentem posuerit in necessitate nummorum quęrendorum & inueniendorum. Et tertio, quòd de dicta fraude sit ipse qui abundat conuictus. Quod tene menti, quia consuetudo nostra cũ sit tantum rigorosa, non debet practicari, nisi istis tribus concurrentibus, cum vtatur verbis copulatiuis, seu clausulis copulatis. arti. nota. in capitulo inter cæteras. cum sua materia de rescriptionibus in antiq. cum similibus.& quia consuetudo est pœnalis, facit gl. in clementi.vt his, de æta.& qual. in verb. in eisdem.

XVII. ARTICLE.

Lacquereur adiourne en clam de retraict, qui nye purement auoir riẽs acquis,& il est succumbe, il per la chose aut proffit du lignagier, sans bailler deniers. Et lamendera de soixante solz.

¶ Id quod in articulo statuitur in pœnã mendacio-

daciorum, imponitur sic: & aliàs mēdacium necat priuilegium. l. & si legibus. si cōtra ius vel vtilitat. public. Et de mēdacibus ponunt Doct. in Authent. Item possessor. C. qui pot. in pigno. ha. Et dicit Bald. se vidisse per d. l. & si legibus, quendam fuisse de facto decapitatum, qui propter inimicitias capitales, quas habebat cum aliquo, iuit ad potestatē, & dixit, quòd ille inimicus suus erat bannitus in capite, & descriptus in libro publico bannitorum, nam vocabatur Titius Petri. Sed nouerat ille qui erat bannitus, & accusator bene sciebat. potestas per familiam fecit eū apprehendi, & fuit in magno periculo ne occideretur propter idem nomen. Certe potestas cōperta ista improbitate, & cognito isto mendacio fecit decapitari accusatorem mendacē. Nec est mirandum si iste negans se acquisiuisse priuetur re acquisita. Nam etiam ille qui negat se fideiussorem, si conuincatur de mendacio, perdit cessionis & excussionis beneficium. l. si dubitetur. & ibi Bartol. de fideiussor. ff. Bald. in Authen. contra. qui propriam. C. de non numera. pecun. & de multis similibus, qui propter negatiuam fraudulentam priuilegia perdunt. vide Docto. in l. nemo. de regul. iur. ff. & in c. nullus pluribus. de reg. iur. per Doct.

Mēdacium necat priui legium.

XVIII. ARTICLE.

Et pareillement si lacquereur adiourne audit clam de retraict, nye auoir baille deniers, ou equipollent en meuble, & sil en est succumbe, il pert la chose, & les deniers au proffit du lignagier, & lamendera comme dessus.

Nye auoir baille, &c.

¶ Supple *Ou faict bailler*. Quia qui per alium, &c. & dixi infra art. 21.

XIX. ARTICLE.

En pure eschange ny a point de retraict.

¶ Similis consuetudo est in Campania, secundum quod not. Nicol. Boër. in suis glossis. fo. 83. vbi vide, si placet. & vide dominum Geraldum Bagoilli in sua disputatio. Videbatur tamen quòd in excambio esset retractui locus, cum permutatio sit emptioni similis: vt l. secunda. de re. per. Cod. & l. prima. de contrahend. emption. ff. & per gloss. & scribentes in l. prima. Cod. communia vtriusque iudi. & tam famil. hercisc. quàm communi diuidun. Sed tamen determinatur hic quòd non sit retractui locus.

XX. ARTICLE.

Si lung des permutans acquiert a deniers de lautre dedans lans & iour dicelluy eschange, la chose par luy baillee encontre eschange. En celluy cas le lignagier de celluy qui vendra, aura a son choix & election la chose vendue, ou la chose dudit eschange.

¶ Mirandus rigor in hoc quod proximior in casu nostræ consuetudinis haberi possit iure retractus, vel rem venditam, vel rem permutatam: & tamen vna illarum rerum, scilicet, res permutata non exiuit de linea proximi, vt patet omni speculāti. ergo sequitur, quòd proximior retrahit id quod non processit ex linea sua. Quod tene menti, quia ista sunt in concipiendo subtilia.

A deniers.

¶ Signanter & cū mysterio dicitur *A deniers*. Igitur quærendū est, quid si vnus ex permutantibus transferat rem permutatā cum alia re immobili & eiusdem qualitatis, an erit retractui locus? Dic quòd non. Si permutetur res empta cum alia re eiusdē qualitatis, vt dictum est. & ita tenet dictus dominus de Bagoilli in sua dicta quæstio, ad quem recurras.

XXI. ARTICLE.

Et sil y a bourse desliee auec deniers baillez, ou lequipollent, qui ne excedent le cōtrechange, il ny a point de retraict, mais si le meuble excede limmeuble daultre moytie, premieremēt retenu par lacquereur des choses de leschange a la valeur du contrechange, il y a retraict au residu dudit eschange, qui se peult raisonnablement separer & profitablemēt diuiser. Toutesfoys quant ledit acquereur qui a baille lesditz deniers vouldroit congnoistre ledit lignagier en tout dicelluy eschange, icelluy lignagier sera tenu de le prendre, & de rendre lesditz deniers qui en furent baillez par lacquereur, auec lestimation de ladicte chose baillee en contrechange au choix & election dudit acquereur, autrement icelluy lignagier naura riens dudit retraict.

¶ In idem recidūt prima verba textus. Quæro de quæstione singulari super hoc artic. 21. Pone q̄ ego feci cambium cum Sempronio, & nullas sibi numeraui pecunias, attamen alius dedit pro me, vt euitetur retractus, quid tunc erit? Respond. Idem, ac si dedissem, & sic erit retractui locus. ita Bal. in l. non interest. C. quod metu. caus. & dominus Iaso. in l. non dubium. in col. 11. C. de legi.

XXII. ARTICLE.

Retraict ne se congnoist point a quartier, au preiudice de lacquereur sil ne

ſil neſt luy plaiſt. Ceſt a dire, que ſi aucun acquiert vng heritaige, ou pluſieurs, qui ſoient de pluſieurs branches ou degrez, & il ſoit adiourne en clam de retraict, enuers aucun qui ne ſoit liunagier que de lune des branches, il eſt au choix dudit acquereur de congnoiſtre ledit retraict, en tout ou en partie dudit acqueſt. Et ſi ledit retrayeur ne demande que ſa portion regardant ſon lignaige, & nen vueille plus. Si ledit acquereur le congnoiſt en tout dudit acqueſt, icelluy retrayeur ſera tenu & contrainct de prendre le tout, ou il naura riens dudit retraict. Mais ſi ledit retrayeur demandoit le tout par le retraict, & lachapteur ne le vouloit cõgnoiſtre, ſinon en la portion, regardant le lignaige & branchaige dudit retrayeur, il nen aura ſinon en tant quil y en aura de ſon branchaige. Et ne pourra le ſeigneur de fief, & auſſi ne ſera cõtrainct prendre par puiſſance de fief, fors les choſes eſtans de ſon fief.

¶ De iſta materia dixi ſuprà titu. *De rachaptz.* Et iſte articulus videtur eſſe fundatus in opinione Bald. quam poſui in l. 2. C. de pac. inter emp. & vend. compo. per quam dominus Nicol. Boe. format quæſtionem in his terminis, quid ſi plura feuda, vel res immobiles, & vno eodemq́ue precio vendentur? Et velit proximior ſolum retrahere vnam ex his, quia facultas ſua forte ſe non extendit ad omnes retrahendas: & vult ſoluere ꝓ rata precij, quæritur, an poſsit? Et reſpon. quòd non. per ea quæ not. Bald. in d. l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. comp. vbi dicit, ꝙ ſi plures res communiter vno precio vendãtur, cum pacto de retrouendendo, & vnus venditorum velit recuperare partem, vel vnã rem ex ipſis, quòd emptor non tenetur reuendere, nec contractum diuidere, ſecus ſi ſeparatim & diuerſi precij. alleg. Bart. in l. cui vſufructus. de vſufruct. ff. Item dic, quòd venditio rerum facta vno precio eſt vna quantum ad reſolutionem contractus. Bartol. & Moderni in l. ſcire debemus. de verb. oblig. in prin. vbi vide. Et de iure prȩlationis vel redemptionis pro domino. de quo mentio fit in fi. tex. dixi late ſuprà titul. *Comment hommaige ſe doibt offrir a ſon ſeigneur.* artic. 4.

XXIII. ARTICLE.

Et ſi aucun acquiert par pluſieurs & diuers contractz, & le lignagier du vendeur au dedans de lan deſditz cõtractz, fait adiourner par retraict ledit acquereur, & il luy demande a auoir par retraict les choſes quil a acquiſes de ſõ lignagier puis an & iour, ſans les declairer autrement. Et lacquereur congnoiſſe en ceſte matiere, & met en abundance ſes chaptelz, & declaire. Ceſt aſſauoir, pour tel contract tant de deniers, & pour les autres ſemblablement. Et ſi ledit retrayeur dit, ie ne veulx auoir que telle choſe, il ne ſera pas receu, ains prẽdra tous leſditz acqueſtz, ou il nen aura point. Mais ſi ledit lignagier faict demande particuliere des choſes contenues par vng contract, il y ſera receu, en prenant toutes les choſes contenues par ledit contract. Et ne ſera pas tenu de prendre aultres choſes contenues par aultres contractz: combien quilz ſoient dedans lan & iour.

¶ Sequitur in textu.

Ains prendra tous leſditz, &c.

¶ Dura conſuetudo, quæ non ſinit, vt actor corrigat modum concludendi, quod de iure ſibi permitteretur. not. in l. ædita. C. de eden. & c. 1. de libel. obla. cum ſimilibus. Sed hoc ideo in conſuetudine noſtra ſtatuitur, propterea quòd indefinitè concluſit, & indefinita æquipollet vniuerſali. vt 19. diſtin. ſi Romanorum. & l. ſi cui. ff. de ſeruitu. & ideo videtur vniuerſalem petiiſſe, ideo non poteſt pœnitere.

XXIIII. ARTICLE.

En tranſaction faicte ſans fraulde, ne es choſes adiugees par decret, ny a point de retraict pour le lignagier. Ne prinſe par puiſſance de fief par le ſeigneur de fief.

¶ Hoc ideo, quia ingentis efficaciæ & virtutis eſt tranſactio, vt infrà dicetur. Sed videtur ꝙ in tranſactione debeat eſſe retractui locus, & quòd dominus poſsit ratione feudi retinere eo quòd tranſigendo quis dicatur alienare. vt per Bart. in l. nulli. ff. de tranſacti. facit l. non ſolum. de præd. mino. & not. Pet. de Ancha. in cap. 2. de tranſac. extra. & Abbas in cap. contingit. eod. titu. Hoc verum dixit Barto. cùm occaſione tranſactionis aliquid datur, tunc videtur dici alienatio. Secus dicit ipſe, vbi occaſione trãſactionis aliquid retinetur, quia tunc nón eſſet alienatio, etiam ſi aliquid tunc daretur, quod & ibidem adducit pro prælatis, qui, licet non poſsint tranſigere de re. eccleſiæ, verũ eſt, vt aliis dent: aliàs eſt, ſi tranſigant, vt aliquid retineant. Ergo ex illis verbis Bartoli videretur dicendum, quòd in

tranſactio-

trāſactione eſſet retractui locus. Saltem cum tranſigitur, vt quid transferatur, non vt quid retineatur. Sed ſanè quòd non ſit retractui locus in tranſactione, hoc operatur virtus & efficacia tranſactionis. eſt enim litis finitę exceptio. l. fratris. C. de tranſact. ibidem enim pulchrè dicit impera. quòd nullus eſſet litium finis, ſi à tranſactionibus bona fide interpoſitis cœperit facilè diſcedi. Et intantum valida eſt tranſactio, quòd per principis reſcriptum non reſcindatur. l. vùlgata. cauſas. C. eodem tit. *Faicte ſans fraulde.* Si enim tranſactio non eſſet legitima, non mereretur tranſactionis virtutes habere. vt per ſcriben. in d. l. cauſas. Et, vt prædixi, legitima tranſactio eſt tantum priuilegiata, quòd non poſsit reſcripto principis tolli. Sic etiam, nec reſcinditur prætextu inſtrumenti de nouo reperti, eo quòd per tranſactionem eſt impoſitus vltimus finis liti. Bald. & Salic. in l. ſub prætextu. C. de tranſact. Cano. in c. 1. ex. de tranſact. vbi dicit Bald. quòd facta tranſactione fide bona omnia partium inſtrumēta, & iura ſunt ipſo iure caſſa & irrita. Et idem Bald. in Rubric. ex. de tranſac. verſus medium tertię colum. Et aduerte, quòd tranſactiones non debent eſſe ſimulatę. Sed vt realiter à lite diſcedatur. Sufficit tamē timor litis motæ vel mouendæ, etiam de facto, vt tranſactio fieri poſsit. Barto. in l. 1. in prin. de tranſac. ff. Bald. in l. 2. C. eodem titul. loquor non ſolum de timore litis motæ, ſed etiam mouendæ de facto, & non de iure. At vbi tranſactio eſſet ſimulata, tunc eſſet inualida. Et de iſtis contractibus ſimulatis vide per Barto. & Bald. in l. ſub ſpecie. C. de poſtul. & late per Bartol. & Doct. in l. poſt contractum. ff. de dona. & per eundem Bartol. in conſil. incipiente Petrus Nicola. & per aliquos in l. cum ea. C. de tranſact. & nota eo quòd incidenter loquimur de ſimulatione, quòd inſtrumentum ſimulatum eſt tanquam corpus ſine ſpiritu, eo quòd conſenſus eſt remotus ab actu. Bald. in l. 1. C. plus valere quòd agi. Et ideo tale inſtrumentum non retinet amplius nomen inſtrumenti. Bal. in l. cum precibus. C. de prob. Imola in commento. c. cum contingat. de iureiu. in prin. commenti. Hinc eſt quòd ſtante ſtatuto, quòd contra inſtrumentum nulla exceptio poſsit opponi, tamen ſemper poterit opponi. quod ſit ſimulatum ſecundum Bartol. in l. 1. quod vi aut clam. ff. Bald. in l. ita nobis pudor. Cod. ad leg. Iul. de adul. & do. Iaſo. in d. l. cum ea. Item contractus ſimulatus, eſt adeo nullus ipſo iure, quod etiam ſi apponatur iuramentum, non tamen firmaretur iuramento: imò etiam iuramentum eſſet nullum. not. in l. emptione plus valere quòd agi. C. Panorm. in cap. ad noſtram. 6. columñ. de emptio. & venditio. ex Angel. in l. fi. qui ſatiſ. cog. ff. Item nota, quòd quantùs ſimulatio non poſsit liquidè probari, ſufficit, ſi iudex habeat veriſimiles coniecturas, ſicut in dolo probando dicimus. ſic conſuluit Pau. de Caſtr. conſil. 82. incipien. his viſis, quæ ſuperius allegantur in col. vlti. Confirmat do. Iaſon iſtis fundamentis. primo, per ſimile de contractu vſurario. nam vt dicit ipſe, contractus vſurarius conuincitur præſumptionibus & cōiecturis. alleg. ca. cum in diœceſi. ex. de vſur. Et in ſpecie per Bal. in Rubric. de offi. iudi. quòd contractus probatur vſurarius ex indiciis, ſicut dolus per occultas fraudes vſurariorum. Hinc eſt, quòd ad probandum contractum vſurarium admittuntur probationes aliàs inſufficientes propter difficultatem probationū, & propter excogitatas fraudes vſurariorum. Ioan. And. in cap. ex literis. ex. de iureiu. & Pet. de Anch. in c. ad noſtram. de emp. Secundò confirmat Iaſ. alio generali & regulari fundamento, quia in his quę à communiter accidentibus ſunt difficilis probationis, ſufficit præſumpta probatio, & ſufficiunt veriſimiles coniecturæ. ar. l. non omnes. §. à barbaris. de re mili. ff. in l. ſi vicinis. C. de nup. iſta regula emanauit à Baldo, in Authent. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. facit, quòd ſcribit Bart. in l. illa ſtipulatione. in fi. de verbo. oblig. ff. quòd in his, quæ non poſſunt liquidè probari, ſufficit informatio ex præſumpta opinione. & Bald. in l. ſi quis ex argentariis. §. penul. de ed. ff. quòd in caſibus clandeſtinis & occultis ſufficit probatio per coniecturas. & canoni. in cap. fi. de his quæ vi met. ve cauſ. fiunt. Et quòd in his, in quibus probatio eſt difficilis, ſufficiat probare per coniecturas, ipſe Iaſ. allegat, & adducit multos præſtantes iuris milites, quos vide, ſi placet ibidem. Ergo oportet quòd tranſactio in caſu noſtri textus ſit bona fide facta, non ficta, vel ſimulata. Et ſi tranſactio ſit legitima, non eſt in illa retractui locus, nec iuri prælationis: ſic nec illa per principis reſcriptū tollitur, nec ſpecie inſtrumentorum nouiter repertorum annulatur, nec etiam prætextu ſpecierum nouiter repertarum. vt d. l. ſub prætextu inſtru. & l. ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſactio. & Doct. in d. c. 1. de tranſact. Bene verum eſt tamen, quòd tranſactio quantumcunque generalis non extenditur ad ea, de quibus non eſt cogitatum: vt per Barto. & alios in d. l. ſub prætextu ſpecierum. Eſt enim tranſactio ſtricti iuris, & qui non obſeruat tranſactionem dummodo ſit ætatis legitimę, incidit in pœnas, quas enumerat illa lex, ſi quis maior. C. de tranſact. quia veniens contra tranſact. iuratam per Deum, vel per principem, infamis eſt, pœnam ſoluit, data reſtituit, & ab actione accidit, & iſta applicantur parti tranſactionem obſeruanti. Ex ſecundo reſponſo noſtri tex. no. quòd in adiudicatis per decretum non eſt retractui locus. procedunt ergo hîc à pari tranſactio & ſententia, vt & aliàs faciunt. ſicut dicunt Doct. in l. non minorem. C. de trāſac. An autem remedium legis ſecundæ, de reſcin. ven. C. habeat locum in tranſact. dicit Bar. quòd nō, vbi quis deciperetur vltra dimidiā valoris rei. Sed vbi circumueniretur vltra dimidiā illius litis euentus,

Valida trāſactio per prīcipis reſcriptū nō tollitur.

Valida tranſactio prætextu inſtrumēti nouiter repertinō tollitur.

In tranſactione ſufficit timor litis motæ vel mouendæ ſufficit & etiā de facto.

Contractus ſimulatus iuramenti fauore non firmatur, nec validatur.

Cōtractus vſurarius cōuincitur ex coniecturis & præſumptionibus veriſimilibus.

Regula.

Tranſactio non extenditur ad ea, de quibus non eſt cogitatum.

tus, tunc sic. De hoc tamen videte per Scriben. ibidem. & Flor. adducit multa iura contra Bart. ibid. videte, quia longa est materia. Accedamus ergo ad iudicis decretum. nā videmus quòd ipsum est adeò priuilegiatum, q̄ in eo nō est retractui locus. nam est venditio necessaria, & tantæ virtutis est, quòd tollit illius legis secundæ de rescin. vend. auxilium seu beneficium, vt volunt aliqui Doct. Et nimirum, si decretum tantum priuilegietur, quia ea, quæ fiunt apud acta præsidis, sunt maioris roboris, quàm ea quæ fiunt extra iudicium. Hinc dicunt Bald. Sali. Paul. de Cast. & do. Alexand. in l. pacta nouissima. C. de pac. quòd præsentia iudicis inducit magnam præsumptionem pro his quæ coram eo aguntur: & presumitur, quòd in iudicio absit timor & metus. vbi decretum iudicis interuenit, bo. lex l. 1. de prædiis curiali. libr. 1. & dicit Bald. quòd vbi decretum iudicis interuenit, omnia præsumuntur ritè & rectè processisse. ita Bal. in l. cum his. de transact. ff. bo. text. in c. in presentia de renuncia. ex. & ibi etiam Bal. no. Inno. dicit Bald. in c. sicut. in col. 2. de re iud. quòd propter iudiciariam authoritatem omnia præsumuntur solenniter processisse, etiam si iudex esset vnus ribaldus, adeò quòd dixerunt aliqui Doct. q̄ vbi in contractu venditionis interuenit iudicis decretum, quòd tūc venditio non potest rescindi, tāquam sit facta citra dimidiam iusti precij, beneficio. l. 2. C. de rescin. vend. ita Bartol. & Bald. in d. l. 1. de præd. cur. Sed istud licet sit perquam singulare, non approbatur per alios Doct. nam Imol. & cæteri Moderni oppositum scribunt in l. si quis eum aliter. de verbo. oblig. ff. Alexan. & Imol. in l. precia rerum. ad l. Aquil. Panorm. in c. cum causa. de empt. & vend. adducit Iason l. si quid. C. de præd. mino. Et tantum operatur præsentia iudicis, quòd confessio facta in iudicio sine causa bona est. vt per Cy. & alios in l. generaliter. C. de nō numera. pecu. Imò plus dico, quòd si aliquis confiteatur in iudicio ex causa mutui, non habet exceptionem non numeratæ pecuniæ. ita pulchrè Ias. in l. pacta nouissima. post Salic. in l. 1. de confessis. Sed cum in rebus per iudicis decretum adiudicatis non sit, vt hic vides retractui locus, satis admirari nequeo, quomodo in rebus ob donationem remuneratoriam cōcessus sit de consuetudine retractui locus. vt infra art. 34. eod. tit. cum donationes remuneratoriæ, seu antidorales sint priuilegiatiores cæteris contractibus. vt scripsi late §. titu. *De ventes & rachaptz*. arti. 15. Vbi dixi, etiam istas donationes valere inter maritum & vxorem, cōstante matrimonio, interq̄ filium & patrē, quapropter ex tantis priuilegiis deberent esse à retractu immunes, cum desideret vnusquisque remunerationem suam esse mansuram & valituram. Nam non solum homines ingenio pollentes volūt suos benefactores, vt possunt remunerare, sed etiam legimus nuperrimè de feris bestiis quæ benefactores recognoscunt, & eis remunerationem quam possunt, faciunt, vt pulchrè refert Aul. Gel. in 5. lib. noctium Atticarum. c. 14. de quodam nomine Andro. Cur ergo, cum etiam feras beneficia moueāt, per retractum rescindimus beneficia nostra remuneratoria, vos cogitabitis tantisper de respōso. Redeo ad textum, & dico, quòd in rebus in solutū datis, præsertim iudicis decreto accedente, nō est retractui locus. ita Spec. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum, Alex. de Imo. consi. 3. col. 2. ver. quid igitur. & do. Gerald. Bagoilly in sua prealleg. q. ac Lucas de Penna in l. fi. 2. col. C. de præd. curia. lib. 10. Licet theorica Doctorum sit talis, quòd id quod dicitur de emptione & venditione, habet locum in datione in solutum. Bald. & Salic. in l. libera quidem Theodora. de senten. & interl. om. iudi. Sed consuetudo Turoniæ facit, & est cum prima opinione Speculatoris, & Lucæ de Penna. Adhuc intro hāc fraudum materiam, de qua quotidie inter practicos dubitatur, dicuntq̄ ipsi practici difficulter fraudes posse probari. Sed aduertite: nam dico, quòd pluscul is in casibus est præsumptio fraudis, fraude ipsa etiam aliter non probata. Primus est in alienatione omnium bonorum facta. nam in tali alienatione præsumitur fraus, etiā fraude aliter non probata. Doct. in l. omnes. §. Lucius. quæ in frau. cred. ff. in l. post contractum. ff. de don. DD. in l. qui testamentum. ff. de proba. Intellige tamen, quando talis venditio fieret pro valde minori precio. ita pulchrè Io. de Imol. in d. l. post contractum. ff. de dona. ita etiam est presumptio fraudis, si quis viliori præsertim precio maiorem partem bonorū alienauerit. gl. & Ang in l. nomen. §. filio. de lega. 3. ff. & ibidem sentit Bart. & Bald. in l. si vnquam. C. de reuoc. dona. Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. pro socio. ff. Et aduerte, quòd si debitor vel alius alienat sic bona sua, siue simul, vel particulatim, seu interpolatim, adhuc presumitur fraus, etiam fraude aliàs non probata. Barto. in d. l. nomen. §. filio. Bald. in l. 2. C. de repu. hære. Angel. in l. omnes. §. Lucius. quæ in fraud. cre. ff. Secundus casus est fraudis, cum quis alienaret bona sua in coniunctam personam. l. data. aliàs est in tex. lata. C. de dona. l. in prin. de bo. libert. Bart. in d. l. post cōtractum. Io. Fab. & do. Iaso. in §. item. si quis in fraudem. in fi. de actio. in 7. col. per dictum Ioan. Fab. intelligo autem cùm viliori precio venderet, vel alia fraudis coniectura concurreret. secundum Lud. Ro. in d. l. post contractum. Tertius modus præsumendæ fraudis, etiam fraude aliter non probata est, cum debitor qui alienauerit, post dictam alienationem reperitur bona possidere. l. sicut. in §. sed peruacuum. ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. & eleganter Bart. in consi. incipiente Pet. Nicola. vel, vt potius dicit Bartol. talis venditio præsumeretur imaginaria, vel simulata, & sic ipso iure nulla, intelligo omnia supradicta in isto tertio mēbro, vbi aliquæ perniciosæ coniecturæ

iecturæ cócurrerent, vel saltem vna. Quartus casus præsumendę fraudis est, quádo alienatio fieret clam. l. fi. ff. de ritu nup. l. non existimo. ff. de admini. tuto. hoc verum in habente ré ex titulo lucratiuo. Nam bene tunc est præsumptio fraudis propter clandestinitatem: vt per Barto. & Imol. in d. l. post contractum. Quintus est, quádo emit per interpositá personam. Bar. in l. fi. pupillus. ff. de autho. tuto. Item præsumitur actus fraudulentus, si fuerat longo tempore occultatus, adeò quòd nihil actus valeat. Bald. in l. fraus. de legi. ff. Ias. in l. non dubium. in 11. col. versicu. Item nota quòd vbi actus, &c.

XXV. ARTICLE.

Action nee de demãder retraict, ne se peut ceder, donner, ne transporter.

¶ Est ergo verum quòd istud ius retractus cedi non potest, ita tenet Bald. in l. ad officium. C. communi diui. & ibi etiam Cyn. Salicet. & Angel. ratio est secundum Doctores. nam vna de principalibus rationibus retractus introducendi est, ne res vendita exeat de genere, ar. l. cum pater. §. libertis, de lega. 2. ff. & dictum fuit suprà arti. primo huius tituli. Sed si proximior cederet, certum est, quòd ista ratio cessaret. igitur se resoluunt Doctores, quòd istud ius cedi non potest, præsertim stantibus aliis proximis: Secus porro vbi nullus esset proximus, nisi ipse cedens. nam tunc posset cedere sicut res prohibita alienari extra familiam: si non superest nisi vnus de familia, ipse potest vendere: quia non est qui alienationem possit tunc reuocare. Idem dicunt Doctores in iure prælationis, vt cedi non possit, vide Lucam de Penna in l. fin. in colum. 2. C. de præd. curia. libr. 10. Sed de iure diuino talis actio cedi potest, vt habetur Ruth 4. cap. ibidem dicitur, Cedo iuri propinquitatis. vide quæ dixi suprà eodem titu. artic. primo, in principio. Sed hic quæro. Quidam vendidit honesto viro vnum prati arpentum precio certo appreciato, & fuit venditio celebrata cum pacto recobrij, seu gratia redemptiua, vt si infra biennium precij quantitas restitueretur, tunc dictum pratũ emptor venditori restituere tenetur, post non multos dies feudalis dominus dictum pratum capit iure prælationis, seu retentionis: deinde venditor conuenit dictum emptoré, petens vt gratiæ redemptiuæ fauore dictum pratum sibi restitueretur, offertq; nummos venditionis. dictus verò emptor dicit, nunc se non habere rei restituẽdæ facultatem, & quòd dictum pratum fuit à dicto domino feudali iure prælationis captum, replicat venditor id nihil ad se spectare, instantissimeq; petit dictum venditorem ad sibi restituẽdum dictum pratum sub gratia redemptiua alienatũ condemnari. quærebatur, quid iuris? veniebat in mentem dictum emptoré posse ad hoc compelli, tum primò, quia ad illud se medio iuramento obligarat, & nihil ita fidei congruit humanæ quàm ea quæ placuerant, custodiri. Item, nec videtur iuuare, ꝙ dictus emptor adhibuit omnem diligẽtiam quam potuit, vt dictus dominus feudalis illud pratum emptori restitueret, & quòd ipse nõ potuit impedire, quominus dictus dominus vteretur iure prælationis, dictũ pratum retinendo, cum theoricá DD. sit talis, quòd quis nõ debet euadere pœnam propter difficultatem adimplendi promissioné, quando illa difficultas inerat à principio conceptæ obligationis. hinc est, quòd si promisi factum alienum cum pœna, quo casu valet promissio, quanuis fecerim totam diligentiam vt ille tertius adimpleret, quo etiá casu excusari debeo à pœna. l. si vehenda. §. 1. ad leg. Rhod. de iac. ff. & l. 2. §. 1. ff. si quis cautionibus. & hoc occasione difficultatis & adhibitæ diligentiæ. Tamen est verum, quòd illa difficultas adimplendæ obligationis data diligentia mea, etiam non me excusat ab obligatione & nexu illius, vbi illa difficultas erat à principio dictæ obligationis celebratæ, quia tunc de tali difficultate potui cogitare. Secus quippe, vbi illa difficultas de nouo superueniret. & est imputandum venditori, qui à principio sciebat quòd ad difficultatem vel impossibilitatem se obligabat. secundũ Bart. in l. continuus. §. illud. de verbo. oblig. ff. & Areti. in l. si ita stipulatus fuero. §. possum. eo. titul. ff. & per nonnullos in l. stipulatio ista, Habere licere. in princ. de verbo. oblig. ff. Sed sic videtur dicendum in proposito, cùm iste venditor potuerit faciliter & verisimiliter euentum difficultatis cogitare, quia potuit cogitare quòd dominus caperet rem iure prælationis: videtur sibi imputandum, quare ad restitutionem prati se obligauerit. Sed pro parte emptoris multa me mouent. Primò, id quod vulgò dicitur, quòd in omni iuramento vel pollicitatione, intelligitur excepta authoritas legis & superioris. c. venientes. & ibi per canonistas. extra. de iureiuran. in c. constitutus. de rescriptis. gloss. in c. de forma. 22. q. vlt. igitur si emptor promisit reddere, debet eum excusare legis & consuetudinis authoritas, qua mediante dominus iure prælationis potuit rem accipere, & consequenter quòd non potuit impedire. Item quia dictus emptor per iudicis iussum fuit condemnatus, dictum pratum dicto domino feudali iure prælationis dimittere. igitur debet eũ excusare iudicis & superioris authoritas. Bald. Pau. de Cast. & Ludo. Ro. in l. quia iurato. qui satisda. cog. ff. Hinc dicunt ibi, quòd scholaris qui iurauit nõ exire districtum Bononiæ, sine licẽtia creditoris donec sibi soluerit, excusatur, si mediante patris, vel superioris iussu exierit, dummodo scholaris non procurauerit talem iussum studiosè: & iste casus euenit in personam do. Guliel. de Cu. Ad idem facit, quòd si aliquis iurauit nunquam iurare, aut ꝙ nunquam testificabitur: certè, si producatur in testẽ, poterit per iudicem cõpelli ad iuran-

Singularis theorica Doctorũ in materia obligationis.

In omni iuramẽto superioris authoritas excipitur.

Bonus casus de scholari.

iurandum, aut testificandum, quia in eius iuramento intelligitur excepta superioris authoritas. c. intimauit. cum ibi notatis. extra, de testi. Item facit pro authoritate superioris, quòd si quis iurauerit nunquam iurare. Attamé in causa, in qua litigat, debet de calumnia iurare secundum Specu. in tit. de iura. cal. §. superest videre. & Cy. in l. 2. q. 6. C. de iu. cal. item facit illud singulare, licet tritũ sit, quòd notant Alberic. & Ludo. Ro. in d. l. qui iurato. qui satisda. cog. quòd si quis iurauit soluere in certo termino. & iudex facit sibi præceptum vel sequestrum, ne soluat, excusatur à periurio, nisi procurauerit ipse sibi fieri ista, probatur 14. q. 5. c. dixit dominum. & ibi glo. & Archidia. facit text. in l. mulier. ff. de leg. commissoria.

XXVI. ARTICLE.

Si le lignagier qui veult auoir le retraict a paction & appointement auant la congnoissance de retraict, de bailler a autruy, lacquereur receu a alleguer & prouuer ladicte paction & appoinctement sommairement & de plain, ou pourra differer le fermēt au lignagier.

Sommairement & de plain.

¶ Nunc operepreciũ est videre, quid velint sibi ista verba, summariè, & de plano. Sed antequam aggrediar illam materiam, quæro quomodo istud potuit fieri quòd cõsuetudo nostra disposuerit, vt in hoc casu pactio allegaretur, & probaretur summariè, & de plano. hoc ideo dico: quia sic statuendo, est tollere ordinem iudiciarium, & tamen ordo iudiciarius est à summis pontificibus & imperatoribus introductus. quomodo ergo conditores nostræ consuetudinis potuerunt tollere leges superiorum, & euertere iudiciariũ ordinem, cum inferior non possit soluere legem superioris? Ista theorica Doctorum est, quòd solus princeps potest rescribere; cũ hac clausula scilicet, summarie, & de plano.: glos. singularis in cap. fin. de hære. lib. 6. Dico breuiter, quòd ipse princeps satis videtur inseruisse hanc clausulã, cum de eius assensu fuerit inserta, & authorizando has consuetudines nostras: quia omnia nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur. l. tãta. C. de vete. iu. enucle. Tene tamen menti id quod dixi, licere soli supremo principi: vt regi nostro Christianissimo, rescribere cũ hac clausula, summariè & de plano. Et vt attingamus materiã, & vt eam intelligatis: Sciẽdum est, quòd hæc tam excellens materia tractatur principaliter in duobus locis. primò per Bar. in extrauagan. ad reprimendam. Et per Ioan. Andr. in cle. sæpe. de verbo. sig. hoc ideo dixi pro iuuenibus, nõ pro prouectis. Et ex mente ipsius Bart. Ioan. And. & omnium Doctorum scribentiũ dico in hac singulari materia. multotiens princeps rescribit iudici, vt procedat summariè, solum multotiens summariè, & de plano, vt in terminis nostræ cõsuetudinis. Et multotiẽs summariè, & de plano sine strepitu & figura iudicij insimul. Primò quippe casu, id est cum princeps rescribit, summarie procedi solum, vel simpliciter. quod in idem recidit secundum Doct. in d. cle. sępe. Et tunc isto casu quid relaxetur de obseruantia iuris communis, videbitis compendiosè per has subsequentes conclusiones.

De solo principe rescribente cum clausula summarie.

¶ Prima conclusio. Vbi proceditur summariè duntaxat, tunc debet offerri libellus planè ordinatus, sicut in causa ordinaria. l. 3. ad exhibendum. ff.

¶ Secunda conclusio. Vbi causa est summaria, requiritur litis contestatio, vt l. sed Iulianus, ad exhiben. ff.

¶ Tertia conclusio. Exceptio requirens altiorem indaginem, non potest examinari in causa summaria, sed debet reseruari in alio iudicio. Et dicitur exceptio requirere altiorem indaginem, quotiens non potest expediri infra tantum tempus, infra quantum expediretur causa principalis, si non esset opposita dicta exceptio, no. in l. si is, à quo, vt in possessio. legato. ff.

Exceptio altiorem indaginẽ requirens, debet in alio iudicio quàm summario reseruari.

¶ Quarta cõclusio in causa summaria abbreuiantur dilationes sine alia causæ cognitione, vt l. 2. in fi. de re iudi. ff.

¶ Quinta conclusio. Necessaria est citatio peremptoria, vbi summariè proceditur, licet oppositum custodiatur, vbi simul sunt annexa ista verba, summariè, & de plano: vt d. clemen sæpe.

¶ Sexta conclusio. In causa summaria, in quã non tractatur de præiudicio alterius, sufficit probatio per iuramentum: vt l. thesaurus, ad exhibendum. ff.

¶ Septima conclusio. Vbi tractatur de præiudicio alterius, sed tale pręiudicium potest reparari in alio iudicio, & causa est fauorabilis, sufficit semiplena probatio: vt in l. in lege Aquilia. ad leg. Aquil. ff.

¶ Octaua conclusio. Vbi in causa summaria tractatur de pręiudicio alterius reparabili in alio iudicio. si causa nõ est fauorabilis, requiritur plena probatio, vt est videre in hominibus possessoriis, quæ summaria sunt, gl. in l. 1. C. quorum bono.

¶ Nona conclusio. Si præiudicium quod paratur in causa summaria, non possit reparari in aliquo iudicio, requiritur plena probatio, vt l. donatio. C. de do.

¶ Decima conclusio. Vbi fit missio in possessionem ex primo decreto, sufficit summaria cognitio debiti per iuramentum creditoris, secundum Spec. tit. de primo & secundo decreto. §. postremo, tex. in Authen. de exhibit. re. §. & si iurent.

¶ Vndecima conclusio. In missionem, in possessionẽ ex secundo decreto requiritur plena probatio. l. fi. C. de bo. autho. iud. pos. & l. Fulcinius. §. 1. ex quib. caus. in possess. eatur. ff.

¶ Duo-

Causa executionis est summaria

¶ Duodecima conclusio. Causa executionis est summaria, cum non habeat instantiam, vt dicit Bartol. in l. litibus. C. de agri. & cens. libr. 11.

¶ Tredecima conclusio. Vbicunque cognitio summaria procedit ex oculata fide. i. ex inspectione oculorum, tunc illud ex quo causatur dicta oculata fides, debet esse sine vitio: veluti si sit quæstio de instrumento, quia tunc debet esse sine vitio & carens rasura, ita Bald. in l. 1. vt in posses. lega. ff.

¶ Quartadecima conclusio. Omnis causa regulariter cẽsetur ordinaria, nisi appareat vel ex l. vel ex rescripto, quòd sit summaria: DD. in l. iudices. C. de iudi. gl. in l. 3. §. ibidem ad exhibendũ. ff. & hæc de ista dictione summariè siue simpliciter. Nunc transeamus ad secundum punctum, scilicet cũ ponitur in statuto, lege vel rescripto istud insimul, summariè, & de plano sicut fit in textu nostro, & quid tunc relaxetur de obseruantia iuris. Vt autem id cognoscatis, tollite has compendiosas conclusiones.

¶ Prima conclusio, vbi in causa cognoscitur de plano, necessarius est libellus, pro hoc facit text. in l. miles. §. sexaginta, ad leg. Iul. de adulte.

¶ Secunda conclusio, vbi mandatur procedi de plano, potest iudex non sedens pro tribunali de ea cognoscere: casus in l. vnius. §. fi. de quæstio. ff.

¶ Tertia conclusio. Quando causa cognoscitur de plano, sublatus est strepitus partium & aduocatorum, quia non erat necesse in causa audire aduocatos, quia sæpius faciunt magnos strepitus cũ sermonibus suis allegando plura, vt l. 1. de ori. iu. ff. Quod bene ponderãdum. Quia si princeps in rescripto apponat hanc clausulam summariè, & de plano, non erit danda dilatio pro absentia aduocati.

¶ Quarta conclusio, si mãdatur in causa procedi de plano, poterit perueniri ad examinationem testium, & ad sentẽtiam diffinitiuam lite non contestata contra regulas iuris. Inno. in cap. olim. de accusa. ex.

In causis leuibus potest procedi de plano. Quæ dicatur causa leuis.

¶ Quinta conclusio, in causis leuibus siue ciuilibus siue criminalibus potest procedi de plano. l. leuia. de accus. ff. Et dicitur leuis causa ratione modicæ rei vel personæ. vt quia domestica persona, vt filius furatur patri secundum Bart. in d. l. leuia. vel aliàs dic hic esse leue delictum quando ad essentiam delicti non requiritur dolus secundum Salicet. in l. non ideo minus. Cod. de accusa. Et hæc de isto secundo puncto. Sequitur videre de tertio puncto, scilicet, cùm hæc verba apponuntur sine figura iudicij, in quo est concludendũ, quòd, vbi hæc verba apponuntur, per ea tollitur omnis obseruãtia iuris positiui in iudiciis requisita: & remanet obseruantia iuris naturalis & gentium, quod ius naturale tolli, vel auferri non potest, veluti est defensio, cle. pastoralis, de re iudi. Et ex his infertur quòd cum

Citatio nõ potest tolli, quia est de iure diuino.

citatio sapiat naturam defensionis, quòd per eam nõ tollitur: vt d. clemen. pastoralis, Imò & citatio est de iure diuino, cum dicitur Genesis 1. Adam, vbi es, &c. Item per istam clausulam non tollitur legitimatio personarum: vt per Docto. in d. extrauaganti ad reprimendum, & in dicta clemen. sæpe. Ideo procurator hac clausula non obstante, debet docere de procuratorio, vt persona sua legitimetur. Sed hoc casu non est necessarium exigere libellum, aut litis contestationem, potestq; iudex procedere tempore feriarum in honorem hominum indultarum. Dilationes quoque potest amputare, & litem quantum poterit breuiorem facere, exceptiones, appellationes & dilationes frustratorias repellendo partium aduocatorum, procuratorúmque contentiones & iurgia, superfluamq; testium multitudinem refrænando. Citationem tamen probationis, necessariasque defensiones legitimas non poterit iudex excludere, sed petitionem literis, aut verbis, in actis tamen redactis debet admittere. Hæc omnia in d. clemen. sæpe.

Pourra deferer le serment, &c.

¶ Ecce quomodo consuetudo nostra dat consilium deferendi iuramentum: quia credit nullum suæ salutis æternę esse immemorem. l. fin. Cod. ad leg. Iuliam repetundarum. Sed nunc fides dormit, & conscientia somno sepulta iacet. sunt tamen qui pro toto orbis auro à iure deuiare non vellent, quia in eis est conscientia. Ideo primò videndum est, quid sit conscientia? Respon. Bal. in l. & si inutiliter. C. de fideicom. quòd conscientia est angelus humanæ menti præsidens, alibi dicit Bal. in l. fina. C. communia de legat. quòd conscientia est lex intellectus nostri, alibi in Authẽ. ad hæc communi de vsu. circa tertiam colũ. quòd cõscientia est sensus animæ, cognoscentis bonum & malum. alibi dicit idem Bald. in suo consilio diuino schismatis, quod posuit post. Rubric. C. si quis aliquem testa. prohibu. versus tertiam columu. quòd conscientia est dictamen rationis, & cognitio sui proprij cordis. verum etiam alibi dicitur, vt in c. innotuit, de elec. quòd conscientia est scientia, clausa in mente, quam Deus associauit animæ, vt eam reprehenderet ab erroribus, & est de apicibus animæ. Alibi pulchrè dicit ipse. & istam, & primam descriptionem amplector, quòd conscientia est passio animę rationalis super omnem irrationabilem concupiscentiam habens, prędominium & virtutem, & vltra dicit ipse in c. cum causam, in vlti. colum. ex. de testi. quòd qui non habet conscientiam, non potest, nec debet dici vir bonus. Et propterea dicit do. Anto. in c. pen. de emp. & ven. quòd quanuis sit licitum contrahentibus se inuicem decipere. l. in causæ *La seconde.* §. pen. ff. de minoribus, dummodo deceptio non sit vltra dimidiam iusti precij, vt in l. 2. cum ibi no. C. de rescin. vend. quòd habet etiam locum de iure canonico. Tamen istud nõ

Diffinitio cõscientiæ.

Cõscientia est de apicibus animæ

Qui nõ habet conscientiã, non potest dici vir bonus.

habet locum in foro conscientiæ secundum ipsum do. Anto. in d. c. penul. propterea dicit quòd apud confessorem debet fieri conscientia. Sed legi & Sali in l. quotiens, de hære. instit. qui truffatur de similibus, & dicit quòd ista conscientia, quæ est extra legem, est conscientia bursalis, veruntamen Pet. de Ancha. in repe. regulę possessor, de reg. iur. in 6. dicit, quòd si aliquis emit fundum carius propter necessitatē, quia vicinus eius, cuius erat fundus, erat rixosus, ac multum molestus, quòd tunc cum iste excessus precij fundetur super causa rationabili, quòd subuenitur emptori nedum in foro conscientiæ, aut in iure canonico, sed etiam in foro ciuili & seculari, quod sequitur & refert do. Iason in §. sed iste. Institu. de actio. 27. colum. parua, versi. dixit tamē multum signanter, &c. Hinc dicit Bald. in l. vna. colū. 3. C. de confessis, quòd forum conscientiæ, est forum boni & æqui coniunctim, & est tribunal veritatis, & non fictionis, in quo conscientiæ foro apices iuris non excusant, quod vltimum est summè notandū. Sed est pulchrum dubium, an statuta sint seruanda, etiam in foro conscientiæ. glo. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. ex. & ibidem Bal. tenet quòd sic. & valet ad donationes quas secretò faciunt mariti vxoribus suis contra l. statutariam, vel econuerso. Item tene menti, quòd principes, qui in suis regnis habēt vim supremi principis, debent semper iudicare secundum conscientiam suam, non autem secundum alleg. & probata, aliàs peccarent. Ita Bar. in l. 1. vt quæ desunt aduo. C. & ita dicit tenere theologos, & ita sequitur do. Ias. in d. §. sed iste. sed dura est decisio. nam & in mille locis Papa iudicat secūdum leges etiam humanas. ca. ex literis. & c. per tuas, de prob. ex. Et quāuis conscientia sit, vt dictum est, Angelus, humanæ menti præsidens. & quanuis is qui facit contra conscientiam, ædificet sibi ad gehennam. cap. literas, de resti. spo. cum similibus, tamen, si testis dicat vera esse secundum conscientiam suam, vel iudex in sua sententia dicat secundum suam conscientiam, neutrum valet, ita pulchrè Bald. in ca. nisi cum pridem, extra, de renun. Et insuper nota, cum aliquis committitur conscientiæ alicuius, quod intelligitur de conscientia legibus munita, non de ea, quam quis sibi fabricat ita do. Iason in d. §. post Bal. per eundem allegatum. Item tene menti, quòd pars tua, quæ diligit litium anfractus, non possit appellare, facias quòd causa tua committatur conscientiæ alicuius, quia tunc non poterit appellari. Ita pulchrè Lanfrancus de Oriano in repe. cap. quoniam contra falsam, de prob. extra. in materia appellationum, in decima tertia fallentia, & Bald. in cap. si sacerdos, de offi. ordi. sequitur Iason in §. præallegato, licet do. Lanfran. nullam faciat mentionem. Sed quando aliquid committitur, decidendum conscientiæ alicuius, vt in casu præcedenti, quòd ille tenetur iurare quando declarat, aliàs non stabitur dicto illius. Istud est verbum tollendum ad astra angeli & Paul. de Castro. in l. de pupillo. §. qui opus, de nou. ope. nuncia. ff. Et de ista materia conscientiali, vide Bald. in l. certum est. C. vnde legi. & vendi. cognati vbi dicit, quòd vbi quis explicare habet commissionem conscientialem, non tenetur vocare partem aduersam: quæ tamen decisio ibidem non tenetur per Doctores. & contra eam insurgit Iason in d. l. certum dicens, quòd ille cuius conscientiæ aliquid committitur, non propterea potest leges transgredi. quia intelligitur de conscientia legibus munita, nō de ea quam quis sibi fabricat. Confirmat ipse alio medio: quia qui habet potestatem disponendi, & prouidendi secundum conscientiam, non debet sequi conscientiam propriā: sed conscientiam publicam iurium: tex. iuncta gloss. in ca. iudices, 3. quæst. 7. per Cyn. in l. quisquis. C. ad le. Iul. Maiesta. Item quia, vt dixi, etiam in foro conscientiæ statuta sunt seruanda, gloss. & Bald. in d. c. quæ in ecclesiarum. Item dicit Iaso. leges ciuiles, quando sunt fundatæ super veritate: & non super fictione, vel aliqua præsumptione sunt seruandæ in foro conscientiali, Inno. in cap. quia plerięꝫ. de immunita. eccle. & Bal. in Authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. in 8. col. Bene tamen verum est, quòd in foro conscientię pœnæ legales dupli, vel quadrupli locum nō habent, gloss. in ca. fraternitatis. 12. q. 2. Et sic patet quòd Bald. decisio non est vera. Dices tu, quid ergo importent hæc verba. Quādo causa committitur conscientiæ alicuius: dic ꝙ effectus primus erit talis, quòd ille cuius conscientiæ aliquid committitur, nō poterit delegare, aut alium substituere loco sui. Ita Bald. in cap. 1. & fin. de not. feudo. quòd facit pro executoribus testamentorum, quorum conscientię testatores implementū testamenti committunt, vt nō possint substituere. Bal. in l. & in epistola, in fin. C. de fideicom. Item quando fit commissio cōscientię alicuius, intelligitur electa eius industria: ideo alij causam subdelegare non posset, Panor. in c. finali, de offi. deleg. in his & similibus, facit text. in l. nulli, in verbo pro conscientia, & quòd ibi not. Bald. C. de epi. & cleri. Dico insuper quòd effectus conscientiæ & bonæ legalitatis hominis facit etiam nos recedere à dispositione iuris cōmunis, declaro pulcherrimis decisionibus. Et primò per tradita per Bal. in ca. præterea, de testi. cog. dicentem, quòd ille qui est bonæ vitæ & magnæ opinionis, potest post testificata producere testes, & corrigere dictum suum: & sic id operatur conscientia & legalitas personæ. Secundò confirmat per id quod tenet Spec. in tit. de iudi. deleg. §. superest, versic. quid si non est consanguineus, vbi dicit, quòd licet quis non possit esse iudex in causa propria, vel suorum. l. qui iurisdictioni præest, de iuris. omniū iud. ff. fallit, nisi esset talis qualitatis, quòd verisimiliter nō caderet in eo suspitio. puta secundū eum: quis

Conscientia bursalis, q̄ est extra legem.

In conscientiæ foro apices iuris nō excusant.

Princeps debet iudicare secundum conscientiam.

Quādo causa committitur cōscientiæ alicuius, tunc nō appellatur: tene menti pro Deo.

An leges sunt seruādæ in foro cōscientiæ.

Nota hunc effectum, executores nō possunt subdelegare.

De legalitate hominis.

quia esset monachus Cisterciensis, seu Carturiensis, argumēto. l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re milit. & l. 2. in prin. ff. de testi. & Alex. de Imola. in d. l. qui iurisdictioni præest. Tertiò facit id quod egregiè tenet Ioānis de Imo. in c. cum R. canonicus, extra. de officio deleg. quod licet frater vel consanguineus, quando producitur in testem pro fratre, vel consanguineo, sint suspecti; vt ibidem notatur: tamen si talis frater, qui etiam esset laicus, esset multum notæ & spectatæ fidei, vel esset religiosus sanctæ Mariæ Oliueti, nihil sibi tunc diminueretur de fide. & ita dicit se respondisse in ciuitate Ferrariæ, in causa ardua Iaso. in Authent. iubemus. C. de iudic. allegat text. in simili. in ca. in literis, in fin. extra, de testi. Quartò facit quod vult Anto. de Butri. in c. postremò, extra, de appel. quòd licet coniunctus parti, si sit impetratus in iudicem, possit recusari: vt suspectus propter cōiunctionem sanguinis: tamen conscientiæ non potest recusari, quia nō est præsumptio quod propter coniunctionem declinet à semita iuris. Quintò facit, quòd vult Hostien. in ca. finem litibus, in penult. column. de dolo. & contuma. Quòd si litigās est vir magnæ & approbatæ fidei & vitæ, quanuis ipse succumbat: non debet in expensis condemnari: quia non est verisimile quòd calumniosè litigauerit, art. ca. secundo. §. super eo. de ope. nou. nunci. extra, sequuntur Petrus de Ancha. & Anto. de Butr. in d. ca. finem litibus. de dol. & contu. & Alexan. & Ias. in l. properandum. §. fin autem. C. de iud. Sextò facit l. si à bonæ fidei. ff. de rei vend. & quod ibi pulchrè scribit Ange. & refert se obtinuisse, vt absolueretur potestas, qui traditum sibi nobilem magnæ & spectatæ fidei non sic diligenter custodiuit, & aufugit. Septimò facit, quòd not. eleganter Bal. in l. legitimos. ff. de legi. tu. quòd licet tutor legitimus teneatur satisdare: tamen, si est persona multum fida & honesta, remittitur ei satisdatio. Octauò facit, ꝙ scribit Pau. de Castro in l. si quis stipulatus sit Stichum. §. finali, per illum tex. de verb. obl. ff. quòd qui est inops, & non possidet immobilia, tamen si est persona multum fidelis, & consueta seruare promissa, est idoneus fideiussor. Nonò facit, ꝙ tenet Bald. in l. abstinendum. Cod. quorum appel. non recipi. quòd si statutum disponat, quòd damnatus habeat satisdare secundum qualitatem personæ, licet verbum, Satisdare intelligatur cum fideiussoribus, vel pignoribus. l. 1. qui satisda. cog. ff. tamen si est homo honestæ vitæ & probatæ fidei, sufficit iuratoria cuatio, per gl. in l. 1. ff. de ri. nup. vbi habetur, quòd virtus hominis sufficit pro satisdatione. Decimò & vltimo egregie quadrat tex. no. in l. sed & reprobari, versi. valdè disciplinatos, de excu. tu. ff. per quem text. notat ibi Bal. quòd propter excellentiam hominis, receditur ab omni iure & ab omni statuto. qđ est notandum. Sequitur. Alex. in l. cum quid mutuū, si cer. peta. ff. & bene faciunt quæ scripsi suprà tit. primo huius volu. ar. 24. vbi loquor de fideiussore. Stat ergo noua regula & noua conclusio, quòd propter conscientiam & magnam legalitatem personarum recedendum est à regulis iuris. Sed quid etiā, an propter hominis malam famam sit recedendum à dispositione iuris? Breuiter dico quòd sic. Probo tali medio, quòd quamuis in causa ciuili stetur propter impotentiam cauendi iuratoriæ cautioni: si tamen cauere debens sit vel periurus, vel homo malè famatus: tunc non stabitur suæ iurationi. no. Bart. & glo. in l. si cui. de accu. ff. l. non omnis. §. à Barbaris, de re mili. ff. Hinc dicit Ludoui Ros. in commento l. admonendi, in 7. colū. de iureiuran. ff. quòd semel periurus, perdit beneficiū probandi per iuramentum, quod est pulchrum verbum. Hinc dicit Iaso. in l. prima qui satisda. cog. ff. quòd iuramentum vilium personarum habet pondus. Ita dixi vobis suprà in d. ar. 24. tit. *Des droictz de basse iustice*. Confirmo per l. quæ adulterium. C. de adul. & stupro, vbi dicitur quòd viles personæ, vt sunt meretrices, nō merentur innodari laqueis legum. Intellige tamen quo ad legis beneficium, non quo ad legis supplicium. Et aduerte quòd synderesis differt à conscientia, secundum theologos: quia conscientia proprie est regula in ratione. Synderesis autem in voluntate instigandi causa ad bonum. Nam synderis est scintilla conscientiæ secundum theologos. Vnum autem consilium do domino iuueni ad regnum cœleste anhelanti, vt scilicet vxorē non ducat, quæ vt plurimum est impeditiua vitæ contēplatiuæ, & molestiua conscientiæ: quia non expedit homini, ad regna cœlestiá tendenti, accipere vxorem, gl. in c. 1. in fi. de sum. tri. extra. allegat. 33. q. 5. Tunc saluabitur. Insequendus igitur est bonus Iesus in pura conscientia & in syncero iudicio, ar. l. si quenquam. C. de epi. & cle. & credo quòd prima & maior conscientiæ refocillatio sit, dolorosæ Christi passionis crebra & pungibilis recordatio. Nam Iesus, vt nos à peccati febre pestifera curaret, operam boni medici egit. Medicus enim ad ægrotum accedens præcognito illius morbo, facit eum primò dietam facere. Secundò ad euitandos superfluos humores intestinos facit eum sudare. Tertiò, vbi est nimia sanguinis superfluitas, seu abundantia, facit ægrū flebothomare. Et quartò, quia æger tum propter sudorem emissum, tum propter sanguinem deperditum debilis est, facit eum ciropum & poculū restauratiuum sumere. Sic fecit filius Dei verus medicus, ꝓ nobis, & nostris infirmitatibus, fecit quadraginta diebus, & totidem noctibus ieiunando. Secundò grauiter pro nostris morbis curandis sudauit: qui factę sunt guttę sudoris eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram pro nobis, Patrem multis cū fletibus, in horto deprecādo. Tertiò voluit flebothomari ægritudine peccati curanda, sanguinem suum in cruce sacratissimas per suas plagas affatim effun-

De fratre testificāte pro fratre quādo frater testis legalis & iustus est.

Propter bonā conscientiam personarū recedendum est à regulis.

Viles personæ non merentur innodari laqueis legū, quo ad legis beneficium non quo ad legis supplicium.

Quid est synderesis, & quomodo à conscientia differat.

Medici boni officiū.

effundendo. Insuper voluit nostris pro languoribus ciropũ seu poculum sumere, cùm ipso existente in ara crucis nudus & deploratus potum petiit, spongiam amarissimam gustando: in cuius laudem hoc commentariolum, seu librum incepi, sibiq; dicaui. Pro complemento istius materiæ conscientię esset opportunum quærere, an iudex debeat iudicare secundum conscientiam, an secundum allegata & probata? Hæc q. est trita, quam ponunt scribentes in pluribus locis, præsertim in l. illicitas. §. veritas, de offi. præs. & canonistæ in c. 1. de offi. ordinarij, & quia magnũ est inter Docto. scribentes certamen. Nam aliqui intrepidè tenent iudicem debere iudicare secundũ allegata & probata, vt Panor. in d. c. 1. de offi. ordi. & Innoc. in cap. venerabilis. de censi. & hoc, si agatur in forma iudicij: quia dicunt id facere tanquam homo priuatus, & quanuis veritatẽ sciat tanquam homo, nõ tamen tanquã iudex. hinc dicitur q; homo non condemnat, sed lex. c. 1. & ibi gl. celebris. pri. distin. Breuiter dico, quòd tu nunquã contra cõscientiam iudices. licet sit tibi millies probatũ per testes vel aliàs, & hoc habetur de iure diuino & humano. De diuino equidẽ iure habetur, Exodi secundo & tertio. Non accipies vocem mendacij. Et insuper neq; in iudicio plurimorũ acquiesces sententiæ, vt à veritate deuies. Igitur est ibidem textus ineuitabilis contra primam opinionem. Iure autẽ humano, est textus in cap. cum æterni tribunal iudicis. de senten. & re iudi. lib. sexto. Et si bene ponderetur, illi textui responderi non potest: & hanc sententiam fouet Ang. de Cla. in verbo iudicare. versic. vtrùm iudicandum sit, &c. vbi videas. Ego autem solitus sum dicere, quòd qui facit contra conscientiam, ædificat sibi ad gehennam. cap. literas. de restit. spol. extra. cum simi. Et insuper quòd iure diuino attestante, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Nónne ergo est peccatũ contra propriam & certam conscientiam, substãtiam & ius vnius, fortè pauperrimæ partis tollere, forte corruptorum testium, & falsorum actorum, aut innocentem ad mortem damnare? Porro respondebis, si bene cogites, quòd sic: ne dicas, quia facio tanquam iudex: quia, si benefacias tanquam iudex, & male facias tanquam homo: tu scis quòd tu non habes duas animas: sed vnam solam, quæ licet non puniatur, eo quòd bene feceris tanquam iudex, punietur tamen de eo quòd malè feceris tanquam homo. & hæc pondera tu qui dicis esse iudicandũ intrepidè secundum allegata, non secundũ conscientiam, quæ est in cõtrarium: quia si Deus veritatis est, quod verum est, dicere debemus & nos, qui Deum sequimur, potius veritatem accipere, quàm fallaci probationi credere, alioquin veritatẽ ipsam, scilicet Deũ, qui veritas est, non, sequeremur.

An iudex debeat iudicare secũdum cõscientiam.

Non accipies vocem mendacij.

XXVII. ARTICLE.

En retraict cõgneu en assise na que vne adiudicatiõ, pourue que les choses seront prinses par le lignagier.

XXVIII. ARTICLE.

Si deulx lignagiers font bailler adiournement en diuerses cours, au dedans de lan & du iour. La cognoissance ne se pourra faire au preiudice lũg de lautre.

¶ Iste articulus est sine dubio, & cũ lex debeat esse de dubitabili. l. ancillæ subtractæ. C. de fur. & ser. corrup. & l. antiqui libero vẽtri. ff. si pars hęr. peta. tamen in isto articulo non est saltem apud me aliqua dubitatio, cum certũ sit, quòd vnus proximus in pernitiẽ alterius anno durante aliquid moliri non possit, cum istud tempus retrahẽdi, sit beneficium iuris, quod non est alicui auferendum.

XXIX. ARTICLE.

Les deniers du retraict, ou du rauoir, & recousse par grace, se doibuent bailler au suruiuant des conioinctz par mariage acquerans communs en biens les heritiers du decede presens ou appellez, & en iouyra ledict suruiuant sa vie durant, ainsi quil sera declare es chapitres de donnaisons & successions, en baillãt caution de rendre la moytie desditz deniers aux heritiers du decede. Et apres la mort du dernier decede les choses viendront aux heritiers diceulx conioinctz par moytie.

¶ Sed pone quòd ego emi à cõsanguineo vxoris tuæ fundum Cornelianum precio cẽtum Marcharum, tu autem vis illum fundum retrahere: quia dicis, quòd venditor est parens tuæ vxoris: ego autem qui emi, sum dominus feudalis, tu me conuenisti in materia retractus eo, quòd tu dicis. *Que premier est lignaige que paraige.* & consequenter, quòd tu debes habere fundum iure retractus, ratione vxoris tuę: & quòd tu es ratione vxoris tuæ mihi domino præferendus, per textũ in c. 1. §. porro, qualiter feu. olim alie. pote. in vsi. feu. Ego dominus feudalis & emptor dico, quòd ego te libenter admittam iure consuetudinis ad retrahendum mediam partem fundi Corneliani: & hoc ex capite tuæ vxoris, vel ad retrahendum totũ fundum integrum, prouiso, q; fundus totus apud vxorem tuã remaneat. Et q; in illo tu maritus nihil percipias: quæritur an ego, vel dominus bene dicere videatur? Videtur q; sic: nam si ego te maritũ admitterem simpliciter ad retrahendum totũ fundum, certum est, quòd post retractũ fundus cedet loco conquæstus, ex vi nostræ consuetudinis. Et sic consequenter accideret, quòd tu ma-

tu maritus, qui non es venditoris parens, haberes mediam dicti fundi partem, & me dominum & emptorem fraudares: quantũ autem ad vxorẽ tuam attinet, certum est, quòd illa est parens, & quantum ad te, tu non es parẽs. Breuiter dico, ꝙ in isto casu tu etiam ratione vxoris habebis totum fundum iure retractus. Nec obstat ꝙ si mulier tua decederet, ꝙ tu maritus, qui non es venditoris parens, haberes titulo conquęstus mediam partem fundi retracti: quia dico ꝙ in isto casu connexitas ampliat priuilegiũ, & ratione connexitatis mulieris maritus totum fundũ retrahere potest. Et ꝙ connexitas ampliet priuilegium: probo pulchris mediis. Primò per illud, quod in simili dicit gl. singularis in c. 1. in fin. de iu. patro. lib. 6. ꝙ si ecclesia habet ius commune, puta ius patronatus cum priuato laico, quòd ratione communionis priuilegium ecclesiæ etiam competit singulari. Ideo secularis patronus, qui tantum habebat quatuor menses ad præsentandum, habebit ratione connexitatis sex menses cũ ecclesia, cum qua tenet illud ius patronatus, & vide Panor. in c. 1. de pręscri. Probo secundò per illud quod dicit glos. celebris in l. fin. C. de mune. & hono. non conti. inter pa. & fil. lib. 10. quòd socius omnium bonorum habet excusationem à muneribus publicis propter personam socij: quod est notandum. probat 3. per dictum singulare Bald. in c. 1. quib. mo. feud. amitta. vbi dicit, quòd si sunt duo fratres, qui habẽt castrum commune in feudum, & vnus derelinquat dominum in prælio non mortuum: nec ad mortem vulneratum, ex quo debeat priuari feudo, si tamen alius frater optimè pugnet, dominum non relinquendo, quòd tunc neuter priuabitur feudo: & hoc propter connexitatem bene præliantis fratris. & pro hac decisione Ias. in l. 1. C. de transact. allega. l. si post mortem. §. fin. de contra tabul. ff. & ista tenebis menti.

Connexitas ampliat priuilegium.

Nonne connexitatis socius omnium bonorum habet pro socio immunitatẽ muneribus publicis.

En baillant caution de vend. &c.

¶ Hoc generale est, quòd vbicunq; in dubio aliquis admittitur, præstabit cautionem. l. vlt. C. de pet. hære. l. is à quo. de re vend. ff. & cautio est pręstãda ab eo, qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ de fructibus restituendis, si suspectus est. c. 2. de sequestratione possessionis & fructuum. extra, & de hoc glo. ordinaria & sing. in ca. suscita. in fin. extra, de in integ. resti.

XXX. ARTICLE.

Si aulcuns acquestz sont faictz par les cõioinctz en mariage des deniers communs en aulcunes choses par droict de puissance de fief, le suruiuant desdictz conioinctz tiendra lesdictes choses sa vie durant cõme de pur acquest: ainsi quil sera declare cy apres lesdictz chapitres. Mais le suruiuãt decede, lesdictes choses retourneront aux heritiers dicelluy a qui estoit le fief en payant aux heritiers de laultre le demy denier de lacquest auecques les coustz & mises.

Auecques les coustz & mises, &c.

¶ Supple. Pro media, sicut dicimus de principali, & de omnibus consecutiuis. Sed an dominus poterit iure prælationis retinere centum libras redditus, quas fortè assignauit vxori, nec pro dotalitio suo, vel vt faciat ad titulum, an me mortuo frater meus possit intra annum constitutionis dotalicij iure retractus retrahere istas centum libras pro dotalitio? Credo, ꝙ nec dominus iure prælationis retinere, nec proximus iure retractus poterit retrahere, eo præsertim, ꝙ istud est proprium patrimonium ipsius mulieris. l. 3. §. sed vtrum. in fi. ff. de minoribus. licet gl. ibidem in fine dicat, quòd saltem sit quasi ipsius mulieris patrimonium. Et etiam dos censetur esse patrimonium filiæ. Doct. in l. 3. §. sed vtrum. de minori. ff. & Doct. in l. Lucius Titius. quib. mo. pig. vel hypo. sol. Et etiam dos succedit loco legitimè, Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero. in fin. ff. de condi. & demonstra. Et dos dicitur exiisse de bo. patris. l. fin. ff. de collat. do. & Iaso. in Auth. nouissima. in 13. col. C. de inoffi. testamen.

An ius retractus locum habeat in dotalitio.

XXXI. ARTICLE.

En vendition de fruictz de heritaige, pose que les fruictz soyent encores pendans aussi en vendition de fruictz, ou pensions de heritaiges de donaire coustumier, ou conuention nel appartenant a femme noble, ou roturiere, ou autre vsufruict, na point de retraictz.

¶ Ergo de iure tẽporali & momentaneo non est retractus. etiam dicimus, ꝙ in venditione rei facta sub pacto recobrij, siue de retrouendendo, nõ debentur accordamenta, sicut nec in pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, vt dictum fuit in tit. *de rachaptz & ventes*. hoc ideo: quia dominiũ non est, tunc perpetuum, aut incommutabile. Quod autem diximus in principio notulæ, quòd de iure temporali, & momentaneo non datur retractus, non intendo firmare, quod pro possessorio rei venditæ non sit retractui locus, quia licet sit quid momentaneum. l. momentaneę. C. qui legi. per. sta. ha. in iud. tamen tota die dicimus ꝙ possessio est pars proprietatis, & dominiũ rerum ex naturali possessione cœpit. l. 1. in prin. de acqui. vel amitten. pos. ff. Et aduerte ad text. nam dicitur in illo, ꝙ in venditione fructuum etiam pendẽtium non est retractui locus, licet contrarium videretur, cum fructus pendentes fundi pars esse videantur. l. fructus. de rei vendi. ff.

XXXII. ARTICLE.

Le seigneur de fief ne doit prẽdre par puissance de fief, les heritaiges acquis en son fief, sinon pour les remettre a son dõmaine, & non en fraulde de lacquereur pour les bailler a vng autre. Et sil aduient quil les vueille prẽdre par puissance de fief, & les bailler a vng autre, au dedans de lan de la prinse par puissance de fief, en ce cas le premier acquereur les pourra rauoir dedans vng an apres, en rendant les deniers quil en a receuz dudit seigneur de fief, & en luy payant les lotz & ventes qui estoient deuz par lacquereur.

XXXIII. ARTICLE.

Le seigneur de fief peult auoir par puissance de fief, les choses acquises en son fief a grace en gardant ladicte grace au vendeur, telle quelle a este donnee par lacquereur. Et durant ladicte grace, ne pourra ledit seigneur de fief demollir. Et seulement pourra faire res raparations necessaires.

¶ Verum est quòd feudi dominus potest retinere iure prȩlationis. Sed dominus nõ prȩfertur hodie parenti, vt in §. finali. qualiter olim feud. pote. alienari.

XXXIIII. ARTICLE.

Donaison faicte pour les aggreables seruices, est subiecte a retraict, au dedans de lan & iour de lensaisinement de la chose donnee, en payant les deniers que ladicte chose donnee sera estimee valloir.

¶ De hac materia multum latè dixi, suprà, titu. *de rachaptz & ventes*, arti. 15. colum. 3. 4. 5. 6. & 7.

XXXV. ARTICLE.

Retraict faict hors iugement, est repute vendition.

¶ Ex venditione perfecta, id est, re tradita, non est retractui securo locus, nisi fiat in iudicio: aliàs parentes recipientes nummos suos ad ius retractus venire possent, cum retractus extraiudicialis reputetur venditio. Sed vbi res non fuisset tradita, posset venditio resolui: vt dixi eo. titu. art. 3. in fine.

XXXVI. ARTICLE.

Et seront faictes les congnoissances des retraictz en plain iugement & plaine audience.

¶ Hoc non sine ratione, vt isti retractus sint firmiores in iudicio facti propter calorem iudicij, qui magnus est: & qui calor iudicij facit valere conuentionem nudam à causa: Bar. & Doct. in l. 1. de verb. obli. ff. vbi pulchrè de calore iudicij dixi suprà eo. art. 4. vbi aliqua dixi de authoritate iudiciorum. *Nota de calore iudicij.*

XXXVII. ARTICLE.

Les an & iour de retraict de la rente frãchise & acquise sur soy, se doibuẽt prẽdre du iour du premier termi qui escherra apres ledit franchissement.

¶ Nunc in hoc articulo placet attingere dubium, in quo plures vidi diuersitates in oppidulo, quod Lochesiũ vocatur. Dominus de Lochesio olim dederat bastardæ suæ vnam medietariam suam coloniam, quam ipsa donataria certum tempus tenuit: ac increbrescente penuria ipsa vendidit dictã medietariã, venditione facta, alia soror illius donatariæ & vẽditricis vult habere iure retractus dictã medietariã, quia non sunt alij proximiores. Nunc quæritur, an sit audienda? Dixi ꝙ nullum videbam impedimentum, cum etiam si illa venditrix habuisset filiam naturalem, illam ad retrahendum de iure admisissem. Me mouet authoritas Bar. in l. certis. ff. de accus. & inscrip. vbi quærit Barto. an filij naturales ad vindicandum patris necem admittantur? & determinat ꝙ sic, post Inno. in c. nonnulli. de rescrip. Nam dixit ipse ꝙ isti tales naturales & spurij dicuntur cõsanguinei & affines. vt not. in l. non facilè. §. affines. ff. de gradi. Si ergo filia naturalis dicatur cõsanguinea, & affinis, in qua tamen est vitium paternum vel maternum: vt l. fi. C. de nat. libe. quanto magis sit admittẽda soror, in qua nullum est vitium? sed est vera soror vẽditricis, in qua omnis odiositas naturalitatis cessat. ar. d. l. fi. Nec obstat articulus primus, suprà, eo. tit. vbi dicitur, *Habile a luy succeder*. Quia id non iuuat. Nam & in casu meo est successioni locus, per no. per Doct. in d. Authen. licet. C. eo. titu. & in l. si qua illustris mu. ad Orficianum. C. Et pro opinione mea facit titu. *de succession de bastard*. & ea quȩ dixi ibidem in prin. no. & dixi suprà, eo. tit. art. 1. q. 8. vbi idem tenui. *Filij naturales an admittantur ad vindicandũ necem patris.*

XXXVIII. ARTICLE.

Si lacquereur est absent du bailliage du Touraine, en maniere que le lignager ne luy puisse faire bailler adiournement en clam de retraict quil ny ayt domicille audit bailliage, il pourra faire par authorite de iustice prendre & saysir les choses acquises a ce quil ayt trouue personne capable pour recepuoir ledit adiournement, & en faisant par ledit lignagier offre de retraict au iour de lamenee du

du sergent, en lordinarie duquel seront assises lesdictes choses par deuāt le iuge competāt dont sera esmanee ladicte saysie, a lassise lors ensuyuant ladite saysie il fera les fruitz siens. Toutesfoys si tost que lacquereur se apparoistra & acceptera iour pour proceder ou clam de retraict la saysie cessera, & ioyra des choses par luy acquises comme il faisoit au parauant sans autre mistere de iustice.

¶ Attamen dicit Panor. in c. causam. extra, de dol. & contu. quòd durum est, citandum requirere totam per prouinciam. Et in istis causis celeritatem requirentibus, sufficit quòd citandus non reperiatur in iudicio ad hoc, vt possit damnari: vt not. Bartolus in l. 4. §. prætor ait. de dam. infect. ff. vel saltem sufficere videtur absentia à ciuitate, quando nusquam emptor in iudicio comparuit, secundū ipsum Bar. Et in casu nostro cum emptor est absens: mihi videtur, ꝓ perfecta securitate retrahere volentis, quòd ipse debeat aliquod saltem paruum precium consignare. faciunt not. per Angelum in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. Bald. & Angel. in l. si residuum. C. de distrac. pigno. Ioan. Fab. in l. acceptam. de vsur. C. Inde dicit Cæpol. Veronen. in Cautela 50. quòd si aliquis promisit, vel condemnatus est soluere alicui infra diem certum sub aliqua magna pœna illud quod sibi debet, & debitum sit sibi liquidum, sufficit ad euadendā pœnā, quòd dicat se debitorem in vno nummo, & quòd illum in iudicio offerat ac deponat, & præstet fideiussorem de soluēdo id, in quo apparebit eum esse debitorem, & petat ꝙ eligantur calculatores. vide Ias. in l. prætor. §. si quis paratus. ff. de no. ope. nuncia. & Bart in l. creditor. de distrac. pigno. Et ita Alexan. in l. si mora. ff. de solu. Sed consuetudo nostra, vt hic vides, tantum ministerium non exigit. est enim illa sola oblatione contenta. Et etiam alibi dicunt pulchrè Scriben. quòd vbi debitum non est liquidum, sicut in casu nostro, quia nescit proximus pro quāto precio fuit facta venditio: tunc sufficere videtur sola oblatio vbi proximus ille, vel alius quispiam debitor est idoneus facultatibus. Bart. in l. quicunq;. de fundi. patri. lib. 11. C. facit l. de creationibus tutorum. C. de epis. audien.

Il fera les fruictz siens.

¶ Hoc nouum esse nō videtur. nam si emptor etiam esset in mora recipiendi nummos & cognoscendi proximiorem, tunc teneretur ad fructus, qui fructus veniunt, vt interesse à tempore moræ, vt pars rei. Sentit Ioan. Fab. in §. actionum. col. 2. Instit. de act.

XXXIX. ARTICLE.

Quant aulcun adiournement sera adiourne en clam de retraict, le sergent sera tenu nommer la personne a la requeste de qui, & qui luy aura commande ladiournement.

XL. ARTICLE.

Et quant ladiourne en clam de retraict, aura congneu le lignagier en absence, celle congnoissance de retraict sera signifiee a sa personne, ou domicille saucun en a audit bailliage, sinon parattache mise & apposee a la porte de lauditoire ya ou aura este faicte ladicte congnoissance. Et ou il ny auroit auditoire, sera signifiee ladicte congnoissance par attache mise & apposee par le premier sergēt en la presence des recors, a la porte de leglise parrochial du lieu ou aura este faicte ladicte congnoissance: laquelle congnoissance & attache ledit sergent sera tenu signifier a deux des prochains voysins dudit auditoire, ou de ladicte eglise parrochial en leur faisant scauoir que si ledit lignagier ne vient huyt iours apres ladicte affiction audit auditoire, saucun en ya, sinon en la maison dudit sergent apporter ses deniers, il demourra forcloz dudit retraict.

¶ Et nota quòd prius debet significari personæ quàm domicilio, propter ordinem literæ nostri textus, qui ordo literæ considerandus est: & quòd quis sit citandus semper prius ad personam, quàm ad domum seu domicilium, firmant Docto. in cap. causam. de dol. & contuma. extra. & in l. 1. de liber. agnosc. ff. Barto. in l. 4. de dam infect. ff. tamen vbi emptor non reperiretur promptè, sufficeret ad domicilium eius significare. l. vt perfectius. C. de anna. excep. l. dies. cautioni præstitutus. §. prætor ait. & §. totiens. de damno infect. ff. licet repudij. C. de repudiis. cum similib. Et quia textus loquitur de citatione ad ianuam ecclesiæ apponenda. vide Doct. in cap. fina. de dolo & contuma. extra.

TITVLVS XVI.

Refutationes & renunciationes prædiorum.

Quictances & esponces dheritaiges.

PREMIER

PREMIER ARTICLE.



ON ne peult faire quictance ne esponce dheritaige, sil ne plaist a la partie a qui on est personnellement oblige.

¶ Iste articulus est sine dubio, cùm contractus ab initio sunt voluntatis ex post facto, quippe necessitatis. l. sicut. C. de acti. & obli. cum simili. nimirum ergo si vnus non possit altero nolente, vel inuito à contractu resilire.

II. ARTICLE.

Le detenteur daulcun heritaige qui ne seroit personnellement oblige, peult delaisser, ou quicter ledit heritaige, sans payer les arrerages desdictes rentes. Sinon que les creanciers ausquelz seront deubz icelles rentes, eussent este au parauant certifiez de la constitution de ladicte rente, ouquel cas ilz payeront les arrerages escheuz depuis ladicte certification. Et des precedens ilz en demourront quictes en faisant ladicte quictance & esponce.

¶ Iste articulus est limitandus in aliis, quàm in debitoribus fiscalibus, text. in l. hæredes scripti. C. de omni agro deser. lib. 11. vbi dicit, ꝙ hæredes pro minus idoneis fundis fiscale onus tenentur soluere, nec possunt istis agris infertilibus vel desertis renunciare. Nisi etiam renuncient toti hæreditati, & rebus quocunqꝫ titulo acquisitis, & secundum Barto. ibidem. Et est speciale fauore fisci, secundum Ang. de Perus. ibidem. Sed quia hic dicitur de refutatione seu expensione terrarum: quid diceres de refutatione feudorũ, an vasallus inuito domino refutare possit feudũ? Et sanè pulcher est iste passus, de quo traditur in c. 1. in fin. de capitan. qui curiam vend. an intelligatur beneficium vendidisse, in fi. illius titu. in gl. in verb. ad certum seruitium, & per gl. & DD. in c. imperialem. §. callidis insuper machinationibus. de prohi. feu. alie. per Fre. & tex. in c. 1. de vasal. qui contra constit. Lotharij regis beneficium alienauit, in fin. vbi dicit text. quòd vasallus etiam sine domini sui voluntate feudum refutare potest. Hoc intellige, vbi feudum est simpliciter datum: secus autem, vbi esset datum ad certũ seruitium, vel vbi iam dominus esset descensurus in prælium aduersus hostes, & peteret auxilium à vasallo, tunc si vasallus ipse vellet dominum periclitantem dimittere, & fundũ refutare, certè audiendus non esset. Quod tenebis menti. Et sic de facto vasallus ad refutationem admitteretur, tunc amplius ad seruitium non teneretur. Non tamen dominus debet iniuriari: sed propensius quàm extero sibi opem impendere in memoriã fidelitatis primæ & veteris amicitiæ: quia reliquiæ primę amicitię durare videntur, ar. l. in hoc iudicio famil. her. ff. Et si dominum offenderet, puniretur secundum qualitatẽ delicti, inspectaqꝫ prima amicitia est, glo. in d. c. 1. de vasal. qui contra constitu. Lotha. reg. benefic. alienauit, in verb. non debet. Et de ista materia vide insuper Bar. in l. is cum quo. de aqua pluuia arcend. vbi ipse sic distinguit, aut aliquis conuenitur ex suo contractu, & tunc non liberatur cedendo rei. l. quicunqꝫ. de fund. patri. lib. 11. C. l. sicut. de acti. & obli. C. Aut ex suo delicto, & idem adhuc dicendum, quia non liberatur: vt d. l. is cum quo. Aut conuenitur actione reali, & liberatur cedendo rei. l. & si fortè. si serui. vendi. in §. etiam. Aut officio iudicis, & tunc idem. l. prætor. §. hoc edictum. de dam. infec. ff. quia est eadem ratio, cum non præsupponatur obligatio aut aliqua actione personali ex virtute contractus, vel quasi contractus præambuli, vbi expressè hoc non promisit, sed venit occasione rei. Et tunc aut illud onus occasione rei prouenięns erat ab initio certum, aut incertum: si certum, & tunc nõ posset. Dicit etiam quòd vbi onus ab initio esset certum, si cedendo rei plus faceret, satis est, vt d. l. is cũ quo, allegat. l. illud, de tribu. Ex hoc dicit ipse Bartol. quod cum collecta imponatur personæ pro rebus: & sic incertum quid à principio, quia est onus extraordinarium, quod cedendo fundo quis non tenetur ad collectas. Secus, vt dicit ipse, esset in cẽsibus, seu tributis certis & ordinariis. Et insuper dicit, ꝙ non solum vsqꝫ ad litis contestati. liberatur quis cedendo, sed etiam post sententiã donec conuenitur condemnatus iudicati, allegat. l. item veniunt. §. cum prædiximus. de pet. hęred. ff. l. miles. §. decem. de re iudica. ff. Et an vasallus possit renunciare feudo domino inuito, vide etiam gl. & Canonist. in 10. quæ in ecclesiarum. de constitu. & Bald. in c. 1. in fin. de vasal. qui contra consti. Lotha. & in cap. 1. de capit. qui curi. vendidit. Sed an emphyteota possit rei per emphyteosim cõcessæ renunciare? Dic quòd non, vt per Bal. in l. 1. in 2. col. de iure emphyt. C. & per eundem in l. cum Archimedoram, vt in poss. leg. vel fideic. ser. caus. mit. C. & per Abba. in consi. 94. libr. 2. Sed quid dices de hac quæstione? Erat vnus puteus seruiens viciniæ, qui refectione indigebat: vnus vicinus dicebat se nolle contribuere in reparatione putei: imò potius non vult de illa aqua: sed illi vult potius renunciare, an pro rata possit compelli? Specul. in titu. de censi. §. secundo. versi. Item pone, vicinia quædam, tenet, quòd potest cogi. Sed Bald. in l. cùm fructuarius. de vsufruct. ff. tenet contrarium, & ista materia traditur latè per Romanum in d. l. is. cum quo vidi practicari opinionem Specul. Sed tenui opinionem Baldi, tanquam illam, quę mihi videtur in hoc æquior & iustior.

Singularis passus an vasallus inuito domino feudũ refutare possit.

Collecta imponitur personæ pro rebus.

Etiam cedere quis potest rei iam condemnatus.

Emphiteota rei emphyteoticæ renunciare non potest.

TITV-

TITVLVS XVII.

De prædiis interdictoriis.

Des heritaiges defensables.

PREMIER ARTICLE.



Es bestes cheualeines, aumailles, bestes a laine, & asnes peuent pasturer es prez non cloz a fossez, ou hayes, & non gaymaulx, puis que l'herbe est fauchee fenee & emmenee: iusques au huytiesme iour de Mars, & si apres elles y sont trouuees, ceulx a qui sont les prez, ou autres leurs seruiteurs, ou commis les pourrôt prendre & mener en prison, silz les y peuent amener. Et en auront ceulx a qui serôt lesditz leur desdommagement, du quel ilz seront creuz a leur serment iusques a cinq solz pour chascune foys quilz les prendront & menerôt a iustice. Et la iustice en aura pour sadicte prise. 7. solz. 6. deniers tournoys damêde. Et sil ya garde faicte, il ya damende soixante solz, & le desdommagement a la partie.

¶Materia istius tituli comprobatur iure nostro, vt l. Quintus Mutius scribit, & l. quamuis alienum pecus, ad leg. Aquil. ff. & l. qui seruandarum. de præscrip. verb. ff. & ibidem per Scribentes & in l. fin. C. de leg. Aquil. abundè fuit hæc materia decla. per dom. Nicol. Boër. in suis glosis consuetudinum Bituricarum. ideo nec ego transcriptor esse volo. Sed aliqua noua, & ad titulum necessaria breuissimè perstringam.

Iusques au. 8. iour de Mars.

¶ Ergo necessarium erit actori probare, quòd post dictam octauam diem adinuenerit pecora defensoris in fundo suo defensabili, non enim sibi sufficeret, si probaret solum ea inuenisse in mense Martij, nisi probaret quòd post diem octauam, quia vbicunque aliquid est prohibitum, & sic punibile certo limitato loco vel tempore, oportet quòd accusator probet præcisè locum limitatum, vel tempus, aliàs absolueretur reus, quia præsumeretur factum loco licito, vel tempore. Et vbicunque tempus est fundamentum intentionis alicuius, tunc tenetur tale tempus præcisè probare, aliàs succumberet gl. & scribentes in l. eum actum. ff. de neg. gest. in fin. glo. & Doct. in c. venerabilis. de sen. excom. in 6. & glo. in Clem. fin. de rescrip. no. etiam in l. matrem. C. de probatio. Item benefacit, quòd vbicunque lex vel statutum, fundat se super facto cum aliqua qualitate, non sufficit tunc probare factum, nisi & probetur qualitas. l. Fulcinius. & ibi Bart. ex quibus caus. in posses. eatur. ff. l. 1. §. ait prætor. & ibi Barto. ne quid in loco publi. ff. Panorm. in cap. in præsentia. in quarta colum. extra, de probat. Bart. in consi. incipien. iure municipali cauetur, &c. insuper facit quod scribit Bart. in l. si quando. C. de testi. quòd vbi actus potest vna die valere, alia non debet inseri de necessitate, & inscribi dies allegata.

Singulares conclusiones de loco, tempore vel qualitate.

An sufficiat probare absque qualitate factum.

Ilz seront creuz par serment, &c.

¶Verum est, nisi ex aduerso pars conuenta velit probare contrarium, quia vbi ex dispositione legis, vel statuti statur alicuius iuramento, illi non creditur, si ex aduerso contrarium probetur. ita in specie tenet Panor. in c. proposuisti, in prin. extra, de prob. Et dixit Salic. in l. contra negantem. C. de leg. Aquil. quòd si stetur iuramento accusatoris, poterit tamen probari contrarium, vel peti à iudice, vt veniat ad videndum, quod damnum nullum est datum. Nam vbi lex dicit, quòd rebus iudicatis stādum est, nec intelligitur, nisi aliter probetur, allegat. lib. 1. C. de re iudi. ideo dicebat Iacob. Butri. quòd licet statutum dicat, quòd deludētibus stetur dicto familiaris iudicis aut potestatis, tamē potest probari contrarium. confirmat insuper, quia istud iuramentum est necessarium. igitur contraueniri potest. l. admonēdi. de iureiur. ff. item quia hoc non est iuramentum, sed periurium, ita in his terminis Sali. in d. l. contra negantem. in vlt. q. & sic habes ex supradictis probationem nostrę consuetudinis in iure & modum probandi tempus capturæ.

Vbi statur iuramento alicuius, potest tamen cōtrarium probari.

II. ARTICLE.

Et si aulcun a qui sont lesdictes bestes les oste a celluy qui les a prinses en son pre, ou les empesche de les mener a iustice, la chose prouuee, il en payera a iustice soixâte solz tournoys damende pour la rescousse.

¶Vide quæ dixi suprà titu. *De crimes.* art. 4.

III. ARTICLE.

Et sil aduient que celluy qui a prins lesdictes bestes en son danger par luy, ou aultre de sa famille, ne les puisse admener a iustice, il sera creu par son serment, en venant vers la iustice du lieu vingt & quatre heures apres que lesdictes bestes luy sont esahappees, & que il les auoit prinses en ses dommaiges: & ne les auoit peu admener. Et sera creu de son dommaige iusques a troys solz quatre deniers, pour linterest de la partie,

partie, & pour la iustice vingt deniers.

¶ Istud superflue cum dixerit, *Et sera creu de son dommage*. Et aduerte quòd vbi ex dispositione legis statur iuramento alicuius, tunc etiam stabitur illius iuramento, in quocunque emergente, vel punctulo, qui inciderit in causa. Ista est singularis doctrina, quæ traditur per Doctores in l. solent. de ali. & ciba. leg. ff. vbi Barto. ponit in vlt. colum. & in specie dicit Ias. in l. 2. col. ff. & de iudi. quòd si statutum disponat, quòd de damnis & interesse stetur iuramento damnum passi: quæcunque causa ibi incideret, deberet per iuramentum decidi. ita etiam Bald. in l. 1. colum. C. de reb. credi. & Paul. de Cast. in l. cum 2. in prin. ff. de transla.

IIII. ARTICLE.

Et est assauoir, que si les bestes dessusdictes sunt prinses es prez, bledz, ou vignes daucune personne, elles pourront estre prinses & amenees en prison, & en auront les seigneurs des heritaiges, ou autres ayans interestz, & a la iustice desdommaigement, & amendes, ainsi a la maniere que dit est: & si plus grant dommaige ilz font que de cinq solz, ceulx a qui le dommaige aura este faict, en seront desdommaigez iusques a la valeur du dommaige qui sera trouue que lesdictes bestes auront faict.

¶ Vt sunt conductores & cessionarij. Sed an prior qui habet ius decimarum in hac parochia, pòssit tales capturas facere? Quod videtur eo, quòd & ipse habet interesse, ne messes depascantur à pecudibus, nec decima sua minuatur. ergo videtur quòd admittatur: imò non ipse solum, sed & alij, ad quos non tam strictè negocium tangit. ar. l. 1. C. quando licet vnicuique sine iudi. se vindi. Nam isti pastorelli sunt depopulatores agrorum, quando ex proposito id faciunt, & nocturno tempore. Sed id tamen non practicatur. Indecorum sanè esset, virum ecclesiasticum facere tales capturas per agros sibi decimis alligatos, cum sibi vlciscendi rigor de iure adimatur, & ignoscédi gloria & sanctitas tribuatur. l. si quis in hoc genus. in illis verbis, non expectet propriæ iniuriæ vltionem. C. de episc. & cleri. Sed verba consuetudinis faciunt pro eo, vt capere possit, quia & standum est verbis legis. l. prospexit. ff. qui & à quibus manu. libe. non fi.

V. ARTICLE.

Si pourceau ou truye en quelque temps & saison que ce soit en lan, est trouue en bledz, prez, ou vignes, ilz seront prins & amenez a iustice, si amenez a peuuent estre, & en sera prinse lamende, aussi le desdommaigement selon la quantite du dommaige. & pareillement des cheures: & asnes qui seront trouuez en vignes, & si les oayes sont trouuez en bledz, ou prez, & elles ne peuuẽt estre amenees en prison, lõ les peut tuer sans offẽce.

¶ Contra de iure. vt d. l. Quintus Mutius. ad l. Aquil ff. aduerte. Nam si tu occideris anseres meos, & hocas meas, tu emẽdatione damni priuaberis. satis enim vindicatus es, & ego duplici afflictione non debeo plecti. arg. l. diuus. de off. præsi. ff. & practicatur. Et quis nõ debet duplici damno contineri. c. 1. in fin. de natu. feud. & l. nauis. ad l. Rhodiam. de iactu. cum similib. ibidem nota.

VI. ARTICLE.

Si les bestes sont trouuees en vignes en quelque tẽps & saison que ce soit, y a. 7. solz. 6. deniers damende, auec le desdommaigement de la partie.

¶ Vide quomodo conditionis conditores habuerunt vites in magna recommendatione, & sunt adeò etiam priuilegiatæ, quòd is qui deglobat vites, est capite puniendus, tãquam latro. tex. singularis in l. sciendum. arborum furtim cęsarum. ff. Non inuenies in tota scriptura, quod Christus Deus dixerit se esse, vel syluam, vel domum, vel pratum: & sic de similibus. Sed bene inuenies, quòd ipse se dicit esse veram vitem. cum ipse dixit, Ego sum vitis vera, vos verò palmites: & de vino, plura dicta vide quæ scripsi in titu. *De banc a vin*. Sed nota quòd pratũ est in redditu vtilius quàm vinea: quia pratũ dicitur, quasi paratum, eo quòd in pratis non sunt tanti sumptus faciendi, sicut in vineis. Nam ratione vineæ debentur plures impensę in vineam colendo, & adhuc cum botri maturi sunt, tamen vindemiæ adhuc sunt dispendiosę. textus peregrinus in l. si seruus seruum. §. Iulianus scribit. ad leg. Aquil. ff. quem textum nullus scribentium adhuc ad hoc propositum ponderauit. Et de pratis solerter custodiendis, & non depascendis etiam ab equis exercituum imperatoris. vide textum peregrinum, etiam in l. prata prouincialium. C. de pascuis publi. vel priua. li. 11. C. Et nota vnum singulare, quòd licitum est transeunti capere herbas, quas ipse secus viam stans amplecti poterit, ad refectionem equi sui, vtendo tamen tali herba sine vastatione, sed pro sua commoditate, & vsu necessario. text. in cap. si clericus. de pace tenen. & eius violatoribus in §. fin. Hoc ideo stabilitum est ad reparationem equorum male pabulatorum, quia equus male pabulatus, male vadit. gl. in l. animalia. C. de cursu publi. lib. 12.

Deglobans vites decapitari debet.

Pratum dicitur paratum.

Milites imperato. non debent depasci prata priuatorum.

TITV-

TITVLVS XVIII.

Præscriptio in Consuetudine.

Prescription en coustume.

PREMIER ARTICLE.



Vant aucun acquiert dõmaine ou heritaige, & ledit acquereur la tenu & possede par cinq ans notoyrement, sans interruptiõ. Icelluy acquereur se peut deffendre par ledit tenement contre lesditz acquereurs de rente, depuis trẽte ans & demourer exẽpt de ladicte rẽte ou charge. Sinon que ledit dõmaine ayt este baille a la charge de ladicte rente.

¶ Hoc in articulo ponitur regula, deinde exceptio: regula verò est in principio vsque ibi, *Sinon que ledit dommaine, &c.* Quia in illis verbis est exceptio, & profectò dura est hęc consuetudo, si bene gustetur. Ideo quia consuetudo nostra dicit, quòd solum quinquenniũ emptor dominij se potest aduersus vnumquemque creditorem à triginta annis infra tueri & defendere. Quæro quod remedium poterit habere ille, cõtra quem completa est præscriptio, & cui nulla potest imputari negligentia? Dic ꝙ si aliquo legitimo impedimento fuit detentus, quòd poterit petere restitutionem in integrum vsꝙ ad quatuor annos sequentes, qui incipiunt à die scientiæ post cessationem impedimenti legitimi. Ratio, quia illud quadrienniũ non currit ignoranti. cap. 1. de in integr. restit. lib. 6. in verbo, si quis negligenter obmiserit, ignorans enim non negligit. cap. quia diuersitatem. de concess. præben. & ad hæc vide Panor. in cap. auditis. extr. de in integ. rest. Et istud est verum in puncto iuris canonici. Sed merè practici, qui parum iura aduertunt, non ista admitterent. Sed, quid dices de consuetudine nostra? nónne tibi videtur rationabilis, vt per eam pręscriptio tollatur? Respon. breuiter & succincte, quòd sicut per pactum tolli potest pręscriptio. l. quòd si nolit. §. si quid. ita cum ibi dem traditis. de ædili. edict. ff. & per Doct. in l. nemo potest. de lega. 1. ff. ita etiam præscriptio tolli potest per statutum & consuetudinem. plenè per Abb. in consi. 14. col. 3. libr. 2. Faciunt tradita per Luc. de Penna. & per Ioã. de Plat. in l. domini. & l. cum satis. de agric. & censi. libr. 11. & in l. agros. de fund. limitro. & Iason in l. pactum quod dotali. C. de pactis. & text. & Scriben. in cap. imperialem. §. habito. in fin. illius §. de prohib. feud. alie. per Frede. in vsib. feud.

II. ARTICLE.

Cens & rente fonciere, ne seront prescriptz par moindre temps que de trente ans.

¶ Est ergo verum quòd istę actiones pro censu & renta primæua competentes, non minori spacio quàm 30. annorum tolluntur. Sed ista tempore tolluntur non ipso, sed ope exceptionis, quo ad effectum, licet Iac. de Aret. in l. vulgata. sicut de præscript. 30. vel 40. annorum tenuerit actiones per pręscriptionem tolli ipso iure, cum actiones sint de iure ciuili. l. 2. §. deinde. de orig. iur. ciui. ff. Et præscriptio etiam fit de iure ciuili. l. 1. de vsuca. ff. & sic vnum ius ciuile tollit aliud ipso iure. l. an inutilis. §. 1. de acceptila. ff. Sed, vt dixi, Doct. Communiter tenent, quòd actiones ipsæ ope exceptionis: & non ipso iure tollentur. cum tempus non sit modus tollendæ vel inducendæ obligationis. Aduerte tamen quòd triplex est cẽsus. Vnus qui soluitur priuatę personæ. Alius qui soluitur ecclesiæ, & alius qui soluitur imperatori. Primus verò census 60. annis præscribitur, vt tenent Docto. in l. omnes. & l. comperit. de præscrip. 30. vel 40. annor. Secundus autem census ecclesiæ debitus. iste etiam præscribitur quadraginta annis. per Auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. & hoc in aliis ecclesiis quàm Romana. Nam tunc centum annis, vt cap. fina. cum ibi no. extra, de præscrip. & ita tenent Cyn. Bald. & Sal. in d. l. comperit. Sed census Imperatori debitus est de iure impræscriptibilis. vt d. l. comperit. nam, vt dicit ibidẽ Sali. ille princeps est, qui die noctuꝗ pro toto orbe terrarum vigilat. l. fin. C. de quadri. præscr. & talis census debetur in signum subiectionis, quæ non præscribitur. l. comperit. & ca. cum non liceat. ext. de præscriptio. Et hoc de censu. At de hypotheca, de qua etiam text. noster mentionem facere videtur: scitis quòd illa habet in præscribendo quatuor vitas, vel tempora. vt not. Doct. in l. cum notissimi. §. 1. de præscript. 30. vel 40. annor. Et de primis duobus temporibus non vos arbitror latere, quod contra extraneum possessorem non tollitur, nisi triginta annis. Sed contra debitorem vel eius hæredem possessorem non tollitur, nisi 40. annis. aliquando tantum durat 10. annis. aliquando 20. vt per Bartol. post glos. in procem. Digestorum. §. tertij. Tamen de consuetudine nostra, si sit hypotheca originalis, non minus viuit quã triginta annis. & sic de consuetudine hypotheca ista habet tãtum vnam vitam, quæ non est minor triginta annorum. Sed quæro, dicitur in textu nostro, quòd ista hypotheca, & iste census non præscribuntur minori spacio triginta annorum, an ipsi præscribantur isto tali spacio 30. annorum. & an videantur esse correcta iura quæ præscriptionem quadraginta annorum in censu pręscribendo, & in hypotheca etiam præscribenda contra obligatum, vel eius hæredem possessorem requirunt? Et videtur quòd nõ, quia per subauditos intellectus non debet

An & quõ census præscribatur.

Triplex est census.

Hypotheca præscribẽdo habet quatuor vitas & tempora.

Per subauditum intellectum non fit correctio.

induci legum correctio. glos. not. in ca. cupientes. §. quod si per, &c. de elect. lib. 6. & planè per Doct. in Auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & in l. fi. C. de indic. vid. tollen. cum similibus. & licet consuetudo dicat, q census & originalis renta non minori spacio triginta annorum præscribantur, non tamen negat quin maiori tempore præscribi debeant, & statutum correctorium iuris communis non debet extendi, etiam ex maioritate rationis. Quia in correctoriis non est licita extensio. Doctor. in dict. Authen. quas actiones. & latè Salicet. in l. si serui. C. de noxali. & do. Anto. de Butri. in c. fin. de consuet. dic, quòd de iure annuæ præstationi præscribitur triginta annis. gloss. & Doct. in l. plures apochis. C. de fide instrumen. & in l. cum notissimi. §. fina. de præscriptio. 30. vel 40. annorum. At illud verò quod dictum fuit suprà de præscriptione census, vide de hoc glo. pulchram in c. tua. vbi canonistæ ponunt, ex. de deci. quæ tamen loquitur de tributis. & per Fel. in c. cum contingat. de fo. comp. per eundem in cap. ad audientiam. in 7. col. extra, de præscrip. vbi tenet contra Abb. quod census non præscribitur, per tex. cap. conquestus. & per not. per Ioan. Andr. ibid. de religio. do. & per Scribentes in c. omnis anima. ext. de censibus. Et de annua pensione præscribenda, vide ad plenum per Alex. & Iason. in l. de pupillo. §. si pluribus. de no. ope. nunc. ff. & per Cyn. Bart. Bald. & Salic. in præallagat. l. cum notissimi. §. in his. de præscrip. 30. vel 40. annorum. Et resolutio est ista quòd sufficit vna præscriptio pro annis sequentibus, quę incipit currere à tempore, quo cessatum est pro toto tẽpore. ad hoc l. senatus. §. fi. de do. cau. mor. & l. Stichum. §. stipulatio. de verb. obli. ff. Aduerte ad vnum in iure singulare quòd si ab emphyteota peterentur census & canones forte 20. annorum. & ipse ostenderit se soluisse censum vel canonẽ tribus annis proximè pręteritis, esset tunc præsumptio, quòd soluerit in præteritum. pulchrè Ias. in l. si certis annis. C. de pactis. pulchra l. in l. quicunque. C. de apochis. lib. 10. & ibi ad hoc Barto. & Ioan. de Platea.

In correctoriis non est extensio licita.

Bonus passus de solutione triennali, vide.

III. ARTICLE.

Entre acquereurs de rente, interruption na point de lieu. & seront les premiers acquereurs preferez, pourueu quilz ayent eu possession, autrement iront par contribution. Sinon que lacquereur ayt faict poursuyte pour auoir payement de sadicte rente par execution, ou adiournement libelle.

¶ Interruptio est duplex: vna naturalis, & alia ciuilis. Naturalis interruptio est, quotiens rei possessio perditur, quod multis modis interuenit. l. qui vniuersas. de acquir. poss. ff. & in d. l. cum notissimi. §. imo illud. de præscr. 30. vel 40. anno. C. & ista de iure prodest omnibus, qa pariter & vniformiter omnes concernit. At ciuilis interruptio fit, & per litis contestationem, per executoris missionem, per rei obligatæ apprehensionem, per libelli oblationem, & per debiti agnitionem. & hęc agnitio procedit pluribus modis. Primò, de nouo promittendo. Secundò, partis debiti solutionem faciendo. Tertiò, pignus dando. Quartò, fideiussorem præsentãdo, cum enim reus debendi dat fideiussorem de certa quantitate quam debet, videtur debitum cognoscere, & præscriptionem inchoatam interrumpere. Et istæ ciuiles interruptiones interrumpenti solum prosunt, non aliis, & sic differunt in hoc latè naturalis interruptio & ciuilis, cum, vt dictum est, naturalis omnibus profit: ista est sententia Scribentium in d. l. cum notissimi. §. immo illud. de præscript. 30. vel 40. annor. Doctor. in l. naturaliter. de vsucap. ff.

Autrement viendront, &c.

¶ Imò videtur, quòd non sit necessaria possessio cum pignus solo consensu inducatur. l. si tibi. §. de pignore ff. de pact. & l. 1. de pig. acti. cum ibi nota. ergo videtur quòd tunc succedat regula quæ est, vt præualeat in iure, qui præuenit tempore. vt l. 2. & l. si fund. C. qui po. in pig. ha. Nam videtur, quòd in prætendentibus eundẽ titulum, qui prior tempore, potior sit in iure. Sed vt hæc materia liqueat, dic breuiter, cum plures creditores veniunt, aut omnes pretendunt pignus conuentionale, aut omnes prætorium, aut quidam conuentionale, & quidam prætorium pignus. Si omnes cõuentionale: tunc de iure est notare regulam, quæ est, vt prior tempore, potior sit in iure. fallit in l. licet. C. eo. tit. & l. interdũ. ff. qui poti. in pigno. & in Auth. de aqua. do. §. his consequenter. & in l. diuersis. C. eo. tit. præal. & ibi no. Si verò omnes prætorium, & tunc aut omnes sunt eiusdem tituli, quia omnes ex contractu, vel omnes ex causa legati, vel omnes ex causa damni infecti, & tunc concurrunt ordine non inspecto, & ita loquuntur leges. C. de bo. authorita. iudi. poss. l. fin. & ff. vt in possess. leg l. is cui. §. si plures. aut sunt diuersorum titulorum, & tunc qui prior est tempore, potior est in iure: vt d. l. 2. C. qui poti. in pig. ha. Sin verò quidam conuentionale, & quidam prętorium: habet etiã locum, vt qui prior est tempore, potior sit in iure. l. si postquam. vt in posses. leg. C. & l. sed iure. ff. eo. ista est resolutio Cyn. & Salic. in d. l. 2, C. qui poti. in pig. ha.

IIII. ARTICLE.

Si les seruiteurs ne font question & demande de leurs seruices a leurs maistres au dedans de lan & iour. Apres quilz seront hors de leurs seruices ou quilz ayent faict bailler adiourne-

iournement au dedans dudit temps, ilz ne seront plus receuz a en faire poursuyte, ou demande, sinon que leurdictz maistres leur fussent obligez ou condemnez. Pareillement, les massons charpētiers, vignerons, manouuriers, cousturiers, sarruriers, menuziers, & aultres vendans marchandise en detail, ne pourront faire demande de leurs iournees six moys apres louuraige faict, sinon cōme dessus.

¶Ergo videtur, vt articulus deseruiat titu. & vt faciat ad titulum, quòd in primo articuli nostri membro introducatur annalis pręscriptio. & in secundo membro, quòd introducatur semiannalis præscriptio. Sed quid dicemus de validitate nostræ consuetudinis? videtur quòd sit valida. per not. & tradita per Bald. in cap. vno. qualiter feud. olim poterat alien. in verbo, per refutationem, vbi dicit post glo. ibidem positam valere statutum ciuitatis Vincentię disponens, quòd si creditor distulerit per annū & diem petere ius suum, quòd postea non audiatur. & ita tenet Angel. etiam in l. 2. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consumuntur. ff. facit quod notat Bartol. in l. sequitur. §. si viam. de vsufru. ff. & in l. si is cui. §. Flauius. de solutio. ff. Cui opinioni videtur inhærere Iaso. in titul. de acti. in 22. colum. versicu. in ea glossa. Sed in veritate Barto. in l. omnes populi. in tertia quæst. principali, tenet tale statutum esse inualidum, quem sequitur Ioan. Andre. in nouella. in cap. 2. de exce. libr. 6. & quem allegat Iaso. titul. de actio. in colum. prædicta. Ideo, quia durum est dicere, & tenere quòd præscrip. talis valeat, præsertim cùm mala fide, sicut videtur sonare litera nostra. Ideo, quia sunt aliqui causidici & iudices, qui larga cum conscientia iudicant, secundum verba huius consuetudinis dicentes, quòd sufficit quòd ita scriptum fuerit: nec aduertunt ad bonam fidem, quæ in omni præscriptione requiritur. Ideo est videndum, an isti causidici & iudices excusentur in conscientia. igitur in passu videretur eos aliquantisper excusandos. nam & etiam statutum aliquando disponit super eo, quod est, quid spirituale. ergo videtur dicendum, quòd posit disponere, vt indistinctè præscriptio currat, non attenta bona fide. Et quod statutum aliquando disponat super eo, quod est spirituale: vtputa, super iuramento non obseruando. habes per Bartol. in Authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. vbi videtur dicere, quòd si statutum prohibeat minorem contrahere, quod tunc contrahendo peccat mortaliter. Et isto casu non firmatur contractus cum iuramento. & hanc theoricam sequitur Angel. in consil. 153. quod incipit, domina Catharina. vbi concludit mirabiliter, quòd quando statutum inhibet personam minoris, vel mulieris contrahere, quòd tunc minor vel mulier iurans non potest compelli ad obseruantiam iuramenti. Videtur enim, vt dicunt Doctores, consuetudinem habere vim apostolici. Sed sanè, nec cum illis iudicare vellem, quia tale statutum eos non excusat. at in proposito nostræ consuetudinis dicit Hostien. in cap. per tuas. extra, de donat. Cardina. in cap. vigilanti. extra, de præscrip. quòd talis consuetudo est inualida. Igitur credo, quòd post quam dominus tenetur offerre seruitori suo mercedem. Quia non retinebis mercedem mercenarij tui, &c. quòd tunc non est tutus in conscientia per lapsum anni: quia ista pecunia quæ debetur à domino, & à similibus in consuetudine ista connumeratis, est in satisfactionem, igitur non pręscribitur in conscientia. Secus fortè esset, si illa pecunia deberetur in pœnam eo, quia in pœnalibus debitor non tenetur in conscientia, vtpote in pœna quadrupli, procedente ex furto manifesto, &c. & ad ista faciunt tradita per Panormita. in capit. fina. de præscript. Et ista consuetudo est multū rigorosa, & mercedis pauperum operariorum non sine peccato priuatiua. Igitur fatendum est, quòd iudex etiam singularis potest obuiare peccato, & ad ipsum pertinet illi obuiare. l. senatus. de offi. præ. ff. cap. rex debet. 23. quæstio. 5. & pulchrè Panormita. in cap. ex parte. de consuet. Et aduerte ad textum. nam si bene eum gustes, non intendit consuetudo frustrare mercatores precio mercium suarum: sed solummodo mercede aut salario dietarū suarum. patet; cum dixit *Ne pourront faire demande de leurs iournees, &c.* Non dicit *Ne pourront faire demande de leurs danrees, ou marchandises.* Igitur insuper considera, quòd ordinationes regis tractant etiam de causa simili. & est vnus articulus expressus. Igitur sub compendiolo, quia hodie in talibus lex succumbit canoni. vt per Salic. in l. omni nouatione cessante. C. de sacrosan. eccle. Est aduertendum, quòd in præscriptione ista requiruntur, bona fides, iustus titulus, possessionis continuatio, & quòd res non sit vitiosa. Primò, requiritur bona fides, vt possessor credat rem possessam suam, vel tradentem esse dominum, & habere ius distrahendi, licet erret in facto. l. bonæ fidei. de verbor. signifi. ff. & hoc vbi requiritur aliquis actus positiuus, vel aliquod factum. Sed vbi nullum factū requiritur, tunc potest præscribi, licet sciam me tibi debere seruitutem fortè eundi, quia tunc nihil facio quòd sit peccatum. Bartol. in l. sequitur. præallega. & Panormita. in d. cap. fin. de præscrip. idémque de præscriptione actionis meræ pœnalis & personalis. vt suprà nuper dixi. Et intantum verum est, quòd in præscriptione requiratur bona fides nam si habeas conscientiam læsam, ex causa legitima interrupta erit tua præscriptio, nec incipiet deinceps ipsa tua præscri-

Pulchra Bar. theorica.

Consuetudo habet vim apostolici. Vide pulchrè quòd scribitur infrà titu. De successions de gens roturiers. ar. 8.

Pecunia in pœnalibus non debetur in conscientia.

Quæ requiruntur in præscriptione.

præscriptio, nisi post reformatam conscientiam tuam per legitima iudicia, secundum Panor.& Anto.de Butr.in d.c.fi.de præscrip. Imo non oportet quòd dubites, quia licet dubitans non sit in mala fide, non est tamen in bona fide, & iura exigunt quòd possessor sit in bona fide.ita tenet Anto.ibidem. Et ista opinio est tutior in recta conscientia: bene tamen verum est, quòd respectu fructuum lucrandorum, sufficit quòd mala fides absit, vt Panorm.ibidem. Quantum verò ad titulum quem in præscriptione dicimus requirendum, vt nota.in ca.si diligenti.extra, de præscrip. id intellige, vbi de iure communi res non posset possideri, vt per DD.in c.de quarta.extra, eod.& c.1.de præscrip.libr.6. Quod autem dixi in præscriptione titulum nõ exigi, vbi de iure communi res possideri potest, id limita tribus modis, quibus etsi res de iure communi non sit præscriptibilis, tamen necessariò exigitur titulus. Primò, quando agitur de seruitute, per quam persona astringitur ad aliquod seruitiũ, tunc, quia est quid graue & ponderosum, requiritur præcisè titulus in hoc iure præscribendo. sic intelligitur l. cum de in rem verso.cum sua materia. ff.de vsuris. Secundus casus, in quo exigitur titulus, quamuis præscriptio non sit contra ius commune, est in vsufruct.præscribendo. vt not. in l.fina.de præscript.long.temporis. C.& in corruptionem.C.de vsufruct. Verum est tamen, quòd vbi non ageretur de vsufru. præscribendo, sed solum de fructibus: quòd tunc fructus percepti bona fide ex agro alieno vsucapiuntur triennio.text.in l.sequitur. §.fructus.de vsufruct.ff. & ibi Bart. Tertius casus, in quo requiritur titulus, est, vbi præscriptio fit contra ius commune. vt d. cap.1. de præscriptionib. lib. sexto. Accedamus ad tertium, quod diximus requiri in præscriptione, scilicet, continuationem possessionis. & de ista notant Scribentes in cap.illud, extra, de præscriptio.& in cap.fine possessione.de regul.iur.in sexto. Sed operæprecium videre est, an tunc sufficiat continuatio possessionis naturalis solum: an ciuilis? Breuiter dic, quòd ad acquisitionem iuris, vel rei, requiritur ciuilis possessionis continuatio, nec tunc sufficeret sola naturalis, vt latè per Panormita. in cap, ad audientiam.extra, de præscript. Sed vbi præscriptio induceretur solum ad extinguendum, aut perimendum ius alterius, tunc non est necessaria vera possessio, vel quasi, ita Cal.in cap.cum non liceat. extra, eodem titul. Et per Innocen.in capit. in literis. de restitu. spoliato. Ad quartum quod in præscriptione dicitur, quòd res non sit vitiosa, vtputa furtiua, vel vi possessa. de quo, vt per leg.in §.furtiue.de vsucap.Institu.& in l.vitia.de acquirenda vel amittenda possessione.C.in l.an vitium.de præscrip. ff.in Authentic. malæ fidei.C. de præscript. long. tempo. Aduerte tamen, quòd istæ præscriptiones non incipiunt, nisi ex quo is qui

In materia lucrandorum fructuum, sufficit quod absit mala fides.

In vsufru. præscribendo titulus exigitur.

Vbi præscriptio est contra ius cõmune, requiritur titulus.

primò possidebat, desierit possidere, vt per decenium, ex quo inducitur quædam obliuio.glossa in l.prima.C.de ser.fugit. Iaso.insuper res illius, qui habitu & actu ignorat, præscribi non potest. Puta, quia quis ignorat legatum sibi factum, & hoc in corporalibus etiam maximè locum vendicat. At incorporalia ipsa possideri & præscribi non possunt, nisi sciente eo, qui prius possidebat. Innoc. in capit.bonæ memoriæ, *Le second*.de postula. prælato. extra. & per Docto. in l.2.C.de seruitut.& aqua. Imo & patientia istius, contra quem præscribitur, etiam incorporalibus requiritur. Oportet ergo in istis incorporalibus iuribus præscribendis, quòd duo concurrant. Scilicet scientia & patientia illius cõtra quem præscribitur, & ista si simul iuncta sunt, constituunt præscribentem, in quasi possessione, ex qua resultat ipsa præscriptio.vt latè per Doct.in d.l.secunda.C.de seruitu.& aqua. Et hoc, nisi esset tempus longissimum, scilicet triginta vel quadraginta annorum, vt Paul.de Cast.in d.l.2.C.de seruit. & aqua. His succinctè tactis. Concludamus ergo in veritate, an consuetudo nostra procedat: videtur vltra ea quæ scripta fuerunt, quod sic, & quòd consuetudo sit intelligenda indistinctè, prout iacet, videlicet in præscriptione absq; bona fide. nam verba generalia statuti nunquam restringuntur. nota.in l.si quis in graui.§.verum.versic.2. quoque.ad Sylleianum.ff. Et theorica Docto. est quòd vbicunque statutum generaliter loquitur, tunc nos non distinguere debemus.l.de precio.de Public.in rem acti.ff.glos.in l.tertia.ff.de offic. præsi.Bart.& alij in l.quamuis.de in ius voc. ff. Hinc dicit Bald.in l.in fraudem.§.final.ff. de testam.milit. quòd vbi statutum nullum casum excipit, nec iudex debet excipere: ergo non debemus excipere de bona fide. Et dicit Bald. in l.tertia.§.fina.ne quis eum, qui in ius vocat. vi exi. quòd lex debet simpliciter intelligi, prout iacet, nec debet subaudiri aliquod extrinsecum. Et ideo infert, quòd si statutum dicat, quòd si quis percusserit, puniatur in quadraginta, quòd non requiritur dolus, vt quis puniatur ex quo statutum non facit mentionem doli. Sed his non obstantibus contrarium teneo, & dico, quod consuetudo nostra est intelligẽda & interpretanda, si præscribens sit bonæ fidei, aliàs esset peccati nutritiua. Et ego habeo theoricam singularem, quòd statutum quantumcunque generaliter disponens de præscriptione intelligitur tamen interueniente bona fide, secundum Abba.in consili. 77.in secundo volum. incipien. in quæstione quæ ad præsens vertitur inter Iacobum in quarta colum. Confirmo per aliam Doctorum theoricã, quæ est quòd verba generalia consuetudinis, legis, vel statuti semper restringuntur ad id quod est rationis, Bald. in Authentica ingressa. in prima colum.C.de sacrosanct.eccle. Confirmo per not.per eundem Bald.in c.1.in 6.col. de

Incorporalia cum scientia et patientia præscribuntur

Statuta interpretari debent per punctum rationis. de constitu. in Authen. quòd statuta sunt interpretanda, & interpretationem recipiunt per punctum rationis. Et latè Ias. in l. non dubium. in 8. colum. in versicu. Adde etiam ad istam materiam. & sic consului de facto pro domino Abbate ad Ville Loing. contra habitantes loci de Douzac.

TITVLVS XIX.

Prospectus & cloacæ domorũ, stillicidia & latrinæ.

De veues & esgoutz de maisons, goutieres, & latrines.

PREMIER ARTICLE.



Eues & esgoutz de doublier de maisons, & sans goutieres, par quelques temps quelles ayent este maintenues, ne portent point de saysine, sinon que par paction faicte entre les parties, lung soit tenu porter lesgout ou veues de lautres, ou que en partaige & diuision faictz de aucunes choses communes, dont lune chose sert a lautre. Esquelz cas les veues & esgoutz demeurẽt en lestat quilz sont. Sinon que expressement en faisant lesditz partaiges soit dit le contraire.

¶ Mirandum est, quare longum per tempus luminum seruitus non acquiratur, cum & causam continuam dicatur habere: & sic exemplo rerum corporalium præscribatur. l. prima & secunda. C. de ser. & aqua. Docto. in l. seruitutes. de seruit. ff. cum simil. iuri. Et quòd seruitus, luminum & altius nõ tollendi causam perpetuam habere dicatur, firmãt Scribentes, Bald. Salice. & Paul. de Cast. in d. ll. eo maximè, quòd ex illis percipitur commodum naturę facto. Et doctrina doctorum est, quòd illæ, ex quibus naturæ facto commodum percipitur, dicãtur continuæ: & illæ, ad quarum vsum factum oportet interuenire hominis: & quibus non semper vtitur homo, quasi continuę dicantur, vt d. l. seruitutes. in l. foramen. cum ibi tradi. de ser. vrb. præ. ff. cum aliis. Sed hic breuiter: quòd, licet ego domum habeam altiorem, tu depressiorem, non propterea posidere dicor iure seruitutis, & certum est, quòd sine quasi possessione huius iuris, non currit præscriptio. accedat l. fin. quemadmodum serui. amit. ff. & ideo cum de iure omne solum sit liberum vsque ad cœlum. C. de ser. cum similib. adeò, quòd qui dicit contrarium, habet illud probare secundum Doct. maximè Salic. ibidem, non mirum, si te prohibere nequeam domũ tuam altius eleuare. Sed in puncto iuris, licet ex eo solo non præscribam eo, quòd domus tua depressior sit, tamen incipiam ego possidere, cum tu altiùs domum eleuare volueris, & te, ne id facias, prohibuero: bona tamen fide putans seruitutem domui meæ deberi, tu & tunc prohibitioni meæ acquieueris. Ex tunc enim incipiam quasi possidere iure seruitutis, & per consequens præscribere, quia dicta prohibitione illo pacto facta, cum tu ei acquieueris, tu tunc incipis desinere possidere ædificium tuum, vt liberum. Et hoc casu mihi sufficeret vna ꝓhibitio, quia sumus in seruitutibus negatiuis, in quibus sufficit vnus actus, vt quasi possessio per prohibitionem quæratur. vt per Cyn. in d. l. 1. C. de ser. & per Innoc. in c. cum ecclesia Sutrina. extra, de causa poss. & proprietatis. Et in istis præscribendis non requiritur titulus. Scriben. in l. nullo. de rei vendi. C. l. secunda. C. titul. præalleg. de serui. cum multis similibus. Sed in habentibus discontinuam causam, iuris absolutissimi est, quòd in istis tantum tempus, cuius initij non extet memoria, requiratur. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quotid. & æstiua. ff. & l. 1. §. si quis. de itine. actuq́ priuat. Licet adesset etiam bona fides: secundum Docto. in d. l. 2. C. de seruitu. & aqua. Et quia locuti sumus de luminibus, quæ non præscribuntur de consuetudine, quærerem libenter, an vicinus meus in pariete suo possit supra viridarium, vel domum meam, fenestram facere? Dixit Cyn. in d. l. altius. notabiliter, quòd si fiat ad æmulationem alterius, puta, vt inspiciat religiosos, aut religiosas, vel vxorem, vel filiam. & sic non potest. ar. l. opus. de ope. pub. C. sin autem pro sua necessitate, vel vtilitate luminum, tunc potest. ar. de rei vendicatione. in fundo. ar. ff. de damn. infect. l. Proculus. ar. de aqua plu. arc. ff. si in meo. & d. l. altius. Nam ibi constat, ꝙ potest constitui seruitus, ne fenestram habeat vicinus, per quam prospectum habeat in domum, vel viridarium meum. ergo cessante constitutione seruitutis, dicendum est, illum id habere posse. Et aduerte, quòd constituta seruitute per emphyteotam in fundo emphyteotico, vel per feudatarium, qui & vtile dominium habet, si extinguatur emphyteosis, vel feudum ad dominum pleno iure reuertatur, tunc seruitus extinguetur. Ita est Salic. in l. & in prouinciali. C. eo. titu. allega. l. is cui. §. fin. quem. ser. amittatur. ff. Resoluto enim iure datoris, resoluitur ius acceptoris. l. lex vectigalis. de pig. ff. l. peto §. prædium. de leg. 2. ff. l. Statius. § Cornelio. de iure fisci. ff. l. fin. C. communia de legat. Et ad id quod in textu habetur, quod pacto potest constitui seruitus, ad intellige, nõ solum vni, sed pluribus, & hoc successiuè, etiam, nisi tamen secunda concessio seruitutis esset primo nociua. l. aquã. C. de ser. l. Lucio. de aqua

In seruitutibus negatiuis sufficit vnus actus, vt quasi possessio per prohibitionem quæratur.

Quæstio.

quotid. & æsti. In qua l. aquam. dicunt Doct. quòd determinata fuit quæstio inter fratres minores, & prædicatores, cum commune Bononiæ prius concessisset aquam sapanæ, primo minoribus, & postea prædicatoribus, & illa aqua esset sufficiens pro omnibus. Insuper aduerte quòd licet pacto possit pluribus etiam constitui seruitus, vt suprà scriptũ est: attamen is, cui conceditur, non potest facere seruitutem seruitutis, l. 1. de vsufru. leg. ff. facit l. extraneo. de seruitu. vrba. præd. ff.

Sans goutieres.

De stillicidio. ¶ Ergo vbi esset stillicidium, posset tempore longo præscribi accedente bona fide: cum seruitus stillicidij immittendi causam continuam habere dicatur, sic & fistulæ recipiendæ, vt scilicet recipiat aquam ex tecto. Et licet non semper fluant, sunt tamẽ semper aptę fluere. Bart. in l. foramen prælleg.

On que en partaiges, &c.

¶ Istud probatur in l. binas ædes cum sua materia, de ser. vrb. præd. ff. licet l. illa loqui videatur, cum ædes legantur vel venduntur, vt tunc videatur actum, vt contignationes stãt, ita stent, & ibi not. Bart. & est id quod dixit text. noster.

Esquelz cas demeurent, &c.

¶ Et quòd lumina & stillicidia debeant stare & remanere, prout prius stabant post diuisiones rerum communium factas, hoc ideo est, quia hæredes in diuisionibus debent inspicere & obseruare consuetudinem patrisfamiliàs. l. Olympico. de ser. vrba. pręd. *Hæredes debent obseruare cõsuetudinẽ patrisfamiliàs.*

Sinon que expressement, &c.

¶ Nota pactum tantæ fore virtutis, vt etiam contra patrisfamil. consuetudinem potest recedi à luminibus & stillicidiis. Et nimirum si id pactum operetur. Nam & aliàs valet pactio, si tibi vendo domum hoc pacto, quòd ibi artem talem exercere non possis: & valet ista conuentio, adeò vt tu obligeris, & etiam successores tui, Bart. in l. venditor fundi germani. communia prædio. tam vrb. quàm rustic. ff. Sed tunc quęro, si pacto quis habeat seruitutem fistulæ recipiendæ, vel tigni immittendi, vel alterius oneris ferendi, an tunc in casu refectionis teneatur etiam reficere, an solum pati? Videtur quòd & reficere. l. & si forte. §. etiam de seruitute. si ser. vend. ff. In contrarium quòd solummodo teneatur pati, facit l. 2. §. apud Alphenum. de aqua plu. arcen. ff. Paucis dicite quòd si est actum, quod teneatur etiam reficere, & tunc absque dubio tenetur. Aut non est actum, & tunc si is qui seruitutem debet, consueuit reficere, & adhuc idem, vt d. §. apud Alphenũ. Aut non est consuetũ, & tunc, si in seruitute oneris ferẽdi, & tunc debet reficere, vt d. §. etiam. de seruitu. Aut in aliis seruitutibus quàm oneris ferẽdi, & tunc aut ex refectione debitor seruitutis consequitur commodum, vel vtilitatem, vt ex purgatione riui, ex quo extrahitur terræ pinguedo, tunc debitor seruitutis habet hoc casu optionem purgãdi, vel pati, quòd dominantis purget. l. 2. §. 1. de aqua plu. arcen. Sed vbi nulla vtilitas sequitur, tunc debet pati. l. quotiens. §. seruitutem. de serui. ff. Barto. in d. §. etiam. de seruitu. Et not. de istis iuribus incorporalibus, insuper quòd quamuis incorporalia possunt pignorari & obligari, q̃ tamen seruitus vrbana obligari non potest, ne vrbs deformetur ruinis, gloss. in §. item Seruiana. Insti. de actio. Bart. in l. sed an. ff. de pig. Licet bene verum sit, quòd iura incorporalia, vt dictum est, possint obligari vel transferri: intellige sanè de realibus, seu iure consistentibus. sed incorporalia quæ in personis consistunt, alienari vel obligari non possunt. Nam iura quæ habet dominus in vasallis, alienare non potest, quia nemo compellitur esse vasallus, vel libertus alterius. l. is qui. & l. inuitus. de fideicom. liber. ff. Angel. in d. §. item Seruiana. Institut. de acti. Quòd autem dicit iura incorporalia in rebus consistentia posse obligari: intellige, vbi in illis commodum pecuniarium perciperetur, vt de pedagio. At vbi nullum commodum percipitur, tunc alienatio particularis inhibetur, vt de iure patronatus, quod etiam obligari non potest. Bene autem transit cum vniuersitate ca. cum Bertoldus. de re iud. c. ex literis. de iur. patro. imò plus dicit Bal. in c. 1. de feud. marchiæ, quòd sicut radij solis non possunt separari à sole: ita nec iurisdictio separari à principe, vel à republica, vnde originem ac vigorem traxerunt. Sed etiã aduerte, q̃ multi errant qui obligant, vel vendunt decimas: quia id fieri nullo modo potest, cũ decima sit quid spirituale. bene tamen verum est, quòd fructus, & commoditates decimarum possunt obligari. ita Specu. in titu. de pigno. §. fin. & Ioan. Fab. in d. §. item Seruiana. Inst.

Incorporalia in personis consistentia pignorari vel obligari nõ possunt.

Decimæ nõ possunt vẽdi, nec obligari.

An quis teneatur reficere vel pati quòd reficiatur.

II. ARTICLE.

Nul ne peult faire ou construere latrines, trouz, ou chambres aysees en son heritaige, pres lheritaige de son voysin, sinon quil ayt entre lesdictes latrines & lesdictz heritaiges dudit voysin vng mur de deux piedz & demy despes, & que ledit mur soit a chaulx & a sable.

¶ Hoc ideo. quia prout iura dicunt, cœlum pestilens, & ruinas minantur immundiciæ cloacarum. l. 1. §. 1. de cloa. ff. facit l. de pupillo. § si quis riuos, aut cloacas. de ope. no. nũ. ff. imo, si tua cloaca sit adeo fœtore repleta, quòd malos effundat odores, licitum est mihi te compellere, vt illam reficias & purges, aut te recusante, purgari faciam, immo & cloacæ purgandæ gratia pauimenta domus tuæ rescindam. vt d. l. 1. §. vnde Flauius. ff. de cloa. *De latrinis et aliis suorum fœtoribus.*

Trouz, ou chambres aysees.

¶ In hoc verbo est mala orthographia, quia debent

debent scribi cum b. hoc pacto *troubz*, est autem *troubz* foramen cloacę, quo purgatur colluuies, vt in l. 1. §. cloacæ cũ glossella in verb. cloacæ. Et aduerte præterea, quòd iudices prouidere debent de iure, vt effluxiones non noceant ædificiis, & vt viæ mundentur. Et etiam habitationes & parietes ipsarũ. Et quòd nihil fœtidum proiiciatur circa ergasteria, nec in viis proiicientur stercora, morticinia, vel coria. casus in l. ædiles curules studeant de via publica, & itinere publi. reficiendo. ff. Et si talis latrina fieret in publico, scilicet in loco publico, destinato ad vsum publicum, tunc si esset vsus publici impeditiua, vel mali humoris, odoris transeuntibus productiua: credo vnumquenque ciuium agere posse vt tollatur. & non solumquenque ciuium id facere posse, imò & vnumquenque de populo. l. in prouinciali, §. si in publico, & ibi Doctor. de no. ope. nunci. ff. imo plus etiam posset, spreta nunciatione noui operis, talem latrinam tollere, no. in d. l. de pupillo. §. si quis riuos eod. titu. ff. nam vbicunque periculum est mora allatura, tunc recedimus à regulis iuris, & remittitur iuris dispositio etiam prohibitiua, vt d. § si quis riuos. Hinc dicit ibidem pulchrè Iaso. & post Bald. per eundem relatus, quòd si sunt eiusdem castri duo domini, & vnus committat delictum, versus alium, certè licet non potest ab eo puniri, quia par in parem non habet imperiũ. l. ille à quo §. tempestiuum, ad Trebel. ff. cum simili. sed debet adiri superior: attamen, si periculum est in mora, posset ipsos Doct. ab ipso puniri, quia vbi periculum est in mora, recedimus à regulis iuris communis. Et quòd immundiciæ & emundationes agrorum essent in magna laudatione, refert Aulus Gellius in 12. c. tertij noctium Atticarum, cuius verba phalerata & lepidissima sunt: Si quis agrũ suum passus fuerat sordescere, eumq; indiligenter curabat, ac neque arauerat vel purgauerat, siue quis arborem aut vineam habuerat derelictam, non is sine pœna fuit. Item, si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolicię notabatur. id verum significat, quasi tu dicas incurrit: tene menti.

Iudices prouidere debent, vt mũda sint vndiq; via

TITVLVS XX.

De Hypothecis, qua ratione debeant diuidi: quomodo prouentus vel debita exigi possint per impositionem, aut interruptionem emptorum, vtri potiores sint habendi, & vtri in contributionem cadant.

Chapitre XX. des Hypothecques comment elles se deuisent, & comment lon se peult faire payer de rentes & debtes par assiette, ou aultrement de interruption contre acquereurs, lesquelz sont a preferer, & lesquelz viennent a contribution.

PREMIER ARTICLE.

EN matiere de execution sur la chose immoble hypothecquee au payement de rente acquise, le crediteur qui a eu possession de la rente doibt estre prefere aux creanciers, qui nont que debtes personnelles. Et sil na eu possession, il sera paye, & les creanciers personnelz, & aultres selon lordre de droict. Si non quil ayt faict diligence telle que dessus.

¶ Nouum istud non est, nam & de iure hypotheca præfertur omnib. priuilegiis personalibus. l. eos qui. ca. qui poti. in pig. hab. & hoc etiã quia creditores chirographarij hypothecam non habent. l. cum tibi pro dote. C. eo. ti. per Scriben. in l. 1. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri posse. Sed profectò cum satis voluo articulum, video quòd idem bis dicit quod sic constat. nam in primo membro dicit in materia executionis creditorem hypothecarium, qui habuerat possessionem cæteris debita personalia habẽtibus, duntaxat præferendum, & adhuc subiungit, & nisi habuerit possessionem, satisfiet sibi secundum ordinem iuris. Si ergo sibi satisfieri debeat, secundum ordinem iuris, planum erit adhuc eum esse ipsis chirographariis præferendum. ergo secundum responsum articuli idem designat, & primum cum se ad ius commune referat, & primum responsum sit de iure communi. Sed certè est grandis error in text. & debet sic esse in illo.

Creditor habens hypothecam præfertur creditori personali.

Et sil na eu possession, &c.

¶ Et sic bene stabit ita exceptio.

Si non quil ayt faict, &c.

¶ Sed quid volunt sibi ista verba?

Si non quil ayt faict, &c.

¶ Quæ est ista diligentia: quia non apparet in toto isto titulo de ista diligentia: Dic, quòd deberet esse in textu.

Si non quil ayt faict, &c.

¶ Et credo ꝙ ista verba desunt, & sic habent

in repertorio meo, quod feci Turonis me existente in compositione harum Consuetudinum. Et quæ erit ista diligétia in practica: dic si creditor hypothecarius fecerit iam motiuum litis dando & porrigendo libellum contra debitorem, vt dicitur in 2. ar. & de isto ordine iuris dixi, etiam ibidem vbi videas, & infra, eo. tit. art. 3.

II. ARTICLE.

Et si deulx auoient acquis rente lung apres lautre, suppose que le second acquereur eust eue auant le premier possession, & le premier eust eue possession apres: neantmoins il sera prefere au second qui auroit eue premierement possession.

¶ Ista clausula superfluit, quia dictum extitit.

Suppose que le second, &c.

¶ Sed veniendo ad materiã, videtur ergo tex. nostro, quòd prima diligétia possessionis nihil operetur in prælatione. Contrarium tamen tenent Cano. in c. duobus, de rescript. & in c. si à sede apostolica, de præben. in 6. cum aliis similibus, & hoc vbi est paritas in titulis. Nam si esset disparitas: vt, quia vacat beneficium, & illud conferatur vni primo, & postea alij, & ei tradatur possessio: tamẽ præfertur primus, & non secundus, cui fuit tradita possessio. ca. capitulum sanctę crucis, extra. de rescrip. & d. c. duobus, de rescrip. in 6. & d. c. si à sede. Est ratio: quia in beneficialib. non requiritur traditio, vel quasi, vt acquiratur ius in beneficio, vt per Dy. in c. qui prior, de regu. iu. lib. 6. Sed quantum ad materiam articuli nostri, videtur esse noster articu. iuris dissonus, eo quòd de iure in contractibus, in quibus ius quæritur ex solo titulo, vt in duobus quibus fuit diuersis temporibus hypothecata eadem res. Nam ex sola cõuentione absque traditione possessionis transfertur ius hypothecæ, vt l. 1. de pig. actio. ff. ideo videtur præferendus is, cui prius res hypothecata fuit: nõ cui prius fuerit tradita, vt per Doctores in d. c. qui prior, de regu. iur. l. potior, & l. qui balneum, qui po. in pign. hab. ff. & l. si prior. §. fina. ff. qui po. in pigno. ha. & per Cy. Bald. Salic. & Paul. de Castro in l. quotiens, de rei ven. C. Sed contrarium est de consuetudine, in hoc videlicet, quòd secundus creditor pręferatur primo, si possessionem habuerit, & non primus. Ergo consuetudo considerauit adeptionem possessionis, quam communia iura in hoc casu, non considerarunt. Est ergo non parum vtilis adeptio possessionis. nam vbi duo impetrantes aliquod beneficium essent in gratia ęquales & pares, vtputa, quia essent eiusdem diei: nec constaret de hora, & essent eiusdem tituli, & ab eodẽ pontifice, tunc locus esset adeptioni primæ possessionis, vt d. c. duobus, de rescrip. Item si vnus vendat tibi & mihi aliquam terram, licet tibi primo vendiderit, & mihi secundo: si tamen mihi prius tradiderit, ero in iure, vt d. l. quotiens, cum simi. Nisi tamen ipse venditor constituisset, se tuo nomine possidere: quia tunc per constitutum transfertur possessio, sicut si verè tradidisset. l. certè. §. primo. de preca. ff. Bart. in l. ab emptione de pac. ff. not. in l. quanuis. §. si conductor. & l. interdum, de acqui. pos. ff. Panormi. in c. secundo. de consuetu. Bald. in Rubri. de contrahen. empt. C. & Iason in d. l. quotiens, in 4. colum. Et hoc, si venditor constituens se possidere tempore constituti possidebat, & soluta precij quantitas, vel habita vides de precio secundum ipsum. Item fallit in signatura facta: quia illa æquipollet traditioni possessionis, vt transferatur dominium. allegat. l. quòd si neque. §. fin. de peri. & commod. rei vend. ff. Quod facit pro arboribus signatis in nemore, aut pro porcis signatis in glaude. attamen per signaturam nõ transfertur dolium vini. l. prima. §. si dolium. de peri. & commo. re. ven. ff. Item fallit in contractibus ab ecclesia celebratis. non dico in personis ecclesiasticis, sed in contractibus ecclesiasticis, vt si ecclesia rẽ ruinosam emphiteoticaret, vni primo: deinde alij secundo, & sibi traderet. crederẽ attamen isto casu primum præferendum, nõ obstante dispositione illius legis quotiens. Et hoc ideo, quia ecclesia debet esse amatrix & cultrix iusticiæ & æquitatis. pulcher tex. in c. primo circa medium de alien. feud. in vsi. feudorũ. Nec debet in suis cõtractibus fraudem adhibere cap. per tuas, de donati. facit cle. cũ illusio. de renũci. Nec debet ecclesia laqueos tendere. 37. quæst. 1. de viduis, not. in cap. inter alia, de immuni. eccle. Et ideo ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iure nascuntur: credo primum præferendum, cum contraxerit cum ecclesia, licet prius secundo fuerit tradita pos. & ita firmant Hosti. & Ioan. And in cap. conturbatur, de his quæ fi. à præla. si. consen. cap. Licet Iason post nonnullos Doctores canonistas teneat oppositum, tamen ista opi. mihi in iustitia placet. Et si dicas quare plus sic dicis in ecclesiis & contractibus ecclesiasticis, quam in solis personis ecclesiasticis? Respondeo: quia in contractibus ecclesiasticis communiter fiũt tractatus & deliberationes, quæ non fiunt à sola persona ecclesiastica: ideo sic facillimè non debet euanescere tanta authoritas. Item in contractibus eccle. communiter plures adesse consueuere. ergo grauius est pluribus fidem infringere quàm vni. Iuncto quòd ecclesia debet esse cultrix iusticiæ, & fautrix. Sed vbi de prioritate traditionis non constaret etiam in priuatis: tunc præsumitur primo emptori fuisse tradita, non secundo, Cyn. in dict. leg. quotiens. Vel si vnus probat de precij numeratione, alius non: tunc in dubio præsumitur prius tradita illi, qui numerauit, quanuis secundo emerit, nota. Bald. in d. l. quotiens, & dicit se ita consuluisse.

De duobus impetrantibus beneficium eadem die.

De priuile. possessionis primitus adepta.

Vide de constitu. ac de signatura.

Quid de signete vini.

Ecclesia nõ debet fraudẽ facere.

III. AR-

III. ARTICLE.

Le seigneur de fief est a preferer a tout autre crediteur, & apres luy celuy qui a rente sur dommaine, la chose baillee a icelle rente est preferee a tous autres qui y ont rente acquise.

¶ De istis prælationibus, vide per glo. & Doctor. in l. prima. de priuile. do. & l. priuilegia, de priuile. cre. ff. & per Dy. in reg. iur. qui prior, de reg. iu. in 6. cum quibus Docto. Breuiter dic: aut omnes creditores prætendunt ius reale, aut personale. Primo casu, aut omnes prætendũt pignus cõuentionale, aut prętorium. Aut quidã conuentionale, & alij prætorium. Si quidem omnes prætendũt cõuentionale & priuilegiũ reale: & tunc si expressum prætendant, & sint eiusdem temporis, & tunc vnusquisq; admittitur æqualiter, nisi res fuerit separatim obligata. Et tunc aut agunt contra debitorem, vel extraneum possessorẽ: & tunc melior est conditio occupantis. Si verò agant inter se, melior erit conditio possidentis, not. in l. si fundum. §. si duo, de pigno. ff. Si diuersis temporibus, tunc habet locum regula, Præualet iure, qui præuenit tempore, vt l. potio. & l. creditor, qui po. in pig. hab. ff. Fallit hæc regula in eo, qui mutuauit ad domus refectionem. l. interdũ, qui po. in pigno. hab. ff. Quod tamen probandũ erit per ipsum creditorem. Item fallit in eo qui mutuauit in impensa funeris. l. impensa. de reli. & sumpt. fun. ff. Idem in eo qui mutuauit semen, causa frumenti percipiendi, vt pręferatur in fructu agri. arg. l. procuratoris. §. in tributum, de tribu. actio. ff. Et ista distinctio est etiã seruanda in his, qui tacitum pignus prætendũt. Aut omnes prætendunt tantum priuilegium personale: tunc si sint eiusdem tituli, æqualiter procedunt & concurrunt non attento ordine temporis, vt d. l. priuilegia, cum ibi not. de pri. cre ff. Fallit in duobus scilicet in dotibus ab eadẽ substantia debitis: & in fisco. Sed vbi sunt diuersorum titulorum, & tunc aut priuilegia sunt paria, & simul concurrũt: aut disparia, & præfertur tunc qui habet potius ius seu priuilegium. Sed vbi aliqui prætendunt reale & alij personale: semper reale præfertur personali, vt præscript. suprà artic. 1. & 2. de præscript. *En coustume.* eod. libr. Et quòd habentes ius reale sint præferendi, est text. in l. eos. C. qui po. in pign. ha. cum simi.

IIII. ARTICLE.

L'ypothecque especial ne se diuise, mais le general se diuise.

¶ Hic est quartus huius rubricellæ articulus, in iure multum ponderosus. Dico in primis quòd duplex reperitur hypotheca. quædam est hypotheca tacita, quæ duplex etiam est. nã vna est, quæ introducitur à lege tacite sine facto hominis: vtputa si contrahatur matrimonium, bona viri & vxoris sunt hinc inde tacitè obligata. Hinc dicit Bald. in l. pe. C. de pig. acti. quòd mortuo marito potest vxor sua, propria authoritate absque aliqua licentia iudicis remanere in detentione domus, quã cum marito viuente inhabitabat iure familiaritatis tanquam vxor: & eam potest propria authoritate pro dote sua possidere. Et idem Bal. in l. cum tibi. C. qui poti. in pig. ha. Idem tenet Ias. in dict. §. item Seruiana. licet de consuetudine defuncto viro, vbi sunt plura ædificia competentia: mulier habet secundum, & non primum: quia primum est hæredis, vt in titu. *De douaire de femme noble.* infrà, vbi videas. Potest adhuc poni exemplum in hac tacita hypotheca à lege inducta, quando quis contrahit cum fisco, tunc bona suam sunt ipsi hypothecata. l. 2. in quibus causis pign. vel hypothe. taci. contra. & l. prima. C. si propter publ. pensitationes. Item potest adduci exemplum aliud in tutore, vel curatore administrante bona pupilli, vel adulti: quia pro tali administratione bona illorum sunt tacitè hypothecata. l. pro officio. C. de administra. tuto. Idem in administratione ecclesiæ, glos. in cap. ex literis, extra, de pigno. & in ca. similiter decimosexto. quæstione prima. Alia est autem hypotheca tacita & generalis, quæ licet sit à lege inducta: id est tamen mediante ministerio hominis circa ipsam hypothecã: vt, si quis conducat prædium rusticum, vel vrbanum, certè si cõductor ibidem bona inducat: tunc inducitur quædam generalis hypotheca tacita, vt d. §. item Seruiana, cum ibi nota. & in l. certi iuris. C. de loc. cum similibus. Secundum principale membrũ est tale, quòd est alia hypotheca expressa, vt quando quis expresse hypothecat bona sua vniuersaliter, vel particulariter, de qua in textu & per Scriben. in d. §. item Seruiana. Et istæ hypothecæ grandi modo differũt, in hoc præsertim, quòd si bona expresse hypothecata alienentur, transeunt semper cum onere hypothecæ. l. si debitor. C. de distract. pign. Sed bona tacitè hypothecata, non sic cum onere hypothecæ transeunt, sed possunt sine isto onere hypothecæ alienari: nisi fuissent fortè à locatore, vel creditore inclusa. l. est differentia in quibus causis pigno. vel hypoth. tac. cõtra. ff. Propterea fuit ibidem derisus, Nerua iurisconsul. de seruis quos dicebat per fenestram posse liberari, videte per Angel. in l. inquilino, de damno infec. ff. Et hypotheca secundum Ioan. Fabri. in penult. colum. dicti §. item Seruiana. dicitur ab ὑπὸ quod est sub: & thesis positio, quasi suppositio, vel obligatio. Istis tali pacto breuiter suppositis, insto contra textum nostrum, qui dicit hypothecam specialem esse indiuisibilem. Imò videtur, quòd diuidua sit, cùm theorica Doct. communis sit, quòd obligatio quantitatis omni respectu est diuidua respectu primitiuæ obligationis, & obligatio dãdi & omni respectu diuidua. l. stipulationum. §. & harum de verbo.

Duplex hypotheca. *Idem in administratione ecclesia.* *Bona differentia ĩ hypothecis.* *Etymologia hypotheca.*

verbo.obligatio.ff.l.in executione,eod.titul. l.si duo,de acqui.pos.ff.eod.l.si stipulatus, de solu. ff. Et quòd si diuidua tam contractu quàm obligatione, & etiam effectu : sic probo. Primo, quòd sit diuidua contractu : quia in contrahendo à principio, licet stipulatus sum triginta nomine hypothecæ, potero tamen stipulari quindecim,ergo,&c.Quod autem sit diuidua obligatione, probo: quia si decedat promissor relictis pluribus hæredibus,diuiditur inter hæredes proportionibus hæreditariis. l. prima. C. si cer. pet. Et quòd sit diuidua effectu, probatur: quia solutio partis debeat liberari à parte, ratio: quia tantam vtilitatem affert solutio partis pro parte: sicut solutio totius respectu totius, ergo. Vt autem huius punctuli veritas pateat, dicamus breuiter in hac tam scabrosa materia, quia dicit Paulus de Castro in l.stipulationes non diuiduntur in 7.column.de verb.oblig. quòd quanto magis in hac materia cogitat, tanto magis dubitat, dicamus igitur quòd licet naturaliter id quod debetur ex hypotheca communiter sit diuiduum, est tamen indiuiduum legaliter per iuris dispositionem, seu ordinationem. Scitis enim quòd diuiduum, vel indiuiduum potest cōsiderari tripliciter. Primo modo naturaliter secundum naturam. nam omnes res corporeæ & inanimatæ sunt diuisibiles per partes discretas seu separatas: Exemplum in veste, domo, frumento & similibus. Et omnes res incorporeæ, vt iura, obligationes & actiones sunt per naturam indiuiduæ l.prima.de re.di.ff. quia istæ res nec tangi possunt, vt Institu. de seruitu.vrba.& rust.præ.in princip. Similiter omnes res animatę sunt per naturam indiuiduę, vt homo vel aliud animal. nam si diuiderentur, subiectum totum per separationem animæ rationalis, vel vegetatiuæ sensitiuæ destrueretur.l.rerum mixtura.de vsuca.ff.cap. afferte. cum ibi traditis. de præsump. extra. ergo istæ res non possunt diuidi naturaliter, sed solum intellectualiter. Item secundo legaliter, sicut in casu nostro. Et tertio, tam legaliter quàm naturaliter, vt latè prosequuntur scriben.in d.§.& harum,& l.eadē. §. Cato.eodem titul. & d.l.stipulationes non diuiduntur. Et quia est tantum grauis materia, sufficit mihi ponere,quæ sunt nostræ præsentis speculationis. Stabit ergo conclusio ex prædictis,quòd hypotheca specialis prout capitur in consuetudine nostra, est indiuisibilis legaliter. Et adeò, quòd plures possessores rerum obligatarum conuenti actione hypothecaria, non habent beneficium diuisionis. Barto.in l.Moschis,de iu.fisci.ff.Facit l.creditoris. de distract. pign.ff.& l.quandiu.C.eo. titul. Quoniam causa pignoris indiuidua dicitur.l.hæreditariam. de euict. ff. & l. pignoris,de distract.pig.ff. Et ideo,quia multi sunt pauperrimi, qui non habent Bartolum: ideo hic pono formaliter eius quæstionem: Dicit Bartol. Quæro,plures sunt possessores bonorum,an creditor possit eligere quem vult,vel an debeat quēlibet conuenire pro rata? Quidam dicunt quemlibet pro rata,per hunc textum, qui dicit omnem, quod est nomen collectiuum, vt not. in l. si pluribus. ff. de leg. 2. alij dicunt contra, & exponunt hic, OMNEM, id est quemlibet, quæ est verior: dico, quòd potest eligere, quem vult. nam pro paruo debito totá res quãuis magna tenetur, vt l.quandiu. C. de distract.pign. Ita dicit gl. & est expressum l. creditores, de distra. pign. Respondeo ad hunc text.qui dicit, omnē possessorem tu debes scire, quòd OMNES in plurali numero est collectiuum: ita loquitur gloss.in d.l.si pluribus. Sed in singulari numero est distributiuum, vt idem sit dicere, Omnis,quod, Quilibet,hæc nō.per gloss.in l. tertia.de sta.hom ff.& ibi est tex.merito ergo gloss. exponit, Omnem, & quemlibet: licet quandoque quilibet possessor conueniatur pro rata in casu l.fin. Cod.de debi.rei public. lib.11. Hæc sunt verba, quæ sunt cordi tenenda: quia in d.l. Moschis, ipse loquitur de hypotheca. Sed attende: quia contra prædicta sunt plures textus. quorum primus est in l. 2. C. de anno.& tribu.lib.10.ibi, ne vltra modum earundem possessionum,&c. & l.secunda.C.de alluuionibus, & l. omnes qui patrimoniales,ibi,pro rata portione, exponit ibidem gloss.cum communiter possidet, vel insolidum exponit gloss. quando ex asse.&c. & in l.cum possessor, de censibus.ff.ibi in tex. vt omnes pro modo prædiorum pecuniam tributi conferant, &c. Bene tamen verum est, quod Salic.in l.secunda.Cod.de hæred.act in penult. quæst. dicit,quòd vbi ageretur de canone rei datæ in emphiteosim persoluendo, quòd isto casu nō deberet propter plures rei debendi hæredes fieri debiti, vel canonis diuisio,quia emphiteosis transiuit ad filios: nō vt ad filios, sed vt ad hæredes, & ex persona hæredum conditio primæua non immutatur. Aduerte insuper etiam quòd possessor tenetur ad arreragia etiam præteriti temporis. l.imperatores,in prin.de publicanis.ff.& l. 1. iuncta glo.de anno.& trib.C.lib.10. quod est singulare. Item consueuerunt mihi dicere rustici, quòd ipsi possunt extrahere hominem alterius fori ratione tributi, vel census soluendi,& conuenire in loco, vbi ager tributarius possidetur: quod obseruant insulares, & pro hoc l. forma censuali cauetur. §. si vero, de censibus.ff.Quod intellige,cum authoritate principis,vt in gl.super verbo, leuari. in fi. aliàs non.Stabit igitur resolutio,quòd plures possessores rerum obligatarū conuenti actione hypothecaria, non habent beneficium diuisionis,sicut plures fideiussores, vt per eundem Bart.in d.l.Moschis de iur.fisci. ff. facit. l.fin.§.si vnus ex pluri.appella.ff.& l. creditor,de distract.pig.ff. Quia causa pignoris indiuidua est.l.hæreditariam.de euict.ff.& l.pignoris.ff.de pig.quæ iura allegat Ioan. Petrus de Fer.in forma respōsionis libelli in actione hypo-

Quomodo quid dicitur diuiduum effectu.

Hypotheca est legaliter indiuidua.

Secūda regula indiuiduorum.

Possessores rerum hypothecarū non habent beneficiū diuisionis.

In ratione tributi per soluēdi possit vnus de bitor de foro suo extrahi.

hypothecaria, in gloss. super verbo exceptionem excussionis, versicu. sed nunquid plures, &c. Sed quid dices, si nulla dies in cōtractu adiiciatur ad soluendum hypothecam? Respon. quòd tunc est inspicienda patriæ cōsuetudo, vel melius, soluēdum est in fine anni. Cyn. in l. idem. C. de loca. Doctor. in l. qui hoc anno, de verbo. obliga. ff. nam in obligationibus, quod minimū est, sequimur. l. semper in stipulationibus, de regul. iuris. ff. Attamē, si debitor vellet soluere ante terminum, tunc dominus teneretur recipere. l. quod in diem, de solu. ff. l. cum quia Calendinis, de verbo. oblig. ff Sed non posset soluere partem ante tempus: nec aliàs allegatur pro hoc tuto. §. Lucius. de vsu. ff. nota. in l. quidam existimauerunt: si cer. pe. ff. Istud fallit in emphiteota fiscali, qui & ante tempus partem canonis soluere potest l. pen. C. de collatione fund. patri. libr. 11. & sic priuatus est in hoc fisco priuilegiatior. Insuper aduerte quòd in istis hypothecis sub certa die soluendis, non est necessaria solutionis interpellatio, per tex. in l. secunda. C. de iure emphit. quia dies interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrahen. & committen. stipu. Sed est quæstio, An emphiteota petens à domino, quòd sibi ostendat rem, pro qua tenetur deueriū soluere, sit audiendus? Dicit Ioan. Pe. de Fer. post Spec. quòd cū dominus sit in possessione sua, tunc debitor non est audiendus, nisi prius soluerit, vt in cap. querelam, de elect. sed solutione facta: tunc dominus tenetur ostendere. ar. cap. peruenit. de censi. Nisi appareat, quòd solutio fuisset facta per 30. annos: quia tunc dominus excusaretur ar. l. litibus. de agrico. & censi. lib. 11. C. Sed si dominus petat ab emphiteota, vt sibi ostendat ad oculum rem emphiteoticariam, tunc audiēdus est dominus, vt videlicet scire valeat adueniente casu, quo emphiteota à solutione cessaret, à qua re ipsum expelleret. arti. l. Titius hæres. de acti. emp. ff. & in cap. peruenit. de censi. & dixi in tit. primo huius consuet. art. secundo. Transeo ad secundum nostri articuli punctum, in quo dicitur textualiter,

In obligationibus quod minimum est, sequimur.

Emphiteota soluere potest etiam partem canonis ante tempus solutionis.

Mais le general, &c.

Diuisio triplex.

¶ In qua diuisionis materia vltra ea quæ suprà dicta, & suprascripta sunt, est considerandum, quòd triplex est diuisio. Prima, quæ fit à principio, quando plures simpliciter se obligant, sed non in solidum, vt l. reos. §. cum talibus. de duo. re. ff. declarat Bartol. in l. 2. §. primo. & nota in l. fin. vlti. colum. de duobus reis. ff. Secunda diuisio est, quæ fit ex post facto, ex dispositione legis, vt in pluribus fideiussoribus obligatis in solidū. Nam si omnes sunt soluendo, beneficio epistolæ diui Adriani diuiditur inter eos obligatio pro rata. §. si plures. Insti. de fideiusso. l. inter eos, & ibi scriben. de fideiusso. ff. Et ista diuisio l. hodie. etiam competit pluribus reis debendi, quando omnes soluēdo sunt, vt in Authen. de duo. re. in prin. vnde sumitur Authent. hoc ita. C. eod. titu. Et ex ista diuisione legis, vel consuetudinis orta est, & insurrexit in præsens consuetudo nostra, quæ dicit hypothecam generalem esse diuisibilem, licet de iure hypotheca sit indiuisibilis, per text. sing. in l. 2. C. si vnus ex hæredibus pluribus creditorum, vel debitorum partem suam debiti soluerit. Tertia diuisio est diuisio hominis, & non legis, vt quando sunt plures rei debendi obligati in solidum: & qui renunciassent beneficio, de duobus reis: tunc creditor petendo ab vno ex eis partem suam virilem, intelligitur dimisisse pro rata summam inter eos. Et cōsequenter sic fecisse pactum de non petendo ab aliquo eorum, nisi pro rata: & sic fit diuisio ex post facto ministerio, vel facto hominis ex receptione partis. Nam creditor recipiendo solutionem pro parte debiti, ab vno ex plurib. obligatis in solidum, sibi præiudicat, ne possit amplius in solidum petere ab vno ex eis: sed intelligitur summā inter eos pro rata diuisisse. Quod tamen est limitandum quatuor modis. Primus est, quando ille qui debet, soluit partem suam virilem: & non plus vel minus, aliàs non induceretur diuisio, gloss. in l. inter eos. §. primo. vbi Ang. & Imol. ponunt de fideiusso. ff. & dicit Angel. idem quòd habuit de facto hunc casum Florentiæ. Secundò limitatur, vt videatur ex receptione partis debiti creditor suum debitum diuisisse, vbi debitor soluit creditori tanquam partem ad ipsum spectantē, vt creditor simpliciter recipit: secus autē, vbi debitor simpliciter soluisset. Cy. Bald. Sali. & alij in d. l. si creditores. C. de pact. Et est ratio secundum Baldum: quia quando debitor pro parte sua, hoc expresso signanter soluisse dicitur, tunc facit actū contrarium obligationi, quæ fuerat in solidum, ideo de necessitate inducitur diuisio: secus quando simpliciter soluisset: quia tunc censeretur esse solutio facta ad diminuendum cumulum debiti principalis. Tertiò limitatur, vbi creditor recepisset ab vno ex correis debendi partem suam de sorte principali: secus vbi recepisset partem de accessorio & arreragiis: quia ista receptio partis accessorij, non debet præiudicare in principali. argu. l. nuda. C. de committen. stipu. cum gloss. ibidem in glos. & Scribent. in l. si pacto, quo pœnam. C. de pact. Quartò limitatur, nisi creditor recepisset saluo iure solidi. Nam isto casu non videretur diuisisse, Bald. Salice. Pau. de Castro, & Ias. in d. l. si creditores. Idem & multo magis, si creditor clarè protestaretur, quòd per talem receptionem creditor non intendit sibi præiudicare, quin residuum possit repetere à quocunque. Bene facit textus in l. si debitor. §. primo. ff. quibus mo. pign. vel hypothe. solui. Ex his habes opportunè quòd malè dicunt dolosi rustici, qui excipiunt crebro aduersus dominos creditores fortè hypothecarios, quòd ipsi diuiserunt denarium partem pluries recipiendo: & sic nitun-

De diuisione legis & hominis.

tur euertere & eneruare obligationes in solidum conceptas, contra quorum dolum, & versutiam poteris opponere prædictas limitationes. Sed quid in hypothecam specialem peto insolidum ab vno ex hæredibus debitoris, & postmodum in alia causa peto ab omnibus. Alij opponunt de tacito pacto, arg. l. post venditionum. C. de pact. & l. si creditores. eo. titul. dicuntq; quòd elegi vnam actionem, & sic quòd ad aliam non debeo habere regressum. l. ancillæ subtractæ. & l. manifestissimi. §. primo & secundo. C. de fur. quid erit isto casu? Dic quòd mihi non nocet. Nam creditor petendo, vel agendo pro parte virili contra vnum ex pluribus obligatis in solidum, tunc petendo non diuidit, sed eligit. vnde sibi non præiudicat. Doct. in d. l. si creditores. & ita intelligunt DD. legem inter eos. de qua glo. opponit in d. l. si creditores.

TITVLVS XXI.

De rebus quæ mobiles, vel hæreditariæ habeantur.

Chapitre XXI. Des choses qui sont reputes meubles, ou heritaiges.

PREMIER ARTICLE.

Moulin a eaue estant en basteau est repute meuble.

¶ Sed vtrùm tale molendinum facere liceat in nauiculis? Respondet Bartolus in l. quominus. de flumi. public. in vlti. quæst. quòd sic: istis tamen concurrentibus. Primò, si per hoc iter aut statio nauigij non fiat deterior. Secundò, si fiat sine incommodo vicinorum. Et proprietas istorum molendinorum erit ædificantium, non eorum, qui ripas fluminum possident: nec erunt talia molendina publicá, sicut insula quæ nascitur in flumine, vt per Bart. ibidem.

II. ARTICLE.

Moulin pendant estant sur rieuere est repute heritaige.

¶ Sed quæ potuit esse ratio dubitandi in hoc articulo? Credo quòd ista fuerit, quia cum rota molendini, quæ est validior & efficacior pars illius, continuè moueatur propter continuum aquæ motum, credidissent campicolæ, & cæteri indocti, quòd molendinum esset quid mobile iudicandum. Sed profectò, vt hic vides, contrarium determinatur: quia est quid immobile. nam solo cohæret & ædificatur causa perpetuæ moræ: & etiam molendinum dicitur à molendo secundum Iason in l. prima. de acqui. vel amit. pos. ff. & sumit nomen à mola, qua bladum trituratur, & triticum quatitur. Mola ergo est dignior pars molendini, ex qua molendinum sumpsit nomen: quia à digniore parte nomen sumendum est, gloss. & Docto. in l. prima. de verbo. oblig. ff. Sed mola est immobilis: quia grauis & ponderosa nimirum: ergo si molendinum terrenum, iudicetur immobile. Et nota quòd non solum bladum, seu triticum est molendum: sed etiam homo debet moli inter duas molas: scilicet inter molam spei, & molam timoris. gloss. singula. in c. Serpens decepit me, de pœn. distinct. prima. super verbo, non desperata. De istis molendinis aliqua posui suprà titul. *De basse iustice.* articu. 4. Sed pone quòd ego incepi ædificare molendinum: & alius post me etiam incepit ædificare: sed ante me illud perfecit, quæritur an possim eum prohibere? gloss. & Bartol. in l. naturaliter. de acqui. re. domi. tenent quòd sic, vbi videas de istis molendinis. Vide Barto. in l. quominus. de flumini. publi. ff. in l. fluminum. de dam. infe. ff. in l. 1. de aqua. plu. arcen. & in l. fin. de vsuc. ff.

Homo debet moli inter duas molas.

III. ARTICLE.

Vng pressoer edifie en vne maison qui sans despecer ne peult estre oste dicelle, est repute pour heritaige.

¶ Verum est, quòd torculator est causa perpetuæ moræ, & sic iudicatur immobile.

IIII. ARTICLE.

Cuues & tous autres ouuraiges qui ont este mises & appropries en la maison, pour perpetuelle demeure qui ne peuuent estre ostees sans despecer, sont reputees heritaiges.

¶ In hoc articulo ponitur, ac redditur ratio legis condendæ, quòd ista quæ enumerantur reponuntur in domibus causa perpetuæ moræ. Aduerte insuper, quòd quædã sunt quæ mobilia videntur: quæ tamen non vt mobilia describuntur. Pone exemplum. Defuncto milite relictisq; tribus filiabus hęredibus suis, vxor ipsius militis volebat à castro extrahere munitiones, veluti tormenta & balistas. dicebam id fieri non debere: sed in castro relinqui oportere. Nam vt dicit Bald. in c. 1. §. si quis. de manso. 3. column. de contro. inuesti. quem sequitur Iaso. in præludiis feudo. column. 11. versicul alibi. Bald. quòd concesso castro simpliciter, videntur mihi esse concessæ munitiones, quæ sunt ad defensam castri ibi positæ perpetua destinatione patrisfami. quanquam non sint affixæ, vt trabuchi, manganeli, balistæ, & similia, faciunt tradita per Bartol. Angel, Docto. in l. si quando. C. de bo. vac. lib. 10.

De tormentis, machinis, & balistis.

V. ARTICLE.

Toutes choses de maison tenant a clou

a clou ou cheuille sont reputees pour heritaiges.

¶ Intellige sanè, cum fuerint affixæ perpetua destinatione: nam tapisseria, quæ clauo suspenditur in aula & ædibus mobile iudicatur, & alia similia. Similiter & lectuli lignei, armariola, & similia sunt mobilia: & sic semper vidi practicari. An iura & actiones inter mobilia vel immobilia numerentur? Vide Bartol. in l. mouentium. de verb. signifi. ff. & Doct. in l. quàm Tuberonis. in prin. de pœ. ff. Veritas est quòd nomina debitorum sunt genus de per se. l. à diuo Pio. §. 1. de re iud. ff. Tamen an sint mobilia, vel non, iudicabimus de his secundum naturam eorum, quæ in ipsis continentur. Nam, si actio continet mobilia, iudicabitur mobilis: Si immobilia cõtineat, tunc immobilis æstimabitur & censebitur. Sed quid de pecunia ad emptionem prædiorum destinata, an inter mobilia vel immobilia computetur? Vide Ias. in l. sciendum. qui satisda. cog. ff.

TITVLVS XXII.

Communio bonorum.

De communaulte de biens.

PREMIER ARTICLE.

Hommes & femmes mariez ensemble, soyent nobles ou roturiers acquierent communaulte de biens, apres quilz ont este par an & par iour ensemble. Toutesfoys sil ya aultre cõuenance entre les parties, elle vauldra.

¶ Hic est notabilis articulus. Sed not. quantũ ad tex. illius quòd illa verba,

Toutesfoys sil ya aultre conue. &c.

¶ Fuerũt verba addita à compositoribus nostræ consuetudinis apud Turonum, vbi reuisæ & correctę fuerũt antiquæ totius Ducatus consuetudines, quod fuit anno domini millesimo quingentesimo septimo. & incepit Dominus præsidens reuidere illas cõsuetudines mensi Septembri dies 25. vt patet infrà, in suo processu verbali, in illis verbis.

A lexecution desquelles, &c.

¶ Quod prodest scire ad hoc, vt si illo tempore essent aliquæ causæ introductę, quòd iudicaremus secundum pristinas, non secundum nouas consuetudines, cum certum sit eas futuris dare formas negociis non pendentibus vel præteritis. l. leges & constitutiones. C. de legi. c. 2. & fi. constitu. cum similibus. Est igitur verum quòd de consuetudine & de iure inter virum & vxorem sit quædam societas: ac quædam promiscuus vsus. Bart. in l. 1. rer. amota. ff. facit l. aduersus vxorem. C. de crimine expila. hæred. vbi dicitur quòd vxor est socia diuinæ & humanæ domus. Accedat etiam l. si cum dotem. §. si maritus. solu. matri. ff. vbi habetur, quòd ipsa est particeps infortuniorum & commodorum & incommodorũ viri sui. Facit ad supradicta c. significauit. extra. de dona. inter vi. & vxo. licet glo. in illo ca. super diuisionem, modificet & declaret illud c. de quo puncto infra videbimus. Et de hac consuetudine communitatis matrimonij facit mentionem Ioan. Fab. in Authent. in donatione. C. de secundis nup. Et etiã de iure omnium bonorum societas inter virũ & vxorem consistere potest. l. alimenta. §. fi. de ali. & ciba. le. ff. Et in eo quòd dicit textus noster in illis verbis, *Valet cõsuetudo quòd vxor certã de bonis mariti partem habeat*

Toutesfoys sil ya aultre conue. &c.

¶ Nam valet consuetudo, quòd vxor accipiat in bonis mariti certam aliquam partem, de quo puncto Doctor. in cap. Raynutius. extra, de testa. Sicut erat in ciuitate Tuscana, secundum gloss. in d. c. in verbo. tam tertia. in fine. Sic etiam si aliter conuentum fuerit in contrahendo matrimonio, valebit talis conuentio, vt dicitur in tex. nostro. Et quòd talis cõuentio seruanda sit, tenet Ioan. Fab. in l. de fideicommisso. C. de transac. sequitur etiam in Rubric. de nup. vbi iocosè inquit, viros debere esse cautos, vt faciant quantum vxores sint percepturæ, cùm quibusdã mulieribus mors maritorum sit lætitia. vt est gloss. in l. fina. super verbo tristitiæ. C. de iure do. Aduerte insuper, quòd intelligunt quidam consuetudinem nostram esse duobus modis limitandã. Primò, vt illa societas coniugalis sortiatur effectum pro bonis mobilibus & immobilibus matrimonio constante per coniuges acquisitis: licet generaliter loquatur. tamen debet recipere intellectum à regulis iuris communis. c. cum dilectus, de consuetu. l. si serui. de noxa. act. & Iason in l. non dubium. de leg. Sed istud quibusdam non placet, consideratis verbis nostræ consuetudinis (nam si vt debent) ponderentur, videntur declarare societatem sub nomine & signo vniuersali, cum dixit, *Mors maritorum quibusdã mulieribus est lætitia.* *Consuetudo recipit intellectũ iuris communis.*

Communaulte de biens.

¶ Et indefinite loquitur. Et nemo ambigit indiffinitam æquipollere vniuersali. 19. di. si Romanorum. l. si cui. 19. de serui. & l. si seruitus. de serui. vrb. præ. gloss. ac Doctor. in procem. decre. super verbo in iudiciis. Item in generali societate veniunt, & sunt communicanda omnia bona, quæ tempore societatis possidebantur à sociis. vt l. 1. pro socio. ff. & talium bonorum statim contracta societate ipso iure transit de vno ad alium possessio. & dominum absque alia traditione pro æqualibus portionibus, vt singulariter dicitur in l. 2. ff. eod. tit. Attamen prima limitatio videtur tutior, & de iure verior, vt nisi expressè actum fuerit, non sit omnium bonorum con

tracta societas, ita firmat glo. in l.3. pro socio. ff. Tu dic quòd in terminis nostræ consuetudinis videtur esse contracta societas bonorũ, sed nõ quouismodo, aut qualitercunque acquisitorum, nisi expressè actum esset. Et ideo cõmunicarentur virtute consuetudinis, quæ acquisituri sunt coniugio durante ex eorum industria honestati congrua. Et pro hac parte allego c. significauit. de do. inter vi. & vxo. Abhorruit enim lex, quòd quæsita ex turpi aut inhonesta causa, venirent in actione pro socio, sicut etiam non veniunt in actione mãdati. l. si remunerandi. §. rei turpis mandati. ff. Porro res donatæ vel relictæ alteri coniugum, non dicuntur conquæstus. vt l. coiri societatem pro soci. ff. cum legib. quæ sequuntur. Et aduertatis ad vnum verbũ quod scribit Ioã. Fab. in proœ. Instit. super verbo Iustinianus. quòd si quis acquirat illud, quod erat sibi ex successione venturum, quòd illud acquisitum non censetur conquæstus. Est ergo conquæstus, quod ex opera, solertia, vel industria alicuius quæritur: eius appellatione nõ continetur hæreditas, vel legatum. vt d. l. coiri societatem. cum ex legibus sequentibus: & in l. duo societatem. §. duo colliberti. ff. pro socio. Per quas leges dicit Io. Fab. in d. proœ. Instit. in verbo Alamanicus, & ibidem sequitur Ioan. de Platea, quòd donatio facta alteri coniugum à parente, cui aliàs successurus erat donatarius, in re donata non censetur conquæstus. Ideo alius coniunx partem non habebit iuxta consuetudinem Frãciæ, quæ vult conquæstus factos constante matrimonio esse viro & vxori communes. accedat l. castrense, de castren. pecu. ff. l. de impo. lucratiua descriptione. lib. 10. C. quæ iura allegat gl in tit. de concubinariis. §. quia verò in quibusdam, super verbo, conquæstus. Et si quis acquirat, id quod erat sibi ex successione venturũ, non censebitur conquæstus. ad hoc vide Bald. in d. l. coiri societatem. Nec si vendat hæreditatem quam habet, & pecuniam in alia dominia acquirenda conuertat: cum subrogatum, &c. l. si eum. §. iniuriarum, si quis cautioni. ff. nam ista acquisitio est pristini effectus & antiquæ potestatis. Credo tamẽ in conscientia, vbi maritus ex pecunia communia acquireret, & id quod est sibi ex successione venturũ, quòd ipse teneretur cõmunicare quæsita. Sed quid de dote? Dico circumscripto vsu, quòd etsi vir & vxor, si sint in generali bonorum communitate, attamen non fiet communicatio, sed fiet ipsi mulieri suæ dotis restitutio. probatur in l. actione. §. si. cum l. sequen. pro socio. ff. quod est singulariter notandum, & ita etiam ibidem firmant Doctores, & etiam Petrus de Fer. in tit. de forma libelli in causa societatis, super verbo vndecunque.

Quæ veniant conquæstuum appellatione.

Quid sit cõquæstus.

Acquisita ex pecunia quæ venit ex patrimonialib. vel venditis nõ cõtinẽtur nomine conquæstus.

II. ARTICLE.

Communaulte de biẽs na lieu que en mariage, si ella na este cõuenancee.

¶ Sed quid de iure? an sit verum quòd plures in simul habitantes, negocia communiter tractantes videantur societatem adinuicem contraxisse? dicit Bald. in l. 1. C. qui testa. fa. poss. quòd licet sit expeditum, quòd fratres mortuo patre retinendo hæreditatem patris in commune per hoc non intelliguntur societatem contraxisse, text. secundum Ias. ibi in l. ex parte. §. si filius, familiæ herc. ff. & l. cum duobus. §. si fratres, pro socio. ff. tamen dicit ipse Bald. post Nicol. de Neapoli. in d. l. 1. qui test. fa. pos. quòd ex quo fratres simul habitarunt diu, seu longo tempore, & omnia bona simul habuerant, & communibus expensis sine computo vixerũt, negocia promiscuè exercuerunt, quòd ex istis præsumitur inter eos contracta societas. l. 1. in fi. cum. l. sequenti. ff. de his qui deie. vel effu. capit. si duo fratres, de beneficio fratris. & insuper dixit consuetudine taliter obseruari, & sequitur Alex. in consil. 23. incipien. consideratis his quæ in processu. secundo volum. Sed Barto. plenius hanc materiam attingens tam in l. cum duobus. §. idem Papinianus, pro socio. ff. & in l. si patruus. C. communia vtriusque iudi. & in l. Titiũ, aut Mæuium. §. altero, de administra. tu. ff. facit in illis locis quatuor casus principales, quos recensere indecorum non erit: vtpote, quia hæc societatis materia in iure est opulenta, licet apud nos sit per consuetudinem: vt hic vides expedita. Et in effectu considerando Bartol. ipse videtur adhærere consuetudini nostræ, vel potius consuetudo videtur inhærere doctrinæ suæ. nam Bart. vult in dictis locis, vt nunquam sit contracta societas, nisi expressè actum sit inter partes. Primus igitur Barto. casus est iste, quòd quando omnes fratres simul habitantes, non sunt omnes maiores, sed alter eorum est pupillus, alter maior: cõcludit ipse in locis præall. quòd inter eos non est contracta societas. l. vt in cõductionibus. pro soci. ff. Sequitur & Paul. de Castro in consil. 183. Et ampliat istam conclusionem Bartol. Ias. in d. l. prima, quòd qui testa. fa. pos. vt procedat, quòd non videatur tali casu contracta societas, etiam si de vtilitate pupilli tractaretur, quòd vtile & conducibile esset, quòd intelligeretur contracta societas, secundum Bald. in l. cum oportet in 3. column. C. de bo. quæ libe. Et insuper limitat ipse Iason hanc doctrinam Bart. quatuor modis. Primo, nisi pupillus haberet tutorem, qui communicaret aliis fratribus, & alij sibi communicarent: tunc intelligeretur contracta societas. tex. in l. vt in conductionibus, pro soci. ff. Bald. in l. si patruus. præalleg. Nec obstat secũdum eundem Ias. si dicatur, quòd tutor debet interponere authoritatem pupillo verbis l. prima. in fin. de autho. tu. ff. quia respondet Bal. in d. l. si patruus, quòd verum est quo ad actus, qui expediuntur verbis: secus quo ad ea quæ expediũtur factis, vt l. ante penult. §. fundum. de contrahen. emp. ff. & in simili respondet Bald. in l. mandatum. Cod. man-

Societatis materia in iure est opulenta.

mandati.in 2. opposito. Secundò notabiliter limitat, nisi pater pupilli mandasset nomine communi exerceri: quia quo nomine iussit testator, eo nomine factum præsumitur: non obstante quòd esset vnus illorum pupillus. l. qui negociationem, in princip. de administra. tu. ff. ita limitat Bald. in dict. l. cum oportet. in 3. column. de bo. quæ libe. C. Tertiò limitat dictam Barto. conclusionem procedere in pupillo: secus in adulto carente curatore per regul. l. si curatorē habens. C. de in integr. restit. minorum, ita etiam limitat do. Alexand. de Imo. in consil. 49. Quartò limitat quòd licet verum sit, pupillum non posse expresse, vel tacitè societatem cum fratribus contrahere: tamen, si aliquid secum communicatum sit, vel communi nomine factū, poterit pupillus, quando pupillarem ætatem excesserit, ratum habere, si fuerit bene gestum. ita etiam Bald. in tractatu de duobus fratribus, quem perfecit Bar. præmortuo. & allegat ad id l. si pupillus. de noua. & delega. ff. Secūdus casus principalis dicti do. Bart. est talis, quòd quādo omnes fratres sunt maiores natu: sed neuter eorum negociatur, quia sunt nobiles aut diuites, concludit ibidē Bar. quòd quanuis hæreditatem paternam indiuisam possideant, tamen non præsumitur inter eos esse contracta societas, nisi expresse sit dictum, per tex. in d. l. ex parte. §. si filius. famil. her. ff. Et ita in effectu cum eo tenent Fulgo. & Paul. de Cast. in d. l. si patruus. C. communia vtriusque iu. Confirmat illud Ias. per tradita, per Salic. in d. l. si patruus, in vlt. colum. vbi tenet quòd si fratres omnes redditus & fructus possessionum paternarum, imò etiam lucra adinuicem communicent, tamen per hoc nō intelligitur contracta societas, cum ista communicatio habeat causam discontinuam, nisi legitimo tempore talis communicatio sit facta, vt de fructibus rei communis: ar. l. cum de in rem verso. de vsur. ff. & l. si certis annis. C. de pactis. Vnde concludit Salic. quòd sola communicatione fructuum, vel aliorum lucrorum, non inducatur societas omnium bonorum: imò nec etiam illorum singularium bonorum, ex quibus fructus & redditus percipiuntur. Nec propterea ad communicandum in futurum tenerentur, & istam Salice. sententiam refert, & sequitur Alexan. in consil. 23. incipien. Visis dubiis, &c. in 1. vol. Sed contrariam sententiam, scilicet quòd societas possit tacitè contrahi etiam inter eos qui non negocianțur, si ex aliis actibus possit apparere societatis effectus & affectus, tenuit Bald. in d. l. si patruus. vt est inter nobiles, qui non faciunt quæstuarias mercantias. Tamen quæcunque dona, quæcunque salaria, quascunque dotes in communi conferunt: nemo negare potest, quin isti sint sociales actus, ex quibus præsumatur intentio ac voluntas societatis. ar. l. duo fratres. de acqui. hæred. ff. Quia factis datur intelligi propria voluntas. l. reprehēdenda. de institu. & substitu. C. Ideo

No pro nostra consuetudine qua ponitur infra tit. de tuteurs.

Not. etiam pro consuetudine.

Sola cōmunicatio lucrorum nō inducit societatem.

Ias. perpendēs tantorum Doctorū contrarietatem, dat talem singularem doctrinā, dicens conclusiuè fratres omnes maiores natu: quorum neuter mortuo patre negociatur, quanuis indiuisam hæreditatem paternam possideant communiter: tamen non censetur inter eos esse contracta societas, nisi interuenirent alij actus, licet non quæstuarij, aut mercantiales, sed sufficit, quòd sint actus communicatiui & sociales. & sic reducuntur Bart. & Bald. ad bonam concordiam. Limita secundò hunc principalem Bar. casum, nisi ex diuturnitate temporis, & communi vsu viuendi & concurrente coniunctione sanguinis esset pro communitate præsumendū per regulam. l. Procula. de proba. ff. nam ex istis tribus absque alia negociatione inter eos censeretur contracta societas. Facit l. si seruus communis, de do. inter vi. & vxo. ff. & ea quæ traduntur in l. quæ dotis. solu. matri. ff. Tertius casus principalis dicti Bar. est talis, quando mortuo patre, alter ex fratribus tantum negociatur, alter non, quòd inter eos non intelligatur esse contracta communitas seu societas, & ita transeunt Fulgo. & Pau. de Castro in d. l. si patruus. Hoc limita, nisi iste frater qui non negociatur, conferat dona, vel redditus fortè præbendæ suæ, & alia quæ sibi vndecunque obueniunt: quia ex istis actibus reciprocis cum negociatione alterius præsumeretur esse contracta societas, ita tenet Bald. in dict. l. si patruus, & in tract. de duobus fratribus. Hinc dicit Bald. in l. prætor. §. sed filius, de eden. ff. quòd si sunt duo fratres simul habitantes mortuo patre, quorum vnus est notarius vel aduocatus, alter mercator: & lucrū suum ponunt in cōmuni, quòd ex hoc intelligitur, & præsumitur quidā socialis consensus inter eos. ¶ Quartus casus principalis, qui est cæteris vtilior, est talis. Quando omnes fratres mortuo patre negociantur, & sunt natu maiores, quòd inter eos præsumitur esse contracta societas, sicut in dubio præsumitur matrimonium contractum inter virum & vxorem simul habitantes. l. in concubinatu. vbi Bart. ad hoc no. de concub. ff. quia etiam isti sunt actus, qui non possunt geri citra ius & nomen societatis, arg. l. pro hærede, de acqui. hæred. ff. Sed dicit illud esse verum, non tamē quòd intelligatur per hoc contracta societas omnium bonorum, sed solum illius negociationis vel mercaturæ, quæ exerceretur eo, quia actus nostri voluntarij non extenduntur vltra quàm geruntur. l. 1. §. si quis hoc interdicto. & ibi Bart. ff. de itine. actuque priua. Et plus dicit idem Bald. in d. l. si patruus. illud intelligendum in actibus vniformibus, vt quando omnes exercentur in vna mercatura aut negociatione, videlicet pannorum. Sed in actibus difformibus & varietatem habētibus credit, quòd intelligatur esse contracta societas omnium bonorum. Et sic est contrarius in hoc ipsi Barto. & Panor. in consil. 66. incipiente, attingam breuissime. 1. volu. & Alex. in con-

Actus voluntarij nō extenduntur vltra quàm geruntur.

in consil.78. in 2.volu. incipien. discussis. Et licet durum sit recedere à doctrina tãtorum Doctorum, attamen semper vidi opinionem Baldi practicari & obseruari in practica, vt in actibus difformibus, quando omnes fratres negociantur, & diuersas negociationes exercerent, ac lucra inuicem conferunt, quòd inter eos videatur esse contracta societas omnium bonorum, & in hanc partem inclinat etiam Iason, & comprobat quatuor rationibus, quæ adducuntur per Ludo. Ro. in consil. 291. incipien. cum isti fratres. Et aduertas ad me obtestor te, nam omnes casus, quos suprà posui, loquuntur de his, qui communiter viuunt, & sui iuris sunt. Nam si fratres viuo patre negociarentur, & mercaturam exercerẽt, siue in actibus vniformibus, siue deformibus, non intelligeretur inter eos cõtracta societas eò, quia fructus aduentitiorum debentur ipsi patri. ita Bald. in d. l. cum oportet. de bo. quæ libe. & in l. certum. famil. her. C. Sed quæritur, pone quòd vnus ex fratribus communiter negociantibus emit de pecunia communis negociationis fundum, & emit illum suo proprio, dũtaxat nomine, an teneatur talem fundum communicare? Dicit Bart. sub dubio, fortè quòd non, sed bene pecuniã, quę ex negociatione ipsa processit. l. si vnus ex sociis. §. 1. pro socio. ff. Sed mihi videtur, salua pace tanti Doctoris, quòd ille tex. non hoc probet, quia si eum ponderes, ipse intelligitur de his, qui non sunt omnium bonorũ socij. Casus autem noster est in sociis omnium bonorum. & Bald. in l. si vt proponis. C. de rei vendicat. quòd si patruus & nepos simul habitãt, & fructus simul percipiunt de communi, & patruus magis sagax vẽdidit fructus, & emit inde prędia suo nomine, quod tamen tenebitur communicare, si erant socij omnium bonorum, & secũdum eum intelligitur talis tacita & præsumpta societas esse in dubio contracta ex æquis partibus. l. si non fuerunt. ff. pro socio. in prin leg. Hinc dixit pulchrè Bal. in l. cũ duobus. §. si fratres. pro soci. ff. quod aliàs fuit decisa quæstio de facto, quòd duo fratres remanserunt in communione in hæreditate paterna, quorum vnus maior natu ibat ad emẽdas merces, alter domi stationem tenebat, & exercebat, maior frater, qui pecuniam retinebat & expendebat, fecit quasdam emptiones fundorũ, & instrumenta faciebat fieri in sua persona tantũ fratre ignorante; & his prædiis solum suo nomine emptis promiscuè vtebatur cum aliis fratribus. Tãdem frater minor decessit, relicta vna filia. Et frater maior dicebat illas res emptas suo nomine esse suas proprias. & dicit Bald. quòd Cyn. cum hæc quæstio esset sibi in mediũ adducta, consuluit pro dicta filia & hærede ipsius fratris minoris defuncti. & sequitur etiam Bald. in d. c. cum oportet. Insuper dicit Bald. in d. l. si patruus, quòd si sunt plures patrui, vel nepotes socij, & vnus clam ignorante alio emat possessionem pro se & hæredibus suis, quòd

Societas inter patruũ & nepotẽ cõtrahi potest.

Prædia ex cõmuni pecunia empta, sunt cõferenda tã quam communia.

nihilominus talis possessio debet communicari, quia clandestina emptio non debet sibi patrocinari, cum nõ potuerit altero iusto renunciare societati. Et quòd prædia sic empta debeant communicari, tenet Pet. de Ancha. in consil. 289. incipien. filius Hugonis. & Alex. in consil. 49. in 1. volu. & in consil. 22. in 2. volu. Insuper aduerte ad vnum singulare verbum. Bald. in l. ex diuerso. solut. matri. ff. dicentis, societatem posse non solum inter masculos aut mares, sed & inter fœminas & masculos mixtim posse contrahi. Nam mulieres rusticæ ligonizant in campo sicut mares, & debent ad portionem lucri admitti. Accedat l. alimenta. §. fin. de alimentis & cibariis legatis. & ita practicatur. Quæro de quæstione, quam habui pro me, cum acquisiuissem domũ nobilem loci de Bourneuf, & in parte mea haberem turrim, quæ est in illa domo, & parens meus dominus loci de Auignon, teneret alias hospitij partes: & quia domus illa erat communis, pro indiuiso volui locare partem meã cuidam stipendiario. nolebat ille parens pati, quòd inhabitaret. petebam quòd aut tantum daret, aut conductorem admitteret. hinc orta est quæstio. quæritur quid iuris? gloss. in l. non aliter. de vsu & habita. ff. Cy. in l. viam veritatis. de loc. & conduc. C. & Bald. in l. nemo prohibetur. C. eo. & Pau. de Cast. in l. hæc distinctio. loca. ff. tenent pro me contra dictum dominum de Auignon, vt teneatur admittere conductorẽ stipendiariũ, si idoneus sit, non aliàs. Sed quid erit, sunt duo fratres domum communem habentes, quæ consueuit locari: vnus vult locare, alter non. quid iuris? Dicit Bal. multum pulchrè in d. l. 1. C. qui test. face. poss. quòd præfertur ille qui vult locare attenta consuetudine pręcedenti. l. arboribus. §. vsufructuarius. cum ibi no. in gl. de vsufructus. ff. Idẽ tenet Pau. de Cast. in d. l. hæc distinctio. §. cum fundum. loc. ff. illud limitat Bald. in l. Sabinus. communi diuidun. ff. nisi esset discordia inter fratres, quia vnus vult inhabitare domum, alter verò vult quòd locetur, præferetur isto casu, qui vult inhabitare, quod est perquam notandum. Et dicit Sali. in l. iubemus. cap. 2. C. de sacrosan. eccl. quòd si duo fratres, vel duo socij habeant fundum cõmunẽ. & vnus vult, quòd colatur & seminetur, prout debet: alter verò, qui est rixosus & litigiosus, dicit quòd ipse non vult quòd pars sua colatur vel seminetur. Et dicit fratri vel socio suo, quòd faciat co[l]i & seminari partem suã, id est, respectum suæ partis, quia fundus est communis pro indiuiso. Euenit tamen quòd ille qui volebat seminare, excoluit totũ fundum. dicit Sali. quòd ipse non tenetur de fructibus aliquo modo alteri consocio suo respondere. Et dicit Pau. de Cast. in d. l. 1. C. qui testa. face. poss. quòd si duo fratres, vel duo socij habent domũ communem pro indiuisa, & vnus eorũ totam domum inhabitat, quòd non tenetur ad aliquam pensionem socio vel fratri, cum vtatur re cõmuni ad vsũm destinatum

Societas inter mulieres sicut inter mares.

natum.d.l.Sabinus. cõmuni diu.ff. Idem tenent Bal.& Angel.in l.duo fratres.de acquir. hær.ff. Sed quid diceres de vltima rustici voluntate,qui optabat filios suos semper manere in communitate, vt domum opulẽtiorem ac feliciorem facerent, & iussit in extremis, vt filij in communitate viuerent, quid erit iuris? Dic quòd si iusserit eos stare in societate temporibus perpetuis: sic non valet talis iussus,secus si iusserit eos stare in societate vsque ad aliquod tempus,quo casu valeret. Bald. & Angel.in l. si duo.ff.de condi.insti.& Ias.in l. si non sortem. §. si centum. de condi. inde. ff. Sed quid dicemus de istis rusticis, & de multis ciuibus, qui associant sibi quotidie aliquẽ ex filiis suis in tertia vel quarta bonorũ mobilium & conquæstuum: an possit subsistere talis contractus cùm cõsuetudine nostra: cauetur, quòd persona consuetudinaria seu ignobilis non possit vni ex filiis plus quàm alteri aduantagium,vt ita loquar, facere, & tamen per tales vias contrarium faciunt,vt patet per sensum. Et sanè est apud me stupenda res,& tamen ista tolerantur. Consiliũ tamen est,vt alij fratres,quos factum tangit,consentiant,arg.eorum,quæ nota.Doct.in l. fi. C.de pact. Et credo quòd vsus istorum & tolerantia processerunt ex medullis cõsilij Bal.quod posuit in l.1.C.pro socio.& Salicet. in l. si societatis. C.eod. vbi ponunt de consilio,quando pater vult quòd filius spurius succedat sibi, sicut legitimus, quòd faciat eos inuicem contrahere societatem omnium bonorum præsentium & futurorum, tunc dicunt Doctores, quòd ratione societatis initæ succedit spurius, sicut si esset legitimus, id est, ad eum descendit commodum successionis,ergo apparet quòd id operatur ipsa societas.Et quod non potest fieri de iure, fit tamen mediante societate. Quærit Sali.quid de illis, qui dant pecudes æstimatas in solidam per quinquennium, fortè vt in fine diuidatur, & pecudes pereunt, quomodo teneatur pastor reficere aut reparare? Et distinguit,aut perierunt naturaliter,& tunc ad nihilum pastor seu rusticus tenetur, quia isto modo essent peritur ę apud dantem, nec æstimatio isto casu prodest. Quia in contractibus non ordinatis ad translationem dominij,non censetur emptio. vt l. cùm duobus. §.damna.pro socio.ff.l.3.loc.ff. Aut perierunt fortuito casu, & tunc aut sine culpa rustici, & tunc periculum est commune, ideo dimidietatem æstimationis tenetur rusticus reddere: vt d. §. damna. Aut culpa rustici, & tunc si tempus societatis diuidendæ venerat, quando perierunt, & tunc ad dimidietatem adhuc tantum rusticus tenetur, quia in pluri damnum non intulit. Aut nondum venerat diuidendæ societatis tempus, & tunc ad totam æstimationem tenetur, secundum Bald.in d.l.1.pro socio. C.sed Salic. ibidem dicit esse summopere aduertendum, quòd fiat talis æstimatio habito respectu ad tempus periculi,non ad aliud: & dicit in hoc multos in conscientia errare. Vide etiam per Doctores in l. si pascenda. C. de pac. Aduerte etiam, quòd secundum Ange.de Cla. inuenitur in extrauagantibus positis in fin. decimæ colla. feudorum, quòd animalia minuta, vt oues, capræ, & porci, debent dari ad tres annos. Et in vnoquoque anno debet pastor dare pro capra duodecim formaticos optimos, & pro pecude seu oue sex. & debent esse mediocres, arbitrio boni viri. In fine verò, capra, vel ouis data, ante omnia erit ipsius tradentis, nisi ille qui acceperit, soluisset tertiam partem precij ipsius, quia sic erit commune. Capreti verò, & agni, & lana erunt communes. In porcis verò, omni anno sunt partiendi porcelli: nisi ille, qui acceperit, voluerit tenere eos vsque ad tres annos, & in fine triũ annorum omnia partiri debent per medium, & etiam porcelli nati de porcellis. Sed parcat mihi tantus vir, quia nõ vidi in vsibus. Feud. ista quæ ipse allegat, nec alibi, quod meminerim: tamen authoritas eius est magna.

De pecudibus rustico datis.

De morte pecudũ cõmunium.

TITVLVS XXIII.

Donationes inter Plebeios.

Chapitre XXIII. Des donaisons faictes entre gens roturiers.

PREMIER ARTICLE.



Le roturier peut donner a vne psonne, ou plusieurs, qui ne sont ses heritiers presumptifz de ses heritiers, tous ses acquestz, & tierce partie de son patrimoine, a luy aduenuz a cause de ses predecesseurs, a vie seullement, & tous ses meubles a perpetuite. Toutesfoys il pourra dõner a perpetuite tous ses meubles, acquestz, & tierce partie de son patrimoine, ad pias causas, pour le salut de son ame. Et s'il na point de patrimoine, les acquestz representent en ce ledit patrimoine. Et en default dacquestz & de patrimoine, le meuble represente le patrimoine.

Cestuy article na esté expedié ne accordé, mais renuoié a la court.

¶ Sed quid faciemus de isto articulo non expedito, & de aliis similibus non expeditis? iudicabimúsne secundum ipsos? Respondeo, quòd iudicabimus secundum ipsos, si fuerant iuri cõsonantes. Sed vbi inueniemus eos à iure dissonos, tunc secundum veterẽ præsidatus obseruantiã iudicabimus, aut tãtisper

curiam consulere debemus. accedat c. pastoralis. ex. de fid. instrumen. cum ibi not. Et si pristina patriæ obseruantia istis articulis obuiet, vel contradicat, & sint ambo æqua, tunc serua quod erit æquius. Nam dicunt Docto. quòd si in vno volumine reperiantur statuta contraria, semper seruandum est illud quod est iustius & æquius. ita Bald. in c. cum olim. de consuetu. Alex. de Imol. consi. 58. in 4. vol. incipien. in præsenti causa magnifice prætor. Doct. etiam in l. gallus. §. quidem recte. de libe. & posthum. ff.

¶ Sequitur in textu.

Ad pias, &c.

¶ Sed quod est illud relictum, quod dicitur ad pias causas? Breuiter dic, quòd quicquid fit pro salute animæ, dicitur esse relictum ad pias causas. no. in l. si quid Titio. de leg. 2. ff. & ista est sententia Bartol. in repetitione l. 1. C. de sacrosan. eccle. in 7. column. vtputa. Sed quid si relinquatur diuiti amore Dei? potest tamen secundum eundem Bartol. aliquis esse diues, sed indigens alicuius rei secundum statum suum, & tunc etiam est laudabile ei facere eleemosynam. allegat sanctum Tho. in quarta quartæ q. 32. artic. 7. Sed dare euidenter diuitibus, non est dare ad pias causas, secundum ipsum. Et quid si relinquatur diuiti, qui tamen non sit diues secundum qualitatem suam. vide Bald. in l. 1. in 18. col. & pulchrè per scriben. l. illud. C. de sacrosan. eccle. Angel. & Imol. in l. Stichum. §. stipulatio. de verbor. oblig. Et dicit Bald. in d. l. 1. C. de sacrosan. eccl. in 5. col. quòd relinquere consanguineo, est quid pium, si ille sit pauper, vel indigens, & fiat amore Dei. & scripsi in titu. *De successions de gens roturiers.* In arti. *Personne coustumiere ne peut faire la condition, &c.* Vbi videas. Dicamus ergo pro intellectu consuetudinis nostræ, quòd legatum relictum ad pias causas, est, quicquid relinquitur pro salute animæ. vt etiam per Bartol. in d. l. si quis Titio. de lega. 2. ff. Item cùm relinquitur aliquid miserabilibus personis: vt viduis, pupillis, peregrinis, pauperibus, & auxilio destitutis, ac incarceratis. intelligo autem, quòd omnes isti pauperes sint. Item cum relinquitur piis locis, vt ecclesiis. vt cap. si. de test. pia sane loca sunt etiam monasteria, hospitalia, & alia loca, in quibus pauperes, vel auxilio destituti aluntur, & alia opera charitatis exercentur. l. si quis ad declinandam. & l. orphanotrophos. Cod. de episc. & cleri. cum simi. Item quando quid relinquitur pro redimendis captiuis. l. nulli. C. de episco. & cleri. Item pro puellis egenis maritandis. secundum Bartol. in l. 1. ff. solu. matrimo. & in l. si ego. de iu. do. ff. nã dicunt Doctor. in cap. fi. extra, de feriis, quòd isto casu est pia causa. Item quando relinquitur pro luminaribus, vel ornamentis ecclesiæ, vel pro fabrica, vel libris, aut aliis rebus qui ad diuinum cultum spectãt, siue temporaliter, siue in perpetuum, vt not. in d. cap. fi.

Relinquere consanguineo pauperi pro amore Dei, est quid pium.

De incarceratis, tenet Bal. in tracta. carceris in fi.

de testa. Item quando relinquitur aliquid ad custodiã ciuitatis, aut locorum cõmunium, vel publicorum. ar. c. 2. de immuta. eccl. Item quando ad refectionem pontium, & viarum: not. in l. 1. §. ad municipium. ad leg. Fal. item ad refectionem murorum ciuitatis, vel oppidorum, si tamen immineat necessitas, ar. l. ad instructiones. C. de sacrosan. eccle. & cap. non minus. & cap. aduersus. de immunita. eccles. extra. & per Docto. in Authen. similiter. C. ad leg. Fal. Item si fiat lega. pio loco, vel pauperibus, aut similibus pro restitutione malè ablati incerti: vt per Bart. in d. l. 1. in repe. C. de sacrosan. eccl. alleg. c. sicut dignum. §. eos insuper. extra, de homi. cũ glo. Et aduerte quòd quantum ad istum punctulum, de testamento ad pias causas, dico quòd articulus noster debet hodie intrepidè practicari. Nec dicas, quòd ille non est expeditus, cum summa ratio sit illa, quæ pro religione facit, l. sunt personæ. de reli. & sump. fu. ff. iuncto quòd ista legata tunc intantum sunt fauorabilia, quòd de istis relictis ad pias causas nõ possit detrahi Falcidia. Panormit. & scriben. in cap. Raynaldus. de testa. imò nec etiam Trebellianica. ita Bar. in l. Marcellus. ad Trebel. ff. licet Ioan. And. in d. cap. Raynaldus, voluerit tenere contrarium. Et etiam si hæres renunciaret hæreditati vt nollet adire, nihilominus legata ad pias causas facta valerent. Panormita. in cap. relatum, l. 1. extra, de testa. ista enim non subiacent solennitatibus iuris ciuilis. Adhuc dico ista testamenta ad pias causas facta esse, ita fauore plena quòd valent, licet sint captatoria. Barto. in d. repeti. l. primæ. C. de sacrosan. eccle. Bartol. in l. Theopompus. de do. præleg. ff. Bart. & Bald. in l. captatoriæ, de legat. 1. Alex. l. captatorias. C. de testa. milit. & cano. in cap. cum tibi. extra, de testamen. licet Bald. Salic. Ange. & Iason in d. l. captatorias, dicant captatoriam dispositionem ad pias causas nõ valere, quando substantia dispositionis confertur in voluntatem tertij, cum quib. sunt Imol. in l. captatoriæ. de lega. 1. ff. & in l. captatorias. de hæred. instit. ff. Ludou. Rom. in dict. leg. captatorias. Cod. de test. mili. Sed teneas primam opinionem tãquam benigniorem, quia tenenda est opinio Doctorum, quæ fauet piæ causæ: vt d. l. sunt personæ, de religio. & sump. fu. & de residuo materiæ articuli. vide quæ scrip. in tit. *De successions de gens roturiers.* In art. incipiente. *Personne coustumiere.* & quia hic consuetudo permittit limitatiue ecclesiis relinquere. quæro, an consuetudo vel statutum disponens, quòd res immobiles non possunt in ecclesia alienari, vel in ecclesiasticas personas valeat, dico quòd non. Bartol. in l. fin. Cod. de sacrosan. eccle. Abbas in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & Iaso. in d. l. fina. per Authent. cassa & irrita. cod. titu. C.

Summa ratio est, quæ pro religione facit.

II. ARTICLE.

Le donataire doibt auoir posses-

sion de la chose a luy donnee par la main de lheritier, si le dôneur ne luy en baille en sa vie la possession.

¶ De quo puncto vide per Doct. in §. perficiuntur. Instit. de do. & in l. si quis argentum. C. eo. tit. cum similibus. Et idem dic in donatione ecclesiæ facta. nam licet dominium ex solo titulo in ecclesiam transferatur. vt not. & traditur in l. fin. C. de sacrosanct. eccle. & l. traditionibus. C. de pact. & in c. 1. de consue. in antiq. cum similibus, non transfertur possessio, sed opus est apprehensione. vt per Innoc. Panor. & canoni. in d. c. 2. de consue. Licet Archid. in cap. moderamine. 16. q. 1. videatur sentire oppositum. Stat ergo conclusio, quod licet ex titulo solo ecclesiæ dominium acquiratur, non tamen possessio, & ad translationem dominij, non sequitur possessionis translatio. l. cum hæres. de acquiren. poss. ff. cap. pastoralis. extra, de priuileg. Nec etiam ecclesię competeret publiciana ante traditionem ex solo titulo ad translationem dominij. secundum Panormita. in d. cap. 2. & Spec. in titu. de locat. §. nunc aliqua. Sed fortè non esset inconueniens dicere, quòd immo ecclesiæ ante traditionem possessionis competat Publiciana, cùm regula iuris ciuilis sit, quòd vbi ex contractu cũ non vero domino transferatur vsucapiendi cõditio. Sequitur, quòd vbi vsucapiendi competit conditio, quòd tunc Publiciana competat. vt de public. in rem actio. ff. quasi per totum. & ita tenet Innocen. in cap. præsentia. extra, de probatio. & Anton. in d. cap. 2. extra, de consuetud. Et licet præcedens opinio sit magis in subtilitate iuris probabilis: hæc tamen secunda est magis amorosa, & æquitabilis. Erit ergo pulchra resolutio, quòd ecclesiæ etiam ante traditionem possessionis competat Publiciana ex solo titulo habili ad translationem dominij. Est autem Publiciana remedium introductum in fauorem illius, qui habuit rem ab eo, quem putabat verum dominum, cùm tamen non esset dominus. Nam si is, qui habuit à non domino, à possessione cadat, cùm non possit rem vendicare, quia non est dominus, potest tamen agere Publiciana, & possessionem recuperare. vt per glos. Scriben. in cap. abbate sanè. de re iud. lib. 6. & in §. aliæ, Instit. de actio. Aduerte tamen ad hoc quòd dixi ecclesia, vt scilicet, non transferatur possessio absq; apprehensione. Sunt tamen casus in, quibus non requiretur ipsa corporalis apprehensio. Sed iuris artificio in ecclesiã transfertur possessio, & etiam in priuatum qui casus his versiculis continentur.

Ex solo titulo in ecclesiã trãsfertur dominium.

Ex solo titulo in ecclesiam nõ trãsfertur possessio.

Ex solo titulo ecclesiæ competit publiciana.

Publiciana quid sit.

Visus sine rei mutuatæ venditione:
Clauibus & chartis mea si conduco scienter:
Quamuis non aliter detur possessio transit,

Quod declaro breuiter in practica. Primò in visu id intellige, quando res visu ostenditur, & verbo traditur. Secundò, in venditione rei apud ementẽ constitutę, vel alio modo apud te depositæ. Tertiò in traditione clauium, intellige quando claues traduntur ad ipsam rem. vt not. in l. clauibus. de contrah. empt. ff. Quartò, per traditionem instrumentorum & chartarum, de quo punctulo, quia longa est materia, vide per Scribent. in l. 1. C. de dona. Quintò, in conducto, seu conductione rei meæ, intellige cum scienter à me fit, quia tunc videor velle possidere nomine alterius. Secus autem si ignoranter conducerem. l. qui rem propriam. C. de loca. Bartol. in l. si rem aliquam. de acquiren. poss. ff. Item transfertur possessio titulo constituti: vt, quia constituo me possidere nomine alterius, incontinenti transfertur possessio ciuilis. l. quædam. de rei vendi. ff. Et hæc adeo vera, quòd si postea venditor ipse alij rem venderet, vel donaret, & traderet, nihilominus primus hoc non obstante, esset potior in iure. vt per Doct. in l. quotiens. C. de rei ven. & Ioan. And. in addi. Spec. tit. de emp. & ven. §. 1. Bar. in l. si is qui pro emptore ff. de vsuc. & l. certè. de precario. ff. Quod tene menti, quia quotidie notarij apponunt. quod constituit se possidere nomine emptoris, non sufficeret tamen iste modus artificiosus transferendæ possessionis. in casu articuli quarti. suprà in titu. retractuum. vbi dicitur, *Que lacquereur doibt prendre possession des choses, &c.* Vbi vide, quæ scripsi, quia in illo articulo apprehensio possessionis, videtur esse data pro forma, & sic non potest quouismodo prætermitti.

Casus artificiosæ trãslationis possessionis.

III. ARTICLE.

Homme estant en sante, peut donner son bastard la quarte partie de ses acquestz seulement, a sa vie, mais que en sa vie luy soit baille la possession & saisine de ce qui luy aura este donne. & non aultrement.

En sante, &c.

¶ Scilicet spirituali & corporali, sic enim sanitas secundum communem vsum loquendi intelligitur. & sic est intelligẽda, ar. l. cum de lanionis instrumento. §. asinam. de fund. instru. & instru. leg. & cum dicitur, quòd potest donare suo bastardo. vide quæ scripsi de istis bastardis. titu. *de succession de bastard.* Et aduerte, quia si ritè textum nostrum considerares, videtur habere duplicem faciem, scilicet quòd ista donatio extendatur ad vitam donatoris, vel bastardi, sed probabilius est dicere, quòd intelligatur ad vitam bastardi, & ita intelleximus nos, qui has condebamus consuetudines.

Sanitas duplex.

IIII. ARTICLE.

Les deux conioinctz par mariage peuuẽt faire entre eulx donaison mutuelle, eulx estãt en sante, lung & laultre, de tous leurs acquestz, & tierce

 partie

partie de leur patrimoine, a viage seulement. Et de tous leurs meubles, a perpetuite, a la charge de nourrir & alimenter les enfans mineurs du premier decede, iusques a ce quilz soiẽt en aage, & ayent industrie, selon leur estat, de gaigner leur vie, si a eulx ne tiẽt, aussi de acquiter & payer les debtes personnelles, & droit funerail.

Lung a lautre.

¶ Hęc verba sunt superflua, quia dictum fuerat *mutuelle*. & dictum fuerat *Entre eulx. &c.* *En aage de gaigner leur vie*, &c. Istud est arbitrarium præsertim personarum qualitate, per iudicem considerata. Et quia in hoc articulo habetur, quid iuris sit in donatione mutua, esset pulchrum videre quid sit in puncto iuris. Breuiter, hæc est materia admodum trita, ideo resolutoriè dico hanc donationem reciprocam esse onerosam. vt est glossella singularis, quam pauci forsitan aduertunt. in l. licet inter priuatos. C. de pact. Et hodie dico, quòd communis nostrorum Doctorum sententia est, quòd donatio facta inter maritum & vxorem constante matrimonio, valet, & tenet, si sit iuramento firmata. & licet sit contra bonos mores ciuiles, non tamen contra bonos mores canonicos. Barto. in l. Seius & Augerius. ad leg. Falcid. ff. Alber. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. de iureiurand. ff. Bald. in repet. l. 2. in 49. col. de iureiur. ff. Angel. in l. penult. §. mulier. solut. matrimo. ff. Feder. de Senis consil. 250. incipiente, punctus quæstionis talis est. Imol. in commento. cap. cum contingat. & Panormita. in eodem cap. de iureiuran. & per Modernos scriben. in l. si quis inquilinos. §. fin. de leg. 1. ff. Paul. de Cast. & Ias. in l. pacta. quæ contra leges. C. de pactis. & latè ac effluenter per dominum Franc. de Aretio consil. 74. quòd incipit diligenter & maturè ponderatis, vbi mellifluè loquitur, materiam hanc amplectitur. Insuper nota, quòd consuetudine etiam potest introduci & permitti hæc donatio, quia quamuis moribus sit prohibita, tamen contrariis moribus potest permitti, vt notatur in simili per Bald. Alexan. in l. moribus. de vulg. & pupil. substi. ff. & per Angelum & Imol. in l. captatorias. de hæredibus instituendis. ff.

An donatio mutua sit iter maritũ & vxorem, de iure Valida.

V. ARTICLE.

En sont entenduz ses motz, eulx estans en sante, que si lung desdictz conioinctz au temps de ladicte donaison estoit malade, & il allast de vie a trespas de ladicte maladie, telle donaison ne vauldroit, mais sil guarissoit & il ayt congnoissance, & ratifie ladicte donaison faicte en icelle maladie, suppose que apres il mourust le premier, neantmoins ladicte donaison sera bonne & vallable.

Non expedie ne acorde mais remis a la court.

Et sont entenduz.

¶ Mira declaratio. nam aliàs contractus potest celebrari ab infirmo, dummodo ille fuerit sanę mentis. Docto. in l. sanum mente. C. de transact. & in l. senium. C. qui test. fac. pos. & per Imol. in l. 2. ff. de test. Fallit in vno casu, perquam singulari. Si infirmus contraheret cum medico, iste contractus tanquam metu factus per officium iudicis rescinderetur. l. medicis. de variis & extraordina. cogni. Bartol. & Docto. in l. interpositas. C. de transact. & Iaso. in d. l. sanum mente. C. de transactio. Sed stante statuto quòd æger possit (vt potest de iure contrahere) dum tamen sit sanæ mentis, an tunc credatur notario dicenti contrahẽtem fuisse sanum mentis, licet fuerit æger in corpore? Tenuit Ioan. de Imol. in d. l. secunda. ff. de testament. quòd sic, cum Notario plenè credatur, de his quæ spectant ad ipsius officium. cap. cum parati. extra, de appella. Sed veritas est in contrarium, vt scilicet, notario non in his credatur. Ita Angel. & Raph. Cur. in d. l. 2. ff. de testamen. Salic. in l. furiosum. C. qui testament. face. pos. probat istud Ias. pulchra ratione. nam nullus potest esse testis in facto proprio. l. omnibus. C. de testamen. l. nullus idoneus. eodem tit. ff. Sed factum dicitur proprium, quando ex eo potest sequi honor, vel verecundia. vt per Ioan. Andre. in additio. ad Specul. in titul. de testi. §. super. versicu. sed pone, &c. & per Imol. in cap. super literis. extra, de transact. igitur. Sequitur, quòd in istis ipsi notario non credatur, cum si instrumentum reiiceretur, esset eius verecundia, & consequenter diceretur factum illius proprium.

Non Valet contractus ab infirmo cum medico celebratus.

Nullus in facto proprio testis esse potest. Factũ proprium dici tur, sbi honor vel verecundia expectatur tene menti indelebile.

Et il ratifie ladicte, &c.

¶ Mirum est, quòd requiratur ratificatio, cũ aliàs istę donationes morte confirmentur, vt iuribus vulgaribus.

VI. ARTICLE.

Et ne peult telle donaison mutuelle estre reuoquee par lune des parties sans le consentement de autre pourueu que tous deulx ayent actuellement & de faict patrimoine, ou matrimoine, ou pays de Touraine, ou autre pays de semblabe disposition quant a ce. Car en default de patrimoine, le don sortira son effect seulement pourtant que touche lesdictz meubles & acquest. lesquelz acquestz oudit cas seront sez & reputez patrimoine. Et sil ny auoit conquestz, les biens meubles seront reputez patrimoine.

Et peult estre, &c.

¶ Hoc

¶Hoc ideo quia contractus ab initio sunt voluntatis, sed ex post facto sunt necessitatis. l. sicut. C. de acti. & oblig. cum similibus aliis.

De semblable disposition.

Non expedie, mais remis a la court.

¶Id est, vbi vigeat similis, & eadem consuetudo, sicut in hoc præsidatu.

VII. ARTICLE.

Donaison simple faicte entre conioinctz par mariage, en la maniere deuant dicte, ne vault, si elle nest conformee par testament.

¶Istæ donationes simplices sunt inter coniuges super effluenter prohibitæ, vt iuribus tritis: & talis de his scripsit Nic. Boër. in suis glossis consuetudinum Bituricensium, vbi videas.

VIII. ARTICLE.

Le bastard peut faire donaison, ainsi que declaire est cy dessus es autres donaisons.

IX. ARTICLE.

Don qui est faict en concubinaige ne vault riens, soit entre nobles ou roturiers.

¶Ergo priuatus non potest donare suæ concubinę, quanuis poterat de iure donare. l. affectionis gratia. & ibi Barto. & Docto. de dona. ff. & in l. 2. C. de dona. inter virum & vxo. Bene verum erat, quòd miles non poterat donare concubinæ suæ. vt d. l. 2. C. de dona. inter vir. & vxo. Idem est in milite cœlestis militiæ. Ioan. And. in regula, Sine culpa. de reg. iur. lib. 6. in Mercurialibus. & Bartol. in d. l. affectionis. Idem in quolibet clerico secundum ipsum. Idem in Doctore aduocato secundum Doctor. ibidem. Nam & hi milites dicuntur. Et ratio est promptissima, quare tales inhonestæ donationes sint prohibitæ. Nam homo amore insano captus, omnia bona sua sine mensura donaret. nam amore captus dicitur infatuatus. vnde pulchrè canit Baptista Mantuanus in libro de honesto amore, in prima ecloga,

De dona. concubinis factis.

Ludit amor sensus, oculos perstringit, & aufert
Libertatem animi, & mira nos fascinat arte.

An autem dari possit histrioni? Dic quòd non, & datum repetitur, ait Barba. in d. l. affectionis. alleg. 86. dist. c. do. cum se. Nota tamen perpetuò quòd etiam sacerdos potest donare concubinæ suæ, seu focariæ propter merita non habito respectu ad vitam luxuriosam, sed propter merita collata ab illa in ipsum donatorem. Sic consuluit Petrus de Anchar. in consil. 248. & hoc si legitimè constaret de illis meritis, aliàs quam per concessionem donatoris, & sic est limitanda fortè consuetudo nostra.

Propter bene merita, quæ concubinæ donare potest.

X. ARTICLE.

Donataire qui prent par testament tous les meubles ou decede, doibt payer les debtes personnelles dudit decede.

¶Magno equitatis sub condimento est compositus hic articulus. quia, qui sentit onus, sentire debet & commodum, & econtra.

TITVLVS XXIIII.

Donationes inter Nobiles.

Chapitre XXIIII. des donaisons entre les nobles.

PREMIER ARTICLE.



Homme ou femme, soit noble ou roturier, qui entre en aucune religon, apres quil a faict profession, des lors il est exclus de toutes successions escheues & a escheoir, viendront a ses propres parens, ainsi comme sil estoit decede.

¶Dicit Bald. in l. qui se patris. col. 1. C. vnde liberi, quod per transitum ad religionem ita perditur feudum, sicut & per mortem naturalem. text. in cap. 1. §. qui clericus efficitur. Si de feud. controu. fit inter do. & agna. vasal. no. in l. de quibus. vbi etiam Doctores ponunt. ff. de legibus. Bald. in l. data opera. col. 17. C. de his qui accusa. non poss. & latè per ipsum in Authen. nisi rogati. in fine columnæ ad Trebellia. Secus quippe in rebus emphytheoticis, quæ non perdunt per ingressum religionis. Sed in ecclesiam transeunt, no. per Bart. & Doct. in Authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & per canoni. in cap. in præsentia. extra, de probat. vbi Felin. diffusè ponit, & Iason in l. prima, col. 12. C. de iur. emphyteotico. aliam differentiã ponit Bald. Et quia est similis articulus in hoc lib. in titu. *De successions de gens roturiers*, in princ. ideo vide quæ ibi latè scripsi.

Per religionis ingressum perditur feudũ.

II. ARTICLE.

Homme & femme nobles peuent faire donaison lung a lautre, de la tierce partie de leur patrimoine a viage & de tous leurs acquestz a perpetuite. Et de leurs meubles ne peuent riens donner lung a lautre. Car par la coustume ilz sont au suruiuant, si les veult prẽdre, & celluy qui les prendra, les aura a la charge de payer les debtes personnelles, & droict funeral. Et aussi ladicte donaisõ a la charge de nourrir & entretenir les enfans

Non expedie n'accorde, mais remis a la court.

fans du premier decede ſ'aucuns en a ſelon leurdit eſtat de viure, & eulx entretenir ſi a eulx ne tient.

¶ Scitis ꝙ de iure notiſsimo moribus introductum eſt, ne donationes inter viuos factæ valeant inter virum & vxorem conſtante matrimonio. l. 1. 2. & 3. de donat. inter virum & vxo. ff. Et hoc, ne mutuo amore ſe ſpolient, & ne melior in paupertatem incidat, & ne deterior fiat ditior, vt d. l. Tamen de iure tales donationes morte confirmantur. Bartol. in l. Papinianus. de donatio. inter virum & vxorem. ff. & hoc ſi traditio interuenerit, vt per Bald. in conſil. 336. libr. 1. & per Scriben. in l. pacta, quæ contra leges. C. de pactis. Sed de conſuetudine noſtra oppoſitum vides, quia nobiles poſſunt donare tertiam partem patrimonij ad vitam, & omnes conqueſtus perpetuò. quæ conſuetudo valere poteſt: quia ſicut moribus introductum fuit, ne inter virum & vxorem donationes conſtante matrimonio valerent. Ita contrariis moribus ſeu contraria conſuetudine poſſunt donationes permitti, ſicut in ſimili notat Alexander in l. moribus. de vulga. & pupilla. ſubſti. ff. & per Angel. & Imol. in l. captatorias. de hæred. inſtit. Sed an per iuramentum donatio inter virum & vxorem facta validetur? Verior opinio eſt, quòd ſic: quia licet iſta donatio ſit contra bonos mores ciuiles, non tamen eſt contra bonos mores canonicos. igitur firmari poteſt iuramento per Pau. de Caſtro, in d. l. pacta quæ contra leges. de pact. C. Barto. in l. Seius, & Augerius, ad leg. Falcid. ff. & in l. ſi quis pro eo, de fideiuſſo. ff & latè Bald. in repe. l. 2. colum. 49. de iureiu. ff. Ang. in l. pe. §. mulier. ſolu. matri. ff. Imo. in commento c. cum contingat. de iureiuran. & ibi Panor. & per Imol. & Moder. in l. ſi quis inquilinos. §. fin. de leg. 1. ff. Licet Barto. in l. 1. de dona. inter virum & vxo. ff. tenuerit quòd non firmetur iuramento, & in l. cum quis decedens. de lega. 3. ff. quem ſecutus eſt Bald. in d. l. ſi quis inquilinos, & etiam in l. cum multæ. colum. penul. C. de dona. ante nup. & in repet. l. 2. in 5. quæſt. C. de reſcin. vend. Secundò quæro, an huic cõſuetudini poſsit renunciari, vt maritus nobilis poſsit pro libito vxori donare medio iuramento, vel econuerſo, vt vxor medio iuramento marito ſuo donare. Credo quòd ſic, quia ſtatuto & conſuetudini renunciari poteſt. l. circa locationes, cum ſimilibus. C. de loca. & conduc. Iuncto quòd noſtra cõſuetudo prohibitiua non ſit. nam ſi prohibitiua fuiſſet, ſicut eſt infrà art. 4 tunc certum fuiſſet, quòd ſtatuto prohibitiuo renunciari non poſſet, glo. & Scrib. in l. vnic. C. ne fideiuſſo. dot. dentur. Bar. Bal. & Paul. de Caſt. in l. non dubium. C. de legibus. Tertiò quæro an iſtæ donationes inter virum & vxoré factę in contractu matrimonij ſint validæ? Reſpon. Bald. & Sal. in l. fin. C. de dona. ante nupt. quòd ſic: & latè Imol. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ſolu. mat. ff. Sed inſurgit pulchra, & non minus dubitabilis quæſtio: An tales donationes valeãt inter diſpenſatos per verba de præſenti, qui nondum ſe carnaliter cognouerunt. & antequam vxor traducta ſit ad domum viri? Breuiter in hac quæſt. Cyn. Bald. & Salic. ſe reuoluunt, quòd non, & ita tenent Cy. & Bal. in l. cum in te. & Bald. & Salic. in l. cum te. C. de do. ante nup. & Abbas Siculus in c. pen. de ſpon. Et vide in ſimili Feli. in procem. decre. colum. 4. & pulchrè gl. in tit. de concubi. §. & cum omne. in Prag. Sancti. Sed quæro, an valeat donatio reciproca ſeu viciſsitudinaria, quã practici Mutuam appellant? vide quæ ſcripſi ſuprà titulo præceden. arti. 4. vbi tenui quòd ſic, & ibi videas. Quæro ſextò quid in donatione remuneratoria? dic quòd ipſa valet, no. Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. § ſi tibi nupſero. & l. diuortio. de verb. oblig. Panorm. in ca. de illis. extra. de condi. appo. in c. gemma. de ſponſa. gloſ. Bart. & Doct. in l. ſi voluntate. C. de dot. præ. Iaſ. in l. & hoc iure. 12. col. verſi. Tertius effectus. de iuſti. & iu. ff. & in l. ſi non ſortem. §. libertus. verſicu. ſecundus effectus. de condictio. indebiti. ff. Nam ſi ille qui donat, eſſet alio coniuge, cui donatur, inferior: vt, quia plebeius diues acciperet iuuenculam nobiliſſimam, licet pauperrimam, tunc diceretur donatio remuneratoria, ſecundum Doct. Vel ſi ſenex acciperet adoleſcentulam, cui faceret donationem. Nam tunc non eſſet ſimplex donatio, ſed remuneratoria, quæ etiam valeret in puncto iuris, & ſcripſi plenè ſuprà, titu. *de ventes.* artic. 15. Quęro ſeptimò, quid erit de vxore, cui maritus decedens dedit aliquam pecuniæ ſummam, & in ſecreto, & hæredes viri impetrauerunt monitiones tacitis hominibus: an mulier in conſcientia poſsit retinere? Certè dico quòd mulier retinere illam pecuniam licitè non poteſt. nam conſuetudines ſunt etiã in foro conſcientioſo ſeruandę. Bal. in c. quæ in eccleſiarum poſt gl. ibi extra, de conſti. Et aduerte, quia ſicut coniugi non poteſt donari, ſic nec alij ſibi pertinenti, aut per perſonam interpoſitam. l. ſi ſponſus. §. generaliter. de dona. inter vi. & vxo. Quod autem paulo ante diximus, donationes inter virum & vxorem generaliter eſſe prohibitas, id fallit in donatione Imperatoris: vt l. pe. C. de dona. inter virum & vxorem. Secundò pro extructionibus domorũ exuſtarum vxoris faciendis. l. ꝙ ſi vir. ff. de dona. inter vir. & vxor. Tertiò in remiſsione dotis, quæ etiã matrimonio conſtante fieri poteſt, gloſſ. Cyn. & Bal. in l. ſi conſtante. C. de don. ante nup. licet remiſsio alterius debiti matrimonio cõſtante non valeret ſecundum Doct. Quartò quando, is qui donat, non ſit ex hoc pauperior: licet is, cui donatur, fiat ditior, vt ſi maritus hæres inſtitutus non vult adire hæreditatem, vt ad mulierem ſubſtitutam perueniat. nam vt iura dicunt, neq; pauperior ſit qui nõ acquirit, ſed qui de patrimonio ſuo diſponit, vt l.

Conſuetudine introduci poteſt, vt donatio inter coniuges valeat.

Conſuetudini renũciari poteſt

An valeat donatio inter ſponſos de præſenti.

Conſuetudines ſunt in conſcientia ſeruandæ.

Caſus notabilis in quibus valet donatio inter virũ & vxorẽ.

vt l. si sponsus. §. si maritus hæres. ff. de don. inter vir. & vxo. Quintò, quádo is qui donat, fit pauperior, sed donataria non fit ditior: vt si maritus det vxori ad emenda vnguenta: vt l. quòd autem. §. 1. ff. de don. inter vir. & vxo. vel cum dedit ad oblationes faciendas, vel ad aliam piam causam secundum Docto. Sextò, quando maritus donaret in tépore finiti matrimonij. l. sed interim. ff. de dona. inter vi. & vxo. Itē, cum donat causa honoris adipiscendi, vel dignitatis consequendæ. Et ꝙ nobiles possunt donare vni ex filiis secundum formam consuetudinis, facit Geneseos c. 48. vbi dicit Iacob filio suo Ioseph. En ego morior: & erit Deus vobiscum, reducetq; vos ad terram patrum vestrorum: do tibi partem vnã extra fratres tuos, quam tuli de manu Ammorrhæi in gladio & arcu meo.

Approbatio nostræ consuetudinis de iure diuino pro articulo sequente.

III. ARTICLE.

Hommes & femmes nobles peuuent donner a tous leurs enfans puisnez, ensemble tous leurs biens meubles & acquestz, auec la tierce partie de leur patrimoine a perpetuite, ou a lung deux tous leursdictz meubles, & les deux pars de tous leurs acquestz a perpetuite, en maniere que la tierce partie du patrimoine, & la tierce partie de tous leurs acquestz demeurent aux aultres enfans puisnez a chascun deux pour telle part & portion quilz peuuēt & doibuēt succeder par ladicte coustume. Et quant aux deux pars du patrimoine auecques le principal manoir & cheze demourent a laisne.

¶ Iste articulus est intelligendus, cum ambo coniuges donant: qa vnus sine altero constante matrimonio non posset donare filiis, nec aliis sua mobilia, quia illa spectant pleno iure ad superuiuentem, vt sup. art. 2. Vel potest intelligi articulus, cum vnus ex nobilib. donat filiis, vel filio matrimonio per mortem dissoluto. quia tunc lucratus est bona mobilia. Istis sic tactis, quæro quid de iure, an scilicet donatio inter patrem & filium in potestate constitutum: dic regulariter ꝙ non, vt per Scriben. in l. frater à fratre. de condi. inde. ff. Doc. in l. si donatione. C. de colla. & in Auth. vnde & si parens. C. de inoff. test. cum simili. Hoc verum, nisi donaret ob benemerita filij, quia tunc fit, non vt filio, sed vt extraneo. Et aduerte, qa oportet, ꝙ illa benemerita in specie exprimantur, & ꝙ probentur: nec tunc sufficeret iuramentum patris, quia ista confessio fieret inter personas prohibitas, & vide per Ias. in d. l. frater à fratre. Item oportet ꝙ ista merita sint alia quã obsequialia, & ꝙ sint æquiualentia rei donatæ: aliàs, illud q̃d esset supra meritum, cēseretur profectitium. Bar. in d. Auth. vnde & si parens, & in d. l. frater à fratre. Sed nunc quęro ad declarationē nostri textus, vnde tanta licentia, ꝙ nobiles possunt tantum donare vni ex filiis suis. pone ꝙ nobilis qui parum habet in patrimonio, seruiuit principi, qui dedit sibi manu larga pecunias, & habet plures nummos, & preciosa vtensilia, & modicum patrimonij; ipse habet plures filios: nunquid poterit sic donare vni sua mobilia tam preciosa & magna, & alij in paruo patrimonio gemebūdi remanebunt? nónne ergo alij poterunt hanc donationē immensam & inofficiosam reuocare secundum terminos d. Auth vnde & si parens. Et videtur ꝙ sic, eo quòd est inofficiosa: ergo reuocanda vsq; ad legitimam considerato tempore mortis, vt volunt Doct. in d. Auth. & l. 1. de inoffi. dona. adeò quòd filij possunt impugnare testamentum patris, licet hæredes eius existãt. Et hoc cum agitur de illorum legitima, vt est theorica doctorum, scilicet Bald. & Salic. in d. Auth. vnde & si parens, & hoc, non obstante l. cum à matre. C. de rei vendi. Item pater non potest per titulum onerosum, puta venditionis, vel aliàs diminuere legitimã filiorũ, nec ipsam alterare, nisi appareret de vera & actuali numeratione precij secundum Io. de Plat. in §. item si quis. de inutil. stipu. Inst. Ideo nec ad frustrandum filios, debet confiteri se debitorem alterius, vt per Ias. in d. Authen. post Doct per eum relatos. Sed istis non obstantibus, tenenda est consuetudo nostra, licet rigorosa, quia valet consuetudo legitimam filiorum diminuens, licet non valeat, cum in totum tollat legitimam filiorum, vt scripsi ple. in ar. *Fille noble mariee, &c.* In titu. De successions de fief.

De donatione inter patrem et filium.

Merita debent esse æquiualentia.

De donatione inofficiosa.

Singulare verbum.

¶ Vt per scribentes in Authen. nouissima. C. de inoffi. test. Aduerte quòd per arrestum curiæ vnus nobilis fuit repulsus à restitutione, eo quòd ipse erat enormiter læsus in dotanda sorore sua, nec potuit vti remedio legis vnicæ. de inoffi. dotibus.

IIII. ARTICLE.

Hommes & femmes nobles peuuent nullement donner a leurs enfans puisnez de leuer patrimoine que les deux pars, auecques lauantaige ne demeurent entierement a laisne filz, ou principal heritier, & a leurs puisnez, ensemble ne peuuēt donner oultre leur droict de la tierce partie dudict patrimoine. Mais il lest pourra auancer de ses acquestz & meubles a perpetuite: ainsi que bon luy semblera, comme dit est.

V. ARTICLE.

Hōme & femme noble peuuēt donner a personne estrange la tierce partie de son patrimoine, mis hors lauãtaige

taige & leurs acquestz a viage seulement, & leurs meubles a perpetuite. Et si ledit donneur a enfans puisnez, lesditz puisnez prēdront durant ledit viage les tiers des deux pars dudit aisne, mis hors ledit auantaige. Et ledit viage failly, reprendront ladicte tierce partie. Toutesfois ledit hōme, ou femme pourra dōner ad pias causas, pour le salut de son ame de son patrimoine a perpetuite hors ledit auantaige iusques a la tierce partie. Lequel don se prendra sur le tout deladicte succession du donneur decede.

¶ Sed quæro notabiliter pro intellectu consuetudinis, Quis dicatur persona extranea? cum textus noster dicat,

A personne astrange, &c.

¶ Dic ꝙ in terminis iuris quandoq; illa persona dicitur extranea, quæ non habet illum, de quo agitur in potestate, vt l. vna. §. extraneū. C. de rei vxo. acti. & in §. sui. Instit. de hæred. quali. & diffe. Quandoq; dicuntur illi extranei omnes præter superiorem & inferiorem lineam, vt l. vnica. C. de impo. lucra. descrip. li. 10. quandoq; illi dicuntur extranei, qui nō sunt aliquo modo cognati: vt in Auth. de hære. & fal. §. inordinatum. & C. de iure do. l. fi. & sic intelligo in vltimo casu cōsuetudinem nostram. Vel qui nō succedunt ab intestato, vt l. hæreditas. cum ibi no. C. de pac. conuen. tam super dot. quàm super do. propter nup.

De personis extraneis.

Pourra donner.

¶ Ad pias causas: intelligo quòd non solum poterit donare, sed etiam alio quocunque simili titu. lucratiuo transferre. licet solum in consuetudine nostra de donatione mentionē fecerit. pro hoc bonus text. in l. si Patroclus quæ est lex 1. C. si mancipium ita fuerit alie. vt manumittatur.

VI. ARTICLE.

Si aucun noble faict acquestz en son fief, & icelluy acquestz il donne a personne estrange, & le donneur ayt enfans ou heritiers, iceulx enfans ou lung deulx porrōt auoir ledit acquest en baillant apres lan du deces du donneur les deniers baillez pour ledict acquest auecques les coustz & mises.

¶ Hic est profectò vndiq; mirabilis art. si illū mēti bene voluas. Sed ideo sic statutum fuit, vt (ni fallor) semper integraliter manu teneretur feudum, & res feudales non auocarentur ab ipso feudo. imò & sæpenumero iura à feudis dependentia sunt tantum priuilegiata, vt alienari non possunt, vt potisimū sunt iura in personis consistentia, vt sunt iura quę habet dominus in vasallos. nam ista alienari non possunt, præsertim inuitis, vel inscientibus vasallis: qa nemo cogitur inuitus esse vasallus alterius. l. si is qui. & l. inuitus. ff. de fideicommissariis liberta. tangit Bar. in l. si nō sorté. §. libertus. in pe. col. ff. de cond. indeb. Ang. in §. item Seruiana. Inst. de act. qui multū inuehit cōtra dn̄os vendentes, aut alienantes terras sine voluntate dn̄i. hinc etiam dicit Bal. in c. generali, si de feu. contro. sit inter do. & agn. vasalli, ꝙ rex Frācię nō posset alienare vnam de ciuitatib. suis, inuitis ciuibus. Vide DD. ad idem in c. auditis. ext. de pręscri. Ideo dicebam, ꝙ dn̄s inclytus mazeriarū non potuit transferre iura vasallorū suorum & iurisdictionē, q uā in illis habebat de iure in domum insulę. Prȩsertim ipsius feudatariis nō accersitis, sed dissentiētibus. Sed ad tex. reuertor: aut ista donatio fuit, cum pacto fulcita: & tunc est irretractabilis. l. iritā. C. ꝓ don. Si aūt ex pacto nudo, & tunc succederet. l. si quis argentū cum sua materia. C. de do. quia nuper locuti sumus de donatione nudo pacto facta, notabitis ꝙ pactum nudum, non est actio. de iure productiuū, vt no. in l. vulgata iurisgentium. §. igitur nuda pacti. ff. de pac. l. legem. C. de pac. d. l. si quis argentū. vbi no. & c. Antigonus. de pac. Fallit in pacto geminato secūdum Io. Fab. Ang. & Ias. in §. in persona. in 13. col. Inst. de act. & d. l. iurisgentiū. & Cy. in d. l. legē. C. de pac. Secundò fallit in curia mercatorū. nam tunc pactū nudum actionem ꝓducit, Bar. in l. Quintus Mutius mādati ff. & l. si fideiussor. de fideiu. ff. Bal. in l. si pro ea. C. mandati, vel contra Lu. Ro. in l. 1. de ver. obl. ff. Et generalius dico, quòd etiam in foro nostro vbicunq; ille cui per pactū nudū aliquid est promissum, pateretur damnum: si sibi promissa non seruarentur, tunc vigore talis pacti nudi contra non seruantem datur actio de dolo. & sic quanuis ex pacto nudo non detur actio, consulitur tamen per actionem de dolo, vbi ex illo pacto aliquid abest parti. tex. in l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dol. & ibi Bart. in l. cum non. in 3. col. C. de transac. Item dicit à simili Anto. de Butri. in c. quæ in ecclesiarum. ex. de consti. ꝙ licet ex pacto nudo non oriatur de iure Cæsareo actio, tamen naturalis oblig: quæ insurgit ex pacto nudo, debet habere executionem officio iudicis: secundū præcepta iurisgentium, secundū quæ præcepta ante introductas à iure ciuili actiones iusticia oībus ministrabatur manu regia,

An rex possit Gn̄a ciuitatem alienare ciuibus inuitis.

Pactū nudum geminatum, an sit actionis productiuū.

VII. ARTICLE.

Donaison simple faicte entre conioinctz par mariage, ne vault si elle nest ratiffiee & conformee par testament.

Non expedie ne accorde, mais remis a la court.

¶ Idem statuitur in coniugibus ignobilibus, vt no. suprà tit. pręced. ar. 7. & de hoc passu est ius tritū in l 1. 2. & 3. De don. inter vir. & vxo. & in l. cum multæ. §. simplices. de dona. ante nup. vel propter nuptias, C. de similibus.

VII. Ar-

VII. ARTICLE.

Quant le filz aisne noble est marie par pere ou mere comme aisne, ou principal heritier, ne peuent ledit pere ou mere faire par donaison ou autrement, que les deux pars de leur patrimoine ne demeurent a laisne auecq' l'aduantaige, excepte es cas qui s'ensuyuent. Cestassauoir pour la redemption de leur corps, & necessite de leur vie.

¶Hic est singularis articu, In quo nos oportet scire, quid est nobilitas, cum text. noster loquatur de filio nobili per patrem nobilem maritato. ideo videndum, quid sit nobilitas in hac pulchra materia. Varij varia scripserunt, quidam autem præstantes viri sic diffinierunt. Nobilitas nil aliud est quàm congregatio diuitiarum ex antiqua possessione. Sed ista diffinitio non bona est: quia diuitiæ non possunt de directo dare, vel conferre nobilitatem, cum de se viles sint: patet quia diuitiæ congregatæ, non quietant animum: sed maiorem curam tribuunt, vnde Tul. Facultates & amor habendi virtutem substrahunt, & pro virtutibus affert pecunia vitium, & infamiam. ideo philosophantes plurimum pecuniam spernebant. l. 1. de variis & extraor. cog. ff. vnde Horatius,

Licet superbus ambules:
Pecunia fortunam, non mutat genus.

Item ꝙ dicta diffinitio non sit bona, aut ꝙ nõ procedat, ꝓbatur per l. nobiliores. C. de commerciis, & mercato. vbi nobilitas & diuitiæ ponuntur, vt diuersa. Item si hæc diffinitio bona censeretur, vel iudicaretur: sequeretur ꝙ ex paupertate designaretur quis esse nobilis: quod tamen verum non est. l. humilem. C. de incæst. & inutil. nup. Fateor tamẽ bene, ꝙ diuitię possunt esse causa impulsiua consequendæ nobilitatis. ideo alij præstãtiores sic dixerunt, ꝙ nobilitas nihil aliud est quã virtus & boni mores, vnde Iuuenal.

Nobilitas sola est animum maioribus ornans,
Non eget externis quæ moribus intus abundat.

Pro quo optimè l. scire. § 1. ff. de tuto. & curato. da. ab his. Et dicebat Rodoricus Zamorensis, cum elegantissimè de nobilitate tractaret in 7. cap.

Nobilitas hominis mens est deitatis imago,
Nobilitas hominis virtutum clara propago.
Nobilitas hominis humilem releuare iacentem.
Nobilitas hominis mentem refrenare furentem.
Nobilitas hominis est turpia nulla timere.
Nobilitas hominis naturæ iura tenere.

Hinc facetè scribit in 5. c. ꝙ requisitus quadam die Sigismundus Imperator, ac multũ lacessitus à quodam plebeio sibi admodum dilecto, vt illum nobilem faceret, doctè & vrbanè respondit. Diuitẽ (inquit) te facere possum, nobilẽ verò minimè: ac si apertè dicere vellet, nobilitatem ipsam in virtutibus cõsistere. vnde Gregorius, Non generis, sed virtutum nobilitas, vitæq; honestas gratũ faciunt Deo, & honestum seruitorem. c. venerabilis. ext. de præb. ad hoc dicebat Boœtius in 3. Nobilitas est necessitudo nobilibus imposita, ne à maiorum virtute degenerent. Sed nec ista diffinitio adhuc procedere videtur. quia infans, in quo desunt istæ virtutes, potest esse nobilis, vt l. 1. in fi. C. de mili. testa. Item quia potest esse, ꝙ rusticus vel plebeius sit virtuosus in excellenti virtute: hinc dicit philosophus I. Ethicorum, homines quosdã esse virtuosos: tamen nobilitate priuatos. Fateor tamen ꝙ virtutes & boni mores quandoq; sunt causa nobilitatis consequendæ, ideo dicendum, ꝙ nobilitas politica, seu ciuilis, de qua nunc loquimur, debet sic diffiniri secũdum Bar. in l. si vt proponis. C. de digni. lib. 12. nobilitas est qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honestos plebeios acceptus esse ostenditur. Notanter dicitur, qualitas, quia potest adesse, vel abesse præter subiecti corruptionẽ, & plerunq; illa perditur, vt Christo fauente in sequentib. dicetur: & ista est illa nobilitas, per quam quis à plebicitate distinguitur. Vel alio excellenti modo potest sic diffiniri: Nobilitas ciuilis est prioritas quidem in electione personę consistens, quibusdam solennitatibus designata, qua talis persona digna à populo vltra alios reuerentia iudicatur, licet hanc diffinitionem impugnat do. Io. Raynaldi in suo nobilitatis tractatu. Viso de nobilitatis diffinitione: est parumper tangendum de ipsius nobilitatis concessione: & dic paucis sub verbis secundum ipsum Bart. ꝙ nobilitas conceditur à principatum tenente. Sed plerunq; expresse & plerũq; tacitè, secundum DD. Expressè autem, vt per instrumenta, vel viuæ vocis organo, & ista dicitur nobilitas cum cartha. tacitè autem, & in conscientia, seu per indirectum cõceditur nobilitas, quando aliquid confertur, ꝙ nobilitatẽ habeat annexam, vt regnum, ducatus, vel comitatus. ista enim nobilitãt suos possessores, DD. in c. qs dicatur dux Marchio, comes, & c. in vsi. feu. Idẽ quando per principem conceduntur alicui arma, vel insignia, ex hoc enim habetur pręeminentia & quædã acceptio per quam principis animus declaratur, quia nõ refert an verbis, vel factis quis animũ suum declaret. l. de quibus. ff. de leg. cum simulib. & ista potest concedi per inferiorẽ à principe si concederet alicui feudo, ꝙ aliquẽ possessorẽ nobilitaret, vt per do. in d. c. quis dicatur dux, Marchio. Ille aũt princeps, qui nobilitatem politicam directè concedere potest, est is qui in patria sua legẽ cõdere potest. nã ex potestate legis cõdendæ hæc facultas resuscitatur, secundũ d. do. Rayn. & Bar. in d. l. 2. Hinc infertur, ꝙ ciuitates q̃ statuta facere possunt, seu iura municipalia, iuxta l. omnes populi. de iustit. & iur. ff. possunt quem nobilitare. Tamen cæteris paribus, is qui à principe nobilitatem

Nobilitatis concessio duplex.

Cum princeps concedit alicui insignia et arma.

Quis princeps nobilitatem concedere possit.

bilitatem fuit consecutus, censetur magis nobilis. l. fin. cum ibi notatis, de albo scriben. ff. & secundo infertur, quòd etiam extra territorium poterunt nobilitare, cum iste actus sit voluntariæ iurisdictionis. Facit l. 2. de proconsu. ff. Viso de nobilitatis concessione, est succinctè videndum de causis concessionis nobili. & dicendum est, quòd propter actus virtuosos concedi debeat. l. fin. C. de statuis & imagi. ibi in text. & virtutum præmia concedi debent benemerentibus, &c. Et licet ex virtutibus de præsenti debeat moueri princeps in nobilitate concedenda: nō nego tamen, quin ex virtutibus, quæ sperantur in futurum, ista nobilitas concedi posſit, vt quia filius natus est ex patre valente: quia ex virtutibus parentum bene filiis ominamur, in Authenti. admini. offi. colum. 3. & l. quòd si nolit. §. qui mancipia. de edic. ff. & in Authenti. de re. ferendariis. §. fina. colum. 2. At politica seu ciuilis nobilitas non est conferenda incapacibus, vt sunt serui, cum de iure pro nihilo reputentur. l. quod attinet. ff. de regu. iur. & l. ab omni militia. de re mili. ff. & l. si seruus vel liber ad decurionatum aspirat. C. & l. fi. C. qui mili. possunt, lib. 12. Item sunt nobilitatis incapaces infideles, & Iudęi, vt l. fin. C. de Iud. Et licet Turcæ, vel Mauri inter se dicuntur esse nobiles, vt l. nemo exterius. C. de Iudæ. ibi, in verbo proceres vestros, &c. tamen apud Christicolas sunt ignobiles. ideo, quia nec iudices esse possunt: licet per modum arbitramenti posſint de causis cognoscere: quia arbitramentum, non est dignitas, vt per Dyn. in cap. penulti. de reg. iur. lib. 6. Ideo nec doctorari, nec magistrari etiam possunt, vt dict. l. fin. C. de Iudę. cum magistratus, vel doctoratus sit honor & dignitas. cap. quanto. de magistris. extra. Item nobilitas non debet concedi infamibus, siue de iure infames sint, siue de facto: cum infamibus portæ dignitatum sint clausæ, vt d. l. secunda. C. de dignita. libr. 12. cum similibus. Item quartò concedi non debet, turpibus officiis vtentibus. l. ne quis ex vltimis. C. eod. titul. libro 12. Item nec criminosis vi. l. iudices. eodem titul. quia reatus omnem honorem excludit. l. 1. C. vbi senator. vel clarif. nam prætextu priuilegij non debet crescere malorum seu peruersorum authoritas. l. secunda. C. de priuileg. scho. libr. 12. Et hoc cum princeps agere vult de potestate ordinata, quæ iure & ratione regulari debet. Sed cum vult procedere de plenitudine potestatis, & laxare habenas, tunc quia hoc casu nō, qui posſit ei dicere, cur ita facis, secundum Bald. Certè tunc erit pro ratione voluntas, & etiam poterit tribuere incapacibus & indignis: quia videtur isto modo tunc princeps cum isto incapace, seu indigno dispensare, pręsertim vbi de incapacitate certus est. Doctor. in l. Barbarius. de offic. præto. ff. & l. quidam consulebant: cum ibi traditis. ff. de re iudica. Et ideo dicendum, quòd nobilitas

Quæ sunt causæ concessionis nobilitatis.

Quando princeps si deatur, cū incapace dispensare

est signum solius pręsumptæ virtutis: & non virtus: patet, quia virtus constat in voluntate & habitu mentis. l. iustitia. de iusti. & iur. ff. Hinc est quòd nobilitas potest conferri in absentem, sicut visio in rebus visis, & sicut dilectio in re delicta. quia est in acceptatione solius conferentis. igitur ignorantia nobilitati, seu effectus nobilis vel ignorantia non præstaret impedimentum. sicut meæ dilectioni non nocet, si dilectus id ignorat. sed per agnitionem, vel acceptationem hominis ipsa nobilitati fortificabitur, & imprimetur ipsa nobilitatis collatio, quia cum homo non acceptum esse cognoscit, tunc ille plura audet. textus singularis in l. secunda. §. penul. de origi. iur. ff. gloss. in l. priuatorum. C. de iurisdict omni. iudi. quæ dicit quòd statim habet dignitatem, sed non effectum. Item ex his infertur, quòd nobilitas potest alicui conferri in puncto mortis: sic de infante, sicq; de furioso dicunt Doct. Sed nobilitas inuito conferri non potest, licet principaliter resideat in concedente: quia beneficium non confertur in inuitum. l. inuito. de reg. iu. & non potest liberalitas nolenti acquiri. l. hoc iure. de do. ff. Nunc est videndum, ad quos nobilitas transferatur, seu extendatur. & primò videndum, an extendatur ad ascendentes. Secundò, an ad descendentes. Tertiò, an ad collaterales. Primò ergo cum quęritur, an extendatur nobilitas ad ascendentes? & dico, quòd non regulariter, vt l. prima. cum ibi nota. ff. de senato. Fallit autem singulariter quo ad euitandas pœnas & supplicia. l. moris. §. parentes. de pœnis. ff. Stat ergo conclusio & resolutio, quòd ad ascendentes non extendatur, licet dicatur, quòd gloria filij sit lætitia patris. Secundus, an extendatur ad descendentes filios? Et dicunt Doctor. quòd sic: intellige tamen de legitimis & naturalibus, nō de naturalibus tantum, quòd bastardi non sunt de domo, aut agnatione parentum. l. pronunciatio. de verbo. signi. ff. l. cum legitimè. de stat. hom. ff. probatur etiam in Abraham, qui habuit duos filios: vnum de ancilla, alium de vxore: filium autem ex ancilla genitum, à domo eiecit, nec de familia sua dici eum voluit, vt Gen. 21. cap. & dicitur, Eiice ancillam & filium eius. Ideo dicit Baldus in l. cum legitimæ nuptiæ. de statu ho. ff quòd bastardi nobilium non debent deferre arma, vel insignia parentum, licet de consuetudine regni Franciæ aliter obseruetur: quia deferunt arma, sed barrata. Vide Barto. idem dicentem in suo tracta. de insig. & armis. Sed in aliis legitimis descendentibus extenditur nobilitas in infinitum: saltem de consuetudine, quia vsque in infinitum habentur pro nobilibus: igitur nobiles dicendi sunt, vt no. Innocen. in cap. de multa. de præben. Hoc intelligo in nobilitate datiua, & decreta personæ: secus si nobilitas veniret per accidens: quia resoluto accidente, non extenditur, nisi vsque ad pronepotes. per gloss. & Doctor. in d. l.

Nobilitas potest conferri in absentem.

Nobilitas an transeat ad legitimos tantum.

in d. l. 2. C. de dign. lib. 12. & l. diuo Marco. de quæstio. C. Dicitur autem nobilitas dari per accidens per feudum, quod est nobile & possessorem nobilitans, vel aliàs huiuscemodi. Bene tamen verum est, ꝙ semper durabit etiam vltra pronepotes, si accidens non resoluatur: vt quia successores semper tenebunt illud feudum. Est ergo intelligendum dictū glos. vt procedat quòd nobilitas accidentalis non duret vltra pronepotes, quādo in primo, vel in secundo gradu resolutum fuit accidens: vt quòd pater feudum vendiderit secundum formam consuetudinis feudorum. Pulchrum est quærere, an nobilitas transeat ad legitimos tātum, vt sunt adoptiui. Dicunt Docto. quòd sic, in l. senatoris filium. ff. de sena. Sed an transeat ad filias? Dic quòd sic, vt d. l. 2. C. de dign. & l. mulieres. eo. titu. lib. 10. Sed nobilitas non extenditur ex latere aui materni: vbi aliàs pater filiorum filiæ alicuius viri nobilis esset ignobilis. cum filij conditionem patris sequantur, vt d. l. cum legitimè. cum ibi no. Sed an extendatur, vel transeat ad infantes & furiosos? satis ex prædictis apparet, quòd sic: quia illis potest conferri: multo magis in illis conseruari. Peculiare est videre, an extendatur ad filios ante adeptionem nobilitatis progenitos? Videtur ꝙ non, per glo. l. senator. C. de digni. lib. 12. vbi glos. se inuoluit. not. in l. imperialis beniuolentię. C. de nupt. Vbi dicitur, ꝙ filius natus ante regnum adeptum, non dicitur regis filius. Sed contrarium est verum, scilicet ꝙ nobilitas transeat ad filios antegenitos, per legem senatoris filium. ff. de sena. Debet enim filius frui fœlicitate patris. ar. l. penulti. C. de nupt. pro quo ff. de decuri. lib. 1. & l. maioris. ff. de pœnis. quia inspiciendum est quòd filio magis prodest. l. qui in vtero. de sta. ho. ff. Nunc oritur pulchra quæstio, an transeat ad legitimatos per subsequens matrimonium. Pone nobilem tenere puellā formosam, quæ sua pellex & concubina est, ex qua gerat filium. Scitis quòd iste filius bastardus non est nobilis, vt suprà satis dictum est. Pater cōtrahit cum puella: & sic est legitimatus filius per istud matrimonium: an tunc ad ipsum filium extendatur patris nobilitas? Videtur quòd sic: quia lex æquiparat tales filios legitimos, & æquales reddit, vt in Authen. de incæstis nupti. §. dubitandum. colum. 3. In contrarium facit §. naturalis. in capit. si de feud. controuersia sit inter dominum & agnat. vasalli: vbi dicitur, quòd filius legitimatus non succedit in feudo: quia iste filius antè natus, fuit macula violati pudoris aspersus, vt l. diuo Marco. cum ibi not. C. de quæstio. Sed inclinant Doctores, quòd ad talem filium transeat effectus nobilitatis paternæ, per not. in d. l. filium. de sena. ff. Facit etiam: quia iste filius dedit cæteris occasionem legitimi nominis, vt in simili dicitur. Instit. de hæred. quæ ab intesta. deferun. §. quibus annumerare. Et tanta est vis matrimonij, quòd omnes turpitudines sunt purgatæ. c. tanta. extra, qui fil. sint leg. vt filiis ipsis legitimatis prosit patris nobilitas.

Nobilitas an transeat ad ante genitos.

Nunc est opportunè videndum, an transeat ad collaterales. Et resolutio Doctorum est, quòd non, nisi ad eos transiret id ex quo insurgit, vel resultat ipsa nobilitas ex iuris successione. Facit quod ponit Ioan. Fab. in Authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. Ad vxorem verò nulli dubium est, quòd transeat nobilitas, cum ipsa coruscat radiis maritorum. in Auth. de consue. §. his verò, colla. 3. & l. mulieres. C. de digni. lib. 12. & l. mulieres. C. de incolis. libr. 10. Quod est verum, quandiu durat matrimonium, vel quandiu vidua remanet. l. fœminę. in fin. cum ibi traditis. & not. ff. de sena. Sed non econtra: quia vxoris nobilitas ad virum non transit, nec extenditur: quia vxor nobilis ex coniunctione viri plebei, amittit honorem, vt not. in d. l. fœminæ. de senato. ff. Sed quid si ipsa mulier nobilis nupsit plebeio, postea nubat nobili: an recuperet dignitatem, seu nobilitatem? Dic resolutoriè, quòd isto casu mulier quærit nouiter. Sed non recuperat nobilitatem, quam amisit ex genere suo: quia ꝙ semel est extinctum, non reuiuiscit, nisi interueniret principis restitutio abstergendo maculā plebeitatis. iuxta not. in l. imperialis beniuolentiæ. C. de nup. & l. prima. C. de senten. pas. & restit.

Nobilitas an trāseat ad collaterales.

De vxore nobili nubente cum plebeio.

Nunc sanè restat videre de effectu nobilitatis. Et ex mente Doctorum colligo istos singulares effectus. Primus est, quia nobiles præferuntur plebeis: cum tractatur de testimoniis. l. 3. cum ibi traditis. ff. de testi. Secundus effectus, quia nobiles præferuntur cæteris plebeis in electionibus & aliis actibus, vbi voces sunt hincinde pares. l. maiorem. cum ibi nota. ff. de pactis. Tertius effectus, cum tractatur de regimine reipublicæ villarum, vel ciuitatum: vt in consulibus, syndicis, & similibus præferuntur nobiles, vt l. secunda. §. deinde. cum placuisset, de orig. iur. ciuil. ff. Quartus effectus: quia nobiles non subiiciuntur pœnis plebeiorum: nec quæstionibus, vel tormentis. l. militis. & l. diuo Marco. C. de quæstio. Fallit autem in crimine lęsæ maiestatis. C. Quintus effectus, quòd in plebeio in portandis armis restringuntur habenæ, vt sit ille certus modus portandi. Sed aliud est in modo portandi. Sed aliud est in nobili, vt in nobili, vt in feud. de pace tenen. & eius violatoribus. §. si quis rusticus. & §. mercator. Sextus effectus: quia si nobili inferatur iniuria, in personam, reputatur illa maior: quàm si in personam plebei inferretur. l. atrocem. C. de iniuriis. Facit l. omne delictum. in princi. de rei mili. ff. Septimus effectus: quia si miles velit pugnare in duello, non admittitur, nisi probet se nobilem, vt in vsibus feud. de pact. tenen. §. si miles aduersus militem. Octauus effectus: quia per nobilitatem differt quis à plebeio: vnde qui facit se vocari nobilem, cum nō sit, punitur pœna falsi. l. eos. §. fina. ff. de falsi. Visis in generali

tamen aliquibus nobilitatis effectibus, videndum est qualiter nobilitas ipsa perdatur, seu admittatur. Et respondeo, quòd primo perditur propter infamiam & delictum, quia (vt dixi suprà) infamibus portę dignitatum sunt clausæ, vt dict. l. secunda C. de digni. libr. 12. l. iudices. eodem titu. hoc intellige de infamia iuris. Sola verò infamia facti non priuaretur quis nobilitate sua iam quæsita: sed impediretur nobilitas iam quærenda. quia fortiora sunt iura in retinendo, quàm in acquirendo. l. qui exceptionem. ff. de condi. in d. l. Pau. de excep. doli. l. si cum filio. de compensa. ff. & l. patre furioso. de his qui sui, vel alie. iur. sunt. ff. quamuis Barto. in d. l. secunda. C. de digni. videatur intelligere, quòd per solam facti infamiam perdatur nobilitas. Sed prima opinio do. Raynaldi videtur æquior, pro qua est gl. in l. nullam. C. de his, qui not. infa. Item perditur nobilitas, si mulier nobilis nubat ignobili viro. l. fœminæ. ff. de senato. Breuiter ego sum in noua opinione, quòd propter causas, quas ingratitudini connumeramus: si tales causæ, vel vna illarum contra principem committantur: credo, quòd nobilitas ab ipso principe data, si princeps id declarauerit, amittatur. Vide not. in c. Quintauallis. extra, de iureiu. Et hęc est noua consideratio. Pro qua probanda adduco ea quæ scripsi in titu. *De ventes de rachaptz.* artic. decimoquinto. Vbi quæro, an propter maiorem causam ingratitudinis, quàm sit vna de quatuordecim, quæ enumerantur in §. causas possit filius exhæredari. Probo per duo similia singularia. Primò per theoricam DD. in l. vnic. C. de ingratis libe. vbi dicunt, quòd filius emancipatus propter ingratitudinem potest à patre in potestatem reuocari. ergo videtur, ꝙ per ingratitudinem beneficium præcedens perdatur. Ergo idem in proposito nostro. Secundo probo per illud, quod ponit Bald. in d. c. primo. §. naturales. si de feu. controuer. fit inter do. & agna. vasalli: vbi dicit quòd filius naturalis legitimatus propter ingratitudinem subsequentem potest in pristinum statum naturalitatis reuocari: ita ꝙ deinceps non erit amplius (nisi nouiter legitimaretur) legitimus. Et sequitur Ias. in l. ex hoc iure. de iusti. & iur. ff. cum loquitur. de dona. antidorali, quare idem videtur dicendum in proposito. Confirmo per aliud simile. nam propter ingratitudinē libertus in seruitutem redigitur, & perdit ea quæ erant libertatis. l. si manumissiōes, cū ibi no. de iust. & iu. ff. & l. manumissus. C. de lib. & eorum libe. Sed tamē perdita nobilitate propter delictum, non dubium est quin princeps possit hanc restituere omnē maculam abstergēdo. l. imperialis beniuolētiæ, cum ibi tradi. C. de nup. & l. 1. C. de sen. pas. Tamen viso de nobilitate, videndum est qualiter nobilitas in iudicium deducatur. Respon. quòd ipsa nobilitas potest in iudicium deduci tam agendo, quàm defendendo. Agendo sanè, vt si imploretur officium iudicis, vt no. DD. in §. aliam. de bo. poss. Instit. Faciunt tradi. per Barto. in d. l. 2. C. de dig. vbi loquitur de casus positione illius l. facit l. 1. & 2. C. vt dignitatum ordo seruetur. libr. 12. & c. 1. de maiori. & obe. Plura autem in materia nobilitatis singularia scribunt Doct. cano. in cap. de multa. ext. de præbend. & Bald. in l. nobiliores. C. de commer. & merca. & Io. de Plat. in l. mulieres. C. de dig. lib. 12. Sed vltra prędicta aduerte quòd quis per scientiam efficitur nobilis, ita in specie Bald. Cyn. & Salicet. in l. prouidendum. C. de postul. & ibidem est text. rotundus. Confirmatur etiam, quia personæ literatæ nobilibus ęquiparantur, vt d. c. de multa. ex. de præben. & est gl. in l. societas. pro socio. ff. Idemq́ꝫ secundum Luc. de Pen. in l. iudices. C. de digni. lib. 12. Idemq́ꝫ dicendum est de licentiato cum doctoris appellatione in fauorabilibus licentiatus contineatur seu cōprehendatur, Bald. in l. 1. colum. penul. solu matri. ff. & in l. Athletæ. de excus. tut. Imo nobilitas virtutum generis nobilitati est pręferenda secundum And. Bar. in l. is cui bonis. in 3. col. de verb. oblig. ff. glo. singu. in l. pronunciatum. ff. de verbo. sign. Nam melius est propria virtute niti, quàm factis vel titulis maiorum. l. si quid in bello. de cap. & postli. reuer. De quo se pulchrè defendebat Cicero. Et nota ꝙ nobilitas est in plurimis optimè priuilegiata. nam nobilitas defertur, cæteris paribus, in promotione l. 2. § deinde. de orig. iu. ff. & in Authen. de defen. ciui. §. Interim. col. 3. c. constitutus. cum ibi not. de appella. extra. & cap. dudum. de elect. cum infinitis. Secundo, defertur nobilitati in beneficiorū multiplicatione. vt d. c. de multa. extra. de præben. Tertiò enim defertur in pœnarum inflictione vel impositione. l. Pedius. cum ibi tradi. ff. de incend. ru. naufra. Bar. in l. capitalium. § serui. ff. de pœn. Vbi dicit, quòd nobiles non debent pati viles pœnarum inflictiones. nam suspendi non debent: quia apud Francos dicitur, quòd pœna extrema nobilium est decapitatio. Et not. ꝙ nobilitas in genere, quanto plus inueterascit in generatione, tanto laudabilior ac dignior esse censetur. l. tam dementes. C. de epis. audi. l. furiosi. cum ibidem no. c. de nup. & l. nobiliores. C. de cōmer. & merca. Et isti nobiles dicūt se à negociationibus abstinere, vt plebei possint negociis & mercimoniis operam dare. vt d. l. nobiliores. C. de commerciis. Si tamen nobilis operatur manibus suis in agris, nihilominus propter hoc non perderet priuilegia nobilitatis suæ. Nec propter hoc deberet cogi contribuere in subsidiis & talliis. Ita extitit conclusum in curia Gratianopoli, vt dicit Guid. Pap. q. 47. Sicut ne clerici, qui faciunt opera rusticialia in suis agris, qui propterea non perdunt priuilegium clericale, vt in Specu. in tit. de cle. coniuga. in prin. Sed vbi nobiles se immiscerent mercimoniis, tunc tenerentur contribuere in subsidiis, ita tenet do. Guid. Pap. q. 116. Nam

Nobilitas perditur per infamiam & delictum.

Filius emancipatus propter ingratitudinem potest reuocari.

Per scientiam quis nobilis efficitur.

Doctor est nobilis, licentiatus est nobilis.

Nobilitati defertur in pœnarum inflictione.

Nobilis nō perdit nobilitatem operando in agris suis.

Nobiles se mercimoniis implicantes possunt cogi ad tallias.

116. Nam sicut clerico prohibitum esse videtur, ne se secularib. negociis implicet, vel im misceat, vt c. fin. de vit. & honesta. cle. sic etiam & nobilibus vetitum fore videtur. l. nobiliores. C. de commer. & l. milites. C. de loca. & cond. quia exercendo mercantias faciunt actum contrarium nobilitati. Item pondera, quòd ille qui nobilem se astruit. & gerit se pro nobili, cum non sit: quòd ille tenetur pœna falsi. Sicut in simili dicit Bald. in l. data opera. C. de his qui accusa. non possunt, de eo qui se asserebat comitem sacri palatij, cum non esset, & in simili, de eo qui se gerit pro doctore cum non sit, qui exerceat actus doctorales, incidit in crimen falsi. Barto. in l. reddatur. C. de professor. & medic. & l. eos. §. qui se milite. ad l. Cor. de falsis. ff. Sicut de illo qui se gerit pro iudice cum non sit, quia tunc pœna falsi tenetur, per DD. in d. l. reddatur. & d. l. eos. & in l. Barbarius. Philip. de off. præt. ff. Sed aduerte, quod si nobilis assumeret officium procurationis, vel notariatus, tunc contribuere teneretur in subsidiis, ita Guid. Pa. q. 89. & 90. & meritò, quia officium tabellionis & officium procurationis vilia sunt. l. vniuersos. & l. si quis procurationem. C. de decurionib. lib. 10. Nunc restat videre, an per ingressum monasterij perdetur nobilitas. Breuiter respond. quòd non perditur nobilitas, imò magis quis nobilitari dicitur, cum clericus effectus est, DD. in l. Deo nobis. C. de epi. & cle. Et quia tunc esset effectus miles Christi, vt in c. 1. de milite vasallo qui arma bellica deposuit, in fi. & propter istam Christi militiam non debet quis sua nobilitate priuari: exactor tributorũ petebat à quodam iudice regio subsidia, respondi illum iudicem nobilem esse, per text. & Bart. in l. iudices, sæpius allegata. C. de dig. & hoc cum talis iudex regius præsertim est optimè peritus, bonæ famæ, & discretus. Secus si infamiam pateretur, quia, vt dixi, per infamiam perditur nobilitas. l. senatores, de ritu nuptiarum. ff. Vnũ nota, quòd vbi merita sunt paria, tunc cæteris paribus, fauetur nobili. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. de ædil. edi. ff. cum ibi no. Concludamus ergo hunc nobilitatis passum de qua, & eius præconiis disertè, inquit inclytus Zamorensis: Nobilitas est illa præclarissima gẽma humanæ naturæ, diuinitus missa, qua, vt cætera taceam, homo non à casu, non fortuito, non deniq; ab accidenti: sed ab ipsa rerum natura dignior & excellentior habetur. Certè quidem humanæ dignitates, honores, cæteraq; bona homines subsequuntur. Hæc verò generosa nobilitas vnà cũ homine concipitur, quippe ante ab ipsa lustratur, quàm à parentibus nascatur. Secundum partem articuli nostri, vbi expediuntur duo casus in alienando. Primus est, pro necessitate vitæ. Secundus pro redẽptione corporis. Et ista consuetudo est rationabilis, quia secundũ Bart. in l. quemadmodũ. de agri. & cens. li. 11. & in Aut. res quę subiacent restitutioni. C. communia

Idem de eo qui se ingerit pro iudice cum non sit.

Data paritate meritorum magis fauetur nobili, quàm plebeio.

Nobilitatis diffinitio.

de leg. etiã res prohibitæ alienari possunt tales res transferri ob necessitatem imminentem, puta propter famem vel redemptionem personæ. Ias. post Paul. de Cast. in d. Auth. res quæ subiacent. C. communia de leg. imo & feudum, & iura vasallorum possunt alienari in causa magnæ necessitatis. Iason post multos Doctor. relatos. in §. item Seruiana. in 12. col. de actio. Insti. Sed pone patrem nobilem maritasse filium primogenitũ, tanquàm filiũ suum primum seu ancianũ, scitis quòd consuetudinis nostrę vigore, pater non potest facere quin duæ partes sui patrimonij ad ipsum spectent: exceptis istis duobus casibus in textu declaratis. quid igitur faciet pater qui habet plures formosas filias nubiles, & viro maturas, nonne poterit, quia solum habet patrimonium, suum facere, & dare filiabus suis in dotem, etiam in præiudicium filij primogeniti? Et quamuis consuetudo nostra dicat quòd non, cum iste casus dotis non sit de casibus à nostra consuetudine enumeratis. Tamen consulerem, quod pater id facere posset, & hoc per regulam, qua cauetur quod res etiã expressè prohibitæ alienari, possunt tamẽ alienari ex causa dotis, & donationis propter nuptias. Bart. in l. filiusfa. §. diui. de leg. 2. ff. Cy. Bal. & Sali. in l. voluntas. C. de fideicommissis. & Sali. & Paul. de Cast. in fin. C. de rebus alie. non alienan. Hinc Albericus de Rosa. in 1. parte statutorum, in quæst. 148. quæ incipit, Statuto regis & regni Aragoniæ, &c. vbi refert hanc altam quæstionem. Statuto inclyti regni Aragonum iurato per ipsum regem quòd fortius est, cauebatur quòd Rex non posset alienare aliqua immobilia regni: nisi pro inclytis filiis suis infantibus, vel nisi ex causa necessitatis regni. Rex autem pro matrimonio contrahendo multa bona reginæ donauit, fuit dubitatum an potuerit. Et determinat ibidem Alberic. per d. Authen. res quæ subiacent restitutioni, quòd sic. Et sic vult quòd d. Auth. locum habeat in expressa prohibitione alienationis à statuto etiam iurato, quòd est summoperè notandum. Confirmo insuper per id quod vulgò dicitur, quod in quacunque generali prohibitione facta à testatore, non præsumitur eum cogitasse de isto casu speciali dotis, ar. l. obligationes generali. ff. de pig. iuncta l. mulier. §. cum proponeretur. ad Treb. ff. Secundò confirmo, quia dos est specialiter priuilegiata, vnde per quęcunque verba generalia prolata, aut per legẽ, aut per testatorem non intelligitur tali priuilegio derogatum. glos. & Bart. in l. hæres absens. ff. de iudi. facit gl. in l. decurionibus. C. de silentiariis. libr. 12. & Bald. in c. 1. in fi. quo tempore mil. inuesti. pete. debebat. Tertiò facit arguendo à lege ad testatorem, iuxta §. disponat. in Auth. de nu. quòd leges quantumcunque generaliter loquentes & prohibentes nunquam intelliguntur loqui in casu speciali dotis, vt singulariter voluit Sali. in l. fin. C. de iure do. & per Ias. in l. 1. sol. matrim. ff.

Res prohibitæ alienari possunt ex causa del sus vel famis; vel personæ redemptionis.

De rege Aragonum.

In quacunque prohibitione generali non comprehenditur causa dotis.

Idemq́ credo, si filia esset in aliquo monasterio pro deuotione reponenda, cum isto casu sit quoddam matrimonium spirituale, per not. per Doctor. in d. Authen. res quæ subiacent. C. communia de leg. quod teneas menti, quia quotidie possunt ista practicari, & bona sunt, si bene gustentur.

IX. ARTICLE.

Avant le mariaige de laisne marie comme aisne, comme dict est dessus, le pere & mere nobles peuuent donner a leur fille aisnee, ou aultre leur fille premierement mariee par don de nopces plus que aduenant, & se prendra ledit aduenant sur le total, & ledit aduenãt est la portion du patrimoine, ou matrimoine, en laquelle elle pourroit succeder. Et le plus que aduenant est autant que la quarte partie dudit aduenant.

Ou aultre leur fille, &c.

¶ Nota quòd filia quæ primo venit ad nuptias, dotem ampliorem reportat. Sicut dicunt Doctores in l. 1. C. de ser. fug.

X. ARTICLE.

Le mary sans sa femme soit noble ou roturier, ne peult donner que sa part a vie des acquestz faictz durant la coniunction de leur mariage: mais bien peult vendre lesdictz acquestz: permuter ou eschãger sans son consentement.

Non expedie ne accorde, mais remis a la court.

Le mary, &c.

¶ Hoc in articulo videbimus tractatim & succinctè, an maritus absente vxore, vel non, consentiente possit disponere de mobilibus. Secundò, quid de immobilibus conquæstibus. Tertiò, quid de dotalibus. Quartò, quid de paraphernalibus. Ad primum dico, ꝙ de mobilibus etiam vxoris suæ maritus disponere, etiam vxore non consentiente, potest. gl. Ioan. Fab. Christoph. Por. & Ang. de Aret. Insti. quibus alie. licet vel non. in princi. Hoc præcipuè quando illa datur marito ab vxore appreciata & æstimata. Si autem non dantur illa mobilia æstimata: & tunc, aut seruãdo seruari possunt, & tunc à viro sine solennitate alienari non possunt, Auth. siue à me. C. ad Velleia. gl. Cy. Bart. Bal. Ang. Paul. de Cast. & Salic. in d. Authen. siue à me. Aut illa seruando seruari non possunt, & tunc poterunt à viro sine illa solennitate alienari. Ita etiam Cyn. & alij in l. vnica. §. sed cum lex. C. de rei vxoria actio. Sed de consuetudine regni huius semper vidi in practica teneri, quòd maritus possit de bonis mobilibus ad libitum disponere, etiam absque vxoris assensu. Secundò quæro, quid de conquæstibus? Hic vides quòd illos maritus absque vxore non potest donare: sed bene vendere, vel permutare. Et idem tenet Pet. de Anchar. in consil. ca. secundo, scilicet, quòd maritus possit conquęstus alienare, & de ipsis disponere etiã: quod fortius est, si consuetudo prohiberet marito ipsorum conquæstuum alienationem. Et idẽ tenet illustris Doctor dom. Francis. de Areti. consil. 15. & Ioan. Fab. vir singularis doctrinæ & ingentis practicæ in procem. Institu. in verb. Iustinianus. ver. & hæc faciunt, &c. Sed quid econuerso. An mulier poterit de illis disponere? Videtur, ꝙ sic. Nam vir & vxor ad imparia non iudicantur, vt iuribus vulga. & inter virum & vxorem seruanda est æqualitas. l. fi. C. de indic. vidu. tol. Et correlatiuè se habent, ac correlatiuorum eadem est disciplina, vt l. 1. C. de cupressis. & Iaso. in l. eum. de in ius voc. ff. Sed his non obstantibus oppositum verum est. Non enim est eadem statuendi ratio: quia mulier vendens propter eius fragilitatem & imbecillitatem in perniciem substantiæ mariti, contraheret, ar. Inst. quib. alie. licet, vel non. in prin. Et licet vxor nihil possit absque marito de bonis disponere, tamen potest testari ad pias causas sine mariti consensu. Bald. in l. generali. C. de sacrosan. eccle. & ibidem Ias. in col. penult. de iure autem scripto Cæsareo mulier absq; mariti assensu cõtrahere potest, sed de iure Longobardorum secus. l. velles, necne. vbi Bald. ponit. C. de reuoc. donat. Et sanè posset probabiliter dici in puncto iuris, quòd mulier posset contrahere, & de parte sua disponere, sicut vir facit. l. 2. C. de pac. cum. Et consuetudo nostra id expressè non prohibet: igitur non est extendenda, cum sit contra dispositionem iuris communis. Ita in his terminis scribit Ioan. de Imol. consil. 74. Sed aduerte circa nostri articuli liquidationem. Imprimis debes scire, quòd articulus noster non est exorditus, nec pro consuetudine accordatus. ideo eius materia remansit in dispositione iuris communis. argu. l. commodissimè. de libe. & posthu. ff. & l. si extraneus. de condi. cau. da. causa non secuta. Vbi dicitur, quòd casus obmissus, &c. Ideo quæro, an sit verum de iure communi, ꝙ maritus possit ipsos conquæstus absq; vxoris consensu vendere, vel aliter de his disponere? Et in istis facias de iure talem regulam, ꝙ non, vt l. mater cum suis concordantiis. C. de rei vend. licet l. illa mater. propriè in paraphernalibus loquatur. Et Baldus in consil. 103. Nam ibidem dicit Bald. quòd quando dicitur, quòd maritus pƥtest de conquæstibus disponere, illud intelligitur verum de parte sua. licet Petrus de Anchara. teneat opinionem rigidam, quam suprà retuli.

Maritus sine vxore potest de mobilibus disponere.

Inter virũ & vxorem seruanda est æqualitas.

¶ Alia & secunda regula. Mulier de consuetudine generali est in viri sui potestate in toto regno Franciæ, ita tenet Ioan. Fab. in l. 1. C. de bon. maternis. & in l. non sanè. C. de

Mulier de consuetudine est in viri potestate.

bo.

bo. quæ libe. & Institut. ad Tertul. in princ. Et ista consuetudo de iure diuino comprobatur Genes. 3. vbi dicitur, In dolore paries, & in potestate viri eris: ad hoc accedant quæ traduntur in c. hæc imago. 33. quæst. 5. Nam caput mulieris est vir, & caput viri est CHRISTVS.

¶ Tertia regula est. Quòd de iure communi mulier non est in potestate viri, nisi quo ad debitum carnis: & etiam ad operandum viro suo in honesto & decenti opere, secundũ qualitatem ipsius. l. si vxorem. & ibi Bartol. Bald. & Alexan. de Imol. in addi ad Bart. C. de condi. inser. Ioan. Fabr. in l. 1. C. de bo. quæ libe. Et quòd vxor sit in potestate viri, etiam de iure, quo ad debitum carnis: & quo ad operandum, firmant gloss. Baldus, Christophorus Porc. & Angel. Insti. ad Tertul. in princ. Bart. & Imol. in l. rei iudicatæ. §. fina. solu. matri. ff. Barto. in l. 1. §. de iniuriis. ff. Panor. & Feli. in c. mulieres. colum. 1. de sen. excommu. Attamen posset attentari de iure, quòd maritus sit dominus vxoris. l. si liqueat. & ibi. gloss. & Docto. C. de inoffi. do. Huic dicto applaudere videtur ius diuinum Geneseos 16. vbi legitur, quòd Sara vocauit Abraham virũ suum dominum, in signum cuiusdam reuerentiæ. Dicit tamen Salic. in d. l. si liqueat. quòd sunt nonnulli viri qui vocant vxores suas dominas: licet ad hoc mariti non compellantur de iure. Panor. & Feli. in cap. ex parte 5. extra. de fo. compe.

Maritus de iure vocatur dominus vxoris.

Sara vocat virũ dominum.

¶ Quarta regula, quæ correlariè infertur ex secunda suprà posita, quæ est talis. Postquam in generali consuetudine regni vxor est in viri potestate, infertur quòd absque illius consensu contrahere, aut in iudicio stare non possit. ar. l. fi. §. necessitate. C. de bo. quæ libe. & l. 1. §. fin. de autho. tuto. Et quòd vxor sine viro contrahere nequeat, istud est introductum in nostrarum mulierum fauorem, secundum Bartol. & Iaso. in l. qui exceptionem. de condi. indebi. & idem Iaso. in l. transactionem. C. de transactio. ne videlicet mulieres propter fragilitatem sexus cum maxima & grandi pernicie illarum decipiantur. Hinc dicit ipse Ias. in l. Barbarius. in colum. 1. versi. Item diligenter nota, de offi. prę to. ff. quòd mulier cum non possit absque viro contrahere, sic nec poterit hęreditatem adire absque illo, nisi illa hæreditas opulenta esset & lucrosa. licet Barto. & Alex. in l. apud Iulia. §. si pupillus. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & Bald. Ang. & Imol. in l. mutuum. §. 1. de acqui. hæred. ff. teneant oppositum, scilicet quòd mulier absq; consensu viri potest hęreditatem adire. Nam vt dicunt, & si de consuetudine mulier absque viri consensu à consuetudine, vel statuto contrahere prohibeatur: id debet intelligi de proprio & vero contractu, cum in statutis verba sint propriè capienda & intelligenda, vt d. l. 3. §. hæc autem verba. vbi Doctor. ponunt. ff. de neg. gest. Sed adire hæreditatem non est propriè contrahere, sed quasi cõtrahere, quia adeundo hæredita. quasi contrahimus, vt d. l. apud Iulianum. §. si pupillus. Igitur breuiter in tanta rerum angustia, credo hanc partem de stricto iure & de subtilitate fore veriorem. Sed opinionem primam Iaso. quæ est, vt mulier absque viri consensu hæreditatem (nisi lucrosa sit) adire non possit, credo humaniorem & benigniorem. Nam & in hæreditate adeunda facillimè mulier quæ fragilis est, & quæ credula est, deciperetur, & ei facillimè imprimeretur quòd hæreditas quæ forte est tenuis & periculosa, esset opulenta & lucrosa. Quod autem dixi mulierem absque viri sui consensu non contrahere de generali consuetudine, quod limita: nisi contractus esset pro ea lucrosus. Angel. in l. 2. de accep. ff. And. Barba. in l. Is cui bonis interdictum est, vers. ego adduco. de verbo. oblig. & Paul. de Castr. cuius dicta semper mihi placent, in l. 2. ff. de acceptila. Secũdò limita: vbi maritus esset absens, quia tunc non exigitur, vt maritus expectetur, vel eius consensus exigatur, cum non possit commodè haberi eius præsentia, argu. l. si lõgius. ff. de iudi. & ita Bald. in consil. 444. Tertiò limita, nisi vxor contraheret viro suo præsente & tacente. nam propter mariti præsentiam videtur authorizata, vt pulchrè per Ang. consil. 183. colum. 2. in princ. colum. Sed contrarium facit quòd not. Barto. in l. 1. §. fina. & l. etiam, vbi Alexan. etiam ponit de autho. tut. ff. Paul. de Castro, & domi. Iason in l. 2. §. voluntate, solu. matrim. ff. vbi per eorum dicta videtur patientiam viri solam non sufficere. Sed prima opinio videtur æqua. nam in his quæ quis potest prohibere, & tacet: tunc mihi videtur consentire, vt iuribus vulgaribus. Et hoc præsertim intelligo in contrahente viro præsente, & dolosè tacente.

Prima limitatio.

Secunda limitatio.

Tertia limitatio.

¶ Quinta regula erit in practica singularis, quòd ex quo mulier de generali consuetudine absque mariti consensu non potest se contrahendo obligare, sic nec poterit rem tradendo possessionem amittere. Angel. in l. is cui bonis interdictum est, in secundo nota. & ibi Andr. Barba. ff. de verbor. obligat. facit l. prima. C. non licere habita. metrocom. libr. 11. & ibi Luc. de Penna. Et sane est pulcher text. d. l. vnica, non licere habitatori. metro. loca sua, ad extra ne transfer. & bene probat regulam nostram.

¶ Sexta regula sufficit ante vel post contractum requirere, & habere mariti consensum, Abbas in cap. cum in veteri. extra. de elect. facit quòd no. in l. 1. §. prodest, quorum leg. ff. vide per Bartol. in l. impuberibus. de suspec. tu. ff.

¶ Septima regula, mulier absque viri sui consensu, licet non possit mortis causa donare, cùm talis donatio contractui potius accedat, potest tamen illa absque mariti consensu testari, & testamentum condere, imò nec princeps posset testamenti factionem tollere. Pau. de Ca. in l. ex facto. in prin. de vulga. & pupil. sub. ff. & Bal. in consi. 101. lib. 1. Paul. de Castr.

in l.1.C.de sacrosan.eccl.& Bald.in l.generali.eod.titu.

Nota de parafernali.

¶ Restat videre, an maritus possit de dotalib. & parafernalibus absq; vxoris voluntate disponere? & dic quòd non.nã maritus res dotales per l. Iuliam prohibetur alienare, muliere etiam consentiente.Instit.quib.alien.licet,vel non.in prin. Authen. si qua mulier. ad Velleia.cum aliis vulgaribus. Et idem de parafernalibus.Doct.in d.l. mater tua. C. de rei vend.cum simili. Et ista quantum ad contractus,& vltimas volũtates. Videamus parumper quid in iudiciis, in quibus dic succincte, vt suprà dictum est, quòd mulier in iudicio stare nõ potest regulariter, id limitatur in casibus subsequentibus.

Mulier nõ potest in iudicio stare regulariter.

¶ Primò, si maritus esset absens, quia tunc nõ possit haberi eius præsentia, nõ exigitur eius consensus.ar.dict.leg. si longius.in princ.ff.de iud.sicut dicimus de filio patre absente. Et de monacho existente in studio, cui videtur esse permissum, quod agat absque sui abbatis licentia.gloss.Bartol.& Doctor.in d.l. si longius.§.primo.

¶ Secundò, fallit in criminalibus, in quibus vxor sine viri consensu adesse potest. Doct. in Authent.Sed hodie.C.de officio diuersorum iudicum.Doct.in Authent.sed nouo iure. C. de custo.reorum.

¶ Tertiò fallit, si mulier sit mercatrix publica,secundum stylum generalem huius ducatus Turoniæ,pro quo facit à simili, quòd dicunt Doctor. de filio mercatore publico effecto,qui tenetur ex mutuo,nec iuuatur Macedoniano.Doct.in l.Macedoniani. C.de Macedo.& de his scripsi late in glossellis,quas composui super stylo nostro generali, igitur ibidem videas, si placet.

TITVLVS XXV.

Successiones feudorum & aliorum patrimoniorum inter nobiles, excepto Baronatu.

Chapitre XXV. de successions de fief, & aultres heritaiges entre nobles, fors de baronnie.

PREMIER ARTICLE.

AV bailliage de Touraine, entre toutes personnes, soient nobles ou roturiers, institutiõ de heritier na point de lieu.

Au bailliage, &c.

¶ Hic aperte patet in toto isto nobili ducatu institutionem hæredis locum non habere, quanuis non solum Cæsareo de iure, sed etiam de pontificio legitima debeat relinqui filio, titulo institutionis. Ratio, quia iste titulus est honorabilior & plenior.vt l.filium.§.sed porro.ff.de le.prestã.Honorabilior quippe, quia hæres repræsentat personam defuncti, & vtilius est esse hæredem propter ius accrescendi,quod posset habere locum vniuersali hẽrede repudiante,vel ante aditam hæreditatem decedente, quòd non esset filio existente legatario, quia inter succedentes diuerso iure, non habet locum ius accrescendi. Ita Lanfrancus de Oriano in repet. sua solenni super cap. Raynutius. de clera. extra de testamentis.& Anton.ibidem.Quia quanuis filius institutus in certa re,vel quantitate dato vniuersali cohærede habeatur loco legatarij, quantũ ad hoc,vt non possit conueniri à creditoribus hẽreditariis,nec ipse possit conuenire debitores hæreditarios,vt sentit gl.in d. cap.Raynutius.& no. in l.quotiens. de hære. instit.C.Filius tamẽ institutus in re certa, vel quantitate dato cohẽrede vniuersali,habetur loco hæredis,quo ad ius accrescendi,vt videlicet,si fuerat exclusus principalis hẽres.imò plus etiam de iure, si testator vult quòd testamentum eius valeat,exigitur, quòd instituat nepotem in casu quo decederet filius viuo testatore. Bene verum est tamen,quòd vbi testator instituit filium,& ex eo nepotem,non intelligitur vterque hæres eodem tempore, sed ordine successiuo. Et hoc concurrente ordine charitatis, quia auus diligit nepotem contemplatione filij.tex.singularis in l.dedit dotem. de col. dot. ff. secundum eundem Lanfranc. Ordine verò necessitatis, quia, vt dixi, si testator volebat testamentum valere,exigebatur, vt nepotem institueret casu quo decederet filius viuo testatore. Et de hac materia latè per Doct. in d.l.quotiens. de hære. instit. C.& per Ias.& alios scrib.in repe.l. Gallus.de liber.& posthum.ff. credo quòd dicã aliquid in arti.26. vbi facio capellum rosarum in materia successionis. At descriptio iure est communis conclusio, quòd parentes habent necesse relinquere legitimam filiis suis iure institutionis.vnde Bald.in l.omnimodo. Cod. de inoffic.testa.& dicit quòd ista quæstio fuit Tortonæ. Sed ista apud nos hodie sunt parui emolumenti. Sed filio fit iniuria de ciuili iure nostro, si non habeat iure institutionis. l. filium. §. sed & si portio. ff. de legi. præst.& per scriben.in Authentic.nouissima. C.de inoffi.testa.

Institution dheritier na, &c.

¶ Expone sic, vt formalitas institutionis sit sublata,non intendit consue.dicere, quòd filius patri nõ succedat. nam & Deus instituit, quòd aliquis sit hæres vt patet in c. non omnis.3.q.2.& q.4.dicat ibi, eiice ancillam & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ. Sed formalitas institutionis, imò & legitima vel portio illa quæ debetur filio est de iure ciuili, ergo per aliud ius ciuile tolli

se tolli potest. Constat autem statutũ esse partem iuris ciuilis. l. omnes populi. de iustic. & iure. ff. 1. distin. ius ciuile. Ergo nimirũ si institutio per consuetudinem tollatur. Sed de legitima, de qua dictum est, quòd statuto potest in totum absorberi, intellige vbi filius haberet vnde viuere posset. Ita Panorm. in ca. Raynutius. in 4. col. extra, de testa. & sic intellige Cyn. in l. sancimus. C. de nup. & Bartol. in l. Titio centum. §. fi. ff. de condi. & demonstra. dicam latius infra artic. 26. Et aduerte, quòd licet attentari poßit, quòd virtute consuetudinis nostræ sint sublatæ, etiam substitutiones per sublationem institutionum, cùm substitutiones sint secundariæ conditionales institutiones. Saltem non valet pupillaris substitutio sine institutione. l. 1. §. fi. & l. 2. §. quisquis. de vulga. & pupi. substit. ff. Et substitutio in se institutionẽ continet. vt late per scriben. in l. precibus. C. de impub. & aliis substi. & in l. Centurio. de vulga. & pupi. subst. & per cano. in d. cap. Raynutius. cum simi. Imò substitutio est secunda institutio, qua testator sibi prouidet in casu quo hæres adire non vellet, vel non posset, secundum quod amplè firmat Lancfranc. in repe. d. l. Centurio. Attamen arbitrarer per cõsuetudinem nostram dici non debere effectus substitutionis exemplaris esse sublatos. Crederẽ porro filio mente capto, vel furioso, vel etiam prodigo patrẽ exẽplariter substituere posse. Pone per exemplum, pater qui latum habet patrimonium & grande, videt filium prodigum habentem aliquos parentes malæ famæ & conditionis, qui poterant ipso patre ab humanis exempto fallaciosis instigationibus illum filium perditißimum efficere, & prodigaliorem reddere. hoc enim casu non video, cur pater ipse non poßit tali filio exemplariter substituere, cum prouisio illius exemplaris substitutionis sit omnino super humanitate, & illius intuitu. vt l. humanitatis. C. de test. Nec obstat, quòd talis filius, cui exemplari substitutione substituitur, debeat hæres institui ab eo quòd ipsi exhæredato non posset exemplariter substitui, secundum Doct. in d. l. humanitatis, quia respondeo vno verbulo, quòd satis est, & videtur esse institutus tacitè à consuetudine nostra, quæ est loco legis. vt patet in articulo sequente. Sed quid erit de casu, pater in testamento vel supremo iudicio vsus est istis verbis, Relinquo tali filio domum extensilatam, an tunc videatur filius institutus, hoc est quærere, an verbum RELINQVO relatum ad personam quæ de iure communi debet institui, operetur institutionem, & non simplex legatum? & dicendum est, quòd tale verbum institutionem contineat, vt per Bald. in l. quotiens. C. de hæred. instituen. & Panormita. in d. c. Raynutius. in prima col. & videtur textus in d. c. Raynutius. Sed an huic consuetudini renunciari poßit? Pone casum, quem habui de facto. Venustißima domina seignoriæ de Tafouneau, prope Turonum, volebat Ioan. Berruyer scutiferum, vnumq; ex nepotibus suis hæredem instituere. Sed dubitabat an id fieri posset obstante consuetudine. Respond. dubitari non debere, viso quòd alij cohæredes talem institutionẽ consentiebant fieri, & consuetudini, & statuto renunciari potest. l. circa locationes. C. de loc. & conducto, cum simili. Nec dicatur, quòd cõsuetudini negatiuæ renunciari non poßit. vt per Docto. in Rub. ne fideiussores dotium dentur. Cod. quia respondeo quòd negatiua quæ in tex. ponitur, non videtur porrigi prima facie ad personam, nec eam afficere, sed duntaxat ad formalitatem porrigitur, quia tex. non dicit.

Personne ne peut aucun, &c.

¶ Quod si sic dixisset, fuisset affecta ipsa persona, & consequenter institutio quæ est factum illius. Et sic isto casu persona aliquem hæredem instituendo peccasset veniendo contra prohibitionem & legem prohibitiuam superioris, id est principis, de cuius authoritate factæ sunt istæ consuetudinariæ leges. vt in simili notat Bartol. in Authent. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. Sed an valeat secundum consilium Galli, & ne per ignota procedamus, attendendum est, quòd consilium Galli est, vt nepotes nascituri post mortem aui instituantur in casu, in quo futuri essent sui, ne præteriti testamentum rumpant. Pone quòd auus in testamento vsus est consilio Galli, & secundum prouisionẽ Galli posthumum nepotem forte substituit filio, aliter hærede non instituto. quæritur, an talis actus sit à consuetudine, sicut expressa institutio reprobatus? Et certè credo quòd nõ, nam quanuis ipsa consuetudo institutionem prohibuerit, non tamen Galli consilium aboleuit, quia aliud est institutio, aliud Galli consilium, vt patebit ex infra dicendis. Nec per subauditos intellectus debet fieri legum correctio, vt iuribus triuialibus. Secunda quæstio est, nunquid valeat testamentum factum secundum consilium Galli, quando filius non est aliter institutus, & an admittatur substitutus filio non aliter expresse hærede instituto. Bartol. in l. Gallus. in prin. de libe. & posthu. ff. Salice. & Paul. de Castr. tenent quòd sic, licet filius præferatur substituto ex tacita succeßione. text. in l. si quis ita hæred. instit. ff. & l. cum in testamento. & l. si ista stipulatio. ff. de ope. li. Et in isto casu, vt valeat testamentum, sufficit tacita institutio, quæ prouenit ex coniecturata voluntate testatoris, & dicitur satisfactum formæ legis requirentis institutionem, vel exhæredationem. Firmant Imol. Raphael Cu. & Aret. in l. si pater filium. de vulga. & pupi. sub. ff. & l. fin. Cod. de posthu. hære. insti. & etiam l. 4. C. de inoffi. testa. quæ optimè stringit. Bene verum est, quòd in hac secunda quæstione Cyn. Bald. & Ange. firmant oppositum. vt late vide per Moder. in d. l. Gallus. Sed prima oppo-

oppositio nõ est aspernenda. Quæro, quidam liberis carens, & parentibus sibi ab intestato successuris, petita à principe præsertim testandi licentia & obtenta, ecclesiam aut pauperes hæredes instituit, vel cum vnicum filium haberet, ecclesiam, si decederet filius absq; liberis substituit. quæro, an institutio vel substitutio de ecclesia facta, sit per consuetudinem prohibita? Arbitror quòd non, tum quia cõsuetudo ecclesiis grauosa nõ tenet, tum quia in istis testamentis ad pias causas factis solennitates iuris ciuilis non attendimus. Tum quia princeps non potest testamēti factionem tollere. Bald. & Paul. de Castr. in l. 1. C. de sacrosanc. eccles. Tum quia omnes consuetudines cõtra libertates ecclesiasticas factæ, cassæ, & irritæ sunt. Authen. cassa, & irrita, cum sua materia, C. eo. tit. tum quia talis consuetudo non militaret cõtra vtilitatem ecclesiæ, vt not. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. Non obstat quòd consuetudo potuit iniicere vinculum suum subdito, & sic sibi facultatem constitutionis tollere, quia intelligo procedere pro nunc, vbi consuetudinis effectus seu vinculum in ecclesiæ grauamen non tenderet. & quis negare non potest, quin hæc consuetudo sit ipsis ecclesiis grauosa, cap. 1. de consuet. igitur.

II. ARTICLE.

Par ladicte coustume, qui est conforme a la coustume generalle de ce royaulme, le mort saisist le vief, son plus prochain heritier habille a luy succeder, sauf entre nobles, ainsi que cy apres sera declaire.

Saisist le vief, &c.

¶ Grandis est hæc materia, in qua obmissis superfluis, dico mortuos saisire viuos ex potentia & vi suitatis. vt per Barto. & Scrib. in l. illa singularis. in suis de lib. & posthu. in l. emancipata. C. qui ad bo. poss. possunt. & l. si infanti. C. de iure delibe. Aliquid etiam per nonnullos scrib. in l. apud hostes. C. de su. & leg. lib. Et in plusculis aliis iuris nostri partibus. Et ista possessio veraciter loquendo, quam transmittit defunctus in suum hæredem, propter excellentiã & nobilitatem suitatis, non transmittitur in emancipatos filios de iure. Quia in hoc non est sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, secũdum communem Doctorum sententiam. in l. emancipati. C. de col. vbi per Angel. & Modernos. licet Bartol. in l. ventre. de acquiren. hæred. reliquerit cogitandum. & firmat Iaso. in d. l. si fratris. quæ est lex 3. C. de iu. delib. at consuetudo nostra generalius disponit. ideo hæc ista possessio ex hac consuetudine attributa potest meritò dici datiua. Et dicit Ioan. Fab. in §. in summa. Insti. de interdic. q; potest excusari stylus curiæ Franciæ, vbi hæredes se dicunt saisitos, & turbari in possessione, & concludunt in causa nouitatis, quanuis aliter non fuerint realem bonorũ defuncti possessionem adepti. Et dicunt Docto. in l. si sorori. C. de iur. deliber. quòd licet dominium hæreditarium transeat ex sola aditione hereditatis, quæ fit solo animo sine aliqua alia apprehensione: tamen possessio nõ acquiritur, nisi mediante apprehensione. Sed bene verum est, quòd statutum vel consuetudo potest statuere, quòd absque possessionis apprehensione, & absque vlla traditione transferatur possessio. text. in l. raptores. C. de episc. & cle. & ibi Bald. Ponunt cano. in c. ex literis. quod est c. secundum in ordine, extra de consue. & de ista transmissione possessionis sine reali apprehensione vide late Andr. Barba. in repe. Rubric. de causa posse. & propri. quæst. 22. Quæro, stante consuetudine nostra, an propter eam videantur esse sublata remedia adipiscendæ possessionis executiua, vt est interdictum, Quorum bonorum, & remedium legis fi. C. de edic. di. Adria. tol. Dicunt notabiliter Paul. de Castr. & do. Alexand. in d. l. si sorori. quòd ista remedia executiua per hanc possessionem iuris non sunt sublata, sed poterunt intentari pro adipiscenda reali, & actuali possessione. Ita etiã firmant Cy. & Bal. in l. ea lege. C. de condi. ob causam dat. Quod autem diximus hanc possessionem datiuam transmitti in suos hæredes, limito tamē: quia si heres virtute istius consuetudinis vellet intentare remedium recuperandæ possessionis contra realiter possidentem, certe hoc casu male ageret, & succumbere deberet. ita Bald. in Authenti. defuncto. C. ad Tertul. Et ita in specie consuluit Alexand. in cons. 37. & Ias. in d. l. si sorori. Sed in practica semper vidi oppositum seruari per doctrinam Ioan. Fab. suprà relatam. Et etiam videtur istud interdictum, recuperandæ, debere facilius dari in odium spoliatoris. Secũdò limita, quòd actualis possessio per alium apprehensa impedit hanc fictam continuationem possessionis inductam à statuto. Ita Raphael Cu. in l. Pomponius. §. quæsitum. per illum textum. de acquiren. vel amitten. possess. ff. Quod est tenendum menti secundum eundem Iaso. & pro hoc allegat ipse l. cum miles. in princ. in gloss. magna. ex quibus caus. maio. ff. An autem hæres sit saisitus in rebus feudalibus, dixi in præcedentibus, & dixi quòd non. vt per Bald. in c. 1. in vlti. col. an mutus vel imperfectus, &c. in vsibus feudorum, quem videtur sequi Ias. in d. l. si sorori. in fi. C.

Habille a luy succeder.

¶ Hoc ideo est, quia legum beneficia capacibus sunt scripta, non autem odiosis & incapacibus. l. Lucius. § Lucius Titius damnum. de leg. 2. ff. Ideo si naturalis legitimaretur post mortem patris, licet habeat iura legitimorũ, tamen legitimatio non fieret retro. vt inquit Bart. & Doct. in l. Gallus. §. 2. de lib. & posth. ff. ideo dicitur in text.

Habille

Habille a luy succeder.

¶ Et de transmissione hæreditatis est longa disceptatio etiam inter DD. præsertim in hoc passu, qui talis est: An videlicet filius in potestate patris, & suus, hæreditatem patris non aditã ex potentia suitatis transmittat ad quoscunque hæredes. nam gloss. in l. si infanti. C. de iur. deli. videtur tenuisse, quòd nõ: idemque voluit in d. l. si fratris. C. eod. titu. Et sentit in d. l. ventre. de acquiren. hæredi. ff. & hanc opinionem secuti sunt plures Doctor. Scilicet Ricar. & Bartol. & Salice. in l. apud hostes. C. de su. & leg. hæred. Et dicit Fulgos. in d. l. si infanti, in ciuitate Mediolan. ita fuisse iudicatum per collegium Doctorum. Et pro hac parte videtur ineuitabiliter stringere text. in l. cum antiquioribus. C. de iu. deli. Vbi dicitur, quòd filius transmittit hæreditatem non aditam ad suam posteritatem, & sic ad suos descendentes, ergo non ad extraneos. Hinc dicit Pau. de Cast. in d. l. cum antiquioribus, quòd difficile est ad illum text. respondere. Sed COMMVNIS opinio est in oppositũ, vt firmant quasi omnes scriben. in d. l. si infanti. Et per Barto. & Moder. in d. l. ventre. dicens ipse Bartol. quòd ita fuit per collegium Perusinum iudicatum, licet Bald. in d. l. si infanti. dicat hunc nodosum passum indigere imperatoria declaratione. Sed quid sit de cõsuetudine, hic vides, quæ videtur applaudere secundæ opinioni Doctorum. Sed, vt lucidiùs cõsuetudo nostra intelligatur, dic quòd triplex est transmissionis species, & triplici modo potest successio non adita transmitti contra regulam l. vnicæ. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. Prima species transmissionis est illa, quæ fit ratione suitatis. Nam mortuo patre, filius in potestate transmittit hæreditatem non aditam ad quoscunque etiam extraneos. vt per Bartol. & Docto. in d. l. si infanti. C. de iu. delib. & in d. l. ventre. de acquiren. hæred. ff. Et est ratio, quia mortuo patre, filius suus est in potestate absque alia aditione, & ipso iure efficitur hæres, perinde ac si actualiter adiuisset. §. sui. Instit. de hæred. quali & diffe. l. 1. ff. si quis omis. caus. & l. in suis. de libe. & posthu. ff. & hoc nisi filius in vita repudiasset expressè, tunc enim tolleretur suitas. vt per Bartol. in d. l. ventre. & per Iaso. in l. emancipata in 1. colũ. C. qui admit. ad bo. pos. Et licet per istam potentiam suitatis transmittatur ipsa hæreditas eo, quia lex ciuilis facit suum ipso iure hæredem, vt sæpe dictum est: non tamen credas quòd bonorum possessio nõ adita in bonis patris transmittatur ex potentia suitatis, eo quia suitas non potest hoc facere, cum illa requirat agnitionem iudicialem. vt l. si. C eo. tit. qui admit ad bono. poss. & ita firmat Alexã. in d. l. emancipata. C. eod. tit. Sed id verum est in bonorum possessione decretali, quia illa non transmittitur ex vi vel potentia suitatis, vt suprà dictum est. Secus autem in bonorũ possessione edictali, vt hic vides. Et ita videtur tangere Ias. in d. l. emancipata. in 2. col. licet non firmet, tamen, vt vides, id est consuetudine approbatum. Secunda species transmissionis, est illa quæ fit ex beneficio sanguinis. vt l. vnica. de his quæ ante aper. tabul. C. Nam si moriatur aliquis descendens, quisquis sit (hæreditate ascendentis non adita nec repudiata) illam transmittit ad quoscunque descendentes. vt declarat Bart. in d. l. ventre. in pen. col. versi. quintus casus. Et ista species transmissionis se habet cum præcedente, quæ fit ratione suitatis tanquam excedentia & excessa. Nam transmissio ex potentia & vi suitatis, fit ad quoscunque etiam extraneos hæredes. Sed illa quæ beneficio dictæ legis vnicæ solum fit quãtum ad descendentes, sed non extraneos. Ista autẽ alia quæ fit vi suitatis, excedit in hoc: quia illa non habet locum, nisi in hæreditate patris habentis filium in potestate. Ista autem, quæ fit beneficio sanguinis, & d. l. vnicæ habet generaliter locum in hæreditate cuiuscunque ascendentis, & consequenter matris seu lineæ maternæ. Et sic patet, quòd suitas non est illa quæ operatur hanc transmissionem, sed solum sanguinis qualitas. Tertia species trãsmissionis est, quæ fit beneficio l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. videlicet, quando quis sciens hæreditatem alicuius sibi delatam esse infra annum, quem habet ad deliberandum. an velit esse hæres vel ne. nam si iste decedat infra talem annum pendente adhuc deliberatione, transmittit illud ius deliberandi ad quoscunque hæredes infra illum annum tantum. & consequenter transmittit potentiam adeundi. Et ista est transmissio cæteris omnibus plenior, quia habet locum generalissimè in quacunque successione, cuiuscunque, etiam pœnitus extranei, & tam ex testamento quàm ab intestato. Ita pulchrè declarant Doct. in d. l. emancipata. quod est notandum ad intellectum nostræ cõsuetudinis. Sed dices, ad quid valebunt nobis hæc, cũ dixeritis bonorum possessionem etiã non transmitti ex potentia & vi suitatis, nec beneficio iuris, si agnita non fuerit. vt per Alex. in d. l. emancipata. §. 1. qui admit. ad bo. pos. C. Dico, & sic aperio intellectum consuetudinis nostræ, quòd verum esset quòd non transmitteretur in hæredes ipsa bonorũ possessio prout & facti, & sic prout est decretalis, sed trãsmittitur ius & facultas, vel ipsa possessio bonorum, prout est iuris, & sic prout est edictalis. Per quam etiã nobis datur spes consequendæ bonorum possessionis decretalis. Sed bonorũ possessio edictalis quæ datur ipso iure ab edicto prætoris mortui, vel cõsuetudinis, vt in casu nostro, nõ requirit factum extrinsecũ, & sic non mirum, si per cõsuetudinẽ transferatur. Istud collegi ex dictis Doctorum in d. l. emancipata. in §. 1. quæ multum conferunt ad intellectum & substentationem nostræ cõsuetudinis. & per hoc sustinetur doctrina Io. Fa. in d. §. in summa. de interdi. Instit. vbi

Triplex est transmissionis species.

Bonorum possessio, an transferatur ex vi suitatis.

vbi loquitur de stylo Franciæ, cum hæredes intentât interdictum, Vti posſidetis, vt suprà dixi in princi. huius notulæ. Sed quid sit suitas? dicite breuiter, quòd nihil aliud est nisi respectus hæreditatis paternæ, cuius dominium ipso iure continuatur de patre in filiũ, ideo filius dicitur suus, quia etiam viuo patre quodammodo est dominus rerum paternarum. d.l. in suis. ff. de li. & posthu. & §. sed sui. Instit. de hære. quali. & diffe. Et est suitas tantæ nobilitatis, quòd non capit nisi vnum gradum. l. 1. §. sciẽdum. ff. de suis & legiti. & pulchrè do. in l. qui se patris. Cod. vnde libe. Sed pulchrum est dubium, an filius condito testamento transmittat ius petendi supplemẽtum legitimæ. & determinat Salic. in l. scimus. C. de inof. testa. in prin. quòd sic. sequitur & Ias. in d.l. emancipata. in 1. col. vers. eodem modo transmittitur, &c. Et maius dubium est, an filius posſit ex potentia suitatis transmittere ius dicendi nullum testamẽtum ad quoscunque hæredes. & tenuit Bal. in loco admodum solitario, scilicet, in c. sciscitatus. extra, de rescrip. quòd sic allegat ad hoc l. vxoris ab ortu. C. de posthum. hæred. institu. de quo vide Scriben. in d. l. si infanti. C. de iur. delibe. & his suprà scriptis patet, quòd mortui saisiunt viuos, & transmittunt suas hæreditates, ac bonorum posſesſiones edictales, quibus mediantibus toleratur Franciæ stylus, ꝙ ipsi hæredes formant applegiamenta, ac querimonias in casu nouitatis. secundum dic. Ioan. Fab. in d. §. in summa. de interd. Instit. Vel potest dici, quòd ista saisina seu posſesſio sit ciuilisſima. nam posſesſio ciuilisſima est, quando ex dispositione legis vel consuetudinis absque aliquo actu, corporali vero, vel ficto transfertur posſesſio plena. vt est textus celebris in l. raptores. C. de episco. & cle. Bald. in l. fin. in 3. colum. C. eod. tit. & in l. traditionibus. C. de pact. Angel. in l. 1. ff. de distra. pigno. pulchrè Iaso. in l. 1. colum. 18. versi. vltimo. adde quòd vltra dicta Barto. de acquirenda vel amittenda posſesſione. ff.

Suitas quid.

III. ARTICLE.

Entre freres & seurs nobles, ou ceulx qui les represententent, apres le deces de pere & de mere, ayeul ou ayeulle, ou daultres en ligne directe ascendans, a laisne hoyr masle, ou a qui le represente, appartiennent tous les meubles, auſſi les deux pars des choses demourees desdictes succeſsions directes, auecques lauantaige qui est le maistre chastel ou hostel, & la pourprise dicelluy, auecques vne foy & hommaige, si elle y est. Et sinon vng arpent de terre, ou cinq solz de rente, & le chez, qui est deux arpens de terre, enuiron ledit hostel, auquel cheze il pourra faire garenne a connis, si bon luy semble. Et au puisne ou puisnez appartiẽt la tierce partie, mis hors ledit aduantaige.

Et ligne directe, &c.

¶ Quia de collateralibus succesſionibus disponit consuetudo, infra artic. 21. & 24. Et ex isto articulo video primogenitos esse in succesſione directa ascendentium priuilegiatos. Hoc sane fit ad conseruationem domus nobilium, & prærogatiuam gradus primogenituræ, ob quam etiam in veteri testamento erant introductæ ipsis primo natis prærogatiuæ multæ. Et erant tres. Prima prærogatiua erat, quia primogenitus prę aliis in festis sacrificabat, & sacrificia Deo offerebat. Secunda prærogatiua erat, quia ad dextram patris sedebat. Tertia, quia cibos duplicatos recipiebat. pulchrè per gloſſ. 7. quæstione. c. quam periculosum. Et pondera istud dictum, quòd primogenitus sacrificia Deo primo offerebat, quia ex hoc semel respondi, quòd primogenito deferendum erat in præcedentia honoris, præsertim in offerẽdo in parrochia. In sedendo in parte eminentiori, & in procedendo. Nunc quæro an ius primogenituræ posſit vendi? & an huic iuri pacto aliquo posſit renunciari? Breuiter tene quòd sic, ita tenet Ang. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & Iason in l. pactum. C. de collationibus. Et quòd tali iuri posſit renunciari, patet in veteri testamento de Iacobo & Esau. & vide per gl in l. quotiens. ff. de hære. instit. Et redeundo ad verba nostri textus, noli admirari si primogenitus in duabus partibus succedat. nam consuetudo potest disponere de succesſionibus, vt aliqui succedant, alij verò non: vt c. Raynutius, cum ibi traditis. extra. de testa. imo valet cõsuetudo, quòd filius primogenitus succedat in regno, ducatu, vel comitatu, vt per Bartol. in l. cunctos populos, colum. 12. versic. sed posſet quæri. C. de sum. tri. & fid. catho. & Bald. in cap. 1. in princ. Si de feud. controuer. sit inter do. & agna. vas. & in c. primo. de filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto. Et istud inoleuit in Francia, Hispania, & Anglia, & aliis mundi regnis secundum eundem Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iur. delibe. Et quòd ista cõsuetudo, vt scilicet primogenitus succedat, sit valida, vide no. in ca. de alle. feu. & ibi Bal. & per eundẽ Bal. in c. 1. de feudo Marchiæ & Iason in vsi. feudo. in pręludiis suis colum. 31. versi. vltra scribentes. Et latè ac acutè per Pet. Iaco. tit. de succeſſ. reg. Franc. columm. 3. Pulchrum est dubium, si filius effectus est clericus, an perdat ius primogeniturę, & sic, an secundus admittatur. Dic succinctè & resolutiè, quòd sic in regnis & ducatibus. DD. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. extra. & per dictum Pet. Iaco. in d. titu. de succeſſ. reg. Franc. colũ. 2. Non autem in aliis. vt per Ioan. And. in regula sine culpa in suis Mercurialib. de re-

De iuribus primogeniture.

An ius primogeniture posſit vendi.

de regul. iur. libr. 6. Sed consuetudo nostra, quæ benigna est, optimè in his disposuit duas partes primogenito nobili relinquendo, seu assignando ad perpetuam conseruationẽ domus, & nobilitatis, & reliquum bonorum filiis pòst natis assignando ad deuitandam duritiam paupertatis. Et de isto aduantagio, siue annagio, videte Ioan. Fabr. in §. cæterum. Instit. de legi. agnatorum succesʃi. & in §. ex non scripto. de iusti. & iur. Insti. & Ias. in præludiis feud. col. 30. versus finem, versic. istud fallit in his qui viuunt, &c. Et dicit ipse Ioan. Fab. quòd filiæ nõ habent dictum annagium, nisi solum principale & magistrale maneriũ. Et sequitur Bartol. in l. prædiis. § domum. ff. de legat. 3. Et quòd consuetudo quæ etiam minuat filiorum legitimam, sit valida, vide Salice. in Authentic. nouissima. C. de inoffic. testamen. Et dicam late infra arti. 26. eod. tit. vbi plures quæstiunculas attingo, cũ loquor de serto rosarum in materia succesʃionis. Sed quid diceres si essent in succesʃione duo castra æqualia? Respon. quòd illud castrum, in quo defunctus larem fouebat, primogenito dabitur pro aduantagio. Sed si æqualiter in duobus castris defunctus se collocabat? Hoc casu credo, quòd sit in electione primogeniti, per notata per cano. in l. cum nullus, de tempo. ordi. lib. 6. & vide materiam istius articuli, in artic. 25. infra eod. tit. vbi pono latius. Et quæ dicant mobilia bona, de quibus in text. fit mentio Ioan. Fabr. in §. fuerat. col. 8. Instit. de acti. Cyn. in l. hac edictali. §. his. de secund. nupt. C. Francisc. de Areti. & Iaso. in l. cætera. §. si parauerit. in colum. penul. versic. alibi etiam, de legat. 1. ff. late Bartol. de Firmo in suo singul. tracta. de episco. in quarta parte. 51. quæst. 44. Sequitur expositio verborum textualis literæ.

Entre freres & seurs,&c.

¶ Signanter inseritur ista dictio, *nobles*, quia in plebeiis secus: vt art. 2. infra *De successions de gens roturiers*.

En ligne directe.

¶ Non sine causa dicitur *En ligne directe*. Quia de collaterali dicitur infra art. 24.

Ascendans,&c.

¶ Quia si de succesʃione descendentium tractetur, tunc recurrendum est ad arti. 16. & 17. infra tit. *De successions de gens roturiers*. Vel probabilius dicendum erit, quòd tunc staremus iuri communi: cum illi 16. & 17. art. loquantur in plebeiis solum, quia apponũtur in Rubri. plebeiorum.

A laisne hoyr masle.

¶ Per ista verba excluditur filia, quæ nullum habet annagium, nisi principale domicilium, & illa quæ ponuntur infrà, art. 14.

Appartiennent les meubles.

¶ Quorũ appellatione mouentia continẽtur, & de istis in consuetudine vide titulũ specialem infra *Quelles choses sont reputees meubles*. Et ille titulus est istius articuli declaratiuus.

Les deux pars,&c.

¶ Quarum tres totum hæreditatis corpus faciunt.

Le maistre chastel, ou hostel.

¶ Supple cum tormentis ad custodiam castri destinatis. vt per Docto. in l. si quando. C. de bo. vac. Etiam si maior natu talia non lucraretur, tanquam mobilia ex vi consuetudinis. Sed quæro, an istud aduantagium sit aliqualiter de iure diuino? Respond. quòd sic: vt patet Genesis 49. cap. vbi refert Iacob. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio. de isto iure primogenituræ dixi suprà in gloss.

Ius primogenituræ ĩ aduãtagio est etiã de iure diuino. vt Gen. 49.

Vne foy,&c.

¶ Sed quid si sint plura homagia quorum vnum est preciosius, vt quia est vna alta iurisdictio tenta sub homagio, & plures infimæ iurisdictiones, tentę sub homagiis. Nunc maior natu prætendit melius homagium: nec deterius habere debet, sed illud quod est mediæ vtilitatis, quod tamen ipse eligere poterit virtute consuetudinis practicatæ. & pro primo dicto faciunt no. per Doct. in l. qui Lancem. ff. de auro & argen. lega. Idem dico de argento terræ, quod capit homagio deficiente.

IIII. ARTICLE.

Et si au dedans dudict cheze ou circuyt ancien a estang pescherie, moulin bancquier four abam, fuye garenne ou clos de vignes, lesdictes choses demeurent a laisne pour telle valleur quelles seront prisees selon la coustume du pays dont il sera tenu recõpenser ses puisnez de leur tierce partie des choses de la succession.

Estang pescherie, &c.

¶ De stagno, molendino, furno, columbario, garena, & similibus dixi suprà, titul. de iuribus Castellaniæ. Sed de piscatura est aliquid dicendum. & aduertatis: quia fuit processus pendens in sede regia locarum inter nobilem virum Petrum le Berruyer scutiferum actorem in materia nouitatis pro piscatura fluminis Yndriæ. Et nobilem virum Ioãnem Doysson, dominum de Vernollio reum & opponentem. dicebat dictus actor, quòd ipse erat dominus loci & castri sancti Germani, & ad illius causam: vel aliàs habebat ius piscaturæ in locis per eundem in sua querimonia designatis, & quòd erat in quasi posʃesʃione iuris piscandi. Et tamen quòd turbatus fuerat ab ipso domino de Vernollio reo, & exinde formauerat applegiamẽtum, seu querimoniam in casu nouitatis. dictus autem reus opponens se esse illius piscaturæ posʃessorem asserebat. hinc orta est quæstio, & factæ sunt multiplices hinc inde probationes. processu viso dicebã, quòd consultor omnis debet allegare

ad partes ambas in re dubia. §. illud quæsitum est, & ibi adhoc no. illum tex. Doct. de re. di. Insti. Et pro parte dicti rei, dicebam quòd secundum DD. quando aliquod flumen fluit & labitur inter duas ciuitates, tunc tale flumen est commune tanquam locus cõfinens. Ita Pau. de Castr. in consil. 311. & 356. in 9. vol. Sed constabat quòd flumẽ Yndriæ defluebat inter dictas duas iurisdictiones sancti Germani, & de Vernollio, igitur erat commune pro indiuiso propter continuum aquæ motum, not. Pau. in d. consil. ergo, &c. Secundò adducebam illud tritũ, quòd flumina omnia & portus publica sunt, ideoq; ius piscandi cõmune erat in portu, fluminibusq;: vt §. flumina. Insti. de re. diui, facit l. fin. de vsu. ff. Igitur sequebatur quòd dictus nõ poterat illud ius piscaturæ sibi appropriare, nec appropriatũ rependere, & consequenter quòd se non poterat possessorẽ dicere. Pro parte verò dicti nobilis actoris supponebatur l. si quisquam. ff. de diuersis & tempo. præsc. vbi signanter inquit textus. Si quisquam in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem iure vti prohibet. Sed sic est ꝙ indubiè constabat actorem quasi à tempore immemoriali vsum fuisse iure piscãdi & iure prohibendi. igitur, &c. Pro hoc facit glo. singu. in d. §. flumina, super verbo omnib. de re. di. Insti. Et pro hac parte consului. Dicebam tamen quòd vbi flumen esset capax plurium, quòd forte non esset inconueniens, nec repugnaret, quin vterq; dominorum versus suas castellanias iure piscandi vteretur secundum tradita per Doct. in d. § flumina. Faciunt tradita per Bartol. in l. quominus, de flumi. publi. ff. Sed Io. Fab. in d. § flumina, tenet quòd barones non possunt prohibere cæteris piscãtibus, quin piscantur in terris suis. Sicut nec præsides id facere possunt. l. 3. §. plane. quòd vi aut clam, nisi ius consuetudinis in hoc faceret, vide Guid. Pa. q. 524. Tandem in hoc quòd vult articulus noster, quòd filij iuniores, seu post nati teneantur recipere recompensationem à primogenito de his quæ in textu enumerantur. in hoc iste textus videtur esse multum singularis; pro eo quòd de iure quis non cogitur contrahere, vt suprà dixi in titul. *De banc a vin*, in versi. ad id autem quòd dixi, vbi vide. Et quanuis quis contrahere regulariter non teneatur, imò in aliquibus locis, vt est Florentiæ secundum Bald. in l. dudum. C. de contrahen. empt. est consuetudo, quòd quis non posset extra familiam alienare. nimirum ergo si in casu nostro, qui casus est rationabilis, antiquior filius possit iusto pro precio stagnum, piscaturas, molendina, furnum, columbarium, garenam, & clausuram vinearum retinere.

Pour telles valeur, &c.

¶ *Selon la coustume du pays*. Hoc ideo, quia precia rerum non cõstituuntur affectione singulorum, sed communi æstimatione appreciabuntur à personis industriosis, non suspectis à iudice committendis, scientibus cõmunem patriæ æstimationem. vtputa vna buccellata terræ communiter appreciatur valere viginti solidos, si sit ad censum. Vnus solidus rendæ tantundem vnum sextarium frumenti annui redditus decem libras, & sic de singulis.

Et si au dedans dudit cheze, &c.

¶ Sed quid erit, si piscatura sit, partim infra clausuram, vel circuitum antiquum castri, & partim extra illum circuitum? Responde ꝙ adhuc illum habebit maior natu suos fratres de suis partibus recompensando, præsertim vbi maior pars est infra dictum circuitum. & idem intelligo de molendino, furno, & aliis in tex. expressis, ar. l. officium cum sua materia. C. communi diuidundo.

Pour telles valeur quelles, &c.

¶ Quid si appreciatores discordãt? dic quòd fiet licitatio: quia furnum & molendinum commodè diuidi non possunt, nec stagnum, nec garena. Et in ista licitatione dico signanter, quòd si maior natu offerat condignũ precium fratribus suis, quòd non admitteretur extraneus licitator, qui fortè magis esset animosus, & qui vellet offerre maius preciũ, accedant no. per Ang. & Imol. in l. qui Romæ. §. cohæredes de verb. obliga. ff. & in spem Bald. d. l. ad officiũ. Imò vbi maior natu in aliqua quacunque re hæreditaria, quę commodè diuidi non posset, offerret tantum preciũ, quantum alij fratres sui, certè isto casu talis maior est præferendus, eo quòd habet in hæreditate maiorem partem. Et regula est notissima, quòd vbi in licitatione fratres vel consortes sunt pares, tunc præfertur ille qui maiorem portionem habet in re, eo quòd plus iuris in illa videtur habere. ista sunt de mente Bald. in l. sancimus. C. de dona. & refert Iaso. in d. §. quædam, in ver. Et quomodo debet iudex, de actionib. Insti.

Dont il sera tenu, &c.

¶ Intellige si commode, & sine graui iactura, vel magno dispendio talem recompensationem facere potest, alioquin sufficeret si de aliqua alia bona segnioria, vel terra eos recompensaret. Ponamus per exemplum, obiit Meuius qui reliquit filios tres & vnum feudum, in quo duntaxat est domicilium vnum eius furni ad bannum, & vnum stagnum. quæ omnia sunt in parte, vel in toto in aduantagio grandioris natu. Et insuper vna pecia terræ pulchra, & lata quæ laboratur, & quæ est de feudo, per quam terræ peciam solent habitatores castri spaciari: quæ est ante fores castri, & quasi iuxta vestibulum. & nil aliud est in dicta hæreditate. nónne isto casu dices maiorem fratrem audiendum, si velit aliunde dare bonam recompensationem fratrib. iunioribus, vt illa pecia terræ sibi remaneat ne diuisa frustatim fit pluribus inutilis, & forsan causa seminandarum pro futuro litium, & certè dices quòd sic.

V. ARTICLE.

Entre nobles laisne recueille les successions escheues a luy, & a ses puisnez, & est saysi de tous les heritaiges, rentes, & choses immeubles, desquelz est mort saysi le defunct, duquel il est heritier, & les puisnez ont leur tierce partie par la main de laisne, ou qui le represente, lequel la leur doibt bailler quant il en est somme par les puisnez ensemble, ou chascun appart, soit & auant ladicte sommation laisne aura tous les fruictz desdictz heritaiges. Et les autres fruictz escheuz depuis ladicte sommation se departiront entre laisne & les puisnez par les deux pars, & par le tiers mis hors ledit aduantaige.

Et en est saysi, &c.

¶ De ista saysina ad plenum dictum est suprà, eod. titu. art. 2. & licet filius sit de hæreditate saysitus, vt in dicto articulo scriptum est. Tamen iste filius maior natu, nec quisquam alius filiorum potest de spe succeſsionis disponere. ita firmat Bartol. in l. fin. C. de transac. in fin. Et an spes succedendi poſsit donari, vide Bald. consil. 18. libr. 2. Et quanuis post obitum patris filius sit de succeſsione saysitus, tamen non habet tantum priuilegium in vita patris. Imo nec etiam spe dicitur sibi deberi hæreditas. Nam, vt ibidem dicit Bartol. illud dicitur nobis deberi spe, quòd non dependet ex mera voluntate alicuius, sed ex aliquo futuro euentu: & ideo quia hæreditas est obuentura ex mera defuncti volũtate, cum poſsit vsque ad finem de bonis disponere, sequitur quòd illa non debetur nobis spe. Item vt dixit ipse, si hæreditas patris esset nobis debita spe, vt videtur sonare textus in d. l. fin. C. de pac. sequeretur, quòd de illa possemus & nos disponere, cùm quis poſsit disponere de eo quod sibi debetur spe, sicut de eo quod sibi debetur re. l. spem. C. de do. & l. 1. C. de transac. Quod tamen non est verum, cum explorati iuris sit, quem nõ posse disponere de hæreditate viuentis.

Fruictz desdictz heritaiges.

¶ De industrialibus non est dubium. Sed de naturalibus, quos bonæ fidei possessor suos non facit, iustum esset quòd darentur fratribus, Bartol. & Doct. in l. & ex diuerso, de rei vend. sed consuetudo est in contrarium, quia dicitur in textu.

Aura tous les fruictz, &c.

¶ Attamen sufficit, quòd fructus industriales fuerint à solo separati, vt maior natu eos facit suos. Bart. & Doct. ibidem. & Doct. in l. certum. C. de rei vend.

Entre nobles, &c.

¶ Amplia, etiam si in illis succeſsionibus eſsent aliquæ res non mobiles, quia succeſsio comprehendit vniuersaliter omnia.

Desquelz est mort saysi, &c.

¶ Expone *ly* verbum *saysi* actualiter, vel habitudine vel aptitudine etiam, & cum dicitur in text.

Laisne recueille les successions.

¶ Amplia sic, vel eius repræsentans, quia vt dicam in sequentibus, ipse filius repræsentat imaginem patris, & sequitur statim in textu.

VI. ARTICLE.

Si laisne baille a ses puisnez la tierce partie ensemble & auant que lesdictz puisnez ayẽt departy entre eulx leur tierce partie, & lung des puisnez decede sans hoir de sa chair, la portion dudict decede accroist aux aultres puisnez. Mais silz auoient partaige entre eulx leur dicte tierce partie, la portiõ du decede reuient a laisne, ou a quil represente.

Sans hoir de sa chair.

¶ Ecce quòd ista verba important naturalitatem, hinc est, quòd vbi ista verba & similia apponuntur, monasterium quod habetur loco filij, non cõprehenderetur. vt ecce Gaius Sempronium instituit filium, & iniunxit quòd si decederet sine liberis ex sua carne vel corpore procreatis, eius bona deuenirent in Ioannem: certè, si institutus ingrediatur monasterium, licet ipsum monasterium habeatur loco filij, vt per Docto. in Authen. nisi rogati, ad Trebel. C. tamen bona sua non cõpeterent monasterio, propter ista verba naturalitatem importantia, vt per Bald. in l. 1. C. de condi. inser. & Salicet. in d. Authen. nisi rogati Ioan. Andr. & Hostien. in cap. Raynaldus, de testamen. extra. Sed cõtrariam sententiam sequitur Bartol. in consilio, quod incip. Parisiensis quidam, vbi tenet quòd etiam isto casu bona debent deuenire ad monasterium, & non ad substitutum: quod probat pulcherrimis rationibus. Et ibi videas. Sed quid erit, si primogenitus dederit duobus fratribus natu maiorib. legitimas separatas: quia eas debẽt habere per manus eius, & paulò post ipsi natu minores insimul habitarunt, & partagia insimul communiter viuendo tenuerunt, & vnus illorum natu minor viam carnis ingrediatur: ad quem spectare tunc dices eius succeſsionem? Diceres quòd ad illum superstitem, qui natu minor est. per textum cõsuetudinis oppositum posset attentari. Nam, vt dictum est, in articu. præcedenti, natu minores debẽt partagia habere per manum primogeniti: ergo si primogenitus dederit partagia diuisim, sequitur, quòd propter communitatẽ

subsequutam maior iure succedendi priuari non debeat, cùm id iure, vel consuetudine non caueatur. Et hoc vbi natu minores sine aliqua reclamatione diuisim sua partagia acceperunt: Secus autem, vbi natu minores simul à maiore partagia petierint, vt in artic. præcedēti. & ea simul tenuerint, vt hic in isto arti. Sed bene credo, quòd maior potest dare diuisim suis fratribus minoribus, & etiam illis inuitis portiones suas, si bene consuetudinem ponderes.

VII. ARTICLE.

Apres que le puisné ou puisnez auront somme leur aisne, ensemble, ou chascun par soy de leur bailler leur cōtingente & legitime portion. Lesdictz puisnez par ladicte sommation & chascun deulx sont saisiz de leurdicte portion : & se peult appleiger douloir, ou complaindre en cas de nouuellete contre ledict aisne dedās lan & iour de ladicte sommation : pourueu que telle sommation soyt faicte au dedans de trente ans apres le deces de celluy dōt ilz sont heritiers : & sommation faicte par lung desdictz puisnez, tant pour luy que pour les autres puisnez profitera aux autres comme a luy.

De trente ans, &c.

¶ Vide Doct. in l. hæreditatis. C. de peti. hære. & l. penul. in quibus causis cessat long. temp. præscriptio. C. quæ iura faciunt pro consuetudine nostra. Sed quanuis petitio hæreditatis tollatur spacio 30. anno. vt d. l. hęreditatis. & not. in l. licet. C. de iur. delibe. cum omnes actiones isto tempore tollantur. l. sicut. & l. omnes. de præscript. 30. vel 40. anno. C. Esset peculiare scire, an ius adeundi, vel immiscendi tollatur spacio 30. an. Et videtur quòd non, his rationibus. Nam cum motus primi & appetitus sint impediti : quia non sunt in potestate nostra, vt l. cogitationis. ff. de pœnis. Sequitur quòd nec voluntas adeūdi, cùm est solius animi, vt l. si auia. C. de iu. delib. Secundò non posidens, vel quasi non præscribit. l. 3. ff. de vsuc. c. sine possessione, de reg. iur. Sed nullus est qui alterius animū, vel animi motus habitum, vel appetitum possideat, in quo solo consistit aditio, ergo. Tertiò : quia posidenti non currit præscriptio. l. 1. C. cōmunia de vsuc. ergo nec hæredi destinationem animi sui posidenti, in quo consistit sola aditio, vt d. l. si auia. Quartò, istud ius est quædam facultas, sed iura facultatis sunt inpræscriptibilia. l. viam publicam, de via publi. ff. Sed in cōtrarium facit arg. Bal. in d. l. licet. C. de iure deli. vbi arguit dicens præscriptione 30. annorum tolli ius actuale, vt iuribus vulgarib. ergo multo magis potentiale. facit l. si rem. §. omnis. ff. de pig. acti. Ergo sequitur, quod istud ius adeundi, quod est in potentia, tollatur spacio 30. anno. Sed Sali. post patruum suum Richardum de Sali. tenet primam partem, & sequitur primam opinionem, quod tenebis menti. Nunc aduerte: quia licet dicatur in articulo nostro prouiso quòd summatio sit facta infra 30. annos, à die decessus defuncti : & per hoc videatur vlterius filios nō esse admittendos, id intellige verum ex capite liberorum : quia ex tali temporis tractu extenduntur ex capite liberorum. sed bene poterunt adire ex capite legitimorum, ita Bal. in d. l. licet, quāuis Sali. ibidem non firmet. Sed tene quæ dixi, vt scilicet admittantur ex capite legitimorum etiā post triginta annos, si tamen veniāt infra legum tempora. Et in articulo nostro est quædam mira res, scilicet, vt filij natu minores possint possessorium pro hæreditaria portione intentare vsque ad triginta annos, si infra tale tempus fiat summatio maiori & seniori. Et dummodo infra dictum annum intentetur possessorium, vel querimonia in casu nouitatis à die dictæ summationis.

VIII. ARTICLE.

Laisne noble pour le droict de aisnesse, & auātaige qui prent plus que ses puisnez. A la charge de faire les foy & hommaiges des choses hōmagees, & garētir en franc paraige soubz son hommaige a ses puisnez leur tierce partie franche de tout debuoir feodal deu pour raison de lhommaige, en retenant a soy les deux pars du fief durant le paraige lequel dure iusques a ce que la lignee yssue desditz aisne & puisne, se puisse prendre par mariage qui est de quart a quin, en degre de lignaige.

A la charge de faire les foy, &c.

¶ Sed quare non omnes filij fidelitatē iurant? videtur enim quod omnes homagium & fidelitates facere debeant : quia cum plures personæ loco vnius succedant, omnes pro singulari persona sunt accipiendi. l. cum fundus, de cōdi. & demonstr. ff. & l. si quis. C. de secūdis nup. & de hoc est tex. in §. omnes filij, si de feudo cōtro. fit inter do. & agn. vasal. ca. si de feudo. Et hoc maximè, si indiuisum feudū teneant. Sed pulchrum dubium est, quid è contra, an vasallus teneatur iurare omnibus hæredibus domini? Et videtur, quòd non: vt bellissimè insit gl. in d. §. omnes, à principio quādo vasallus recipit feudū, non fuit expressum, quod omnibus dominis iuraret. ergo non verbū prę rogandum, quia à tenore verborū in contractu appositorum non est recedendum, nisi euidenter aliud appareat. l. non aliter. ff. de leg. 3. Secundò probatur : quia, si vasallus deberet

Vasallus nō tenetur omnibus domini hæredibus iurare

debere omnibus hęredibus iurare, posset deueniri ad infinitatem. Sed sic est, quòd infinitas est euitanda. l. qui bona. §. vlt. de dam. inf. ff. l. à diuo Pio. de re iud. l. prima. quando dies legati ce. l. boues. §. nuptiarum. de verb. sign. ff. l. eum qui Calendis, de verborum obliga. & l. vt inter diuinum. C. de sacrosanct. eccle. Tertiò probatur: quia fauorabiliores sunt rei quàm actores. l. Arrianus. de acti. & obl. ff. ca. ex literis. de probationibus. Quartò: quia isti hæredes domini non essent contrarium postulaturi eius quod petunt: ergo non sunt audiendi. l. qui bona. §. si quis. de dam. inf. ff. & l. pen. C. de solutioni.

¶ Quintò: quia obligatio, non debet immutari ex persona successorum. l. 2. de verb. oblig. ff. l. 2. §. 1. de præt. stip.

¶ Sextò, personalis obligatio non debet in alios extendi. ar. l. qui ab eo. de emp. & vend. ff.

Qui cū vno contraxit, non debet ī plures aduersarios distingui.

¶ Septimò, qui cum vno contraxit, non debet in plures aduersarios distingui. l. prima. §. vlti. de exerci. acti. ff. Sed pro parte hæredum domini scilicet, quòd illis omnibus debeat iurari, facit: quia vasallus iurauit domino fidelitatem: & si non fuerit dictum suis hæredibus: tamen adhuc suis hæredibus iurasse intelligitur: quia pactum non fuit personale: pro hoc l. iurisgentium. §. vtrum. ff. de pact. & l. tale pactum. de pign. act. ff. Si ergo transit ad hęredes, transit ad omnes. ar. l. seruitus. de serui. vrb. præd. ff. Secūdò ius vasallorum est indiuiduum, vel esse debet ad instar libertorum, quorum ius est indiuiduum, vt l. Carmelia Pia. ff. de iur. pat. Et ea quæ indiuidua sunt, debentur hęredibus in solidū. l. si vnus. ff. de serui. vrb. præd. ergo, &c. Tertiò facit à simili, quòd vsufructuarius pluribus dominis satisdare debet l. cuius. de vsufruct. ff. ergo, &c. Sed hodie istud expeditum est per §. præterea ducatus, de prohibita feudi alienatione per Fredericū, in cap. imperialem, vbi resolutiuè dicitur, quòd pro vno feudo quis plures dominos habere non compellatur. Pulchrum est dubium: stante hac conclusione, quòd quis pro vno feudo plures dominos habere non compellatur, cui dabitur electio vtrum ipsis dominis, an vasallis. & videtur quòd vasallis dari debeat, scilicet, vt eligant quem voluerint ex dominis. ar. ff. de iure do. l. plerunque. §. vlti. istæ sunt pulchræ traditiones glossarum, in d. §. omnes filij, si de feud. controuersia sit inter dominum & agna. vasal.

Pro vno feudo quis plures dominos habere nō cōpellitur.

Garantir de debuoir.

¶ Vtputa: quia debetur domino vnus falco, vel vnum sertum rosarum cum homagio: & sic de similib. Sed quid de ecclesia dicemus: vtrum fidelitatem iurare teneatur? Respon. Bald. in prælud. feud. in vltima diuisi. feud. versiculo, Sed dubitari potest, quòd in quodam libro reperitur tale capitulum de negocio, super quo nos consulere voluisti tibi secundum vsum curiæ & illius feudi. Breuiter respondemus quatenus pro feudo, quòd ab aliquo per ecclesiam retinetur, nulla fit fidelitas facienda: quod verum dicit ipse Bal. fore nomine ecclesiæ: sed bene debet fieri fidelitas nomine prælati. Sed an propter feloniā ecclesia feudo priuari possit? Respond. Bald. ibidem, quòd pro felonia delicti: non quia delictum administratoris ecclesiæ nocere nō debet, no. in lege iubemus. C. de sacrosan. eccle. Sed felonia contractus ecclesiæ noceret secundum ipsum, vbi prælatus cum Capitulo in talem feloniam inciderent: Secus si solus prælatus in feloniam incideret, seu feloniam committeret. ar. no. in cap. primo. de cap. Corr. §. & iterum. Vtputa: quia Prælatus & Capitulum veniunt contra legem contractus & contra hominem, scilicet dominū, à quo tale feudum dependet. Nam & consuetudines feudorum in decisione causarū feudalium, non solum in foro contradictorio: sed etiā in conscientioso foro seruandæ sunt, non nisi essent in periculum animarum: quia lex ciuilis legis diuinæ pars est, no. extra, ne cleri. vel monach. ca. super specula. Et idem Bald. in prælud. feud. in secunda colum. versic. & ideo in decisione. Sed quid de fratre maiore, qui tenetur ad homagia: & ipse negauit feudum domino, vel feudi qualitatem: an noceat aliis fratribus? Respond. non, sicut dicimus cum vasallus negat feudi partem, quia tantum illa parte feudi negata priuari debet. Nam dolus & pœna diuisionem patiuntur. ar. l. Paul. & l. rescriptum. de his quibus vt indig. ff. quia dolus & pœna sunt proportionabilia, secundum Bald. in titu. si de feu. controuer. sit inter do. & agna. vas. versicu. quære. dicitur hic. Item, quia secundum ipsum in negante exigitur dolus, vel lata culpa. Sed alij fratres non negantes, non possunt dici in culpa, vel dolo. igitur & ipsi alieno non debēt prægrauari odio. l. si quis in suo testamento. §. legis autem veteris. C. de inoffic. testamen. Sed vtrùm frater maior qui negauit, vel alius vasallus: non refert, posit pœnitere? Bona est quæstio: quia quotidie vides in praxi, quòd dando declarationes & aduocamenta, vasalli protestantur se corrigere. Pone ergo quod vasallus negauit sine protestatione, an possit pœnitere? Dicit Bald. ibidem, quòd sic: donec cōuincatur de mendacio, per l. eum qui. de iureiurand. ff. Et nota. in l. si rem, quam de euicti. ff. & l. rem non nouam. in fine. C. de iud. Sed vide Salic. in l. contra negantem. C. ad leg. Aqui. Sed vtrum vasallus possit petere terminum ad deliberandū super recognitione feudi? Dicit ipse Bald. ibidem, quòd sic, vt nota. in l. qui interrogatur. & l. iusiurandum. & ad pecunias. de iureiurand. ff. Quod admitterem ego, vbi esset quæstio de feudo paterno, vel antiquo: secus vbi esset quæstio de feudo in personam conuenti vasalli nouiter radicati, quia tunc faciunt suum negare non posset. Aduerte quia dicitur in textu, quòd filius natu maior habet annagium: & facit pro aliis homagium: id intellige verum, vbi

Propter feloniam feudo non priuatur ecclesia.

Dolus & pœna diuisionem patiuntur.

An negans possit pœnitere et vsq; ad quod tēpus.

Vasallus an possit ad deliberādum terminū petere super recognitione feudi.

vbi iste maior est habilis. Nam si esset demens à natura, & vitium dementiæ esset naturale & perpetuum: tunc enim secundogenitus haberet annagium: & faceret homagium, quia consuetudo intelligenda est de eo, qui naturaliter nascitur habilis: sed vbi ex accidenti effectus fuisset demens, tunc quia in persona sua à principio habili radicatũ est ius primogenituræ, esset sibi dandus curator, & argument. c. grandi, de suppl. negli. præ. in sexto. ita Bald. in titu. de succesßione feud. in princ, versicu. quæro si consuetudo.

De Vasallo demente.

IX. ARTICLE.

Le puisne en labsence, ou negligence de son aisne peult faire les foys & hommaiges des droictz & choses de leur succession a eulx escheues, les quarante iours passez. Et si ledict aisne est absent pour cause necessaire, icelluy aisne retourne & receu esdictz foys & hommaige ledict puisne sera tenu de luy rendre compte & reliqua desdictes choses, & non autrement.

¶ Sequitur in textu.

Absent pour cause necessaire, icelluy aisne, &c.

¶ Puta reipublicæ causa, vel aliàs huiusmodi. Si autem esset absens causa probabili, puta studiorum, vel causa voluntaria, tunc minor natu suam propter diligentiam lucraretur, seu faceret fructus suos. Hic ergo vides, quo pacto necessaria causa absens priuilegiatur: alia autem absentium reipublicæ causa priuilegia, vide per scribentes in l. secunda. & l. si Valerianus. de restitut. mili. C. Et pulchrè in l. quod tempore, vbi optimè dicitur, quòd etiam absens reipublicæ causa restituitur aduersus præscriptionem principiatam & finitam in præsentia sua, dummodo non mediatam, & tempus medium absentiæ subducitur: quo subducto, rem vendicare potest: & debet restitutionem petere infra annum vtilem, à tempore completæ præscriptionis inchoandum. Sed quæro. Pone quòd cuidam domicellæ delatum est feudum: ipsa verò secuta est virum militantem, an vtetur isto priuilegio, vel priuilegio consuetudinis? Pet. tenuit quòd non, nisi maritus esset diu abfuturus: quia isto casu secundum Petrum vsa fuisset priuilegio: aliàs si medio tempore esset abfuturus, dicit priuilegia cessare, vt ff. de offi. procon l. obseruare. §. proficisci. Sed Salic. in l. prima. de vxo. mili. & eo, qui reipub. caus. abs. tenet mulierem virum militantem, vel reipublicæ causa absentem, viri sui priuilegio vsuram, per dict. leg. primam. quæ indistinctè loquitur: nec vxor potest dici in culpa si virum secuta fuerit: quia ex voto tenetur virum sequi & participem infortuniorũ suorum esse. l. si cum dotem. §. si maritus, solu. matrimo. ff. Item, quia marito permittitur secum vxorem ducere: licet cautius faciat quandoque se abstinere, vt d. §. proficisci. Mihi autem videtur, quòd hæc opinio sit verior, non tamen est consulendum militare volentibus, & diu abfuturis vxores secum ducere: quia vxor est vitæ cõtemplatiuæ, ac militiæ cœlestis impeditiua: adeo vt non liceat homini ad regna cœlestia tendenti accipere vxorem, vt per glossam & Doctores in cap. I. extra, de summa trinita. & fide catholica. Sic vxor est vitæ bellicosæ & militiæ terrestris deuiatiua: vt patet ad sensum. Nam vir miles repentino in conflictu vario curarum æstu teneretur ob vxoris impedimentum. Non nego tamen virũ diutius in bellis abfuturum honestè secum vxorem ducere posse. Nam & id pium, & opportunum est ad euitandam, præsertim impudicarum mulierum cohortem. Sed an vxor virum in remotis partibus sequi teneatur? Bona est quæstio, in qua sic dico: Aut quando mulier contraxit, maritus habitabat in remotis, & tenetur sequi maritum. arg. l. exigere. ff. de iudi. Ratio est: quia sic à principio videtur conuenisse cum eo, aut quando contraxit cum viro, erant ambo eiusdem fori: sed postea maritus mutauit forũ, vel aliter se absentauit, & aut vadit quasi coerrando, vt vel errans & vagabundus: & non tenetur sequi virum: licet prius vagabundus fuerit, quia vagari est vitium. l. qui sit fugitiuus. §. erronem. de ædili. edic. ff. Sequi autem vitia viri vxor non tenetur: quinimmo vir potius videtur vxorem accipiendo conuenire de non vagando. Aut non se absentat, vt vagabundus: sed officium suum est tale: quia fortaßis est hystrio, qui modò istas, modò illas sequitur magnatum curias: & tunc, vt dicit Cyn. in l. liberte. Cod. de operis liberto. quòd si tempore, quo matrimonium contraxit, erat vir eiusdem conditionis, quòd tenetur eum sequi, argum. l. plenum. §. equitij. de vsu & habita. ff. quod est verum, si artem illam etiam mulier exercet: quia tunc sic conuenisse videtur. Aliàs ipsa conuenisse videtur de non conquerendo de viri absentia. Et etiam maritus conuenire videtur de conseruanda ea in sua residentia, & honestate congrua, arg. d. §. equitij, secũdum eundum Salicet. in dict. l. prima, de vxo. mili. Aut maritus mutat forum alibi faciendo domicilium: & tenetur tunc sequi virum necesßitate, vel vtilitate compellentibus. Necesßitate, quia forte vir est confinatus. Vtilitate vero, quia vir ad maiora est vocatus: quia vxor debet esse consors commodorum & incommodorum viri, aut mariti sui l. cum dotem. §. si maritus versus finem, solu. ma. ff. Iuncto q̃d ipsa est socia diuinæ & humanæ vitæ. l. de ri. nupt. l. aduersus. C. de crimine expi. hæred. cum simili. Et hoc quando locus domicilij esset sibi honestus, & pudicitiæ non incongruus, secundum ipsum Salycet. Sed quid de fami-

Mulier ex voto virũ sequi tenetur.

Vxor est in fortuniorũ viri sui particeps.

An vxor virũ vagabundum se qui tenea tur.

Mulier est commodorum et incommodorum mariti consors.

Familiares necessarij Vtuntur consuetudinis priuilegio.

familiaribus absentium causa necessaria? an vtuntur priuilegio consuetudinis? Pone famulum nobilem alicuius militis existentis in perlio vltra mõtes pro republicę tuitione teneri ad homagium ipso absente & seruiente, seu famulante, frater eius minor natu homagium fecit: reuertitur famulus, an tunc vtatur nostræ consuetudinis priuilegio, quæ solum absentes reipublicæ fouet ac amplectitur? Hoc est quęrere generaliùs, an priuilegia reipub. causa absentibus concessa competant familiaribus? Videtur quòd non, cum sponte se absentauerint. ergo, &c. l. fi. de in integ. rest. ff. facit l. scriminarios. C. de testam. mili. Sed Doct. sic distinguunt, aut sunt familiares necessarij attenta domini dignitate, tunc illis priuilegiis gaudent, ar. l. secunda, de episc. & cleric. aliàs non. Ergo conclusiuè dicas, quòd absentes causa necessaria, vt milites ambasiatores & similes lætantur nostræ consuetudinis priuilegio, dummodo nõ affectatè & data opera fuerint absentes: quia tunc non illa gauderent. l. qui data. ex quibus causis maio, ff. & l. penult. C. quomodo & quando iud. Et aduerte, quòd ille qui in officio modici valoris absens est causa republicæ, præsumitur affectatè & etiam data opera abesse, tex. in l. Spadonem, de excu. tu. ff. & Ludo. Rom. in not.

Ambasiatores sunt absentes causa reipublica.

X. ARTICLE.

Et si laisne baille a son puisne ou puisnez pour leur tierce partie, lieu ou fief entier, dont comme dicelluy soyt deu foy & hommaige, le puisne ou puisnez, ou lung deulx, pourront faire l'hommaige au seigneur, a qui il sera deu.

Sequitur in textu.

Pourront faire l'hommaige,&c.

¶ Signanter dicitur in textu *Pourront*. Quia præcisè per consuetudinem non necesitantur: quia verbum POTEST, non importat necesitatem. l. sæpe audiui Cæsarem. ff. de offi. præsi. Et sic etiam intellige simile verbum quod ponitur infrà artic. 13. nam maior natu homagia facere tenetur, etiam in casu articuli nostri, puta etiam si dederit fratribus feudum integrum. Et hoc si dominus contentatur de eo. Alioquin potest dominus homagij fidelitatem à minoribus, seu iunioribus, fratribus exigere: quia illi sunt, ad quos feudum spectat, & quos propter feloniã potest feudo priuare, non maiorem natu, qui iam nihil ab eo tenet in feudum. Sed vidi practicari quòd maior natu non posit compelli facere homagium pro feudo integro iuniorib. asignato, & sic expone ly verbum. *Pourront*, id est, debent. Nam, vt nonnulli Doctores dicunt, cum verbum, Potest, profertur à lege pro debet, exponendum est absurditatis euitandę gratia. not. in l. prima. de iurisdict. omnium iudicum. ff. & in dict. l. sæpe audiui Cæsarem. de offic. præsid. ff. Et ista secunda opi. est humanior.

XI. ARTICLE.

Et sil aduenoit que ledit aisne mourust sans hoir de sa chair, laisne des puisnez cõme ainsi prendra les deux pars de la succession de son frere aisne. Et laduantaige dont dessus est touche. Et le tiers dicelle succession mis hors ledict auantaige demourra aux puisnez, & seront tenuz lesdictz puisnez sommer ledict aisne de leur bailler partaige par la maniere que dit est dessus.

Et sil aduenoit que ledit aisne, &c.

¶ Supple, sine hærede legitimo. licet de consuetudine nostra, cui standum est, succedatur, vt in textu nostro dicitur. Attamen de iure feudorum aliter succederetur, vt vides per no. in titu. de succesione feudi. Sed quid esset, si feudum esset indiuisibile, seu indiuiduum, vt est ius piscandi: quod est indiuiduum in partes certas ratione loci & quotæ: vel in iure pedagij quod minores filij tenebant pro partagio. dic quod erit iustum, quòd iste qui est effectus maior, recompenset fratres alios de commoditate istius rei feudalis: vt totum retineat. no. per Bald. in titu. de duobus fratribus. de no. feud. inuesti. in prin. De feudo indiuiduo.

XII. ARTICLE.

Et au regard des debtes personnelles, si laisne a prins les meubles du decede, les creanciers se pourront adresser pour le tout audit asne: & audit cas sera tenu payer lesdictes debtes, par ce que par la coustume les meubles suyuent les debtes personnelles. Et si la femme du noble decede auoit prins les meubles, ledit aisne ainsi cõuenu par lesdictz creanciers pour lesdictes debtes personnelles aura son recors a lencontre de ladicte femme dicelluy noble.

Apres les meubles du decede,&c.

¶ Aduerte tamen quòd mobilium appellatione non veniunt iura & actiones: quia ab eis specificè differunt. Quod apparet, quia illa dicuntur esse eadem specie: quæ dicuntur eadem in substantia & materia, & eorundem effectuum productione, vt per Dyn. in c. fine possesione. de regulis iur. in lib. 6. Sed actiones & iura differunt à bonis mobilibus, & etiam immobilibus substantia, natura, & effectuum productione. Ergo sunt pœnitus diuersa: ergo non cõprehenduntur sub mobilium bonorum dispositione. Quod autẽ sub

Iura & actiones mobilium vel immobiliũ appellatione non continentur.

stantia differant, probatur. Nam mobilium & immobilium bonorum substantia visibilis est corporea. Iurium verò inuisibilis & incorporea. Item mobilia triennio, immobilia longo tempore perduntur. Sed actiones personales regulariter sunt perpetuæ. l. secunda. C. de constit. pec. l. si quis emptionis. de præscript. 30. vel 40. annor. Concluditur ergo quòd appellatione mobilium non veniunt iura & actiones, de quo per Bartol. in l. mouentium. de verbo. signi. & per Bart. in l. si arrogator. de adopt. ff. & per eundem Bart. in consi. incipiente, Gellius Petri de Florentia. Stant ergo iura & actiones in suo genere per se. l. à Diuo Pio. §. in venditione. de re iudic. ff. l. quam Tuberonis. § pen. ff. de pecu. & Bartol. in l. I. C. si aduersus transactionem. Et de hoc scripsi in titu. *Des choses qui sont reputees meubles*. arti. fin.

Pource que les meubles, &c.

¶ Congruentius dixisset econuerso, scilicet quòd debita personalia insequuntur bona mobilia.

Et audit cas sera tenu, &c.

¶ Non intelligas ista præcisè, aut Iudaicè, vt ita loquar, quòd maior natu qui capit mobilia, teneatur ad debita personalia exsoluenda pro integro, si sub beneficio Inuentarij hæreditatem adierit. Nam facto Inuentario, quicquid dicat consuetudo, non teneretur vltra vires hæreditarias. Sed vteretur legum beneficio, de quo mentionem aliquantisper feci suprà titulo tertio. Cum consuetudo recipiat interpretationem declaratiuam. Et licet verba consuetudinum sint propriè intelligenda. c. in nostra. & ibi Innoc. de iniuriis. & l. 3. §. hæc autem verba. & ibi Barto. ff. de nego. gest. tamen recipiunt intellectum à regulis iuris communis. cap. cum dilectus. de consuetu. & l. si serui. C. de noxa. actio. & per Iason in l. non dubium. columna sexta, C. de leg. Nec est dicendum Consuetudinis conditores vnico isto verbulo voluisse talem & tam preclaram legum prouisionem tollere, ar. l. si quando. C. de inoffi. testa. Quod autem insuper dicitur in textu, Filium maioré percipientem defuncti mobilia teneri ac astringi ad debita personalia persoluenda, intellige siue oriantur ex contractu, vel quasi: aut maleficio, vel quasi. l. I. in princ. de act. & obliga. ff. & Institu. in fin. eod. titu. Si autem essent intentandæ aliquæ actiones personales: sed in rem scriptæ, vt actio ad exhibendum, actio noxalis ex delicto, actio quòd metus causa & interdicta, & alię actiones in rem scriptæ, de quibus per glos. magistralem in l. 3. §. est autem personalis ad exhibendum. ff. tunc in istis non teneretur maior natu solus respondere. Sed sequendi essent possessores, vt etiam plenè per Doctor. in l. I. & in conti. Rub. si cert. peta. ff. Et generaliter dico, quòd maior natu tenetur in personalibus, quod est, vbicunque ius reperitur in sola obligatione. Sed vbi ius reperitur sine obligatione, illud esset actio realis, & sequeretur possessorem. l. in rem. l. officium. & l. qui petitorio, de rei vend. ff. l. I. de alie. iud. mut. cau. facta. C. c. examinata. de iudi. exe. & Doct. in d. conti. Rubri. si cert. peta. ff.

Consuetudo recipit declarationem interpretatiuã & declaratiuam.

XIII. ARTICLE.

Laisne doibt faire partaige a ses puisnez. Et filz ne sont contens de la tierce partie que laisne leur baille par partaige: Les puisnez (mys hors le droict de ayneesse de deux tiers de laisne) sont tenuz faire deux portiõs, desquelles laisne en prendra lune auecques la tierce partie quil auoit baillee a ses puisnez. Et lautre portiõ demourra audictz puisnez.

¶ Pondera hunc articulum: in illo gustabis optimum consilium. Nam filij minores natu possunt aduersus maiorem retorquere fraudes, quas ipse in diuisione percunctatus fuisset. Et in eo quòd consuetudo nostra dicit, maiorem natu debere hæreditatem diuidere, vt patet in primis verbis nostri articul. id videtur esse secundum authoritatem sanctissimi Augustini colendissimiq; dicentis, quòd in diuisionibus bonorum maior frater debet facere diuisionem, & minor eligere. Et fulcitur authoritate veteris Testamenti, vbi legitur, ita factam fuisse diuisionem inter Abraham & Loth. facit text. in cap. I. de parroch. Et quòd frater maior debeat diuidere, & minor eligere, firmat Bald. in l. suus quoque. de hæred. instit. & Nicola. de Neapolit. in l. 2. quando & quibus debe. quarta pars in bo. decu. lib. 10. Et per Floria. in l. arbiter. ff. communi diuidundo. & Hostien. & Ioan. And. in d. c. I. de parroch. licet contrariam sententiam secuti fuerint Bart. & Ang. de Perus. in l. I. C. de his qui se deferunt. libr. 10. Bald. in l. si maior. C. communi diuidun. & in l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. & Ioan. de Imol. in d. l. si suus quoque. de hęre. insti. Licet Ias. in l. I. si cert. petat. ff. nihil in hoc firmet. Attamen libentissimè sum primæ opinioni attentus beati Augustini authoritate memorata, & attento quod eius dicta authoritas est authoritate veteris testamenti fulcita. Inde insurgit doctrina glossæ dicentis in c. de libellis. 20. distin. quòd dictum alicuius sancti fulcitum authoritate veteris, vel noui Testamenti præfertur in decisionibus causarum cuicunque authoritati, etiam Papali vel Imperatoriæ. Faciunt tradita per Docto. in c. ne innitaris prudentiæ. extra, de consti. ergo idem in proposito. Et ad id tenui fratrem maiorem debere diuidere, & minorem eligere. Intellige sanè de fratre maiore administratore, id est, qui diu administrauit bona. Nam is est qui melius nouit hæreditatis valores. & ita intelligunt Hostien. & Ioan. And. in d. ca. de parroch.

Diuidere frater maior tenetur & minor eligere.

De authoritate seu excellentia dictorum à sanctis.

Qui dicatur maior natu in hoc proposito.

XIII. Ar-

XIIII. ARTICLE.

Et quant les successions directes ou collateralles qui procedent du chief des nobles escheent a nobles filles, laisnee viendra a saysine des choses nobles, & les tiendra & possedera, fera les foy & hommages a la conseruation delle, & de ses seurs puysnees, ou daultres ses coheritiers. Et fera les fruictz siens iusques a la sommation deuement faicte par ses puisnees. & depuis ladicte sommation deuement faicte, succedent par teste, fors que laisne aura le maistre hostel & hebergemẽt: & le cheze par aduantaige par la forme & maniere dessus declairee que prẽt laisne masle par aduantaige sur ses puisnez, & les partaiges faictz laisnee garantira en paraige a ses puisnees leurs portions sur la foy & hommage durant le paraige, pareillement que a faict laisne masle a ses puisnez, sil nya fief entier qui eschee en partaige des puisnez: ou quel cas celles qui auront fief entier, ou lune de icelles pourront faire les hõmages aux seigneurs ausquelz ilz sont deubz, ainsi & en la maniere que dict est deuant.

Qui procedent du chef,&c.

¶ Quia secus, si non ex capite nobilium procederent. Nam tunc esset obseruandum ius commune. de quo in Authen. in successione. C. de suis & legitimis hæred. & l. inter filios. C. famil. her. & Authen defuncto. C ad Tertul. Et nimirum quia casus obmissus relinquitur dispositioni iuris communis, l. commodissime. de lib. & posthu. ff. l. si extraneus. ff. de condi. caus. dat. cau. non secu. cum simi. Et successiones sunt de iure dilatandæ. § fin. Instit. de succes. cog. & in §. quos autẽ. de bo. poss. & per Sali. in Auth. in successione. Hinc est quòd hodie sublata est differentia agnationis & cognationis. Et gradus cognatorum reductus est ad gradum agnatorum, vt sit successio vsq; ad decimũ gradum, licet in cognatis olim esset vsq; ad septimum, vt ibidem dicunt gl. & Doct. Idem dicerem, vbi tales successiones deuoluerentur filiabus, quarũ vna esset ignobilis, & aliæ nobiles essent: vt quia mater plebeia nupserit in primis nuptiis viro plebeio, ex quo susceperit filiam, deinceps nupserit viro nobili, ex quo susceperit tres filias: deinde matre moriente, & nobili effecta propter mariti sui fulgorem, tunc eius successio diuideretur in capita, licet mater tempore mortis esset effecta accidentaliter nobilis per virum nobilem, cui nupserat, & ita vide in art. 20. infrà tit. sequen.

Successio vsq; ad 10. gradum.

Vient a saysine, &c.

¶ Intellige, si velit esse hæres. non enim irrepudiabiliter cogitur hæreditatem adire: sed aditam vel adeundam transmittet illam ad hæredes suos, si antequam adeat, decesserit, & hoc præsertim ex potentia & vi suitatis, vel saltem quasi suitatis: vt per Docto. in l. apud hostes. C. de suis & legi. hære.

A saysine des choses nobles.

¶ Signanter dicitur, *choses nobles*: vt sic excludantur res non nobiles quæ æqualiter diuiduntur sine spe prælationis vel annagij.

Fera les foy & hommaige.

¶ Hoc ideo, quia de consuetudine regni filia succedit in feudo: licet secus de iure feudorum. c. 1. in §. hoc autem notandum, qui feudum da. pos. & in c. 1. de feu. fœmi. in vsibus feud. Si tamen filia tunc est vxorata, tunc maritus pro vxore fidelitatem iurabit. nõ enim congruum est filiam nuptam, fortè formosam absque sui mariti præsentia castrum potentis domini intrare, vt fidelitatem iuret, ne fortè pudoris immemor dominus, sed egregia forma captus illi insidietur, cum nihil sit amoris furore vehementius. l. 1. C. de senatusconsul. Clau. tollen. facilè enim illa à paucis comitata intra fortalicium, domum, labem pudoris pateretur, nam

Ille locus casti damna pudoris habet.

Vel fortè dicendum est non inconuenienter, vt illa præsente marito iuret, ipso autem notoriè absente iurabit: nec exigitur mariti authoritas cum quæstio sit de feudo quod beneficium est: vt in Rubri. de milite vasal. qui curi. ven. Et sic non ita strictè mariti exigitur authoritas, ar. not. in gloss. in c. si annum, de re iudi. in 6. vbi tenet gloss. filium pro beneficio posse absq; patris assensu consistere in iudicio. Et de hac materia scripsi suprà, titulo *Comment hommaige se doibt offrir a son seigneur.* art. 1. in fin. glo. in versi. Nunc quodam nouo ritu adhuc dicamus, &c.

Ou daultres ses coheritiers.

¶ Siue illi sint masculi, siue fœminæ, & sic intellige, & amplia text. nam etiam filia antiquior habebit saysinam, licet soror sua iunior iam defuncta reliquerit filium sibi successurum. nam ille filius licet masculus solum repræsentat imaginem matris. vt per Bald. & Sali. in l. maximum vitium, C. de libe. præ. & dixi infrà eo. tit. art. 26. in fi. versi. tertio quæro. videtur q; consuetudine, &c.

Et fera les fruictz siens, &c.

¶ Intelligo siue fructus sint naturales siue industriales, cùm indefinita æquipolleat vniuersali. Et si fuerint à solo separati, licet non adhuc reconditi, & dixi suprà, titu. eod. ar. 5. in fine.

Et depuis ladicte sommation.

¶ Signanter inseritur in textu istud aduerbiũ

Deue-

Deuement. quia summatio fieri non debet, cum ille qui summatur, est in lecto, vel domicilio de nocte ostiis iam clausis. Nec, dum aliquis est in mensa, vel in missa, vt per Doct. in d.l. acceptam. C. de vsuc.

Et depuis ladicte sommation, &c.

¶Istud indubitanter tenendum est, vbi omnes filiæ viuunt tempore diuidendæ successionis. At vbi vna illarum mortua foret relictis pluribus hæredibus filiisq́, tunc hi succederent in illam stirpem, in quam successura erat eorum mater. Non autem succederent in capita cum aliis filiabus: & sic materteris. ar. eorum quæ not. in l. illam. §. penulti C. de colla. omnes enim filij istius filiæ imaginem matris defunctæ tenent, vt sæpe dictum extitit.

Fors que laisnee, &c.

¶Et aliud annagium non est habitura. Ita Io. Fab. Inst. de legi. agna. suc. & in §. ex nō scrip. col. 3. Insti. de iure natu. Adhuc idem Io. Fab. Insti. de acti. §. præiudiciales. col. 16. versicu. sed quid in causa nobilitatis. Ias. in præludiis feudorum. colum. 30. versic. istud fallit in his qui viuunt. Luc. de Pen. in l. 1. C. de impo. lucra. descript. lib. 10. Sed de consuetudine regni Franciæ, primogenitus masculus inter nobiles habet signoriam loci patris sui vnà cum galli vel caponis volatu præcipuam, secundum ipsum Ioan. Fab.

Par la forme & maniere, &c.

¶De ista forma vide text. suprà eodem titu. articulo tertio.

Garantira durant, &c.

¶Quod finitur hæredibus iam descensis, de quarto ad quintum gradum, vbi soluitur lex matrimonij, vt suprà eo. arti. 8. Et tenebitur ista antiquior filia solum homagium facere, sed non deueria feudalia pro homagio debita persoluere: quia licet filius primogenitus ad illa soluenda vltra homagium teneatur: hoc ideo est, quia ipse percipit duas partes pro aduantagio.

Sil nya fief entier, &c.

¶Nota ista verba, *Ou lune dicelles.* Nam non distinguuntur, an sit prima de postea natis filiabus, vel secunda, vel tertia: ideo non est distinguendum. l. de precio. ff. de Publi. in rem acti. Et quod dicitur in textu.

Pourront faire les foy, &c.

¶Notáter dicitur *Pourront.* Quia si velint primogenitam compellere ad homagia omnia facienda, illud facere poterunt domino fidelitatis consentiente, vel non repugnante. Vide quæ dixi suprà articu. 10. eod. titu.

XV. ARTICLE.

Si le filz aisne, ou la fille aisnee nobles, ou qui les representent (qui ont recueilly les successions dessusdictes, dont ilz doibuent faire les hommaiges aux seigneurs ausquelz les hommaiges sont deubz, pour eulx & pour leurs puisnez a la maniere dessusdicte) font default de les faire dedans temps deu, qui est quarante iours apres le trespas du decede, & par default de ce les seigneurs lieuent tous les fruictz desdictes choses dont est deu hommaige desdictz puisnez en auront leur action de leur interestz & dommaiges, contre lesdictz aisnez, des fruictz & reuenuz escheuz depuis sommation faicte a laisne, par lesdictz puisnez.

XVI. ARTICLE.

Et si le filz aisne ou fille aisnee, ou qui les representēt vendent ou transportent le maistre hostel, ou hebergement, ou droict de aineesse, lesdictz puisnez doibuent estre garantiz par lacquereur durant le paraige, soubz la foy & hommaige que doibt faire ledit acquereur ayant ledit droict de laisne ou aisnee iusques a ce que le paraige soit failly. Et si par default de faire la foy & hommaige, iceulx puisne ou puisnez ilz ont dommaige: tel acquereur sera tenu les desdōmaiger a lesgard de iustice des fruictz & reuenues depuis la sommation escheuz comme dessus.

Paraige failly, &c.

¶Quod accidit in tribus casibus, vt notatur articulo decimo suprà, *De pied de fief.* Tamen tex. noster, si bene ponderes hunc articulum, debet exemplificari, & intelligi in primo & vltimis casibus positis dicto articulo decimi dicti tituli, *De pied de fief.*

XVII. ARTICLE.

Quant aulcun fief de puisnez a este garanty en paraige par laisne, & icelluy paraige est failly & finy, en la maniere que dict est dessus, lesdictz puisnez qui auront este garanitz en paraige seront tenuz de faire foy & hommaige des choses qu'ilz tiennēt, & qui garantyes leur auoient este en paraige au chep paraigeur, ou a cellui qui le represente, lequel hommaige chet en action pour la premiere foys.

Chet en action, &c.

¶Hæc notabilis & bona clausula, quia de iure feudorum homagium non cadit in actione. Imò debet se vasallus vltro domino offerre, &

re,& fidelitatem iurare. Alioquin anno & die elapsis posset feudo priuari, Doct. in c. in fine, quo tempo. mil. inuestitu. pete. debet,& tex. in c. imperialem. §. præterea, si quis infeudatus, de prohi. feu. alie. per Fred. & hoc in maiori 14. annis. Si tamen fuerit minor 25. annis, & inuestituram nõ petierit infra annum & diem, restitui potest tanquam lęsus, secundum gloss. & Doct.

XVIII. ARTICLE.

Et si aulcun des paraigeaulx vend le fief qui luy estoit garanty en paraige a vng estrange, icelluy acquereur sera tenu de faire foy & hommaige, a cause dudit fief par luy acquis au chief paraigeur, qui icelluy fief auroit garanty en paraige audit vendeur, telle que faisoit le chief du paraige a son seigneur. Et payera les deuoirs a lesgart de ce quil tient,& que le seigneur auquel il fera hommaige payera son seigneur de fief.

Sera tenu de foy & hommaige tel.

¶Vt puta, quia si auctor paragij debeat homagium simplex, tunc emptor sibi etiam simplex faciet. Et si ligium, ligium. ac persoluet de debito pro rata acquisitionis, vt si domino debeantur calcaria aurea. Et emptor acquisiuit vnam sextam partem feudi, tunc soluet auctori paragij sextam illius deuerij partem.

XIX. ARTICLE.

Sil aduient que celluy qui garantissoit en paraige vend le fief a cause duquel il garantissoit en paraige sans rien en excepter, ledit paraige finy & failly lesdictz paraigeaulx seront hõmaige a cause des choses qui leur auoient este garanties en paraige par leurdit chief parageur audit acquereur, pource que lacquereur dicelluy chief parageau a acquis ledit fief, auecques tous les droictz.

Auecques tous les droictz.

¶Est optima ratio cõsuetudinis condendę.

Vend le fief,&c.

¶Hoc ideo, quia & feudum vendi potest. ca. natura feudi in illis verbis, vel nisi emerit feudum,&c. de natura feud. quòd tamẽ dic. vt ibidem per glossam & Doctor. Et licet extero feudi acquisitori sit faciendum homagium. cum author paragij feudum vendiderit, non tamen de iure potest ipse paragij author particulariter, vel membratim ius homagij, nisi cum matrice feudi in alium transferret. Doct. in c. imperialem. §. pręterea ducatus. de prohibi. feud. alie. per Frede. Nam dominus feudi non potest, nisi cum vniuerso feudo vasallos alienare, præsertim vbi homagium esset ligium, & per talem alienationem efficeretur vasallorum durior conditio secundum DD. Nam dicunt Doctores, quòd iura quæ consistunt in personis, vel hominibus: vt sunt iura, quæ dominus habet in vasallos, & patronus in libertos: quòd ista non possunt obligari, nec alienari. Quia sicut nemo inuitus cogitur esse libertus alterius: sic nec cogitur esse alterius vasallus. l. is qui. & l. inuitus. in princ. ff. de fideicom. liber. Barto. in l. si non sortem. §. libertus. in penulti. col. de condi. indeb. ff. Angel. & Iaso. in §. item Seruiana. Instit. de actio. in 22. colum. Baldus in cap. in generali. Si de feud. contro. sit inter do. & agnat. vasal. Hostien. in cap. dilecti filij. de maio. & obedi.

Iura quæ consistunt in personis nõ possunt obligari nec alienari.

XX. ARTICLE.

Quant aucune succession eschet a filles nobles,& il ny a hoyr masle, les meubles de ladicte succession viennent a laisnee, a la charge de payer les debtes personnelles, si prendre les veult.

XXI. ARTICLE.

La succession de puisne, ou puisnez, ou yssuz de puisnez, qui ont eu leurs partaiges diuisez, qui decedent sans hoyr de leur chair, riuient a la table de laisne dont ilz sont descenduz, ou a ses representans, qui est laisne ou laisnee du decede, si prendre le veult.

La succession,&c.

¶Huic articulo concordat articulus 14.

A la table, &c.

¶Non intelligas Iudaicè de illa, super quam edimus, vel bibimus: sed intellige, quòd ista bona veniunt ad mensam maioris natu, id est ad illius vtilitatem. Sicut plerumque nos dicimus, ista bona sunt de mensa Abbatis: scilicet de iure abbatiali, de qua mensa abbatis, & quãdo est distincta à bonis conuentus. vide Doctores in capitu. edoceri. extra, de rescript.

Qui est laisne ou laisnee du,&c.

¶Intellige sanè, quòd talia bona veniunt ad filiam natu maiorem, vbi non est filius: quia consuetudo est facta ad conseruationem familiæ, & domus. quæ ratio non cadit in filia.

XXII. ARTICLE.

Si aucun puisne ou puisnez baille par partaige la tierce partie daucũ fief, icelle tierce partie sera departie, ainsi que dit est dessus.

XXIII. Ar.

XXIII. ARTICLE.

Et celluy qui aura les deux pars, ensemble laduantaige qui y appartient, garantira le tiers a son puisne, soubz le garantiage du premier chief, & seront tenuz garantir enuers le seigneur suzerain, tant que le paraige premier durera.

XXIIII. ARTICLE.

Entre nobles, les successions collateralles viennent a laisne, ou aisnee, ou leurs represantans. Et ny prennent riens les puisnez, fors en deux cas: lung quant lesdictz puisnez tiennent leurs partaiges ensemble, lautre quant la succession naist, & procede de frere aisne, ou dautre parent chief de la ligne, ou souche dont ilz sont descenduz, ou de ceulx qui les representent. Car si telle succession aduient tous les membres en sont abreuez. Cestassauoir, a laisne les deux pars, auecques laduantaige, comme en succession directe. Et a tous les puisnez le tiers.

De duobus se contendentibus primogenitos.

¶ Sed pone, quòd duo prætendunt se primogenitos. Et nescitur quis primo natus fuerit, quia fortè obstetrices sunt mortuæ, vel quia ipsę obstetrices non aduertebant ad primam natiuitatem, & accidit, ꝙ aliquis aliorum fratrum (quia erant plures fratres) decessit nullis relictis filiis; vterq; autem illorum qui se dicunt primitus natos, petit hęreditatem sui fratris iunioris, quæritur quid iuris? Breuiter dic, ꝙ si pater elegerit, quis erit & vocetur primogenitus, tunc ille quem pater elegerit, habebit hæreditatem, quia in tali dubio pater eligere potest, secundũ Bal. in l. in quibus. de secun. nup. & per Imo. in l. si ita scriptum. de legat. 1. & And. Barba. in l. si fuerit. de reb. dub. Sed patre non eligente (quia certum est, quòd ambo vno impetu nasci nõ potuerunt (vt l. Arethusa. de statu ho. ff. quia natura id non permittere potuit. Esset probabiliter dicendum, quòd ille qui erat in possessione antiquitatis, & quem pater primo ad mensam recipiebat, tanquam ancianum, & qui primo viuente patre in ecclesia offerebat (quia ista sunt signa antiquitatis. vt per glo. & Scriben. in cap. quam periculosum. 7. quæst. 1.) deberet isto casu habere hæreditatem fratris iunioris sui. pro hoc faciunt not. per cano. in c. afferte. extrà, de præsumpt. Et vbi de prædictis non constaret, crederem successionem inter eos diuidendam, quia in dubio potest iudex rem deductam in iudicio, diuidere inter litigantes. vt d. cap. affert. & in ca. licet. de proba. Sed esset maius dubium si ista successio, de qua contenderetur, esset indiuisibilis,

Vno impetu duo nasci non possunt.

In dubio iudex potest rem in iudicio deductam diuidere.

vt quia iste frater iuuenis qui decessit, erat vnus pauper nobilis, qui in bellis versabatur, & habebat duntaxat vnum corsierum valentem ducenta. Scitis quòd ille sonipes est indiuisibilis, quid ergo tunc fiet. fortè bonũ esset quòd venderetur, & precium inter contendentes distribueretur. Sed formo quæstionem. defuncto quodam barone succedere debuerunt, & valuerunt sibi tres filij, quorum primus natu maior erat Gaius. Secundus, Titius, tertius porro Mæuius, paruo sub tẽporis spacio moritur frater maior, sibi succedit vnicus filius hęres suus, à quo Titius & Mæuius instantissimè legitimã hæreditatis portionẽ petunt, contradicente illo filio vnico insuper distulit deliberare, & tradere dictis Titio & Mæuio etiam partagium suum, ac temporis volubilitate durante, ipsi Titius & Mæuius nunc nummos reddituales hæreditatis paternæ in tantum, quantum possunt exigunt, & communiter viuunt. Sed tamen nullum partagium habuerunt retinente, & impediente dicto Gaio, vel eius hærede. Inter has rerũ angustias moritur Mæuius. Nũc in suprema parlamenti curia agitur de eius successione contendente filio dicti Gaii successionem dicti Mæuij ad se spectare virtute consuetudinis, qua cauetur. *Que les successions collateralles reuiennent a laisne.* Vt etiam quòd habetur eodem titulo argumento isto. ex aduerso dicit dictus Titius se optimo iure debere in hæreditate dicti Mæuij participare, eo ꝙ semper communiter vixerunt, & quanuis realiter partagia eorum certa ratione loci, & quotæ in communi non tenuerunt, ꝙ per eos tamen non stetit: sed per dictum Gaium, aut suum hæredem qui eos facere semper partagium distulit. Nunc quæritur quid iuris? Credo quòd intẽtio dicti Titij sit optimè fundata per ea quæ in simili vult Bart. in l. ventre col. 3. de acquirend. hæredi. ff. quòd quotiens quis facto alterius impeditur adire decedens, tunc hęreditatẽ non aditam transmittit. Et quòd dictus Mæuius fuerit in proposito communitatis cum fratre suo quantum potuit, satis constat ex factis suis ex quibus deprehenditur animus. per Bart. in l. gerit. de acqui. hæredi. Quinimò attentari posset, quòd dicta tota successio Mæuij ad dictũ Titium spectare debeat per tradita in Auth. singulari. si captiui. C. de episco. & cleric. vbi negligentes redimere cognatum de successione sperare non debent. Sed Gaius neglexerit redimere Mæuium, igitur.

Negligens redimere cognatũ à carcere, de eius successione sperare non debet.

Tiennent leurs partaige ensemble.

¶ Supple, realiter non diuidendo adeò, quòd si minores natu possedissent partes suas pro diuiso longo tempore, scilicet, decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, licet præsumatur diuisio. vt per gloss. Barto. Bald. & alios in l. si maior. C. communi diuidun. & per Nico. de Neapoli in §. quędam. Institut. de actio. attamen realiter non diuiserunt, licet pro diuiso partes aliquas posside-

possederint: isto casu, credo quòd ad omnes fratres deuolueretur succesio defuncti. Scilicet anciana pro duabus partibus, & aliis pro tertia parte. Nec enim debemus expendere fimbrias consuetudinis nostræ rigorosæ, & iuniorum fratrum exclusoriæ. Nunc quæro, quare tantoperè consuetudinis conditores fauerunt ipsis antiquioribus filiis? Duæ sunt rationes potisśimæ: prima, ad conseruationem domus nobilium, ne in plures diuisa desolaretur. Secũda, quia qui dignior est, ille debet præferri & magis honorari. gl. in ca. 6. 16. distinct. Item seniores præsumuntur meliores iuuenibus, gloss. in cap. cum in iuuentute. extra, de præsumpt. & istas glo. & allegat Iason in l. cum quid mutuum. si cert. pet. ff. Ideo cum meliores præsumantur, meliori modo tractandi fuerunt. ideo pulchrè dicit philosophus secundo Politicorum, sicut refert Alber. de Rosa. in l. semper. in prin. ff. de iur. immu. natura humano generi dedit hos seniores, alios iuniores, quorũ quidam primos † principali secundos subiici docet. Nec indignari debent iuniores cum æquum & honestum sit iunioribus ministrare, & obedire senioribus. Item in ecclesiastico dicitur, loquere maior natu. te enim decet primum verbum secundum Bald. in l. obseruare. de offi. procon. & do. Ias. in d. l. cum quid mutuum dederimus. Ideo est, quòd si duo fratres habent castrum commune, quòd primogenitus debet tenere claues portarum & sigillum, vt nulla immineat suspicio. l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de legat. 2. Bald. in l. procurator priuati. C. de edendo. & vide dubia quæ tango in articulo sequenti. Nunc quæro de quæstione, Bertha Sempronius & Scæuola sunt fratres nobiles, Scæuola moritur absq; liberis. Et sic est quæstio de collaterali succesione, iste Scæuola non erat caput lineæ nobilis, nec stipes nobilitatis: nunc dicit Sempronius, ꝙ ipse debet habere succesionẽ fratris senioris sine filiis defuncti. Contradicit Bertha. Et dicit, quòd ipsa est antiquior. Quæritur, quid iuris? Respond. si rectè verba ponderentur in textu, fateberis, quòd ad Bertham pertineat hęreditas, quia verum est, quòd est illa antiquior Sempronio. Nec dicas, quòd consuetudo intelligatur ꝙ filia habeat annagium solummodo quando sunt solæ filiæ, non cum sint masculi, quia imò videtur cõsuetudo sibi deferre succesionem. quia dicit *A laisne, ou laisne, ou leurs representans &c.* Ergo & consuetudo etiã intellexit quando essent masculi permixtim cum filia, cum consuetudo dicat, *Et ny prennent riens les puisnez*, &c. Pondera, quòd consuetudo loquitur in casu, quando etiam sunt masculi, quia ista dictio *puisnez* est significatiua masculinæ prolis, & est signum masculinæ significationis. Sed practici contrarium semper dicunt. At vbi essemus in succesione directa, tunc filia est exclusa per fratrem iuniorem, not. in

De antiquitatis præcolio.

art. 3. suprà eodem titu. Vide tamen quæ pro practicorum opinione scripsi suprà, eo. artic. 21. Sed quid dices de quæstione singulari. Pone quòd maior natu dedit partagium iunioribus fratribus suis, quorum vnus erat canonicus, alter verò vxoratus: qui arctisśimo amoris vinculo se diligebant. videns iste vxoratus, quòd frater eius canonicus magno ardoris aceruo eum diligebat, consuluit me, quo pacto posset indubitanter futuris tẽporibus dicti sui fratris canonici succesionẽ integraliter obtinere, & quòd ancianus nihil deinceps posset in illa succesione querelare. Sibi porrò respondi, quòd consilium esset, ꝙ semper in cõmunitate cum dicto fratre suo canonico maneret. Sed ipse replicat euenire posse, ꝙ fortè dictus frater canonicus velit soluere societatem, & partem suam pro diuiso tenere & posśidere. Sibi tum consului, quòd tantum faceret cum dicto fratre suo canonico, quòd inuicem facerent pactum, quòd non liceret succesionem diuidere pro toto tempore vitæ eorum, & quòd tale pactũ erat validum de iure, & quòd sic consuluerat Florentiæ Iaso. vt latè refert in §. quędam. in 8. col. in versic. quid diceretis de casu isto qui est quotidie de facto. Instit. de actio. allegat. l. nulla societatis. iuncta l. 1. in princi. pro soci. ff. licet videatur mihi casus in contrarium, in l. in hoc iudicio. §. si conueniat. commu. diui. ff. & in l. fin. C. communi diuidundo. Quid dices de alio singulari casu. isti duo fratres nobiles steterunt per triginta annos in communione, & tenuerunt succesionem insimul, nunc canonicus fratri suo iratus, petit quòd diuidant succesionem ad fines ipso defuncto, frater eius ancianus totã eius succesionem vendicet. quæritur, an sit audiendus, & an sit pręscriptum actioni familię herciscundæ isto tali spacio triginta annorum? Et videtur quòd non sit iste canonicus audiendus, immò videtur quòd fuerit isti actioni familiæ herciscundæ per alium fratrẽ suum præscriptum. Nam quando consortes steterunt in communione per triginta annos, iam amplius non possunt iudicia diuisoria intentare vnus contra alium. gloss. & singul. in l. 1. C. de annali excep. Et ibi Bald. & Ange. & dicit ipse Bald. illam glos. fore notandam. Idem firmat glo. in l. 1. famil. hercis. ff. in l. fi. C. commun. diuidun. qui vult quòd regula quæ habet, ꝙ nemo inuitus cogitur in communione persistere, fallit ratione temporis triginta annorum. Sentit insuper gloss. in l. si non sortem. §. si centum. de condit. indebi. ff. & Florianus in dict. l. 1. fami. herciscun. ff. Nicola. de Neapo. in dict. §. quædam. Instituti. de action. in quarta quæstio. extra, gloss. & Ioannes Fabr. ibidem, qui dicit, quòd ista opinio fouetur per omnes Scribentes. Bene verum est tamen, quòd Cynus & Bartolus tenuerunt oppositum, vt scilicet iudicio diuisorio triginta annis non præ-

An triginta annorũ spacio præscribi posit diuisorio iudicio.

scribatur in dict. leg. prima. C. de annal. exceptio. & Baldus etiam sibi contrarius videtur in leg. final. in vltim. colum. C. finium regundorum.

XXV. ARTICLE.

Et si lung des puisnez qui tiennent leur partaige ensemble indiuisez, auoit acquis aucuns meubles & heritaiges, & il decede sans hoyr de sa chair, sesditz acquestz & meubles appartiendront ausditz puisnez.

¶ Sequitur in textu.

Et si lung des, &c.

¶ Hoc ideo fit, & statuitur ratione cuiusdam, quasi initæ societatis. Nam q̀ quis cum alio communiter viuat & maneat, istud plurimum confert in succedendo. nam & aliàs hi qui succedere non possunt, illi tamen virtute societatis, seu tentionis bonorum in communi, ad successionem admittuntur. Hinc Salicet in l. societatis. C. pro socio. dat optimum in hac materia consilium, vt pater possit facere quòd aliquid de bonis suis perueniat ad spurium, quem multũ amat, scilicet, quòd pater faciat quòd filius spurius contrahat societatem cum naturali & legitimo filio, deinde, quòd pater instituat ipsum legitimum. Et sic ratione societatis spurius habebit de hæreditate, in qua aliàs nihil habuisset, allegat. l. si is qui duos. de lib. leg. ff. Ita etiam tenet Bal. in l. 1. C. pro socio. Ergo ratione societatis tacitæ vel expressæ aliquis aliquid lucratur, quod aliàs non lucraretur, sicut in casu nostro, in quo ratione cuiusdam tacitæ societatis minores natu indiuisa hęreditagia tenentes, lucrantur sola mobilia & conquæstus tali tempore acquisitos. & hoc indubiè operatur societas bonorum acquisitiua, seu vnitiua. Nam quando patre defuncto, fratres aliqui in communi remanent, communiter viuunt, & negociantur, siue actus sociales sint vniformes, siue difformes, seu dissimiles, videtur esse inter eos quędam tacita bonorum societas vnitiua & acquisitiua, vt latè scripsi in titu. *De communaulte de biens.* ar. 1. & nunc id remouendũ est dubium, quod & tale est. Nobilis quidam dominus loci & feudi de Moncheyum, ac dominus alterius feudi in ducatu Bituricensi, decessit duobus filiis, & tribus filiabus relictis. ipse nobilis defunctus suum principale feudum & domicilium possidebat in Turonia. & in Turonia erat origo eius, ac ibidem decessit, filiæ autem eius erant nuptæ. & sic à successione dicebantur vigore nostræ consuetudinis exclusæ. vt infrà, eod. titu. artic. sequenti. Et sic hæreditas defuncti diuidenda veniebat inter primum & maiorem natu filium, & inter secundum, qui erat canonicus ecclesię nostrę veteris prope Aurelianos, præsupponebatur quòd in Turonia ad primogenitum spectabant duæ partes hæreditatis, secundum tenorem nostræ consuetudinis. Et in Bituria solum maior natu habebat pro suo, vt ita loquar, aduantagio principale manerium, & reliqua diuidebantur in capita. dicebat primogenitus, quòd vndique ipse haberet duas partes pro aduantagio. Contradicente secundò genito. dicenteq́ dictum primogenitum habere duas partes pro aduantagio in Turonia solum, & quòd bona Bituria diuiderentur in capita. Orta fuit illa vulgata quæstio, & quærebatur quid iuris? Et videtur quòd secundò genitus bene dicat. Primò, per doctrinam Cy. in l. vulgata. cunctos populos. C. de summa Trini. vbi dicit, quòd si Lucanus, qui habebat bona in ciuitate Lucana, vbi est consuetudo, q̀ hereditas diuidatur inter liberos in capita. Et habeat pariter bona in Anglia, in qua est consuetudo, quòd primogenitus in totum succedat, decesserit intestatus, quòd tunc in bonis Lucanis fiet diuisio æqualiter inter liberos, & in rebus Anglicanis succedet solum primogenitus. Et sic consuetudo loci vtriusque seruetur in bonis, ibi sitis, facit l. pupillo. ff. de tutor. & cura. dat. ab his, &c. & l. certa forma. de censibus, ff. quamuis Cy. ibidem propriè loqui videatur de alienigena decedente. superuenit Bart. qui ibidem dicit, quòd si consuetudo loquatur in rem, vt videtur loqui articulus tertius, suprà eo. ti. quod aut consuetudo dicat, quòd bona deuoluantur ad primogenitum, & tunc sit vera præcedens opinio. Sed in casu nostro cum defunctus erat Turonensis, & consuetudo nostra videatur magis propriè loqui in personam: tunc dicit, quòd primogenitus debet succedere pro duabus partibus in rebus Turonicis, retento themate nostro. Et in aliis succedat cum fratribus de iure cõmuni maximè, vt ibi inquit ipse, quia istud statutum videtur odiosum, & sic ad bona extra territorium non est trahendum, extra. de sentent. excommunica. capit. si sententia, libro sexto. Et quamuis ista opinio multum æqua videatur, à qua nec in iudicando, nec in consulendo recedere vellem, attamen mihi videtur, quòd Salicetus fuerit ibidem altius & medulacius speculatus. Nam viso quòd iste defunctus decessit in Turonia, quæ erat patria sua originaria, & in qua larem fouebat, vt dictũ est: tunc consuetudo originis in quo moritur, debet in omnibus immobilibus considerari. Et sic consuetudo Turoniæ est consideranda, non loci illius, in quo bona sunt sita. & ad hoc pluscul is rationibus. *Consuetudo originis in omnib. immobilibus consideranda est.*

¶ Primò, quia ex quo defunctus domicilium originis nõ mutauit secundum legem illius, dicitur iuris præsumptione mori. Et ad illum ab instato sua bona peruenire, ad quem

lex

lex suæ originis disposuit, vt sit, quòd operatur voluntas expressa testati secundum statutum & priuilegium suæ patriæ, vt C. de testamen. si non speciali. & l. omnium. & l. fin. Idem operatur tacita voluntas morientis ab intestato. ar. l. si quis cum nullum. & l. conficiuntur. ff. de iu. codicil. & l. 1. §. fi. ff. de leg. 3.

¶ Confirmat Salicet. secundò, quia statutum potest afficere personam sibi subditã, etiam respectu rerum in alio territorio situatarum, vt patet in collecta, quam ciuitas potest imponere ciui suo, etiam pro æstimatione rerum, quas ciuis possidet extra territorium: vt l. rescripto. §. fin. ff. de munerib. & hono. & l. munerum. §. patrociniorum. & not. gl. super Rubri. C. de muneri. patri. lib. 10. Et si sic fit in collecta, fortius in successione, cum inuitus colligetur, & successor voluntarius spontaneo detur.

¶ Confirmat tertiò, per simile de tutore dato simpliciter pupillo ab vno iudice, qui tutor habet administrationem bonorum, nedum intra, sed & extra territorium dantis. l. propter litem. §. licet. vbi dicit ipse Salic. esse casum. de excusa. tutor. ff. & not. Cyn. in l. 1. C. vbi pet. tuto. Sic successor vniuersalis datus à statuto originis debet præferri in omnibus bonis, imo & fortius, quia lex potentius agit quàm iudex.

Interdictio bonorum vbicunque porrigit effectum.

¶ Confirmat quartò, quia interdictio bonorum facta à iudice, etiam secundum legem municipij porrigit effectum suum ad bona extra territorium. vt l. is cui. ff. de testamen. not. in l. is cui bonis. de verbo. oblig. ff. Quibus ex prædictis patet, quòd retento themate nostro primogenitus de iuris subtilitate, potest iuridicè petere duas partes prædictæ successionis, tam rerum in Turonia sitarum, quàm in Bituria. Licet dictus ducatus Bituriæ, vt iam dictum est, sit alterius dispositionis, quia filij succedunt æqualiter dempto simplici annagio, scilicet domicilio, cum volatu caponis.

¶ Quid erit de actionibus & iuribus? & ipse dicit, quod siue iura & actiones competant ad mobilia siue immobilia, quòd in dubio statutum originis in illis seruãdum est. quia actiones & nomina cum extero contracta non sunt bona extra territorium sita, cum non occupant locum. Sed sunt iura personæ cohærentia, & ossibus affixa. l. 2. pro socio. ff. & in concernentibus personam, potior est locus originis. l. libertis. ff. municipa. in §. præscript.

¶ Ex istis infert, quòd statutum originis & eius domicilij, quo disponitur, vt filius vel frater defuncti ab intestato succedat filia exclusa, quæ tamen debet dotari, debet seruari etiam in bonis immobilibus extra territorium situatis. Stat ergo conclusio ex prædictis, quòd de iure dictus primogenitus in casu posito cum pater in Turonia habuerit domicilium originis, & habitationem suam, habebit duas partes, non solum immobiliũ rerum in Turonia situatarũ, sed etiam in Bituria existentium.

Quæstio de mobilibus.

¶ Sed quid de mobilibus? Respon. hæc quæstio est declaratiua articuli tertij, & articul. duodecimi, suprà eodem titul. cuius declarationem hic reseruaui, non quia hic melius cadat. Dico cum ipso Sali. quòd statutum originis & domicilij attendendum est potissimum, vbi illa mobilia non erant alibi perpetuò destinata. Hinc cõclusiuè dico, quòd primogenitus habebit mobilia patris tã in Turonia quàm in Bituria. Nam illa mobilia, vbi præsertim non erant alibi perpetuò destinata, censentur de bonis loci originis & domicilij. allegat. l. ex facto. §. rerum autem. de hære. institu. ff. de lega. 3. l. vxorem. §. legauerat. & l. si fundus. Et si illa erant alibi destinata, adhuc idem dico, per iura quæ suprà relata sunt, cum locutus sum de immobilibus. & sic tenet ipse Salicetus.

¶ Et de istis & similibus vide Barto. Bal. Pau. de Castro, Alexand. Salicet. & dominum Ias. in d. l. 1. C. de summa Trinita. quia grandis est materia, & sæpiusculè agitata.

XXVI. ARTICLE.

Fille noble mariee par pere ou par mere, suffisamment apparagee, & qui a eu don de mariage, est forclose de la successiõ de pere ou de mere, de ayeul ou ayeulle de celluy qui luy aura faict ledict don, tant quil y ait hoyr masle, ou hoyr descendant de hoyr masle, & ne luy eust on donne que vng cappel de roses, si expressement ne luy a este reserue, en faisant ledict mariage.

Fille noble, &c.

¶ Textus nostræ consuetudinis facit expressam de vno serto florum mentionẽ. Et quia sicut sunt duæ florum species: sic de duabus successionum maneriebus dicturi in præsentiarum alma virgine permittente sumus. Dicimus ergo nonnullos flores esse rubeos, & nonnullos candidos, seu argenteos: per rubeos, aut purpureos successiones militum, & in præliis occumbentium designantur, quia occasus & mortes præliantium purpureo cũ sanguine effuso perpetrantur. pro hoc tex. in l. milites in expeditione. C. de testam. mil. ibi in illis verbis, literis sanguine suo rutilantibus. Ideoq; quia multo cum sanguine mortes præliantium fiunt. igitur eorum successiones sub flore purpureo desígnãdas iustum & conueniens putaui. Et ideo sub isto flore purpureo militum successionibus dicemus, & (vt ita loquar) procinctum. quod erat antiquum militum testamentum, enodabimus, vt Institu. de testa. in princip. Per florem sanè candidum, seu album successiones decedentium in tempore ocij & pacis intelligimus. Et sub illo flore candido parumper de antiquo ritu & noua testãdi, & successionum

modo dicemus, renouando quasi antiquum decedentium testamentum. Quod calatis comitiis antiqui patres vocabant, hasq; decedentium in pace successiones (nisi fallor) sub imagine floris candidi declarandas ac intelligendas non immerito sum arbitratus. quia sub flore albo & candido figuratur, & disponitur mors quæ est pallida. Et decoloratur: quia per eam perit in nitido qui fuit ore color. His ergo ad solatium tactis, quęro an successio sit iuris diuini & humani, an humani duntaxat? Effectus est magnus, vt patebit in quæstione sequenti, & etiam propter notata, & tradita per Doctores in l. finali. C. si contra ius vel vtilit. public. vbi quærunt, an valeat rescriptum, vel consuetudo contra legem diuinam: & concludunt quòd non, vt eam tollat vel abroget: sed bene, vt distinguat seu deroget. de qua materia etiam per Doctor. in Authentic. ad hæc. C. de vsuris. Et per cano. in capitu. quæ in ecclesiarum. in capitu. ecclesia sanctæ Mariæ. extra, de constitu. Et primò videtur quòd sit iuris diuini, quod probatur istis rationibus. Primo, per dictum Apostoli Pauli ad Galat. 4. Si filius, ergo hæres. Secundo, probatur per dictum eiusdem Apostoli Pauli ad Corinthios 13. vbi dicitur, Parentes filiis suis thesaurizare debent. Et idem in alio sanguine coniuncto, secundum Salicet. in l. pactum, quod dotali. C. de pactis. in 4. colum. allegat pro vltimo dicto ea quæ notantur in l. cum ratio. de bonis damnato. ff. Item tertio probatur, cum dicitur, Eiice ancillam & filium eius, non enim erit filius ancillæ hæres cum filio liberæ. Sic patet, quòd Deus instituit, quòd aliquis sit heres. Quarto probo per ea quæ scribuntur Num. 27. c. homo cum mortuus fuerit absque filiis, ad filiam eius transibit hereditas: si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos, & si fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratrib. patris eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui proximi sunt. Eritq; hoc filiis Israel sanctum lege perpetua. Et hæc dicta veteris Testamenti de verbo ad verbum etiam refert Angel. 191. consil. quod incipit, Super puncto, &c. in vlti. colum. & refert etiam Ias. in l. qui patris, in 5. colum. versi. adde etiam, quòd est alius modus succedendi. C. vnde liber. Item videtur quòd sit de iure naturali, quod sic probo. Successio saltem quo ad ius legitimæ, successit loco alimentorum, vt probatur in Authen. de trien. & semi. §. prohibemus, versi. vnde enim. Sed educatio liberorũ est de iure naturali. vt l. 1. de iusti. & iur. ff. & Instit. eo. titu. in princ. Cum ibi dicatur, hinc descẽdit maris & fœminæ coniugatio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio & educatio. igitur & hanc rationem adducit Salice. in Authen. nouissima. C. de inoff. testa. q. 11. Secundò probo, ratio naturalis suadet legitimam saltem filio relinqui, & habere debere: vt l. scripto. ff. vnde libe. & d. l. cum ratio. ff. de bonis damnat. igitur. Tertiò comprobo, quia si aliàs diceremus successionem non esse de iure naturali, irrationabiliores diceremur quàm creaturæ irrationabiles. Nam legitur in libro animalium, de quadam aue quę appellatur epopus, quę cum videt parentes plumis destitutos, & oculis caligatos, reficit, & calefaciendo renouat. Similiter legitur de quadam aue quę appellatur agauia. Nam cum videt, quòd parentes sui pennas senio cogente relaxant, nec sint habiles ad proprios cibos quærẽdos, frigida membra parentum calefaciunt, & pia vicissitudine reddunt illę aues id quod à parentib. dum paruæ erant, susceperunt. ita Ias. Instit. de iur. nat. in princ. Hoc ideo dico, cum legitima successio successerit loco alimẽtorum, vt iam dictum est. Quartò, adduco textum in cap. ad eius verò concubitum, distinctio. 5. Qui licet loquatur de enutritione vel educatione, tamen bene quadrat, cum, vt sæpe dictum est, legitima loco educationis successerit. Quintò adduco alium textũ qui optimè probat in l. nam & si parentibus. ibi in illis verbis propter votum parentum, & naturalem erga filios charitatẽ, &c. igitur. Item videtur esse iuris positiui, tam canonici quàm ciuilis. vt iuri. vulgari. & not. Docto. in c. Raynutius. & cap. Raynaldus. extra, de testam. in Authenti. nouissima. C. de inoffic. testamen. & Authen. vnde & si parens. eo. titu. & tex. in l. scripto. in fin. vnde liberi. ff. & l. fin. de bon. damnat. & l. penulti. de bo. liber. & quòd etiam successio sit de iure ciuili, firmat do. Lanfranc. in reper. cap. Raynutius. versus finem, extra, de testa. allegat pro hoc l. 1. 2. & 3. ff. de peti. hæred. & l. obuenire. de verbo. signifi. ff. Concludendum est igitur successionem, pręsertim de patre in filium esse vtriusque iuris, scilicet diuini ac humani. Humani quippe tam canonici quàm ciuilis, imò plus fuisse in consideratione, etiam in tempore primæ naturæ legis, vt dicto. 20. lib. Iliados. Bene verum est, quòd quædam formalitas succedendi est de iure positiuo solum. Ideo quæro & secundo, an consuetudine vel statuto possit legitima filiis tolli, quæ quidem legitima est triens vel semis, secundum numerum liberorum. vt d. Auth. nouissima. C. de inoffi. testa. Resolutio Scriben. & quòd legitima tolli consuetudine in totum non posset: bene autẽ ex causa ipsam minuere potest. ita Salic. in d. Authen. nouissima. de inoffi. testament. C. licet Dyn. in c. indultum. de reg. iur. in 6. videatur velle oppositum. & etiam Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. Et eorum est fortis ratio. Nam dicunt ipsi nemini dubium esse, quòd remedia, per quæ perueniri potest ad legitimam, possint statuto tolli, cum illa sint iuris positiui, & vnum tale ius possit aliud tollere. ergo sequitur, quòd legitima possit tolli. Nam sublato medio sine quo ad extremum perueniri non potest, & ipsum extremum sublatum in effectu esse videtur. l. scimus. in fin.

Cuius iuris sit successio.

Successio quo ad ius legitimæ, successit loco alimentorum.

Ratio naturalis suadet legitimam filio relinqui.

Epopus.

Agauia.

Legitima filiorum.

in fin. C. de inoff. testamen. & l. fi. C. ex quib. cau. maior. tamen sto cum opinione Sali. tanquam sit fundata viua ratione, scilicet, quòd legitima successit loco alimentorum. sed alimenta sunt de iure naturali: ergo sequitur quòd nec statuto nec consuetudine, nec alio iure ciuili possit in totum euerti, vel tolli: cùm ius naturale sit immutabile. §. fin. Insti. de iur. natu. gen. & ciuili. Nec obstat, quòd remedia legitimæ petendæ possunt statuto tolli: quia respondeo, quòd licet formalitas remediorum petendæ legitimæ possit tolli, non tamen ipsa legitima poterit euerti. Sicut dicimus de formalitate appellationis, quæ licet rescripto vel consuetudine tolli possit: non tamen potest introduci quin grauatus audiatur per viam querelæ. aliàs esset tollere defensionem. hæc est theorica doctorum in cap. primo de rescript. extra. & dixi suprà, titu. 1. huius libri. ar. 19. in prima conclusione mea. Hinc infero, quòd per consuetudinem fœminæ non possunt prohiberi succedere, & legitimam petere, nisi saltem prouideat quòd ipsæ mulieres dotentur. Alioquin consuetudo esset irrationabilis & tribueret filiabus occasionem peccandi in corpus: & ita firmat Salicet. in d. Authen. nouissima. in 11. q. in fin. Tertio quærendum est, an medio iuramento possit legitima tolli, Docto. in l. pactum quod dotali. C. de pac. & in l. pactū. C. de colla. mouent hanc quęstionem, ex quorum mente conclusiuè dicunt cum ipsi quærunt, an pactum de succedendo, vel non, validetur iuramento. Aut quærimus, de pacto de succedendo affirmatiuo, aut de pacto de non succedendo, & sic negatiuo: primo quidem casu dicunt ipsi tale pactum etiam iuramento firmatum non valere, vtpote tāquam contra bonos mores fabricatum. Et ideo etiam, quia est peccatum nutritiuum, & voti captandæ mortis alienæ prouocatiuum. Secundo casu dicunt communiter Docto. tale pactum valere, vtpote cessantibus his improbandi pacti de succedendo rationibus, & pro hoc tex. in c. 2. de pactis. in 6. Sed Richardus de Saliceto in d. l. pactum, quod dotali. C. de pac. ponit quatuor rationes vel causas pacti de succedendo reprobatiuas ad videndū, an illæ causæ vel rationes cessent in pacto negatiuo de non succedendo, an non. Prima sanè ratio vel causa pacti de succedendo improbandi est, quia necessitas ad id, quod liberi arbitrij esse debuit, vt l. 1. C. de sacrosan. eccl. Secunda ratio, quia inuitat ad captandā mortem alterius. Tertia causa, quia nedum inuitat, sed etiā de facto parit insidias vitæ, quod est perniciosum, vt l. fina. C. de pact. Quarta, quia est contra ius sanguinis, & inducit odium irrationabile. l. finali. ff. de receptato. Et ex his dicit apparere, quòd tale pactum est contra ius diuinum, naturale, gentium & ciuile, nutriens peccatum, & sic improbatum, & consequenter iuramento non firmādum, vt ca. cum contingat, cum ibi tradi. extra, de

Quatuor rationes improbatiua pacti de succedendo.

iureiur. In pacto autem de non succedendo hæ rationes (vt dicit ipse) plurimum sibi locum vendicant. ergo idem dicit in illo, quod in præcedenti fore statuendum. Et quòd vendicent sibi locum, probat ipse per distinctionem specierum & causarum. Nam aut paciscens dixit in specie, quòd paciscebatur, ne ei ex testamento posset succedere, & tunc tale pactum tria perfida mala contineret & induceret. Primum, quia liberum testandi arbitrium ipsi testatori minueret. Secundū, quia iuranti, & sic fortè in testamento instituto facultatem adeundi adimeret, quæ tamen de iure debet esse in eius libero arbitrio, vt Institu. de hære. quali. & differentia. §. vltimo. & l. qui in aliena. §. fin. ff. de acqui. hær. Tertium, quia inducit & nutrit illud odium irrationabilis voti mali reciproci vnius ad alium. ergo dicit ipse his attentis, patet tale pactum de non succedendo non posse iuramento firmari vel validari. Aut paciscens & sic renuncians medio iuramento, dicit & promisit se nō succedere ab intestato, & tunc simili modo dicit ipse Richardus, quod etiam ab intestato inducit tale pactum illud irrationabile odium vnius ad alterum. Idē dicit ipse, tale pactum est contra ius diuinum, quo dicitur ad Galathas 4. Si filius, ergo hæres. Et ad Corinthios 14. vbi dicitur, ꝙ parentes thesaurizare debent filiis suis, igitur dicit ipse tale pactum merito non esse iuramento firmandum. Aut paciscens, & sic iurans promisit non posse succedere contra voluntatem & testamentum, & tunc hoc inuitat patrem cōtra charitatem, & nutrit impietatem contra rationem naturalem & ciuilem, quinimo & diuinam. vnde Almus Augustinus dicit, Si quis vult Deum hęredem instituere, & filiū exhæredare, alium pro consilio quærat & recipiat, quàm Augustinum: transsumptiuè in gloss. l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cler. Aut, dicit ipse, paciscitur filia, quòd dote contenta amplius ad bona paterna non habebit regressum: & tunc hoc casu, dicit, tale pactum bene iuramento firmari, vt d. ca. quamuis. de pact. in 6. Et est ratio, quia per tale pactum non aufertur patri liberum testandi arbitrium, quia isto casu filiam non prohibetur instituere, nec instituta prohibetur succedere, cùm tale sacramentum non videatur exactum, nec præstitum quando pater eam instituendo vocaret. vt ff. qui & à quibus, & c. l. fin. & l. si patronus. de bo. li. ff. Nec tale pactum tunc nutrit impietatem propter dotem iam receptam, quæ exiuit de patrimonio patris. Quinimò dicit ipse, fortè nec ipsa filia succedit prohibita: videtur ab intestato, nisi extarent fratres, vel liberi. quorum contemplatione pater videtur hoc pactum exegisse, vt l. pactum. C. de colla. quia verba generalia sic debent restringi, vt non videatur quis alienam posteritatem suę posteritati anteponere. l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit. & substit. & restitu. sub condi. factis. &

l.cum acutissimi. C. de fideicom. Et sic non videtur pater amplius in hoc ꝓposito exclusorio persistere, cum renunciatio contemplatione personæ facta vltra illam non extendatur, vt l.iubemus.ad Velleia.ff.& sic restringi dictum c.quanuis.de pac.in 6. vt non habeat locum, quando filia sic dotata veniret ex patris voluntate expressa, vel tacita, quæ nō habeat contra præsumptionem aliam sibi impositam. Et in hanc sententiam inclinat Sali. Quæro quartò, quia consuetudo nostra est pro filiabus successionis exclusiua seu exclusoria. an ergo ista sit iuri consona, saltem an iure sit substentabilis? Et videtur quòd non, quod pluribus obmissis probatur duplici fundamento. Primò, quia consuetudo debet esse sanctio sancta & iubens honesta. c.erit autem.4.distin. Sed constat ad sensum, nihil irrationabilius esse, quàm quòd filia magni nobilis sit à patris sui ditissimi successione exclusa sub vnius capelli rosarum dationis velamento. igitur. Secundò probatur. Nam quando aliquid non potest fieri per pactum: eo quia sit contra bonos mores, illud etiam non potest fieri per statutum vel consuetudinem, Bart.in l.omnes populi. de iusti.& in l.2. C. quæ sit longa consuetu. Alexand.in d.l. pactum, quod dotali. C. de pac. & in l.stipulatio. hoc modo concepta. de verbor.obliga. ff. & Iason in d.l.pactum, quod dotali, in secunda col. igitur, si per consuetudinem tale pactum non possit validari: bene sequitur, quòd absq; pacto non possit cōsuetudine vel statuto introduci, cum difficilius sit de nullo formare, quàm iam factum infirmare, sicut in simili dicunt Doctor.in l. legem.C.de pact. Tertiò confirmo per id quod in specie dicit Sal. in Authen. nouissima.C.de inoffic. testa.in II.quæst.in fi. Statutum vel consuetudinem non valere, quibus disponitur, vt filię non succedát, nisi eis de aliquo prouideatur, præsertim vt dotentur. ergo idem in proposito: constat enim dotem, vt sæpe dictum est, loco legitimæ successisse. Sed fatuum est dicere, quòd legitima sit pro vno capello rosarum: ergo consuetudo nostra videtur irrationabilis, & contra omnem iuris vtriusq; doctrinam introducta, cum sit legitimę & dotis exclusoria. Quartò comprobo sic. nam pater num officium est dotare filias. l.fi.C.de dot. pro.& nud. poli. cum similib. Hinc dicimus patrem posse compelli ad filiá, quæ non peccauerit, dotandam. igitur non valere debet consuetudo nostra, non solum successionis, sed & dotis exclusiua. Et quòd patres non teneantur dotare filias suas congrua dote, not. Doct. in Auth. sed quanuis dos, quæ interponitur in l.vnica.C.de rei vxo.acti.& dos non debet esse minor legitima. ita Salicet.& Fulg. in Auth. res quæ subiacent.C.communia de lega. cum dos succedat loco legitimæ. Breuiter tamen dicunt DD. quòd istud pactum de non succedendo cōsuetudine firmari potest. Ita Pau.de Cast, Alex.& Ias.in d.l.pactum.C. de colla.& Anton.de Butr.in c.per venerabilem. 30.col. extra, qui fil. sint leg. de quo puncto etiam aliquid per Scribentes in ca. 1. si de feu.controuer. sit inter do.& agnat.vas.& in c.vno, de filiis natis ex patrimonio ad morganaticam contracto. Sed aduerte quòd nos nō loquimur eo pacto. Sed termini nostri dubij sunt tales, an videlicet consuetudo nostra possit filia ab hæreditate excludi, etiam si nō habuerit, nisi vnum sertum rosarum. Et videtur quòd non, per rationes in præcedentibus allegatas, quia duplicem videtur fouere irrationabilitatem. tum, quia est exclusoria successionis, tum, quia est exclusoria dotis. Nec dicas quòd pro capello rosarum sit dotata, quia id fatuum est dicere, cum non sit valoris vnius solius nummi. Sed pro consuetudine nostra sustinenda respondeo id posse tolerari. Primò ex verbis, ex terminis nostræ consuetudinis. Secundò ex autoritate Bald. Primo, ex verbis consuetudinis cum dixit, *Suffisamment apparaigee*. Si enim filia quæ nuptui traditur, sit sufficienter apparagiata ex parte sponsi iam tunc facilius toleratur, vt sit dote exclusa, cum habeat ex apparagio, vnde sibi consulere possit absque dote. Secundò respondeo, non esse inconueniens, vt à successione excludatur propter authoritatem Bal. alibi dicentis, quòd mulier dicitur dotata, etiam si sit dotata in vno nummo, & quòd statutum excludens mulierem dotatam, intelligitur etiam de vno nummo, præsertim, si tale statutum faueat testamento paterno, ar.not.in l.si quis priore, ad Trebellian.ff. Ita scribit Bald.in c. si proponente, extra, de rescript. Refert etiam Iason in Authen. præterea.C.vnde vir & vxor in 2.col.& alibi dicunt Docto.quòd filia dotata à patre, præsumitur congruè dotata, adeò quòd de modicitate dotis conqueri non potest, nisi esset magnus excessus. Paul. de Cast.& Iason in l.voluntatis. C.de fideicom.& ideo parum, & nihil æquiparantur.l.quanuis.de condi.& demonst.ff. & per Bald. d. Auth.præterea, in vlti.colum. Salic.Paul.de Cast.Alexan.& Lud.Rom.ibidem, quia quando matrimonium est sine dote, procedit etiam in dote parua secundum Doct.ibidé, & Lud.Ro.in l.diuortio, in prin. de iur.dot.ff. Et facit à simili. nam licet per dotationem ecclesiæ vel altaris acquiratur ius patronatus, glo.c.piæ mentis.16.quæst.& in Rubri. extra, de iur.patro. Tamen ille qui dat modicam dotem ecclesiæ vel altari, non per hoc efficitur patronus, gloss.notabilis in cap. quicunque. le. 2. 16. quæst. 7. quam pro singulari allegat Abbas consilio 106.in 2. volum. 2. colum. Et sequitur Iason. in d. Auth. præterea. Ergo dicendum, idem erit in proposito, cum parum & nihil æquiparentur. quare necessariò confitendum est cōsuetudinem nostram esse & legitimę, & dotis exclusoriam. igitur omni iure improbatam, cum statutum non possit in totum legitimam tollere. Bar.in l.Titio cétum. §.Titio genero. de condi.

Consuetudo qualis esse debeat

Quod non potest fieri per pactū, non potest fieri per statutum.

Paternum officiū est dotare filias.

Dos non debet esse minor legitima.

Pactum de non succedendo consuetudine firmari potest.

Filia dicitur apparagiata ex parte sponsi.

Parum & nihil æquiparantur.

Dans modicam dotem ecclesiæ non est patronus.

condi. & demonstra. ff. Et duntaxat saluari potest ex illis verbis *Suffisamment apparaigee.* & de hac materia, an statutum valeat, vt filia non succedat, extantibus masculis, vide Bald. tenentem, quòd non, in l. fi. C. de pac. sed Bartol. & Iaso. ibidem contra, & de hoc pacto per Bald. in l. cum Archimedoram. C. vt in poss. lega. Quod ergo auxilium habebit hæc filia nobilis mortuo marito, cum nihil habuerit in dote, nisi vnum sertum rosarum : & nunc cum sit vidua & nobilis, non audet in artibus mechanicis & politicis negociari, peribítne fame? & indotata lugens & infœlix contra. l. assiduis. C. qui poti. in pign. habentur. Dic breuiter, quòd etiam in puncto iuris poterit intentare remedium d. Authen. præterea. C. vnde vir & vxor, vbi est talis pulchra prouisio, quòd vbi matrimonium est sine dote, vel cum tam modica & inutili dote, secundum DD. & coniunx præmoriés est locuples & superstes laborat inopia, licet extent filij defunctæ personæ, tam ex eodé matrimonio, quàm ex alia, coniunx superstes succedit in quarta parte, si liberi non sunt vltra tres: aliàs succedit in virili cum liberis, quod est notandum etiam in practica. Nunc venio ad declarationem nostri textus, in quo dicitur quòd filia nobilis sufficienter apparagiata est à successione exclusa, intelligo à successione illius qui aliquid sibi donauit, quantumcunque paruum. Ideo quæro cum in casu nostræ consuetudinis filia ipsa sit à successione exclusa, an propter hæc prohibeatur petere legitimam? Latè disputauit Sali. in d. Authen. nouissima. Dicam tamen quod sentio. Pro parte sanè affirmatiua, quòd filia excludatur à legitima, stringere videtur. nam legitima dicitur hodie tertia illius partis, quam quis habiturus esset ab intestato, vt glos. & per Doctores in d. Authen. nouissima. Sed ab intestato nihil esset habitura propter statutum, ergo idem videtur dicendum condito testamento, vt nulla sit legitima. Pro parte contraria stringit ad quod vulgò apud iuristas dicitur, quòd non mutatur, quare stare prohibetur, vt iuri vulgari. nec per subauditos intellectus, vel interpretationes inducenda est legum correctio, iuxta gl. singu. in ca. capientes, de ele. li. 6. Cũ ergo statutum prohibeat filiam succedere ab intestato, non debet extendi, vt succedere nõ possit condito testamento, ne tantum corrigatur ius commune. l. maximum vitium. C. de libe. præte. vel exhære. Et istud patet. nam de iure communi, quando quis potest succedere ex testamento, non potest succedere ab intestato. l. quandiu. de acqui. hæredi. ff. & tamen condito testamento, non excluditur à petitione legitimæ, vel eius supplemento. l. quoniam in prioribus. & l. omni modo. C. de inoffi. testa. Secundò pro hac parte videtur esse casus in Authẽ. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. vbi fauore monasterij filij nõ succedũt. puta patri ingresso monasterium, & nihilominus debent habere legitimã. Sic in proposito

Legitima.

quanuis fœminæ nõ succedant patri propter statutum : tamen debent habere legitimam. Tertiò facit à simili, scilicet quia filius arrogatus non succedit patri arrogatori, & tamẽ debet habere legitimam in bonis patris arrogatus. l. si arrogator, cum materia sua. ff. de adop. Et in hanc partem, tanquam benigniorem & æquiorem est inclinandum: quam firmauit ipse Salic. in l. si serui vestri, in penult. col. C. de noxal. acti. Alex. in consi. 7. in 2. vol. incipiente, Visis & diligenter animaduersis, 3. column. quia non debemus præsupponere exclusionem legitimæ, nisi quatenus statutũ expressè excludat: vt dicit etiam Iaso. in Authen. nouissima. Et dicit ibidem Salic. quòd aliàs in ciuitate Bononiæ fuit pro hac parte pnunciatum per auditores domini Cardinalis Albanensis, fratris Vrbani quinti. Quod profectò est notandum, tam ad declarationem nostri tex. quàm etiam in practica. Sed quid erit, si filia nobilis videns se exclusam, velit petere dotes maternas pro parte, quæ eam contingit, an sit audiéda? Breuiter dic quòd sic, tum quia mater non est illa quæ fecit sibi donum nuptiale, de quo habetur in text. nostro: ergo consuetudo eam non includit. Tum secundò, quia filia petendo dotes maternas, petit eas, vt æs alienum: ergo non dicitur petere de bonis patris. facit l. prætor. §. emancipati. ff. de colla. bonorum. Et idem dicendum est de emphyteosi. quia illa transit ad filios, non vt ad hæredes. quod est singulare verbum : & ita firmat ipse Salice. in l. si quando. in quæst. fin. C. de inoffic. testamen. post Bartol. ibi per eum alle. Ergo ad practicam dicas conclusiuè, quòd licet virtute consuetudinis filia nobilis sit exclusa à successione: non tamen est exclusa à petitione suæ legitimæ, nec à petitione dotis maternæ, in illis enim habetur tanquam creditrix. facit l. Papinianus. §. 4. de inoff. testamen. ff. Et quòd filia sit in his sicut creditrix, tenet idem Salic. in d. Authent. nouissima in 11. quæst. versicu. 7. quia in legitima mater, vel filia, &c. Sed an bastardus legitimatus excluderet in casu nostro filiam dotatam? Respon. quòd sic. Bald. in l. cum acutissimi, & in l. eam quam. C. de fideicom. Iaso. in l. 1. C. de bono. pos. contra tabul. Nam, vt dicit Bart. legitimatus censetur legitimus vere : ita Bart. l. si is qui pro emptore, de vsuca. ff. Dicitur in fine textus nostri, quòd filia nobilis sufficienter apparagiata, est successionum sibi nuptiale conferentis exclusa, quanuis pro dono habuisset duntaxat vnum rosarum sertum, nisi sibi reseruatum fuerit, vt succedat. Quæro ergo, an tali reseruationi succedendi fratres filiæ consentire debeant? Breuiter, quicquid dicant aliqui in l. final. de pact. Tamen dicendum est, quòd si reseruatum sit sibi ius succedendi, quòd fratres, quorum fauore factum est tale statutum, debent isto pacto reseruationis consentire, ita in specie Salicet. in d. l. pactum quod dotal. in 2. column. versic. Statuto cauetur. Cod. de pactis. & Bartol. in l.

Legitimatus censetur vere legitimus.

fina. C. eod. tit. Imò pater solus sine filiis non posset facere cũ pacto quòd filia sibi reseruet ius succedendi, Baldus, Paul. de Castr. & Fulgo. in d. l. fina. C. de pact. Et motiuum eorum est tale: quia per tale statutum est quæsitum ius filiis: ergo non potest tolli per solum patrem. l. si. ff. de pac. Confirmatur insuper per Iasonem ibidem istis mediis. Primò, quia ius quod habeo mihi quæsitum ex persona tua: tu non potes mihi auferre. l. si post mortem. §. fin. ff. de contra tabulas, quanto fortiùs ius mihi acquisitum ex forma statuti, non debes mihi tollere. Secundò & fortiùs, dato quòd statutum, ita filiam excluderet fauore patris & filiorum. & sic mixto fauore, adhuc tamen pater per pactum præiudicare non posset, vt no. Bald. in l. hac edictali. C. de secundis nup. & canoni. in ca. si diligenti, extra, de foro cõpe. Tamen, vt dixi, si masculi consentirent expressè tali reseruationi succedendi, valeret talis reseruatio, nõ obstante consuetudine, vel statuto, vt etiam concludunt Imol. Ludouic. Ro. & Alexã. in d. l. stipulatio. hoc modo concepta. de verbo. obligat. ff. & latè Geminia. in cap. quanuis. de pac. in 6. Sed Bart. & Iason in d. l. fin. C. de pact. tenent partem contrariam, scilicet, quòd pacto patris filię possit reseruari ius succedendi absq; filiis, eo quòd ius filiis quæsitum, non est eis datum sæpe infallibiliter. Et sic habes tres singulares prouisiones, ꝑ filia nobili. Prima, vt possit legitimam petere, licet in casu nostræ consuetudinis sit prohibita succedere. Secunda: vt non obstante consuetudine, possit ipsa dotes maternas petere. Et tertia, vt sibi possit mediante pacto solius patris ius succedendi reseruare. Aliam & singularem prouisionem pono: quæ & talis est, quòd ex virtute verborum nostræ cõsuetudinis, filia nobilis non est exclusa à successione rerum emphyteoticarum & feudaliũ, quando istas res emphyteoticas, vel feudales pater vel auus filię nobilis acquisiuit iure cõtractus pro se, filiis, ac nepotibus nulla facta mentione hæredum suorum, seu de hæredibus suis. Probo ex theorica Bald. & Salicet. in dict. Authen. nouissima. dicentium. & etiam idem dicit Specu. in titu. de loc. versi. nec aliqua, in versi. Vbi dicit, quòd si pater acquisierit in vita emphyteosim pro se, filiis & nepotibus, quòd mortuo patre, filij possunt acceptare emphyteosim & respuere hæreditatem. Ratio: quia illam emphyteosim habent iure contractus: non iure hæreditario. Idem dicit Paul. de Castro ibidem in rebus, & de rebus feudalibus. Secundò probo per aliam Doct. theoricam: nam dicunt, quòd si mortuo patre frater faceret quittationem aliis fratribus de omni eo quod posset petere, vel consequi in hæreditate paterna: per hoc non impeditur petere partem feudi: quia ista non petuntur iure hæreditario, sed vigore contractus. Bar. in l. item videndum. in fin. ff. de peti. hæred. Etiam si in tali renunciatione interuenisset iuramentum. Alberi. de Rosa. in l. tres fratres. ff. de pac. Iason in d. Authent. nouissima. in pen. colum. Sed sanè ista limitatio est suprà omnes singularis: ad quam Practici non aduertunt. Sed eã sic adhuc limito & dico, quòd retentis meis terminis, & terminis nostrę cõsuetudinis, filia non erit à rebus emphyteoticis vel feudalibus exclusa, quin eas possit recuperare & petere à fratribus agendo: tamen petitorio, sed non possessorio iudicio. hoc est, non erit in illis saisita. Motiuum meum est tale: dicunt Docto. in loc. prælle. quòd si filia renunciat bonis paternis, quòd tunc videretur esse exclusa etiam ab emphyteoticis & feudalibus: quia, vt dicunt, plus est renunciare bonis, quàm hæreditati. & certum videtur, quòd emphyteoticariæ res & feudales sunt in bonis nostris, & veniunt appellatione bonorum. licet non veniant iure hæreditario, vt satis dictum est. Quare dico, quòd filia virtute consuetudinis exclusa, licet debeat tantum dici exclusa ab hæreditate: quia dicitur in tex. nostro,

Tres prouisiones.

Est forclose, &c.

¶ Non debeat dici exclusa rebus emphyteoticis, vel feudalibus (nisi expressè renunciasset omnibus bonis) & exinde sequatur, quòd agere possit pro illis petitorio. Ratio: quia etiam appellatione hęreditatis bonorum possessio continetur: & bonorum possessio venit appellatione hæreditatis. ergo l. loquens in hæreditate habebit locum in bonorũ possessione, Bart. in l. 1. §. bonorum. ad Trebel. ff. Et idem in statuto, vt statutum loquens in hæreditate habeat locum in bonorum possessione, secundum Barto. & Doctor. ibidem per tex. in l. in conditionibus. §. patronus. de condi. & demonstra. ff. & Iaso. in l. emancipata. in fin. C. qui admi. ad bo. pos. & infra quod tempus, vbi dicit quòd beneficium l. cum antiquioribus. de iur. delibe. C. habet locum in successionibus prætoriis. & Fulgo. in d. l. emancipa. allega. l. fin. C. eo. & l. hæreditatis. l. 2. de verbor. significatio. Sed videtur dicendum, quòd licet filia excluderetur à bonorum possessione, quæ est iuris, non tamen à possessione bonorum: quia habere bonorum possessionem, vel possessionem bonorum, latè differunt.

Fille mariee.

¶ An requiratur, quòd verè fuerit maritata ad hoc vt excludatur, an sufficiat quòd fuerit despõsata cum sufficienti apparagio. Videtur quòd requiratur, quòd verè fuerit maritata, imò & in vsu mariti posita. Quod videtur sonare istud verbum *Mariee.* & illa non dicitur maritata, quæ non habet mariti vsum. Nam maritus dicitur quasi maris ritus, vt dixit Salic. late disputans in l. cum in te. C. de do. ante nup. Item textus noster videtur voluisse, ꝙ filia sit in matrimonio antequam à successione excludatur: quia dicitur in textu.

Maritus vnde dicatur.

Mariee, &c.

¶ Sed in statutis verba sunt intelligenda in ple-

pleniori & potentiori significatio.ar.l.1.si ager vec.vel emphi.pe.ff. & l.cõstitutionibus. ad municipa. & verba statuti sunt in suo esse perfecto intelligẽda,& cum effectu.l.1.§.hæc verba. quod quisque iur. & l.si per alium.§. docere. ff. ne quis eum, qui in ius voc. vi exi. ergo, &c. Tertiò probatur ex ratione theologorum dicẽtium,quòd matrimonium aliud imperfectum, aliud perfectum. Imperfectũ dicitur ante carnis copulam: perfectum verò post carnis mixtionem.vnde Ambrosius sanctus: In matrimonio intelligitur spiritualis coniunctio: quã confirmat carnalis commixtio.ergo postquam textus noster intelligit de illa quæ est in matrimonio, seu maritata: debemus intelligere de matrimonio perfecto. Nec dicas ꝙ statutum sit de sola despõsata intelligendum: quia totũ oppositũ videtur dicendum, eo præsertim quòd istud statutũ est odiosum, & legitimæ naturę priuatiuũ. Licet dicitur esse fauorabile respectu filiorũ: & sic cum statutum sit tale, est restringẽdum: quia est contra ius commune.c.odia.de re.iu.in 6. c.statutum. de elect. & hãc partem tenuit Ias. de Sochis, vt refert glos.Prag.Sanct.in titu.de concubinariis.§.& cum omnis fornicationis. super verbo vxorem. Et istud valet ad quæstionem, quam facere possunt de lucro dotis vxoris præmortuæ, vel de cõmunibus bonis inter virum & vxorem. In oppositũ videtur, quòd sufficiat quòd filia sit per verba de pręsenti desponsata: nam spõsa de præsenti ante carnalem copulã venit appellatione vxoris: quia solus consensus facit matrimoniũ 27.q. 2. Ideo si legatur alicui puellæ monile auri, si contraxerit matrimonium: ipsa habebit legatum, si ipsa cõtraxerit per verba de præsenti: licet carnaliter non consummauerit.l.cui fuerit, de condic.& demonstra.ff. Et quòd statutum in vxore vendicet locum in sponsa de præsenti, tenet Panor. in c.3. loco de prob. & Bald.in l.non sine.C.de bo. quæ libe.etiam si non sit carnaliter cognita Barto.in l.nihil.rerum amo. ff. & in l. cum hic status.§.mulier & maritus.ff.de dona.inter vi.& vxo. 22.q. 2. c.iniiciatur. Et ideo non dubium, quòd inter beatum Ioseph & Mariam fuit matrimoniũ. Maria fuit vera vxor Ioseph, licet ambo virgines fuerint. Sed Salicet. ad hoc respondet, quòd verum est bene, quòd inter eos (licet virgines fuerint indubitabiliter) fuit matrimonium, quãtum ad sanctificationem: quid dicendum in tanta difficultate? Breuiter credo primam partem veriorẽ de iuris profunditate. Sed secunda fortè teneretur in practica: Attamen tene menti, quòd si statutum excluderet filiam dotatam solum, tunc sufficeret si esset dotata sola destinatione patris. puta in testamento paterno, licet nondum nupta, vel maritata esset: & licet effectualiter adhuc dotem consecuta non fuisset Iaso. post multos Docto.in l.1.solu.ma.ff.in princ.ergo est apprimè ponderandum an statutũ loquatur de filia dotata, vel maritata.

Matrimonium duplex.

De dotata sola destinatione hic est singul. ī practica passim.

Apparaigee.

¶ Istud declaraui suprà in 8.recol.

Forclose de la succession.

¶ Amplia si etiam illa succesio esset non in omnibus in Turonea, sed etiam in aliis ducatibus, vel prouinciis diuersæ dispositionis, vel consuetudinis quãdo filia est dotata, vt suprà dixi post Sali.in l.1.in fi.C.de sum.tri. Limita tamen, vt sit exclusa à bonis allodialib. & nobilibus, nõ emphiteoticariis, vel feudalibus: quia consuetudo est pœnalis, vt dixi in 13.col. vbi videas: quia ista limitatio non practicaretur, & illam posui gratia disputationis.

Tant quil ait hoir masle.

¶ Sub isto verbo vide mirabile dictum Bald. & Ias.quòd retuli suprà in antepen.col.vbi latè enucleaui textum. & vide infrà in fi. not. præsentis.vbi inuenies mirabile Bald.verbũ. Sed redeundo in hoc puncto nõ video, quòd filia dotata per pactum solius patris sibi posit ius succedendi reseruare (& no. quòd loquor de dotata) & hoc per rationes suprà per tactas. Iuncto præsertim, quòd hæreditas nõ potest dari in dotem. l. hæreditas. C. de pact. cõuentis, tam super dona. propter nup.quàm parapher. & pro hoc adduco text. in §. sed si quis nepotis loco.Insti.de adop. ibi text. ne ei inuito suus hæres agnascatur. Et miror quòd Doctor. non ponderarunt hunc textum ad hoc. Et sic inuitus & dolẽs recedo in hoc passu ab opi.Bart. & Iaso. quorum vestigia semper sum secutus, sed magis ęst amica veritas. Bald. dicit vnum magnum verbum in ca.ad nostram, in 3.col.de iureiuran. extra. quòd si filia cum iuramento renunciasset succesioni paternæ ipsi patri & fratribus.adhuc pater solus posset eam in testamẽto instituere. Et aduerte, quòd filia exclusa à succesione patris nobilis, cum fuit dotata: vt in casu nostri articuli: videtur esse exclusa masculo viuente ab omnibus aliis bonis patris etiã extra consuetudinem Turonensem situatis, quando pater habet in Turonia domicilium originis & habitationis: licet vulgò dicatur, quòd statutum non extendit vires extra territorium statuentium, ita in specie Salicet.in d.l.1.C.de summa trini.& fi.catho. in pen. col. versicul. At ex his habes, quòd notabis perpetuò. At vbi simpliciter statuto caueretur, ne filia succedat: tunc tale statutum non extenditur ad bona sita extra territorium statuentium secundum Barto.in d.l.cunctos populos. C.de summa trini. & fi. ca. Nunc transeamus ad alia, quę concernunt principalius ipsam militum dispositionem. Et dico compendiosè, ꝙ ista sunt septem. Primum: quia potest hæredem instituere in re certa: ita quòd non traheretur ad alia bona.l.si miles. ex fundo. de mili.testamen. Secundum: quia potest decedere pro parte tam rerum quàm temporum testatus, & pro parte intestatus, vt l.miles ita. ff.eo.& suprà in prima conclusi.dixi. Tertiũ: quia potest extraneo directo substituere.l. Cen-

Centurio.de vul.& pupilla.sub.ff. Quartũ: quia obliqua substitutio in testamento militis facta trahitur ad directam,vt l.neque.§.fina.cum l.sequente.ff.eo.Quintum:quia verba enunciatiua emissa propter aliud in testamento militis dispositionem inducunt, vt l. ex his verbis fortunato liberto meo.C.de testa.mili. Sextum: quia potest grauare hæredem vltra dodrantem.l.si certarum.§.finali cum l.sequen.ff.de mili.testa. Septimũ: quia testamentum filij familias militis factum de Castrensibus olim non sufficiebatur querelæ.l.fina.C.de inoffic.testa.Licet hodie dubitetur,de quo vltimo vide per Sali.in Authen. presbyteros.Cod.de epis.& cle.Ista sunt quæ sparsim statuũtur per leges. An autem captatoria institutio sit in testamento militis tolerata? Dic breuiter,quòd non l.captatorias.C. de testa.mili.cum simili. Quid autem in relictis ad pias causas? Et cõmunis resolutio est, quòd dispositio captatoria in relictis ad pias causas valet. Ita Barto. in repe.l. primæ, in 3. quæst. quintæ quæst.principalis. C.de sacrosanct.eccl.& in l.Theopompus.ff.de dot.præle.Bart.& Bald.in l.captatoriæ. ff. de leg. 1.& Alexan.in d.l.captatorias. C. de testa.mili.licet Bald.Salic.& Ange.in d. l.teneant contrarium, quos sequitur ibidem Ias. Sed non recedas à prima opinione: quia est illa, quæ fauet religioni.l.sunt psonæ.ff.de rel.& sump.fu.Sed ecce dubium nouum.Nobilis qui militabat, legatum fecit de Corserio suo, captatorie tamen: quia id reposuit in voluntatem sui amici &commilitonis,vt Corserium traderet cui vellet: & sic substantia legati fuit in eius arbitrio collata,& fuit istud legatum incertæ personæ de incertis,quæritur an tale legatum captatorium sit validum?istud est dubium à Iasone tactum: in quo tamẽ nihil determinat. credo tamẽ,quòd tale legatum (licet captatorium) valeat. & quòd iste amicus poterit de equo disponere: quia licet institutio captatoria sit in militis testamento reprobata:non tamen quicquam disponitur de legato,igitur. Secundò moueor multum: quia iste passus captatorij legati est de iure ciuili. Sed sic est, quòd solennitates ciuiles non habent locum in testamento militis,nisi quatenus sunt expressæ in iure, vel nisi quatenus sunt militibus vtiles,vt tenent Doctor.in d.l. captatorias,igitur. ¶ Vidimus de prima rosa, scilicet rubea,videndum nunc est de rosa alba nostri capelli, per quam rosam, vt suprà diximus, debemus intelligere morientes in pace & ocio.Suppono igitur quòd omnis homo est testabilis, nisi intestabilis inueniatur. Secundò præmitto, quòd omnis qui expressè non inuenitur prohibitus potest hæres institui.Qui sunt autem illi,qui testamenta cõdere non possunt,habes per glo.Doct.quibus non est permiss facere testamen. Inter quos nota vnum intestabilem in practica, scilicet damnatum ob crimẽ famosum, vel libellum in iniuriam alterius,qui & etiam infamis est,

De captatoria institutione in testamento militis.

Quid in relictis ad pias causas.

Damnatus ob famosum crimẽ est intestabilis.

vt in l.is cui.§.si quis ob crimen.ff.qui testa.face.poss. Et not. quòd ibidem tenet Barto.ꝙ infamis ex alia causa, quàm ex supradicta nõ propterea est intestabilis. Alius casus, qui est practicabilis,est in excommunicato.Ita tenet glos.in ca.decernimus,de senten.excommunica.lib.sexto. Licet plures Doct. teneant cõtrarium:tamen mihi bene placet illius glossę decisio: quia hæreticus sit de iure intestabilis,satis bene quadrat quòd ad idem sit excõmunicatus.Nec obstat,quòd excommunicatus non sit hæreticus: tamen est sicut membrum aridum, pro quo non orat pia ecclesia in die sancta veneris, licet oret pro hæreticis & paganis.Item ille cui bonis interdictum est etiam redditur intestabilis. Si tamen testamentum condiderit, postquam fuerit sibi à iudice bonis interdictũ.l.is cui.ff.eo.Et nota, quia dicimus excommunicatum esse intestabilem secundum opinionem Ioan.And.in d. cap.decernimus. Plus dicimus quòd excommunicatus, non potest hæres institui, si tempore institutionis esset excommunicatus secundum Doct. Sic nec damnatus de crimine famoso. De successione autem ipsorũ ascendentium,vide per Doct.in Authen. defuncto. ad Tertullia. C. communia de success.& in Authent.cessante.C.de legi.hæredi.Cyn.in d. Authentic.itaque placet mihi enodare certas quæstiones, quas vidi temporibus meis, & quæ egerent decisione consuetudinaria. Pone ergo quòd frater decessit relictis fratrib. pluribus, quorum quidam sunt ex parte patris: alij autem ex parte matris & patris,& sic vtrinque coniuncti sunt. quæritur qualiter distribuetur successio? Dic breuiter, quòd isti vtrinque coniuncti in omnibus bonis vndecunque quæsitis præferuntur cæteris,cùm duo vincula sint fortiora vno.vt dict.Authẽt. itaque: cum similibus. Vbi autem essent fratres ex parte patris tantum: & sic consanguinei, & ex parte matris, & sic vterini tantum: tunc breuiter distingue, aut est quæstio de conquæstibus defuncti, aut de patrimonio. cum quæstio est de diuidendis cõquæstibus: tunc æqualiter succedũt. intelligo in plebeis, & non nobilibus, propter decisionem nostræ consuetudinis. Sed cùm agitur de succedendo in patrimonio fratris defuncti, tunc dic quòd in patrimonio superueniente ex latere patris succedunt: hi fratres qui ex parte patris sunt: & sic consanguinei. In bonis verò patrimonialibus ex parte matris prouenientibus succedunt vterini fratres: & ita dicunt Docto.in d.Authen. itaque. Et sic ista bona,vt ita dicam, furcant, hoc est quod venientes ab intestato ex linea, ex qua patrimoniũ descendit præferuntur aliis: & de hac etiam materia vltra scribentes in dicta Authen.itaque,& d. Authen.cessante.vide no. per Imol.in consilio suo 114.col.3. versus fi. Sed aduerte,quia vidi in practica teneri per plures laudabiles aduocatos, quòd vtrinque coniuncti fratres non excludebant cõsanguineos, vel vterinos tan-

Cui est bonis interdictum, est intestabilis.

Quomodo de fratrib. ex vno coniunctis latere & ex vtroque.

tantum: sed quòd patrimonia debebantur secundum lineas, ex quibus procedebát. Sed de conquæstibus paternis, ac bonis mobilibus est maius dubiũ. Quæro secundò & breuiter qualiter succedant nepotes, cum patruis. pone Titium habentem duos filios viuos, & tres nepotes ex filio premortuo decessisse: qualiter distribuetur successio? dico in stirpes. Nam hæreditas pro vna tertia dabitur primo filio. pro alia tertia secundo fil. & pro tertia nepotibus: & sic filiis istius præmortui, vt d. Authen. cessante. Sed quid si non sint amplius patrui, sed soli nepotes successuri. Subiicio rem exemplo pro iuuenibus. Titius decessit relictis quinque nepotibus ex duobus filiis suis præmortuis. nunc quæritur, an isti nepotes: & sic, an isti filij fratrum succedant in capita, vel stirpes? Bona fuit olim opinio. nam Azo tenuit quòd succedunt in capita: sed Accursius quòd in stirpes, & hanc opi. clarè firmauit ipse Accur. in l. fin. Si pars hæred. pet. ff. quanuis videatur aliter sentire Institut. de leg. agn. succes. §. hoc etiam, Bartol. vero in l. post consanguineos. §. hæreditas. ff. de suis & legi. tenet Accursij opinionem. Sed Salicet. latè defendit opinionem Azonis, dicens eam esse de iure veriorem in d. Authent. cessante. Et fortè non maledixit ruminando iura, in quibus se fundant Doct. Tamen expertus sum in vrbe Parisiana, in persona mea quòd consuetudo Azonis plus placebat Parisianis. Tertiò quæro, videtis quòd consuetudine nostra cauetur quòd extantibus filiis nobilibus fœminæ non succedant. ponamus filiam mortuam viuente patre suo, ex qua filia relictus est paruulus quidam, an ipse succedet cum masculis: & sic cum auunculis suis? Dubium facit: quia consuetudo duntaxat disponit de filia excludenda. de filio autem ex ea nascituro nihil disponit. Sed verum est dicere, quòd tempore successionis delatæ, scilicet tempore mortui aui materni iste filius reperitur, qui & masculus est, igitur videtur quòd succedere debeat, cum consuetudo nostra sit odiosa, nec extẽdi debeat in plus quàm loquatur, cum sit correctoria iuris cõmunis. Quòd autem sit iuris communis correctoria, patet in l. maximum vitium. C. de libe. præte. vel exhæred. vbi habetur quòd masculus & fœmina pariter debent in testamento parentum honorari. Ideo cum iste casus de isto nepote, & sic de filio filiæ sit à consuetudine obmissus, videtur quòd relinqui debet dispositioni iuris communis. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. l. si extraneus. ff. de condi. causa da. cau. non secu. & sic quòd iste nepos debeat auo materno succedere. Sed communis sententia est in contrarium, ac præsertim potissima ratione: quia cum mater, quæ radix est, sit à successione exclusa, sic consequenter est filius ex hac radice procedens, exclusus. Ita Bart. in l. ad Tertul. ff. Et etiam: quia iste filius non potest venire, nisi vt imago matris, arg. C. de colla. l. illam, §. pen. igitur matre exclusa, tunc excluditur omnis linea quæ descendit ex ipsa. & videtur de hoc casu in §. hoc autem notandum, qui feu. dare poss. cap. 1. cum ibi nota. & ita firmant Bal. & Salic. in d. l. maximum vitium, dicit ergo consuetudo quòd filia nobilis excluditur extantibus filiis. Quid si filij non extent, sed solum nepotes: & sic filij filiorum, an tunc sit filia exclusa? Pono casum familiariter. Titius nobilis habet filium & filiam, ex filio autem habet nepotem. moritur Titij filius: remanet nepos: consequenter decessit ipse Titius: an tunc excludetur filia per istum nepotem à successione Titij defuncti? Videtur quòd non: quia consuetudo nostra solum loquitur de filiis: & non de nepotibus. ex eis ergo, & cætera. Tum secundò consuetudines & statuta sunt stricti iuris. l. constitutionibus. ff. ad municipa. & sic non debent extendi. l. si verò negotiũ. §. de viro, solu. matu. ff. & quicquid est obmissum, habetur pro obmisso, & relinquitur dispositioni iuris communis: l. quicquid astringendæ. de verbo. obliga. ff. Et maximè, quando tractatur de legum correctione, arg. l. præcipimus. C. de appellatio. Fieret autem extensio, si consuetudo traheretur ad nepotem, patet: quia appellatione filij non includitur nepos. quod demonstratur ex pluribus. Primo ex nominis appellatiui diuersitate, ex qua sequitur, quòd non sunt idem, vt l. si quis in fundi vocabulo. de leg. 1. ff Secundò ex multiplici generatione, quia filius est prima generatio: nepos sanè secunda, vt in Authent. de non alie. §. emphiteosim. Item quia filius nascitur ex generante, nepos autem ex generato. Item anima vnius non est anima alterius, & tamen anima hominis cuiuslibet est pars formalis ipsius. igitur. Item cum alibi iura dicant quòd appellatione filij contineatur nepos: id procedit ex interpretatione, non de proprio & stricto vocabulo, seu significato. in l. iusta interpretatione. ff. de verb. signific. & glo. in l. filij. de verborum signifi. Pro parte autem contraria facit, quia appellatione liberorum continetur. l. liberorum. de verbor. signi. ff. ergo idem dicendum appellatione filiorum, cum filij appellatione, omnes liberi intelligantur, vt d. l. filij. ff. eodem titul. Item nepos sæpe filij appellatione venit, vt d. l. liberorum, vltra medium. Item suadetur, quia ratio consuetudinis condendæ fuit, vt agnationes, & familiæ conseruarentur in honoribus & bonis, vt l. 1. §. publice, de vent. inspi. ff. Sed hæc ratio non tantum concernit filios, sed & nepotes. Imò magis nepotes, per quos memoria nostra perennis efficitur, vt d. l. liberorum, de verbo. signifi. ff. Nec obstare potest, si dixeris quòd hæc ratio non ponitur in statuto: quia fateor quòd non ponatur in consuetudine expressè, sed ponitur tacitè: sic, quia hæc vnica sola ratio potuit mouere statuentes. Sed ego habeo quòd quando in statuto vnica sola ratio statuti condendi reddi potest, quòd tũc illa habetur

Qualiter succedant nepotes cũ patruis.

Exclusa descendente excluduntur & descendentes ab illo.

Consuetudines et statuta sunt stricti iuris

Anima hominis cuiuslibet est pars formalis ipsius.

Per nepotes nostra memoria perennis efficitur.

tur pro expressa. arg. l. nominatim. in verbo, si vnico. de verb. sign. ff. & l. fundus, qui locatus. de fund. instruc. & instr. lega. ff. Et dixi suprà in titul. 1. huius voluminis, vbi tango hanc materiam Statutorum extensiuam in arti. 4. Item facit pro parte nepotis. Nam priuilegium filij transit ad nepotes. l. diuo Marco. & l. milites. C. de quæst. Item facit quia nepos est subrogatus loco filij. vt Institu. de his quæ ab intest. deferuntur, cum filius, igitur tanquam subrogatus beneficium patris sui sumere debet. arg. l. 1. §. hæc actio. si quis testa. liber esse iussus fuerit. ff. Vltimò pro parte nepotis facit gloss. Institut. qui dari tuto. poss. §. fina. quæ dicit in effectu, quòd nepos cōtinetur in appellatione filij secundum veram significationem, & allusionem vocabuli: cum filius dicatur à philos, quòd est amor: & amor est ita in nepotibus, sicut in filiis, imò secundum quosdam augetur in eis. in hanc partem inclinant Doctor. in d. l. liberorum. Et Bald. & Salic. in d. l. maximum vitium. Cod. de liberis præ. exhære. Sed quid si statutum vel consuetudo nostra mandaret, quòd verba statutorum intelligantur secundum proprium significatum ipsorū. an tunc nepos excluderet filiam? Tota vis istius questionis dependet ex hoc, an appellatione filij contineatur de proprio significato nepos. & gl. tenuit quòd sic in d. §. fin. Institu. qui dari tut. poss. Sed glossa tenuit oppositum in d. l. filij, de verbo. signifi. ff. Sed Bald. in d. l. maximum vitium, tenuit adhuc in casu isto nepotem excludere ipsam filiam. Idemq; Salic. Et hoc non tantum ex illius verbi propria significatione, quam ex verbi, patris sui subrogatione. Quinta quæstio in hac finali parte. Scitis quòd de iure in succedendo ascendentibus non est differentia inter filios & nepotes: & ita succedunt filij sicut nepotes. Nunc inducimur ad arduam quæstionem, quæ plerunque in regnis & principatibus contingit. Stante consuetudine, quòd primogenitus succedat in regno vel ducatu, quid nunc si præmoriatur primogenitus. an secundogenitus, & sic patruus, an nepos succedere debeat? & intellige semper nepotem filium primogeniti: hæc est ardua & dubitabilis quæstio, quæ iamdudum fuit examinata à Ioanne Andr. in addi. ad Specu. in titul. de feud. super Rubri. & ibi decidit pro nepote: & sic pro filio filij, adducitq; ibidem allegata per Oldra. qui hāc quæst. disputauerat in curia Romana coram rege Roberto, & ibidem tenebat Oldra. pro ipso nepote. Idem tenet Bald. in l. liberti. 7. C. de ope. liber. Pet. de Ancha. in cap. licet, de voto. Idem Paul. de Castr. in Authent. post fratres. C. de legi. hæred. Idem Cyn. in l. imperialis beneuolentiæ. C. de nup. Idem Bald. in cap. 1. de filiis natis ex matrimo. ad morga. contra. Idem latè Panorm. in consil. 86. quod incipit in præsenti quæstione 1. volum. Hinc est quòd Otto Imperator supra Renum apud Treuerum existens, dum hæc quæstio de facto accidisset, voluit quòd iudicio gladiatorio decideretur, & quòd vix nepos vincere potuit. Sed cum ille reuera vicisset, ordinatum fuit abinde, vt nepos patruum excluderet. credidit autem Otto Imperator istam victoriam iudicio Dei fuisse nepoti datam. Et non immeritò, quia omnis victoria à cœlesti numine venit. vt Institu. in procem. versicul. Et bellicos quidem sudores. Sed contrariam sententiam, scilicet pro patruo, & sic pro secundo genito tenet Barto. in d. Authent. post fratres. Imol. & Gemi. in c. grandi. de supplen. neg. prœl. in 6. iuncta l. cum ita. §. fin. de leg. 2. & Francis. de Aretio in consil. 163. quod incipit, diligenter, & maturè excussis. & Alexan. de Imol. in consil. 54. in 3. volum. quod consilium incipit, ponderatis verbis. vbi dicit, quòd ista sententia est magis communis, pro qua papa pronunciauit pro rege Roberto contra regem Vngariæ. Sed Bald. in d. l. liberti. vbi examinat hanc quæstionem, dicit, quòd Bonifacius fuit in hoc partialis ipsi regi Roberto, & quòd ita iudicauit propter magnam sapientiam illius Roberti, & quòd ipse Robertus id cognoscens, voluit postea transferre regnum in regem Vngariæ. Et sic vides quanti Doctores sint in isto bello & conflictu legali contrarij. Tamen semper vidi obseruari pro nepote in pluribus principatibus, etiam meo tempore.

Priuilegiū filij trāsit ad nepotes.

Filius vnde dicatur.

Amor augetur in nepotibus.

De filio & nepote prætendentib. aliquod regnum.

Otto fecit quæstionē decidere iudicio gladiatorio.

Victoria à cœlesti numine tribuitur.

Tant quil y ayt hoir masle.

¶ Aduerte quòd filia, quæ est semel exclusa à succeßione patris propter masculum, intelligitur semper exclusa, adeò quòd mors masculi non prodesset fœminæ, etiam si masculus moreretur nullis relictis liberis. ita pulchrè Iaso. in l. si arrogator. in tertia columNn. de adop. ff. & Bal. in l. 1. in §. 2. episcopum abbatem vel abbatissam. Nō est melius verbum in isto mundo.

XXVII. ARTICLE.

Si le frere noble marie sa seur, & il luy donne moins que aduenant, elle pourra demander a son frere le surplus quil luy appartenoit de son droit partaige. Et si la femme decede auant son mary, les enfans delle pourront demander le parfaict du droict de la succession de leurdicte mere.

Sequitur in textu.

Si le frere noble marie, &c.

¶ Hic habes, quando soror habet partagium. Sed quid si sit pauperrima. & frater diues, an teneatur dotare inopem sororem? Respond. sic, si soror sit vtrinque coniuncta. Secus porro, vbi esset simpliciter vterina. gl. & scriben. in l. non omni. C. de admini. tut. & in l. complures. §. penul. de administrat. tuto. ff. Bald. in l. fin. C. de do. pro. Imò & frater sacerdos cum bona conscientia potest de bonis ecclesiæ, si etiam aliud frater non habeat, sororem inopem

Sacerdos de fructib. beneficij potest sororē inopem dotare.

inopem dotare. Scripsi multum latè infrà, tit. *De douaire de femme noble.* art. 1. col. 5. vers. quid autem diceres.

Et il luy donne moins, &c.

¶ Istud est in iure. Nam filiæ dos nõ debet esse, præsertim si à fratre emanauerit, minor legitima sua. Sali. Fulg. & Ias. in Authen. res quę subiacent. C. communia de legatis, cum dos succedat legitimæ loco. Notanter dixi si dos procedat, seu emanauit à fratre. Nam si pater dotauerit filiam, tunc habet locum articulus immediatè præcedens, quo cauetur quòd filia exclusa dicitur: & hoc ideo diuersum est in patre & in fratre. Nam alibi scribunt DD. quòd filia dotata à patre pręsumitur congrue dotata: adeò quòd de modicitate, vel paruitate dotis conqueri non potest: nisi esset magnus excessus. Paul. de Cast. & Ias. in l. voluntas. C. de fideicommissis.

Et si la femme decede, &c.

¶ Notanter dicit, *Si la femme decede, &c.* Quia matre viuente filij excluderētur, cum illa sit proximior. at illa dum viuit, petere eos impedit. sed quid si soror iurauerit, nihil amplius à fratre petere? Respond. quòd illa amplius petere non poterit, ar. no. in c. cum contingat. de iureiurando. & cap. quanuis. de pactis, in sexto. & no. in l. pactum quod dotali. C. de collationibus. Opus erit ergo quòd absoluatur à iuramẽto, & quòd veniat ad remedium cõsuetudinis, cum beneficio principis, seu reuelamento regis. Nam consuetudo non potest reprobare iuramentum, cum illud sit de iure diuino, vt dixi in titul. *De successions de gens roturiers.* art. 8. in colum. 7. versicu. adhuc quæro. quia consuetudo non habet vim apostolici. Et ad præsentis articuli materiam not. vnum quòd si mortuo patre vnus filius dicit se contentum de relictis sibi factis à patre, vel filia, dicit se contentam de dote pro omni eo, & toto eo quod sibi debetur de bonis patris quod per hoc non excluditur ad petendum legitimæ supplementum, Bald. & Salicet. in l. si quando. §. generaliter. C. de inoffic. testa. Bald. & Angel. in l. de his. ff. de transac. & in Authẽ. vt cum, de appella. cogno. §. cæterum, & Iaso. in l. 1. colum. 3. versic. 6. adde si quis in ius voc. non ierit.

Nota perpetuo.

XXVIII. ARTICLE.

Si fille noble est prouuee soy estre faict depuceler par auant laage de vingt quatre ans, elle peult estre priuee des successions directes, non aduenues, & non pas des collateralles.

Si fille noble, &c.

¶ Hoc ideo, quia propter vitam flagitiosam & luxuriosam potest filia exhæredari. l. si filiam, C. de inoffi. testa. Sed quòd hæc dicit de 24. annis, melius dixisset de 25. annis, vt in Authentic. sed si post 25. annos. C. eodem. Sed aduerte quòd verum est, filiam posse ob castitatem deperditam successione directa nõdum aduenta priuari, nisi mater fuisset, aliàs in simili vitio. Pone exemplum: Quædam domicella habens filium vnum, & tres filias, differt filias suas maritare vsque ad viginti annos: vna istarum filiarum sollicitatur nimio cum amore à quodam iuuene ardentissimo: audit iuuenem. Et tractu temporis fit hæc iuuencula grauida: mater quæ est superbi spiritus vult eam propter hoc exhæredare, cum & ipsa mater aliàs in suis iuuenilibus annis etiam amorabundè vixerit, quæritur an mater ipsa sit audienda? Respon. pro iuuenibus quòd non, quia non potest quis alteri obiicere turpitudinem quam ipse patitur, quia nil dolosius doloso, nil Catilina Cethego. l. in arenam. C. de inoff. testamen. l. quoniam. C. de hæred. l. si duo, de dol. ff. c contra Christianos, de hæretic. libr. 6. Hinc est quòd infamis non potest obiicere testi infamiam Bart. & Doct. in l. cum mulier. solu. matri. ff. gl. & Doct. in c. testimonium. extra. de testi. Et ita de matre meretrice, quòd nõ possit filiam propter luxuriam exhæredare, tenent Barto. Bald. Fulgo. & Iason in d. l. in arenam. & Bal. in l. si filiam. C. de inoffic. testamen. Limita tamen singulariter istud esse verum, nisi mater esset emendata, & in competenti ætate ad honestam vitam reducta: quia vltima consuetudo attendi debet. l. mella. §. pen. ff. de adi. lega. Idem tenet Raphael Fulgo. in d. l. in arenam, per l. imperialis beneuolentię. vbi etiam Barto. & Bald. aliquid ponunt. C. de nuptiis: quia dicunt ibidem Bar. & Bal. quòd qui deliquit post peractam pœnitentiã & indulgentiam, habetur perinde ac si non deliquisset. Hinc dixit Alex. in l. 1. 16. colum. solu. matrimo. ff. quòd filius qui ingratitudinem cõmisit propter quam à patre poterat exhæredari, si pœnitentiam viuo patre agat, vel ante conditum testamentum, nõ poterit amplius exhæredari. Inde dicit Bar. in l. 3. §. fi. de adi. leg. ff. quòd pater exhæredauit filiũ ex iusta causa. & postea filius se reconciliauit cum patre, exhæredatio censetur adempta. Quid enim si mater iam effecta senex semper se emendauerit, cum iam non possit viri amplexus amare? An tunc esset aliqua ratio, quòd posset filiam exhæredare sub cuiusdam quasi, coactæ emẽdationis, seu senectutis velamento? Et credo quòd non: quia mores quos quis in se approbat, non potest in alio reprobare, vt d. l. in arenam. Oportet ergo quòd mater sit in tempore competenti emendata: non autem cum iam non possit à viris amari, quod tene menti. Sed quid de patre? an filia quæ peccauit in corpus, possit sibi obiicere, quòd luxuriosè vixerit, per d. legem in arenam. C. de inofficioso testamento. Breuiter Cyn. in dict. l. si filiam. C. eod. tit. Et Fulgo in d. Authent. sed si post 25. annos. tenent quòd non. Idem tenet Ias. in d. l. arenam. etiã si pater esset vnus magnus meretricator & publicus. Ratio est secũ-

An pater luxuriosè viuens possit filiã exhæredare.

dum Doctor. quia maior castitas requiritur in fœmina quàm in mare, quia mulieres magis decet esse pudicas & castas quam mares. l. penult. C. ad Orficianum, hinc inquit gloss. in l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nuptia. quòd etiam secūdum mores hominum maior castitas exigitur in fœminis quàm in masculis. An autem filia posit exhæredari, si nupserit absque patris voluntate ? dixi late suprà titul. *De loyaulx aydes.* articul. 4. Est ergo summo sub pectoris armariolo reponendum quantopere nostræ consuetudinis latores pudicitiam amarint: cùm propter illam violatam ante 24. annum filiam nobilem à successione directa futura priuauerint. Et nō solum ante matrimonium desideratur castitas, sed etiam ipso soluto. Nam marito extincto bonæ mulieres illud Didonis die noctúque menti tenere fixum debent. Aiebat enim illa miserrima, & infœlix Dido, cum Sichei viri sui iam sepulti præmortuíque reminisceretur:

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Herebi noctemq; profundam,
Ante pudor quàm te violem, aut iura resoluam,
Ille meos primus qui me sibi iunxit amores
Abstulit: ille habeat secum, seruetq; sepulchro.

Anima primi viri per secundas nuptias dicitur contristari.

Et in proposito dixit Imperator, quòd per secundas nuptias per viduam celebratas dicitur anima primi viri contristari, vt in Authē. de nup. § si autem tutelā, & §. quæ verò, versic. nos igitur videntes. colum. 4. Et nota vnū singulare, quòd mulier transiens ad secunda vota, non dicitur castè & honestè viuere. Hinc dicunt egregiè Doctor. quòd si maritus legat vxori suæ certum quid, donec castè & honestè vixerit, quòd capiendo secundum virum non dicitur castè & honestè viuere. Ideo nec legato frueretur. Imo. in l. cum filius, de leg. 2. ff. Angel. & Imol. in l. mulier. §. cum proponeretur ad Trebel. ff. Bald. in l. 1. C. de rap. virgi. Pet. de Ancha. in c. quod ad te. de cleri. coniug. & Iason in l. fin. Cod. de indic. vidui. quicquid dixerit Bart. ibidem, & Fulgosius. Sed insurgit pulchrum dubium. Pone quòd castrum relinquatur mulieri: si efficiatur vidua, euenit quòd maritus moritur, mulier ad secunda vota conuolat, an legato priuabitur? Et dicit pulchrè Pau. de Cast. l. præalleg. C. de indic. vi. tol. quòd non, quia vt ipse dicit, sufficit conditionem fuisse semel impletam, licet non duret. l. si quis hæredem. C. de insti. & substi. & hæc sufficiant, quia alibi latius scripsi de castitate, & vide in commentariolo, facto per me super §. initium, in l. 2. ff. de ori. iu. ciuil.

Nō dicitur honestè & castè viuere quæ secundo nubit.

XXIX. ARTICLE.

Si femme noble ayāt bail de ses enfans se remarie, elle perdera ledit bail.

Si femme noble, &c.

¶ Vide quæ scripsi infra titul. *De bailz*, & in titul. *De douaire.* Sed quid si secundum matrimonium parumper durauit, an debeat mater pro tam paruo tempore, tam magnum lucrum balliæ amittere? Verbi gratia: mulier post mortem primi viri ad secundas conuolat nuptias, accedit quòd secundus vir moritur infra triduum, an mater pro tam paruo temporis spacio balliæ emolumenta perdere debeat? Videtur quòd non, ne pro tantillo temporis ista mater destruatur. Nam non videtur secundo copulata, cum tam parum in connubio steterit. Sicut dicit gloss. non videtur mortuus, qui tam cito resurrexit in l. ex his qui forte. ff. de legi. vbi loquitur de sancto Lazaro à CHRISTO resuscitato. Sed hoc non obstante oppositum dico. Nam si secundum matrimonium duraret vna sua sola hora, tamen mater balliam perderet & emolumenta illius. Nam sufficit conditionem aliàs fuisse impletam, licet non duret eius implementum. l. si quis. C. de institu. & substit. seu restitutio. sub conditione fac. facit l. cum vxori. C. quando dies legat. ce. Item in simili dicimus, ꝙ si testator legat aliquid filiæ, cum vidua erit: si filia sit effecta vidua, & postea incontinenti nubat, non tamen perdit legatum, quia sufficit conditionem semel fuisse impletam, licet non durauerit, ita Bald. & Paul. de Castro in l. fina. C. de indic. vidui.

¶ Item dicit Bald. in l. precibus, in 3. col. C. de impub. & aliis substitut. quòd in conditionibus attendimus principiū primæ existentiæ, & non curamus postea successum eius.

¶ Item facit id, quod referunt Docto. quòd si Rex concesserit castrum alicui militi & hæredi eius ex corpore suo procreato, & si contingat militem mori sine hærede ex suo corpore procreato, quòd castrū reuertitur ad regem. Quod si mortuus fuerit miles relicto filio ex se nato: deinde moriatur filius absque filiis, certe tunc castrum debet tamen ad regem reuerti, ex quo semel est purificata conditio. Bald. in l. fina. vicesima quæstio. C. de hæred. institu. & Iason in d. l. si quis. C. de institutionibus. Item facit quod tenet Francis. de Aretio in consi. 159. incipiente viso puncto ad me transmisso. in penult. colum. vbi determinat quòd stante statuto, quòd filia non possit venire ad successionem patris, vel ad aliquam diuisionem paternorum bonorum, & hoc si sint filij masculi, & si remanserint ex eis hæredes. certè si mortuus sit pater existente masculo qui hęredem filium relinquat, licet postea moriatur filius, & hæres sine descendentibus: tamen non succedunt fœminæ, eo quia sufficit semel conditionem fuisse impletam, ad hoc allegat ipse Bartol. in l. fina. ad Tertul. ff. vbi dicit Bartol. quòd stante statuto, quòd masculus excludat fœminas successione patris: satis est, quòd tempore successionis extiterit masculus ad hoc, vt fœmina excludatur. Item facit quòd decidit ipse Bartol. in l. Titia cum testamento. §. Imperator, columm. vltim. de leg. 2. ff. vbi dicit, quòd

quòd donatio reuocatur per superueniētiam liberorum. l. si vnquam. C. de reuocan. do. quòd si filij nati, quorum natiuitate fuerit reuocata donatio incontinenti moriantur, non tamen reconualescit donatio, firmat Paul. de Castro in l. secunda. C. de posthu. hære. insti. Nam sufficit semel conditionem impletam, licet non duret, vt dictum est.

¶ Et nota quàm signanter consuetudinis latores viduitatem amarunt, & adeò quòd balliam à matre per transitum ad secunda vota abstulerunt, & de ista pudicitia viduali solerter obseruanda dixi in articulo præcedenti.

XXX. ARTICLE.

En succession tant de noble que de roturier, representation a lieu en Touraine.

¶ Est etiam verum de iure, quòd hæres repræsentat personā defuncti, & tota die dicimus, quòd filio sublato de medio, nepos tenet locum sui. hinc est, quòd testamentum rumpitur si non reperitur institutus vel exhæredatus. Bart. in l. posthumorum. de iniusto. rup. & irrit. testamen. ff. & per Doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum, de libe. & posthum. ff. Imò & si filius emācipetur statim, quia desinit esse suus, tali casu nepos repræsentat ipsum, & incipit tenere primum locum. ita Scriben. in d. §. & quid si tantum. Isto tamen casu si nepos præteriretur ab auo in testamēto, & filius solus institueretur, tale tamen testamētum sustineretur, nec per contra tabulas rumperetur, quia per emancipationem non perdit ius sui hæredis filius ipse quo ad successionem. l. meminimus. C. de legi. hær. Et ista est opinio Barto. in d. §. & quid sit tantum. Et quanuis nepos tanquam personam patris repræsentans, possit hęres ab auo institui secundū con filium & prouisionem. d. l. Gallus. in §. quidā recte. de libe. & posthu. ff. si tamen instituat filiam & nepotē iam natum, & sic copulatiuè, id intelligatur tamen ordine successiuo, gl. & Doct. in d. l. Gallus. d. §. quidē recte pro hoc. l. peto à fratre. de lega. 2. ff. Et hoc dictante ordine charitatis, & necessitate institutionis, illa cōiunctiua resoluitur in disiunctiuam. Sicut quandoque disiunctiua in coniunctiuam. no. Doct. in l. generaliter. C. de institu. & substi. Erit ergo sensus, quòd in succedendo virtute nostræ consuetudinis iuri consonæ, primò veniet filius. secundò nepos. accipio nepotem prout iura capiunt, scilicet, pro filio filij, non prout France loquēdo appellamus. deinceps veniet pronepos, insuper abnepos, & sic de similibus. nam abnepos auo succederet per repræsentationem. Quinetiā hæc repræsentatio locum habet in successionib. collateralibus tam nobilium quàm plebeiorū. Et quòd repræsentando, nepotes succedant in locum patris. facit l. 1. §. sed si quis. ff. de su. & leg. & §. sed cum filius. Instit. de hære. quæ ab intesta. defer. & Authent. post fratres. C. de legi. hære. Ergo repræsentatio in Turonia locum habet. Nam licet in rebus priuatis fiat diuisio æqualiter inter liberos. vt in Authen. in successione. C. de suis & legi. hæred. tamen in successione rerum priuatarum, proles filij præmortui tenet locum patris in successione, ita quòd succedat cum patruis in hæreditate per stirpem. Institu. de hære. quæ ab intesta. deferuntur. §. cum filius. & ibi Ioan. Fab. Item & dicunt Doct. quòd qui est hæres hæredis, etiam primi testatoris est hæres. l. paterfamil. primis tabulis, de vulg. & pupilla. sub. ff. & ibi Bart. & scribentes. ff.

Repræsentatio habet locū in successionibus collateralibus tam nobilium quam plebeiorū.

XXXI. ARTICLE.

Femme noble suruiuant son mary, nest tenue aux debtes de son feu mary, si elle ny est expressement obligee. En renonceant toutesfoys par ladicte femme, aux meubles & acquestz communs dentre eulx.

Nest tenue aux debtes de son, &c.

¶ Istud est etiam de iure. l. 2. cum ibi notat. ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore, &c. & vide quæ dixi infra eodem titu. artic. 33. an tale statutum procedat. Vide quæ scribo infrà, eodem titu. arti. 33. in illo verbo. Sed mihi videtur.

XXXII. ARTICLE.

Et sera tenue faire ladicte renunciation par deuant iuge competent, quarante troys iours apres la mort de son mary. Laquelle renunciation vauldra, pourueu que elle ne se soyt immiscee esdictz biens communs.

Immiscee esdictz biens, &c.

¶ Et hoc nisi fuisset contrarium protestata. Si enim se mulier immisceret, & fuisset protestata quòd non intendit esse hæres à lege vel statuto in bonis mobilibus & conquæstibus. Sed quia est mulier pia, quæ videt extinctum virum multa debentem, & amore filiorum ipsa infra istud tempus tractat negocia hæreditatis, quæ aliàs multum deperirent in graue filiorum suorum detrimentum, nisi ipsa apponeret manus, certè credo, quòd quanuis se immisceat: si tamen protestetur se facturam renunciationem tempore taxato, quòd illa nō debeat ad debita defuncti teneri, arg. eorum quæ not. Barto. & Docto. in l. pro hærede. de acquirend. hæredit. ff. Si tamen post dictam protestationem mulier faceret actus qui geri non possent citra ius, & nomen bona capere volentis, vel quòd tales actus essent contrarij ipsi suæ protestationi: tunc videtur à tali protestatione recedere. Ita ipse Bartolus in d. l. pro hærede. §. Papinianus. titulo prællegato. Sed an in dubio quis præsumatur facere tanquam hæres, & non plus,

Mulier se immiscens bonis viri defuncti, an semper teneatur, &c.

loquor de muliere vidua, sed de filio. Pone quòd mortuo Titio debitore tuo Gaius eius filius possedit per aliquod tempus res paternas. moritur item Gaius filius debitoris tui Titij. Et quia erat amicus tuus, noluisti dum viueret, eum molestare de debito, nunc fortè sibi succeßsit filius quidem Mæuius, quem tu tantum nõ amas, & vis repetere debitum tuũ contra eum agendo, ipse autem cõuentus dicit se tibi non teneri, eo quòd nunquam Gaius pater ipsius, nec ipse conuentus, successerunt dicto Titio debitori tuo. quia nunc tu scis quòd nõ potest sciri quo animo Gaius filius debitoris tui tenuerit res paternas, quia mortuus est, nec amplius poterit declarare, sicut in simili scribit Bart. in d. l. pro hærede. Tu autem replicas, quòd imo ipse Gaius fuit hæres tui debitoris Titij, qui fuit pater eius. & ad hoc probandum, tu ponis in medium, quòd ipse Gaius possedit bona ipsius debitoris tui Titij, & quòd ipse Mæuius etiam possidet bona ipsius Gaij debitoris sui, an per hoc (si tu taliter probes) debeas obtinere in causa? Videtur quòd non. per text. sing. in l. non hoc. C. vnde legitimi & cognati, vbi est textus, quòd ad probandum quem hæredem non sufficit probare quòd possedit, sed quod legitimè adiuit. Ergo videtur debere probari quòd legitimè adiuerit. In contrarium videtur, quòd ex possessione rerum hæreditariarum probetur, quòd aliquis adiuerit, nisi ille liquidò probet, quòd alia causa res hæreditarias possederit. vt l. 1. C. de repud. hæred. Breuiter dic de mente Barto. & Doctor. quòd in dubio ex possessione rerum hæreditariarum quis non præsumitur hæres nisi probetur aditio. Hoc verum, nisi ille qui conuenitur, esset filius, sicut in casu nostro, quia tunc in filio presumimus, quòd sit heres ex rerum hæreditariarum possessione. Et istud obseruatur secundum generalem consuetudinem regni Franciæ, quæ est iuri communi consona, qua canitur, filius. ergo hæres, vt fuit repetitum in pluribus locis super isto commẽto harum consuetudinum. Bald. etiam in l. apud hostes. C. de suis & legi. Iason in d. l. non hoc. C. vnde cog.

An ex possessione rerum hæreditariarũ probetur aditio.

XXXIII. ARTICLE.

Et pourra la femme noble ou roturiere, faire renunciation des meubles & acquestz. Et dauantaige, ladicte roturiere de son douaire, du viuant de leurs mariz, si vergat ad inopiam. Et es autres cas de droit, en faisant laquelle renunciation deuemẽt, comme dit est, elle ne pourra estre poursuyuie des debtes crees par son mary, sinon quelle y feust expressement obligee.

Si vergat ad inopiam.

¶ Istud est de iure, quòd marito vergente ad inopiam mulier poßsit agere pro dote. vt est tex. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & in Authẽ. donationem. eod. tit. quæ tamen loquitur de do. propter nuptias, quam etiam mulier ipsa repetere potest marito vergente ad inopiam. & ibi pulchrè per Cy. Bal. & Sali. & per Bart. & Doct. in l. si constante. solu. matri. ff. Et aduerte, quòd hodie sufficit quòd maritus inchoet malè vti substãtia sua ad hoc, vt mulier poßsit agere tam pro dote, quàm pro donatione propter nuptias, secundum communem Doctorum sententiam. Imò plus isto etiã casu mulier posset bona paraphernalia repetere, vt dictis iuribus dicitur, & notatur per Scribent. in Authent. quòd locum. C. de collat. cũ simil. Sed insurgit pulchrum dubium, quomodo sit necesse probare, ꝙ maritus incipiat male vti substãtia sua: ad hoc, vt mulier poßsit vti isto legis & consuetudinis nostræ beneficio? Respon. sufficit, & inspicitur vulgi opinio, ar. l. cum de lanionis. §. asinam. de fund. instruct. ff. Opinatur enim vulgus iuxta prouerbium antiquum, quod dicitur in vulgari Italicorum, *richeza mala disposta la pourta se acosta.* & in Latino, Diuitiæ malè dispositæ paupertati sunt proximæ. hæc Salice. in l. vbi adhuc. Cũ enim mala versatio nõ poßsit probari necessario, & cõcludenter, sufficit probari verisimiliter, & secundũ opinionem, quia nõ in duorum vel trium opinione cõsistit, sed in iudicio & opinione vulgi, vt aliàs de sterilitate dicitur. vt l. licet. cum ibi not. & trad. C. de loca. Licet text. in d. l. si constante requirat, ꝙ de tali abusu substantiæ viri appareat euidentißimè, & sic in superlatiuo modo. tamẽ sufficit vulgi opinio secundum Bart. Sed an isto legis & cõsuetudinis priuilegio vel beneficio poßsit vti mulier aduersus socerum qui dotẽ recipit pro filio, si socer ipse vergat ad inopiã, vel male vti sua substantia inchoauerit? Videtur quòd non, cũ l. illa adhuc, quæ est prouisoria tantum de viro loquatur. ergo non est ad socerum extendenda. no. in l. si verò negocium. §. de viro. solu. matrimo. ff. Præsertim viso, quòd ista prouisio est à iure exorbitatiua. Ideo ad consequentias trahi non debet. l. ius singulare. & l. quod verò contra. ff. de legi. Certum est enim, quòd de iure communi mulier matrimonio constante, nisi certis in casibus dotem repetere non potest. l. si dos. cum similibus multis. solut. matrimo. ff. ergo cum ista prouisio exorbitet à iure communi, videtur quòd extendi de viro ad socerum non debeat. Sed his non obstantibus, gl. & melior pars Doctorum tenent, mulierem posse etiam vti isto beneficio repetendarum dotis, & donationis propter nuptias aduersus socerum propter identitatẽ rationis, ar. l. à Titio. de verbor. oblig. ff. Et ista opinio est multum æquitabilis, licet altera sit disputabilis. Sed ego libentißimè iudicarẽ si casus occurreret pro glossæ opinione. Sed quid cũ vir & socer mulieris ambo tenentur, & vnus vergat

De opinione vulgi in mala versatione viri.

vergat ad inopiã, alter verò est soluendo: an isto casu mulier agere posśit, videtur enim, quod tali casu mulier non posśit, vti legis, vel consuetudinis priuilegio, cum non habeat quare plangat. Quia esto, quòd vir pauper sit effectus, attamen socer est diues, & soluendo: igitur nihil ipsi mulieri deperire potest, cum socer ad dotis restitutionem semper teneatur. *Bona quæstio, & practicabilis.* Sed Bart. in d. l. si constante octaua, quæst. tenet mulierem etiam isto casu agere posse, & dicit ipse, mors viri dat actionem mulieri ad uersus socerũ. ergo id facit paupertas, & ista est benignior opinio, in quam inclinat glo. in d. l. vbi adhuc. licet Salic. voluerit aliter ibidem distinguere. *Alia bona quæstio.* Sed pone, quòd mulier vult vti prouisione legis, cum maritus vergat ad inopiam: maritus autem vult dare mulieri idoneum fideiussorem de dote restituẽda. an propter hoc mulier à repetenda dote submoueri posśit? Tenet glo. in d. l. vbi adhuc, quòd non, eo maximè secundum Doct. ibidẽ, quòd remedium fideiussoris est fragile. *Pulchrum dubium.* Sed certè de iure canonic. videtur casus in cõtrarium in c. per vestras. extra, de do. inter vir. & vxo. ponderat Salic. Sed quid si ab initio maritus erat inops, an vxor habebit remedium huius nostræ consuetudinis? Bart. in d. l. si constante. in sexta quæst. tenet quòd sic. Siue tempore contracti matrimonij, fuerit sciens vxor inopiæ viri, vel suæ malæ versationis, siue post, per iura per eum allega. & adducitur etiam per eum ratio, quia si secus diceremus, mulieres se retraherent à matrimoniis cõtrahendis. Sed Doctor ipse nimium fauit mulieribus. Quia ex quo mulieres ante matrimonium fuerunt scientes, & sic scienter contraxerunt, non videtur quòd tantum eis subueniatur, præsertim vbi per talem dotis repetitionem afferretur præiudiciũ creditoribus, qui forte potuissent sibi consulere, cõpellendo maritum possessorem rerum dotalium ad parcius viuendum, & eis satisfaciendum de fructibus rerum dotalium. Nam maritus ęre alieno grauatus, & frequẽter impetitus, cum magna parsimonia vixisset, & creditorib. satisfecisset, & in hac sententia fuerunt plures Doct. quorum vexillum defert Cyn. in d. l. si constante. Sed vbi ista vel similis ratio cessaret, crederem Bar. opinionem fore benigniorem. *De repetitione dotis, qualiter vir damnari debeat.* Et aduerte signanter, quòd in ista repetitione dotis maritus damnatus insolidum, & non in quantum facere potest. ita tenet gl. in d. l. vbi adhuc. Non condemnabitur ergo vir inspecto hoc ne egeat: sed insolidum, secundum tamen distinctionem Barto. in d. l. si constante. & Bald. & Sali. in d. l. vbi adhuc. Et idem dicendum de socero secundum Cy. ibidem, quia non debet esse melioris conditionis socer, qui est remotior quàm maritus, qui est proximior, ar. Authen. multo magis. C. de sacrosan. eccle. & l. ex diuerso. solu. matri. ff. *Quid si maritus postea diues efficiatur.* Videndum porro esset pulchrum dubium, si maritus diues efficiatur, an tunc dotem repetat? Videtur quòd sic: quia tunc cessat ratio inopiæ & egestatis. ergo legis dispositio cessare debet. ca. cum cessante. de appella. Sed contrarium tenent glo. & Doct. in d. l. vbi adhuc. Quia, vt ipsi aiunt, quod legitimè factum est ex superuenienti casu, non debet retractari. l. sciendum. §. fin. qui satisd. cog. ff. cum simili. Breuiter, communis sentẽtia scriben. post gl. in d. l. vbi adhuc, est quòd non repetat, quia licet causa ipsa impulsiua repetendæ dotis, scilicet inopia & egestas cesset, tamen causa finalis durat, vt scilicet istæ res restitutæ semper onerib. matrimonij deseruiant, & ab ista non est recedendum. Mihi autem videtur in vera æquitate, quòd si maritus est homo effectus discretus & legalis, ac etiam diues: quòd non video, quin dotem repetere posśit, cum illius sit dominus. l. doce ancillam. de rei vendic. & l. in rebus. de iu. do. C. Et non video cur non debeat tunc dotem administrare, cum ipse subeat onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iu. dot. Faciunt quæ tradunt Doct. à simili de prodigo, qui cũ reuersus est ad sanos mores, ipso iure desinit esse sub cura. vt not. in l. is, cui bonis. de verb. obli. ff. *Prodigus reuersus ad sanos mores sua administrat.* Et aduerte insuper, quòd si mulier sit mortua, & supersint filij qui vident patrem male versari, licet non habeant istud priuilegium repetendæ dotis, sicut mater, cum sit personale, & per mortem sublatum: tamen eis subueniri potest iudicis officio. *An dotis repetitio cõpetat filiis matre mortua, si pater male versetur.* Idem, vbi mater esset exbãnita vel excommunicata: nam filij officium iudicis implorabunt, nec matris excõmunicatione submouebuntur cum agant pro interesse suo. Ita Bart. in d. l. si constante. in quæst. 19. Redeo ad textum, ex quo nota ex fine illius, quòd vxor non tenetur pro debito viri, de quo per scriben. in l. 2. C. ne vxor pro marito. Sed quid si inter virum & vxorẽ fuerit facta à iudice bonorum separatio, & illa facta, maritus condemnatur per iudicem in aliqua summa, & fit executio per seruientem, & capiuntur bona in domo, in qua vir & vxor simul habitãt, mulier se executioni opponit, dicens separationem bonorum fuisse factam à iudice, quia maritus male vtebatur substãtia. *De separatione bonorum.* pars victrix dicit executionem rite factam, & bona capta spectare ad maritũ, à stipulante sibi præsumptione, eo præsertim quòd bona fuerunt inuenta in domo mariti. quæritur, quid iuris? Respon. mulierẽ debere probare res esse suas proprias. Nam præsumptio est, quòd sint ipsius mariti propter præeminentiã ipsius mariti. secundum Bal. & Sali. in d. l. 2. vel saltem mulier debet probare possessionem ipsarum rerum, secundum eosdem Doct. Hoc fallit, si res captæ essent muliebres. Nam ex qualitate earum probãtur esse mulieris, vel esse in eius possessione eo ipso, quòd sunt ad vsum ipsius, secundum Bald. ibidem, & vide etiam de hac materia per scriben. in l. etiam. C. de dona. inter vir. & vxo. Sed mihi videtur, quòd consuetudo nostra sit multum rigorosa, cũ exigat tantum bonorum renunciationẽ, de qua habetur in textu. *Verbũ singulare Balds.* Videtur enim, quòd & vxor

ipsa constringi nō debeat maritalis debiti velamento, vt iuribus vulgaribus, adeò quòd nec necesse sit vxorem renunciare bonis communibus: & tamen nostra consuetudo nimiū rigorosa exigit istam renunciationem, quanuis mulier nō sit aliàs obligata. Ergo videtur dura, imò durissima cōsuetudo. Breuiter dic, quòd non est mirandum de hoc rigore. Nam & aliàs valet statutum, quòd vxor pro marito teneatur. Ita Bart. in tractatu repræsaliarū, in 3. quæst. primæ partis principalis. Et ibidē generaliter firmat valere statutum, disponēs, quòd vnus pro altero teneatur. per tex. in l. 1. C. de omni agro deserto. lib. 11. & in l. fi. C. de primipilo. lib. 12. Facit quòd notat Bald. in l. de quibus. ff. de legi. vbi dicit valere statutum & consuetudinem, quibus disponitur, quòd villa teneatur pro facientibus furta in ea, de quo per Barto. in l. diuus. ff. de milit. testa. & Iaso. in §. actionum autem. in 10. & 11. colum. Institu. de acti. Item facit quòd dicit Bald. etiam l. dotis. C. de iure dot. quòd valet statutum, disponens, quòd filij mercatorum teneantur ad debita patris, etiam si non probantur hæredes. Imò etiam si constet, quòd repudiauerint expresse hæreditatem. Sed profectò durus est iste sermo. Item facit quòd dicit Bart. in l. 1. §. familiæ. de publica. ff. quòd valet statutum disponens, quòd dominus pro delicto famuli teneatur, siue pro delicto familiæ suæ. Et multo magis valet statutum, quòd pater pro delicto filij teneatur pecunialiter. Bal. in l. receptitia. C. de constitu. pecu. & Angel. de Aretin. in d. §. actionum autem, vbi ipse latè examinat. Tamen intellige, quòd dixi statuta valere, vt vnus pro alio teneatur procedere in ciuilibus. secus autem in criminalibus. Bald. & Salice. in Rubric. C. res inter alios acta. Bald. in l sancimus. Cod. de pœnis. Quia, vt vulgò dicitur, pœna sequi debet suos authores, ergo visis supradictis mirandum non est si Practici dicant mulierem teneri pro debito viri, etiam si obligata non sit, nisi renunciet mobilibus & acquisitis, vbi mulier ipsa nobilis est, & insuper doerio, vbi illa plebeia est.

An valeat statutum quòd mulier pro viro teneatur.

Quid de statuto quo cauetur, vt villa teneatur pro facientibus furta in ea.

Statuta dicentia vt filij nō succedentes teneātur pro debito patris.

TITVLVS XXVI.

Vt Baronatus debeat diuidi.

Comment baronnie doibt estre departie.

PREMIER ARTICLE.



BARONNIE ne se depart point, pourueu que laisne ou laisnee ait dequoy recōpenser les puisne ou puisnez de leur portion, en chastel & chastellenie, dune mesme succession, dont est venue ladicte baronnie.

¶ Hic liquet, quòd baronia nō est diuisibilis, vbi potest fieri condigna recompensatio. Sic etiam baronia non est corpus hæreditariū. ita tenet Ias. in Authen. hoc amplius. C. de fideicom. Et ideo est, q̃ filius non adimplens iussa testatoris infra annum etiā monitus à iudice: non perdit baroniam, quam habuit ex testamento successione, quia baronia non est corpus hæreditarium. Et ita tenet Bald. in d. Authent. hoc amplius. de fideicommis. Et de iuribus baroniæ dictum fuit in præcedentibus, præsertim in titulo iurium baroniæ.

II. ARTICLE.

Et sil ny auoit dequoy recompenser, en la maniere que dit est, les puisnez auront leur portion par la main de laisne mys hors le droit de aisnesse.

¶ Scilicet, quia non est aliqua castellania eiusdem successionis, ad recompensandum natu minorem.

Par la main de laisne.

¶ Vidi copiam cuiusdam arresti lati inter baronem Prulyaci, & nobilem virū Pe. de Prulyaco, dominum de Oblinco, & alios litisconsortes, quo quidem arresto permittitur dicto baroni recompensare cohæredes suos, non in castellania solum, sed alios debito modo, & non ex eadem successione, sed sine aliqua determinatione. Sed quid erit si plures habent iurisdictione in castro, & discordāt in vsu iurisdictionis? dic quòd cōpellendi sunt vsum diuidere per tempora. facit quod no. Inno. in c. prudentiam. de offi. deleg. & Andr. Barb. in l. 2. de verbo. obliga. ff. post Angel. facit l. Lucio. & l. cum constet non solū, de aqua quoti. & æstiua. ff. tenementi.

III. ARTICLE.

Et lequel droit daisnesse est le chastel, fossez, & pour prise dicelluy, auecques le droit de guet, tel quil luy peult competer & appartenir, vne foy & hommaige en chastellenie, a son choix, droit de patronnaige, don de aulmosneries & maladeries, ensemble le cheze, qui est quatre arpens de terre a lentour du chastel, hors les fossez, pourueu que au dedans dicelluy ny ayt ville, moulins, ou four a ban. Esquelz cas il prendra pour ledit cheze ou plus pres lesditz quatre arpens de terre. Et lesditz ville, moulins, & four a ban, & aultres droitz, comme de iustice, foyres, marchez, seeaulx

seeaulx a contractz, banc a vin, preuoste, peages, ilz se diuiseront entre laisne & puisnez, en la maniere dessus declairee en successiōs de nobles, ou pour iceulx, laisne pourra recompenser lesditz puisnez des choses de la succession, ou les retiendra a soy, si bon luy semble, pour les payer par ses mains.

¶At excubias tenentur omnes tempore hostilitatis. c. peruenit. de immunitat. eccle. extra. & ibi Doct. Et cum homines faciunt excubias, tenetur eos dominus castri alere suis sumptibus. Angel. in l. turres. C. de ope. publi. quod non dabis obliuioni.

A son choix, &c.

¶Notanter dicitur, *A son choix*. quia hoc expresse dicendum esset, vt dixi suprà titul. *De successions de nobles*. ar. 3. in fin.

Droit de patronnaige, &c.

¶Id ius patronatus tantum priuilegiatur, quòd si baronia aliquo casu propter delictū confiscaretur, non tamen confiscatur ipsum ius patronatus. nam per confiscationem bonorum alicuius, non confiscatur ius patronatus, licet aliàs transeat, seu transire dicatur cum vniuersitate. glos. celebris in cle. pastoralis. de re iudica. in clemen. facit gloss. in l. si operarum. de ope. liber. ff. c. satis peruersum. 55. dist. Abbas in c. cum laici. col. vlti. de iur. patron. & Ias. in l. venia. C. de in ius vocan. Et istud ius patronatus est honorificum, onerosum, vtileq́. Honorificum, quia habet honorem præsentandi, & sine eius præsentatione Episcopus non potest instituere, & si de facto instituat, eius est institutio nulla ipso iure. vt per Ioan. And. in c. 2. de offi. vica. in 6. nisi patronus esset negligens vltra quatuor menses suos, quos habet ad præsentandum. Imò legatus de latere non posset sine patrono laico instituere. c. cum dilectus. de iure patr. Item dicitur ius patronatus onerosum, quia patronus tenetur defendere ecclesiā, ne bona eius dissipentur & dilapidentur. Doct. in c. ex literis. de iur. patro. Item dicitur vtile ipsum ius, in tātum ꝙ si patronus veniret ad inopiā seu egestatem, teneretur ecclesia ex redditibus vltra necessaria remanentibus alimentare patronum. c. nobis. de iure patro. Hinc dicitur patronus aduocatus vice dominus & custos ecclesiæ. & nota quòd appellatur vice dominus. Et æquum fuit, vt istud ius patronatus apud baronem remaneret suo pro aduantagio, quia istud ius nō potest diuidi. Sed bene possunt hæredes pacisci, vt alternatis vicibus præsentent. Panor. in c. querimoniā. de iur. pat. & no. in cle. si. eo. ti. Sed vbi essent plures patroni, & tres præsentarēt vnum, & duo vnum alium, præferētur præsentatus à tribus, & sic à maiori parte. At vbi esset æqualitas inter patronos, potest Episcopus instituere quem voluerit ex præsentatis, Panor. in c.

An ius patro. cadat in confiscationem.

quoniam. de iur. patron. & Io. And. in c. cum autem. eod. tit. & Inno. in c. 1. eo. tit. quod est optimè notandum. De aliis verò enumeratis in textu nostro dixi in titul. *De droictz de seigneur chastellain*. Et aduerte, ꝙ tribus principalibus modis acquiritur ius patro. Primò, ex ecclesiæ fundatione. Secundò, ex ecclesiæ constructione. Et tertiò, ex eiusdem ecclesiæ dotatione. Primò, ex ecclesiæ fundatione, cum quis eam fundauit, id est, feudū ad eam ædificandam dedit. Secundò, ex eius constructione, vt tamen illa facta fuerit de consensu Episcopi, cum alio modo ecclesia fieri non debeat. Tertiò, ex eius dotatione, intellige de dotatione facta ante cōsecrationem illius, quia post consecrationem non induceretur, quia nulla seruitus rei sacræ imponi potest. nam quod humani iuris esse desinit, seruitutem non recipit. l. caueri. communia pręd. ff. Sed secundum Inno. & Hosti. etiam consecrata ecclesia, si quis eam dotaret, ius patro. obtineret. Pręsertim quando fundator non posset compelli ad ipsam dotādam, sicut in istis capellis. Ita limitat Panor. in c. quoniam. de iure patr. in antiq. Sed an ex ecclesię refectione quis ius patro. nanciſci possit, dicunt DD. ꝙ non. ar. l. 2. §. vicinales. ne quid in loco public. ff. intellige, nisi illa esset funditus destructa, & deinde refecta.

Tribus modis ius patronatus acquiritur

TITVLVS XXVII.

De successionibus plebeiorum aut consuetudinariorum.

De Successions de gens rotuiers ou coustumieres.

PREMIER ARTICLE.



Omme ou femme noble, ou roturier qui entre en religion apres quil a faict profession deslors il est forclos de toutes successions escheues, & a escheoir, & viēdrōt a ses parēs ainsi que sil estoit decede.

¶Similem articulum habes suprà eod. volu. art. 1. titu. *De donnaisons faictes entre gens nobles*. Sed quid dicemus de iure? Responde, ꝙ Bart. in l. de quæstione tali. C. de pac. tetigit hunc passum. Et distinxit ibidem dicendo in effectu, quòd aut statutum disponit de ingrediente, seu intrante monasterium: aut de iam ingresso. Primo quidem casu, dicit statutum valere, eo quòd tunc non disponit circa clericum, sed circa laicum. nā laicus est ille qui ingreditur monasterium, sicut viuens moritur. l. qui duos. de manumis. testam. Secundo verò casu, id est, cum statutum disponit de ingresso, & per hæc verba, si qs ingressus fuerit monasterium non succedat. & tunc dicit tale

statutum non valere: quia non potest clerico auferre ius suum, & esset contra libertatem ecclesiæ, vt l. Deo nobis. C. de epi. & cle. ar. l. Stichus testamento. de manumis. test. & huic opinioni videtur inhærere Bal. in d. l. de quæstione, & Petr. de Ancha. in c. canonum statuta. extra, de constitu. Idemq; Bald. in d. l. Deo nobis. C. de epis. & cler. & pro hac conclusione Bartol. duo videntur bene facere. Primò id quod luculenter decidit Ioan. And. in regula, sine culpa, in vlti. quæst. in Mercurialibus, quòd statutum excludens à successione regni secundogenitum existente primo, excludit illum etiam clericum effectum: quia ante clericatum iniecit in eum vinculum. Sequitur Panor. in cap. quòd clericis, in 13. col. de foro compet. do. Anto. de Butri. Panormi. & Imol. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. Secundò, facit illud quod dicit Bart. in l. rescripto. §. fina. de mune. & hon. ff. & in l. placet. C. de sacrosan. eccles. q; pro possessionibus iam quęsitis ecclesiæ non potest statui, quòd pro illis teneantur ad collectas. Sed bene in quærendis statuendo, quòd omnia prędia sint tributaria, vt fecerunt Perusini. ita etiam videtur sentire Bald. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. extra, Angel. etiam in cons. 24. quòd incipit ecclesia tenetur ad munera, & Panormi. in d. c. quod clericis, de for. compet. in 13. colum. Sed certè contra prædicta stringunt mihi tres textus ineuitabiles. Primus eorum est in d. l. Deo nobis. de episc. & cleric. vbi patet intuenti, quòd antequam quis ingrediatur monasterium, sed habet solum voluntatem ingrediendi: non potest inhabilitari à potentia succedendi, & etiam in proposito verba statuti debent intelligi secundum tempus, quo suam efficaciam consequuntur. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. Scilicet, eo tempore quo hęreditas defertur, scilicet, tempore mortis patris erit iam ingressus monasterium. igitur. Secundus textus est in Authen. cassa & irrita. C. de sacrosan. eccles. Et tertius textus in cap. 1. extra, de consuetudine. & cap. præsens. vbi est singula. gloss. 20. quæst. 4. quibus ponderatis non poterit dari responsum. Ideo Ias. in d. l. de quæstione. & in d. l. placet. de sacrosan. eccles. tenet contra Bartol. & eius sequaces. Ac etiam contra Bartol. tenet Angel. in quæstio. per eum disputata, quæ incipit, nobilis quidem genere. & Imol. Alexand. & Ludou. Roman. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obligat. Bald. in l. omnes. in 11. colum. de iustit. & iure. ff. Anton. de Butri. in d. cap. quod clericis. in penulti. col. de foro compe. & Gemin. & Imol. in cap. quanuis, de pact. in 6. Petr. de Anchar. in consi. 105. quod incipit, in paucis verbis. Matth. in not. 166. Paul. de Castr. in l. si quis, id quod circa principium. de iurisd. omn. iudi. vbi dicit, ita consuluisse contra Barto. & ita ipse consuluit in consilio 335. incipiente, primum dubiũ, de quo quæritur. Nam etiam si illud statutum valeret, redderentur ingressuri timidiores ad intrandum monasterium, & sic esset contra libertatem ecclesiasticam. vt d. Authentic. cassa & irrita. Eandem opinionem contra Bart. tenet Alex. de Imol. in consil. 139. in 2. volum. quod incipit, viso themate, suprà scripta in vltima colum, vbi dicit, quod ista est communis opinio contra Bartol. Et faciunt not. & tradita per Bart. in consil. 1. quod incipit, permensis, &c. tale enim statutum esset vitæ contemplatiuæ impeditiuum. Quid ergo dicemus de consuetudine nostra quæ disposuit, vt hic vides de iam ingressis, saltem de eorum bonis postquam professi sunt. Esset videndum, an lex ciuilis vel consuetudo disponens super ecclesiis, vel personis ecclesiasticis sit valida? Breuiter, distingue ex mente omnium Doctor. nam aut lex illa ciuilis, vel statutum canonibus, aut non seruanda. Aut non contradicit canonibus, & tunc aut disponit specificè de rebus, seu personis ecclesiasticis, & tunc est nulla. nec est etiam de honestate seruãda, quia talis lex est nulla, tanquam à non habente potestatem condita. Et statutum assumit vires à potestate statuentium. l. fina. de iurisdict. omnium iudic. ff. c. à nobis. de sentent. excommuni. cap. vt animarum periculis, de consti. lib. 6. Et hoc, quando lex illa esset authorizatiua, scilicet, disponens pręcipiendo vel vetando. Sed vbi esset merè priuilegiatiua, tunc bene posset seruari non ratione legis, sed ratione priuilegij, seu ratione vtilitatis. Idem esset dicendum, si lex illa esset ratione naturali fundata, quia tunc si non obseruetur à clericis ratione potestatis legis, prout lex dicitur de ligo ligas, obseruabitur tamen ratione naturalis æquitatis. ad hoc l. scire oportet. de excusatio. tutor. vel curator. ff. deficiente enim lege decurrendum est ad rationem naturalem. vt d. l. scire oportet. & cap. 2. requiris. de appellatio. extra, accedat c. nulla ratio. de præbend. Ita scribit Panormit. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & sine hæc de mente scribentium. Secundo autem casu, id est, cùm lex ciuilis non disponit specificè de ecclesiis, vel ecclesiasticis personis, & tunc aut non potest seruari sine peccato. vt in præscript. inductis à iure Cæsareo, cum mala fide. & tunc talis lex non est seruanda. c. finali. cum ibi not. de præscript. ca. vigilanti. & c. diligenti. eod. titu. & Barto. in l. priuilegia. C. de sacrosanc. eccle. Si autem lex ciuilis sit generalis & rationabilis, nec cano. contra dicat, sed si fauorabilis & priuilegiata, tunc seruanda est etiam quo ad clericos. Et ista sunt de mente iuris. Sed quid sit de mẽte consuetudinis, hic videre potes. Hoc autem punctulo aliquantisper potest saluari consuetudo, quòd in ea condenda affuerint tam clerici quàm laici. Sed archipræsul Turonensis pro se & clero suo fecit suas protestationes, prę*s*ertim pro libertatibus, & priuilegiis clericorum, & ecclesiarum, vt videre potes in processu verbali domini præsidentis, in colum.

An lex ciuilis disponens super ecclesiasticis personis sit valida.

colum.10.in illis verbis, *Et ce faict fut proteste*, &c. vbi videas.

II. ARTICLE.

Entre gens roturiers succession se depart par teste, & chascun pour sa portion est saysi. Toutesfoys sil y auoit aulcuns heritaiges tenuz noblement acquis de bource coustumiere escheuz en tierce foy, laisne vient a saysine diceulx. & y prendra les deux pars auecques laduantaige, qui est le maistre hostel, vng hommaige sil y est, ou cinq solz de rente, le cheze, lequel cheze est cy deuant declare au chapitre des successions des nobles. Et aura ledict aisne la charge de faire les hommaiges, & payer le deuoir seigneurial a la maniere des nobles, & les aultres heritiers en auront le tiers, mis hors ledit aduantaige.

Se depart par teste, &c.

¶ Dicit enim Imperator, quòd inter filios & filias bona intestatorum parentum pro virilibus portionibus æquo iure diuidi oportere explorati iuris est. l. inter filios. C. famil. hercisc. Vt tamen in puncto iuris hæc materia clarescat, est videndum, ad quos deueniat ab intestato alicuius defuncti hæreditas. Respõ. quòd primo veniunt legitimi descendentes, si sunt omnibus exclusis. Et si sunt primi gradus multi, æqualiter succedunt. Si verò sunt nepotes, vlteriores solum succedunt in stirpes, id est, in eam partem, quam pater eorum si viueret, haberet. Nec distinguitur, an masculi vel fœminæ sint, Auth. in successione, de suis & legi. hære. C. si verò descendentes non sint, tunc veniunt ascendentes, vt auus, pater, abauus cum fratribus & sororibus vtrinque coniunctis defuncto, vel eorum filij. Quos fratres vel sorores, seu filios eorum si non habet defunctus, succedunt ascendentes: salua semper gradus prærogatiua, quia & pater præfertur auo, & auus abauo, & sic de similibus. Et sic solum venit de ascendentibus, qui est proximior defuncto cum fratribus defuncti, & hoc in capita. Sed cum filij fratrum in stirpes exclusis ex vno parente fratribus. Si autem ascendentes sunt in æquali gradu, puta ex parte patris auus. & sic in gradu primo habito respectu ad defunctum, & ex parte matris etiam auus. Sic equaliter paterni pro dimidia, & materni pro dimidia succedunt. quamuis sint plures personæ ex vna parte, quàm ex alia. Vtputa auus & auia ex latere paterno, & solum auus vel auia ex latere materno, vt in Authen. de hære. ab intesta. §. 1. ar. 1. & in Authentic. defuncto. C. ad Tertul. & ibi not. in glos. & per Docto. Aliter

Qualiter deuoluitur successio de iure cõmuni.

qui est in proximiori gradu defuncto. At vbi desunt, seu non sunt ascendentes, tunc veniunt collaterales. Et primo veniunt fratres, & filij fratris premortui ex vtroque parente coniuncti defuncto, de cuius hæreditate agitur non in capita, sed in stirpes. Quo ad filios fratrum præmortuorum ipsi tunc bene succedunt in capita, & isti præferuntur fratribus, qui sunt ex vno parente solũ. vt in Auth. cessante. C. de leg. hær. Sed dicit Bar. in l. omnes. C. cõmunia de successionibus, quòd quando parẽtes veniunt ad successionem in bonis quęsitis ex linea materna, preferuntur parentes ex dicta linea materna, & in bonis paternis præferuntur parentes ex linea paterna. l. 3. C. de bon. mater. In eo autem quòd dixi, quòd nepotes in stirpes succedunt, cum veniunt cum patruis: sed vbi sunt solum filij duorũ fratrum, & sic nepotes, an tunc in capita succedant, an in stirpes? Dicit Azo, vt referunt Doct. in Authen. cessante. quòd isti in capita veniunt. Sed Accursius, quòd in stirpes, & not. in l. prima. si pars hære. pe. ff. Et Bart. tenuit cum gl. à quorum opinione non est recedendum. Sed Sal. ibidẽ tenet cum Azo. Bart. opinio mihi benignior videtur. At deficientibus descendentibus, ac collateralibus, tunc succedunt qui gradu proximiores sunt. Et si pares sunt, tunc pariter admittuntur. Auth. post fratres. C. de legi. hær. Et extenditur hęc computatio vsque ad decimum gradum. Et in his omnibus cessat omnis differentia sexus & emancipationis. In eo sanè quòd textus noster dicit vnumquenque saysitum, vide quæ ad plenum scripsi in titulo, *De successions de fiefz & aultres heritaiges entre gens nobles, fors de baronnie.* articu. 2. vbi si tibi placet, videre poteris.

Escheuz en tierce foy, &c.

¶ Quomodo istud intelligatur, infrà vide arti. 6. scilicet quando continuatur per successionem in tertiam manum.

III. ARTICLE.

Et si en ladicte succession nya que filles lesdictz heritages nobles cheuz en tierce foy se departiront par teste entre lesdictes filles. Excepte que laisnee aura le maistre hostel noble, auec ledict aduantaige ainsi, & en la maniere que dict est dessus. A la charge de faire lhommaige, & de payer les droictz seigneuriaulx deuz a cause dudict hommaige.

Et si en ladicte succession, &c.

¶ Ergo filiæ ignobiles in bonis mobilibus in tertia fide prolapsis tantũ, seu tale ius habẽt, quòd nobiles filię in bonis paternis. bona autem mobilia dicuntur cadere in tertia fide, quando per continuationem successionis deueniunt in tertiam manum, id est in tertium possessorem, vt art. 6. infrà eo. tit. qui est declaratiuus

ratiuus vel expositiuus istorum. Sed filia nobilis, licet faciat homagia, non tamen soluit omnia deueria feuda. Sed cum aliis sororibus nobilibus, vt dixi suprà, titu. *Des successions de nobles.* quia in filia nobili grandis natu non inuenitur expressum quòd teneatur sola illa omnia soluere. igitur stabo iuri communi, vt l. 2. C. de hære. acti.

IIII. ARTICLE.

Et pareillement se departira lheritaige tenu a franc debuoir, acquis de bource coustumiere, qui par succession chet en tierce main.

V. ARTICLE.

Le filz aisne ou aisne roturiers peuuent recuillir toute la succession des choses nobles escheues en tierce foy, & les tiendra, & en prendra les fruictz a son prouffit, iusques a sommation faicte par ses puisnez. Et icelle faicte, lesdictes choses se departiront en la maniere que dessus. Et apres sommation faicte par lesdictz puisnez, ou lung deulx a leur aisne, iceulx puisnez, & chascun deulx se peuuent dire saysiz de leurs parties & portions. Et se pourront appleger ou complaindre cōtre leur aisne, ou aisnee, si ne leur baille contingente portion desdictes choses nobles.

Ou aisnee, &c.

¶ Id intellige, cum masculi deficiunt. In hoc autem quòd textus noster dicit summationē vnius ex fratribus aliis prodesse in hoc punctulo, arti. nostræ est notabilis in illis verbis

Ou lung deulx a leur aisne, &c.

An victoria vnius appellantis, prosit cæteris.

¶ Simile dicimus de pluribus condemnatis, quorum vnus appellat, & victoriam consequitur. nam in re indiuidua, & vbi est eadem causa defensionis, tunc talis victoria omnibus prodest. l. 1. & ibi per Cyn. Bald. & Salic. C. si vnus ex pluribus appellauerit. Et ibi est communis defensio, & eadem ratio vincendi, tunc appellatio omnib. prodest. Sed quæro ad illucidationem nostri textus, Pone q defuncto patre, & relictis quatuor hæredibus, natu maior accepit bona immobilia, & mobilia vnus fratrum, natu minor fecit antiquiori summationem diuisionis, quę summatio cæteris prodest: in qua tamen facienda ipse expendit cæteros nummos, fortè in notariis remunerandis & causidicis suis. An tales expensas ab aliis confratribus repetere possit? Respon. quòd sic, licet gesserit officiū emolumentarium pro se & confratribus. Intelligo autem quòd recuperabit sumptus & expensas pro rata instar appellantis in causa communi & indiuidua: qui quidem repetit expensas & sumptus postquam victor fuerit ab omnibus: cui prodest talis victoria. pro hoc allegat Sali. in d. l. 1. Si vnus ex plu. appel. l. qui aliena. §. fin. de nego. gest. ff. Et quòd factum vnius ex cohęredibus, seu sociis in succedendo, dum vnus minor summauit maiorem natu, cæteris prodest. Facit quod tenet gloss. singularis in cap. 1. de iur. patro. libr. 6. vbi tenet gloss. quòd si ecclesia habet commune: puta ius patronatus cum laico, quòd ratione communionis priuilegium ecclesiæ, quòd est sex mēsium, prodest laico, qui aliàs non haberet ad præsentandum nisi quatuor menses. Et vide Panor. in cap. 1. de presc. & Iason in l. 1. C. de transact. Ad idem facit secundum eundem: quòd tenet gloss. singularis in l. fin. C. de mune. & hono. non continuandis inter patrem & filium, libr. 10. quòd socius omnium bonorum habet excusationem à muneribus publicis propter personam socij, etiam tenet Baldus in c. 1. quib. mod. feu. amit. Et est magnum dictum, secundum Iasonem, quòd si sunt duo fratres habētes feudum commune, & vnus illorum committat feloniā, per quam deberetur priuari feudo: alter autem non, quod vterq retinebit feudum. ita etiam dixit Alex. de Imol. in consil. 122. in 4. col. quod incipit, Viso puncto, in 6. colum. alia est in 4. magna pro hoc allegat Iaso. l. si post mortem. §. finali. ff. de contra tabul. egregia est decisio Bald. non sic præcisè dicit, quicquid senserit Alexan. Sed est decisio notabilis: adhuc facit pro consuetudine nostra, quòd transactio ratione connexitatis extenditur, Paul. de Castro in l. si certa. C. de transact. gloss. in cap. accusatus. de hære. lib. 6. & per Imol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verborum obligat. ff. quia connexorum idem est iudicium. l. quid ergo. §. pen. & ibi Bald. de contra. iud. tute. & idem Bald. in l. cum necessitatem. de fideicommis. C. Hinc pulchrè scribit Panor. in c. quia in tantum. de præben. quòd licet dispensationes sint odiosæ, & sic restringendæ, gloss. in c. ordinarij, de offi. ordi. lib. sexto, quòd nihilominus dispensatio extenditur ad connexa, & sic dispensatus ad curam est dispensatus ad ecclesiam sibi annexam, vide Ioan. And. in ca. gratia, de rescript.

De tempore præsentandi tam in laico quàm ecclesiastico.

Pulchrum & singulare dictum & menti perpetua tenendum.

Dispensationes sunt odiosæ ergo restringendæ.

VI. ARTICLE.

Heritaige noble chet en tierce foy quāt la chose noble acquise de bource coustumiere est par succession cōtinue en tierce main.

¶ Hic articulus est secundi & tertij declaratiuus, seu expositiuus. igitur non insisto.

VII. ARTICLE.

Chose hommaigee venue au seigneur du fief roturier par puissance, ou

ou droict de fief, se depart entre les heritiers d'icelluy seigneur de fief cõme les choses d'icelluy fief.

Par puissance ou droict, &c.

¶Puta per retentionem iuris feudalis, vel per feloniam contra dominum commissam.

Comme les choses, &c.

¶Videlicet, vt maior natu habeat in istis duas partes cum aduantagio: & alij minores natu id quod superest. Et si sit filia, habebit magistrale hospitium cum aduantagio solum: & cum oneribus fidelitatis faciendæ, vt in articulo 2. & 3. suprà, eod. titu. positis. Et videtur iste articulus noster multum rationabilis in ratione consuetudinis condendę, cum accessorium sequi debeat naturam sui principalis, æquum ergo est, vt membra feudi diuidantur instar capitis.

VIII. ARTICLE.

Personne coustumiere ne peult faire la condition d'aulcun de ses heritiers meilleure ne pire que de lautre par quelque contract que ce soyt, par donnaison, vendition, arrentement, eschange, ne autrement. Soyt faict ledit contract ou transport auec ledit heritier presumptif, ou autre personne estrange en faueur de luy pour le luy rendre.

Personne coustumiere, &c.

¶Iste est grandis articulus. Ideo quæro primò, quæ fuit ratio legis condendæ in textu nostro? Credo quòd ista fuit talis, vt inter fratres & cohæredes seruetur æqualitas, quæ in illis est obseruanda, ne aliàs in liuorem & inuidiam prorumpant. De quo vide per Lanfrancum in repetitione, quam edidit in cap. Raynutius extra, de testam. Nam vt quotidie videmus, quamuis iustiori modo, quo fieri potest, sit hæreditas inter cohæredes partita: hoc non obstante semper vnus conqueritur de parte alterius, dicens sui cohæredis partẽ esse meliorem, aut vberiorem: nam

Fertilior seges est alienis semper in agris:

Vicinumq́ pecus grandius vber habet.

Hæc allegantur in glos. in l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. & de ęqualitate seruanda, vide Docto. in Authen. ex testamento. de coll. Sed quid erit de quæstione tali? Mæuius pater nummis fortè indigens, fundum Cornelianum, quem habebat Sempronio cuidã filio suo, tunc locupleti & ditissimo iustò sub precio venundedit: & ita bene vendidit, quòd vtilitatem suam fecit. nam cum exposuisset illum fundum venalem, inueniebat centum florenos solum, filius autem Sempronius dedit nihilominus patri suo cẽtum & viginti: quæritur quid iuris, an scilicet talis venditio procedat? Simile potest ponere de fundo in rẽdam dato, vbi pater fecit suum

Quæstio practicabilis et bona.

commodum in arrentando. Diceres tu retentis pristinæ quæstionis verbis, hanc venditionem valere, etiam consuetudine non obstante, primò per illud quòd iura quasi in simili volunt, ꝙ ille cui bonis interdictum est, vel à lege, vel à iudice, potest sibi stipulando acquirere, & sic conditionem suam meliorem facere: ergo videtur ꝙ interdictio legis non impediat aliquem, quin posit facere conditionem suam meliorem: ergo idem in casu nostro non potest facere cõsuetudo, quin pater in vẽdendo posit facere conditionem suam meliorem: de quo puncto vide per Doct. in l. is cui bonis. de verbo. obliga. ff. Idem hac pro parte facit id quod iura etiam volunt de pupillo, qui licet se obligare non posit sine tutoris authoritate: potest tamen contrahendo, vel stipulando sine ipsius authoritate sibi acquirere, & commodum suum facere. Instit. de author. tut. vel cura. in princi. Et nota. in l. non ideo minus. C. de procur. & l. neque. C. de contrahen. & committ. stipu. Tertiò facit quod decidit Bal. ibidẽ ꝙ statuta quæ disponunt, ꝙ contractus mulierum, vel minorum nõ valeant sine præsentia propinquorum, ꝙ tale statutũ intelligitur de contractibus damnosis, non de vtilibus & lucrosis: igitur idem in proposito. Quartò facit, quòd scribunt Angel. & Pau. de Cast. in l. mutuum. de acq. hære. ff. ꝙ stante statuto, quòd mulieres non possunt se obligare sine consensu propinquorum, ꝙ si sit ei delata hæreditas, quæ sit lucrosa & sine onere, ꝙ poterit mulier hæreditatem sine cõsensu propinquorum suorum adire. Quintò facit, ꝙ vult Bal. in l. quæcunq;. C. de bo. quę libe. vbi dicit, quòd prohibitus alienare bona aduẽticia filij: potest tamen alienare quando fit ꝓ vtilitate ipsius filij. Sextò facit, ꝙ consuluit Lud. Ro. conf. 453. incipi visa principali consuetudine. vbi consuluit, ꝙ stante statuto, ꝙ minor non posit contrahere sine amicorum, vel consanguineorum, trium suorum præsentia: tamen minor poterit facere contractum sibi vtilem dicta solennitate non obseruata. Septimò facit, quòd scribit Bald. in l. contra iuris ciuilis regulas. ff. de pac. quod ecclesia potest sibi facere contractus fauorabiles, non seruata solennitate legali, vel canonica, refert Iason in l. Barbarius. in prima col. de offic. præto. ff. Sed vide Bart. aliter canentem in hoc singulari passu, in l. cum hi. §. eam transactionem, de transa. ff. Octauò facit, quia in quæstionibus per me positis: nec mens consuetudinis offenditur. Nam si bene cuncta ponderes, ratio legis condendæ fuit propter æqualitatem inter hæredes obseruandam, quæ non violatur in casibus nostris. Et si replices, quòd consuetudo nostra dicit personam consuetudinariam non posse facere alicuius filij sui conditionem deteriorem, & quòd in casib. nostris pater vendendo plus iusto: licet fecerit conditionem suam meliorem, quòd facit ergo conditionem filij ementis deteriorem: ergo contra

An is cui est bonis interdictum posit ad suam vtilitatem stipulari.

Ecclesia potest facere contractus fauorabiles non seruata solennitate.

contra cõsuetudinem, tunc faterer ingenuè, & inuitis quasi dentibus meis, quòd iste contractus esset nullus, tanquam contra legem factus: & sic quòd nullum habet effectum, siue proximum, siue remotum. l. vulgata non dubium. C. de legibus. Sed quid si illa venditio fuerit iurata, an non obstante consuetudine sit obseruanda? Diceres, quòd non. vt d. l. non dubium. & per glo. ibidem. Item: quia vt dicit ibidem Bald. ius ciuile potest reprobare iuramentum. Et quòd valent statuta, quæ certis casibus iuramenta facta reprobãt. Subdens ipse, quòd statutum siue lex, habet vim apostolici, id est, domini Papæ in remittendo iuramentum, allegat glos. in l. adigere. §. fin. de iure patro. ff. Et quod statutum possit reprobare iuramentum, tenet Bald. in l. neque. C. de ope. libert. & in l. tertia. si aduer. vend. C ac in l. secunda, in fin. de indict. vidui. tol. & in l. prima. C. si aduer. do. & Bart. in consil. quod incipit, Dicit statutum, quòd minor, &c. Sed aduerte, quòd consuetudo nostra non reprobat iuramentum. ideo dicendum est ipsum iurantem non posse contrauenire existo capite. c. quamuis. de pac. in 6. licet Bart. in Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. & in l. is cui bonis interdictum. de verbo. oblig. ff. dixerit, quòd vbicunque statutum prohibet aliquem contrahere, vel aliquid facere, ille hoc faciendo, & super hoc iurando non obligatur: sed Paul. de Cast. in d. Authen. sacramenta. dicit, ꝙ ista consideratio Barto. non est bona. Sed quid si Mæuius pater post contractum cum Sempronio, vt diximus, celebratum obierit, & cæteri fratres, tanquam saisiti ex potentia, & vi suitatis formant querimoniam nouitatis, vel appleigiamentum contra Sempronium eorum fratrem, ac fundi Cornelliani, & paterni emptorem, quis tunc vincere debet in possessorio? Videtur, ꝙ Sempronius emptor, licet sit venditoris filius, & licet contractus sit nullus: attamen, quia possessio immediatè, non acquiritur ex ipso contractu, sed mediante traditione, vel apprehensione: tunc licet dictus contractus sit inutilis, vel nullus: tamen ex inutili contractu bene transfertur possessio. l. 1. §. si vir vxori: & ibi per Barto. & Scriben. ff. de acqui. vel amitté. pos. Sed quid de dominio, an ex inutili contractu transferatur? Glossa tangit in l. contractus. de fide instrumen. & l. multum. C. si quis alteri, vel sibi. & l. non dubium. præallegata. Dic succinctè cum Barto. in dict. l. 1. §. si vir vxo. de acquiren. vel amitten. posses. Aut contractus est inutilis: quia pendet conditio: & tunc nõ impeditur dominij translatio, vt l. dotis fructus, cum l. sequenti, de iure dotium. ff. & l. sub conditione. ff. de solut. Aut est inutilis ex alia causa: & tunc aut est præter legem, aut contrà: primo casu non impeditur dominij translatio: vt d. l. multum. Transfertur enim ex dicta causa putatiua dominium. Aut est contra legem, vt in casu nostræ consuetudinis: & tunc dominium non transfertur. ista sunt propria verba ipsius Barto. in d. §. si vir vxori. quæ optimè placent. An huic consuetudini renunciari possit? est alia nõ contemnenda quęstio: & videtur quòd non, cum negatiuè sit concepta, & prohibitiuè loquens, per nota. per Doct. in Rubrica, ne fideiussores dotium dentur. C. & per Scriben. in l. si quis in conscriben. C. de pact. ac in plusculis aliis locis. Et quòd iuri prohibitiuo renunciari non possit, vt volunt ibidem Docto. Sed credo cæteros fratres & cohæredes posse huic venditioni paternæ, licet à consuetudine prohibitæ renunciare, arg. eorum quæ not. Bal. in c. nonnulli. extra, de rescript. Iuncto quod consuetudo nostra simpliciter prohibet, nec procedit vltra disponendo. Nam si opposita fuisset clausula actus annullatiua, videlicet, si secus factum fuerit, sit irritum, cassum & inane, tunc consensu partium non potuisset renunciari, glossa in cap. statutum. & in cap. dispendia, de rescript. in 6. Bald. in d. l. non dubium. & idem Bald. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanct. eccle. facit text. in c. dilecto. in fin. de præbend. Et ratio est: quia quando apponitur à superiore clausula decreti annullatiua, illa tunc clausula censetur data pro forma, secundum eundem Bald. in l. prima. ff. de liber. & posthum. & Petrus de Anchara. in commento, cap. canonum statuta. versicul. quæro quid si statuto cauetur. de constitu. extra.

Statutum habet vim apostolici.

Ex inutili contractu transfertur possessio.

An ex inutili contractu transferatur dominium.

De clausula actus annullatiua & decreti irritanti.

Ne autrement, &c.

¶ Et sic nec per stipulationem etiam: quia quamuis stipulatio non sit propriè contractus, sed impropriè. ideo licet non veniat in statuto faciente mentionem de contractu, sicut in casu nostro, vbi dicitur. *Par quelque contract que ce soyt, &c.* Vt notant Docto. in l. si donationis. C. quod met. causa, per Imol, in l. quinta. in princip. de verbo. obligatio. ff. & Iaso. in l. prima. ff. de pact. Tamen propter ista verba. *Ne aultrement.* comprehenditur etiam stipulatio, licet sit impropriè contractus iuncto cum hoc: quia eadem est ratio statuendi. facit glossa in Clemen. 1. in verbo, eligatur, de electi. in Clemen. Sed dubitatur de tali quæstione. Auus quidam in extremis, & per testamentum legauit cuidam nepoti ex filio suo decem libras annui redditus super certo hæreditagio suo pro titulo sui nepotis, qui ad sacerdotij culmen aspirabat, hac cum clausula, quòd ipse nepos ipso sacerdote effecto, Deum pro anima ipsius testatoris oraret, dubitatur: an istud esset validum. Videtur enim tale legatum inutile, cum consuetudine statutum sit. *Personne coustumiere ne peult faire la condition dung de ses, &c.* Nota text. nostræ consuetudi. cum dicitur.

Stipulatio non est propriè contractus.

Ne peult faire, &c.

¶ Quia in textu ponitur istud verbum POTEST, cum præcedenti negatione, scilicet ne. Sed theorica doctorum talis est, quòd vbicunque

Vbi negatiua præcedit verbũ potest tunc inducit necessitatem præcisam et potentiam priuat.

cum negatiua præcedit istud verbum POTEST, tunc inducit necessitam præcisam, & potentiam priuat. Ita tradunt Docto.in l. Gallus.in princi.de libe. & posthu.ff.& gl.in ca.1.de reg.iur.in 6.Faciebat ad propositum, id quod scribit Barto. in l. 1.C.de dila.quòd si iudex concedat secundam dilationem sine causę cognitione,quòd concessio est ipso iure nulla: quia textus,vbi dixit plus quàm semel tribui,non potest,& verbum illud POTEST, præcedente negatione inducit necessitatem præcisam,& potentiam priuat. Adduco tertio id quod in simili dicit Bart. in l. cum lex. de fideiuss.ff.quòd si statutum dicat quòd minor, vel mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, quòd si de facto absq; tali consensu contrahat, quòd impedietur ortus naturalis obligationis: quia dicendo, non potest propter negatiuam quæ præcedit, aufert facultatem & potentiam. Item nec dicas consuetudinem nostram esse inualidam, si intelligatur quòd auus nõ possit legare titulum nepoti suo. eo quòd fortè tu dices, quòd per illam impediretur exercitium vitæ contemplatiuæ: quia respondetur, quòd consuetudo posset ligare auum & nepotem,eo quòd eis iniecit vinculum ante sacerdotium. Sicut in simili dicit Ioannes And.in regula, sine culpa.de reg.iur. in 6. quòd statutum excludens à successione regni secundo genitum existente primo, excludit illum etiam clericum effectum: quia ante clericatum iniecit in eum vinculum, tenet etiam Panormitan.in cap. quod clericis. de foro compet. in 13. colum. extra. ergo,& cætera. Sed ego dixi contrarium,& tenui legatum validum,ac insuper respondi consuetudinem non obstare nepoti. Et quòd istud legatum fuerit validum, probo ista generali ratione: quia cauetur,quòd vnusquisque potest de bonis suis testari, præsertim pro remedio animæ suæ.l.vulgata habeat.C.de sacrosanct.eccles. vbi omnes Doctores ponunt. Et illud dicitur esse relictum ad pias causas, quod est pro remedio animæ relictum glossa in l.si quis Titio. de legat.2.ff. Bartol.in repetitio. dict. l. habeat. in tertia colum. Bald. Paul. de Castro. & Iason ibidem. Sed constat in casu nostro testatorem legasse pro anima, vt scilicet nepos ille oraret,& precaretur pro ipso,igitur.& pro hoc adducebam. ca.requisisti,in fin.extra, de testamen. Et pro ista parte facit, quod dicunt Bald. & Paulus de Castro in d.l.habeat.quòd relictum consanguineo pauperi, dicitur relictum ad pias causas. Idem Panormitan. in Rubric.extra, de testamen. & glossa in cap. 2. de sepul.Sed sic est, quòd iste nepos est pauper & egenus,igitur. Nec obstat nepoti hæc nostra præsens consuetudo:quia dico q; quantumcunque generaliter iaceat scripta: tamen non comprehendit testamenta ad pias causas. quod patet à partibus sufficienter enumeratis. Nam aut simpliciter loquitur, & nõ facit mentionem

An statutum liget ante sacerdotium ipsum presbyterandum.

Relictum consanguineo pauperi dicitur esse relictũ ad pias causas.

de pia causa. Et tunc non debet de pia causa intelligi per illud, quod notat Bal.in l.iubemus nullam.in princi.C.de sacrosanct.eccle. vbi optimè dicit, quòd verba generalia statutorum non includunt casum contra libertatem ecclesiæ,vel piæ causæ. Ergo idem in proposito. Aut statutum,seu consuetudo expressam fecisset mentionem de pia causa: & tunc id facere non potuisse conditores consuetudinis. quia relicta ad pias causas,vel pro anima censentur spiritualia,cum tendant ad remissionem peccatorum,vt d. cap. requisisti. de testamen. ergo de eis non potuissent laici disponere,vt no. & traditur in c.ecclesia sanctæ Mariæ,de constitu.extra. Et istas ob causas consului pro dicto nepote egeno,vt legatum tituli valeret consuetudine non obstante. Sed vbi aliàs contraxisset, vel donasset contra mentem,vel verba legis consuetudinarię, etiam si contraxisset cum sacerdote, dum tamen in alio casu quàm ad pias causas: tunc contractus esset inualidus,cum subditus nõ possit contrahere etiam cum non subdito, spreta lege sui superioris: immò sic contrahendo peccaret, cap. 2. de maio. & obedien. l.nemo potest.de legat. 1. & dict.cap.requisisti. de testamen. ita in his terminis Panor.in dict. cap. quod clericis, in 7.colum.versicu. ego verò in hoc articulo dico quòd vltimum est optimè notandum.

¶ Hinc quæro, quid est, si pater vendiderit, vel in perpetuum redditum filio dederit fundum, vel domum. Et contractum iuramento firmauerit, an talis contractus valeat,non obstante consuetudine? videtur quòd non. Nam consuetudo talem contractum reprobat. & dicunt Doctor. quòd statutum potest dispensare super iuramento. & illud reprobare,per glo.& Doct. in l.allega.adigere in fi. ff. de iur. patrona. Bald.in l.non dubium,in secunda colum. C. de leg. idem Bald.in leg. 2.C.de indict.vidui.toll.in 6.colum. Bald.in l.pactum. in quæst. 5. C. de collationi. Bald. in l. nec patronus.de operis liber. C.Bald.in l.prima.C.si aduer.don.facit l.si quis inquilinos. §. final. de leg.1.ff. Nam licet ius ciuile non possit iuramentum infringere: tamen ante factum potest facere,quòd ex tali iuramento ius non quæratur recipienti. Et dicit, quod potestas debet illud statutum seruare. Nam,vt alibi ipse dicit, consuetudo isto casu habet vim apostolici in remittendo. Et eandem opinionem fouet apertè Pet.de Anch.in cap.canonum statuta.ver. quid dices.in materia iuramenti.extra, de constitu.& in cons. 225. quod incipit, legitur in canone, & cætera. Et hoc verum est, quòd statutum habet vim apostolici in remittendo: quando motiuum statuti procedit ex rationabili causa: sicut in casu nostro, ne oriatur lis inter fratres, sed vt seruetur æqualitas inter eos. Sed quicquid dixerint,eorum opinioni non stabo. quia nullum statutum laicorum,seu nullus princeps secularis potest remittere iuramentum,

An consuetudo habet vim apostolici.

mentum, vel super eo aliquo casu dispensare. nam istud spectat ad ecclesiam.cap.venerabilem,cum ibi positis. extra, de electi.cap. nouit.cum ibi no.de iud.Hostien.in c.quanto. de iureiurand. Ioan. de Imol.in cap.cum contingat.versus principium,de iureiurand. Salicet. & Paul. de Castr. in l.fina.C.si contra ius vel vtilita. publicam.& Iason in l. qui iurato. qui satisdar.cogun. ff. nam iuramentum si rumpetur, verum est quòd peccatum committeretur: & cum tractatur de peccato,stamus iuri canonico,etiam in foro ciuili. no. in cap.possessor.de regu.iur. libro sexto. Tum iuramentum est de iure diuino.capit. & si Christus. de iureiurando. contra quod non potest fieri statutum per seculares. Item iuramenta principaliter diriguntur in Deum,cap.debitores.& in d.cap.& si Christus. ergo, de iureiurand.extra,non sunt subiecta iuri ciuili. no.in cap.dum esses.& cap.relatum. de testament. igitur non est dicendum consuetudinem nostram potuisse reprobare iuramentum, nec dicatis sicut Bart.in Auth. sacramenta.C.si aduersus venditionem.& in l.is cui bonis interdictum est, de verbor. oblig. ff. quòd vbicunque statutum prohibet aliquem contrahere, vel aliquid facere: ille hoc faciendo & super hoc iurando non obligatur. quia huic dicto Bartol. refragatur,& repugnat Paulus de Castro in dict. Authent. sacramenta. Et sanè illi opinioni Bart. obstat dict. cap. debitores. de iureiurand. nam vbi quis prohibetur contrahere sub vsuris, & talis prohibitio est à Deo & ab ecclesia,& tamé ibi obseruatur iuramentum: licet res repetatur.ergo contra Bartolum. Et quia suprà diximus, quòd ex inutili contractu transfertur possessio, vt d. l. prima. §.si vir vxori.ff. de acqui.poss. Quæro igitur qualiter subueniatur aliis cohæredibus aduersus alium cohæredem, qui fortè emit fundum à patre,& in cuius iam est possessione? Respond signanter, quòd possessio poterit per condictionem indebiti repeti. Nam theorica singularis est, quòd quando fit aliquis contractus & inualidus, puta per minorem, vel ecclesiam, vel aliam personã.& eius vigore possessio in alium tantum transfertur, iuxta d.l.primam. §.si vir vxori, cum ibi notatis.ff.de acq.poss. quòd poterit repeti possessio per condictionem indebiti. Casus est notabilis, secundum Bart. in l.scire debemus.§.fin.de verb.oblig. Idem Bart.in l.si alienum.solut.matrimo.ff. & Iason.§.sic itaque.versi.in ea glo.ibi §.sedet si nummum.7.col.de actio.Insti. & dicit mandandum menti, & Bart.ita practicasse & respondisse in ecclesia quę rẽ vendiderat sine solennitate debita:& illam rem tradiderat.

Consuetudo iuramẽtum reprobare non potest.

IX. ARTICLE.

Mais pourra ladicte personne coustumiere, priuer & exhereder son heritier ou heritiers par lignaige, en tout ou en partie de sa succession, si son dit heritier ou heritiers presumptifz contre luy ayent faict & commis aucune cause d'ingratitude, comprinse & declaree es droictz communs & a semblable entre gens nobles.

Comprinse & declaree es droictz communs, &c.

¶Sed videndum est de his causis: quia textus noster non aperit. Ideo dic breuiter, quòd si loquamur de patre: & tunc certum est, quòd propter quatuordecim causas ipse potest filium exhæredare, quas causas tractim nuper ego prosequar. Primò potest pater filium exhæredare, si filius parentibus manus intulerit. Secundò, si grauem iniuriam eis fecerit. Tertiò, si criminaliter eos accusauerit de causa, quæ non sit aduersus principem, vel Rempublicam. Quartò, si filius cum maleficis versatur. Quintò, si maleficiatur. Sextò, si vitæ parentum fuerit insidiatus. Septimò, si vxori, vel concubinæ patris se immiscuerit. Octauò, si ex dilapidatione filij parentes ipsi graue dispendium sustinuerint. Nonò, si pro persona, vel debito eius, inquantum potest filius fideiubere noluerit. Hoc tamen de fideiusso. ad filios tantum pertinet. Decimò, si prohibuerit eos facere testamẽtum. Vndecimò, si contra voluntatem parentum inter arenarios & mimos perseuerauerit, cùm pater non fuerit illius professionis. Duodecimò, si filia vitam luxuriosam egerit, cum parentes vellent eam pro posse dotare, nisi neglexerint eam maritare ante 25.annum. Decimotertiò, si filius parentibus furiosis debitam curam non impenderit. Quartodecimò, si parentem captum de carcere deducere neglexerit, vt in Auth. vt cum de appella. cog. §.causas.colla.3.& glos.cap. Quintauallis. extra, de iureiurando. Sed in hac materia exhæredationis nota duo singularia. Primum, quòd exhæredatio facta calore iracundiæ, non tenet. pulchrè per Iasonem in l.si filiam.C.de inoff.testamen. Secundum singulare est, quòd filius exhæredetur à patre, & postmodum reconcilietur: tunc intelligitur esse remissa. Iaso. in l. de quæstione tali.C. de pac. Visis causis ex quibus pater potest filium exhæredare. Nunc videamus causas, ex quibus econuerso filius possit patrem exhæredare, seu successione priuare. & sanè septem sunt, quas accipe seriatim. Prima est, si pater filium ad interitum vitæ tradiderit, cum de aliquo maleficio accusando, citra tamen læsæ maiestatis crimen. Secunda, si venenis, aut maleficiis, aut alio modo vitę filij pater insidiatus fuerit. Tertia, si pater nurus, aut etiam concubinę filij sui se immiscuerit. Quarta, si filium testari prohibuerit. Quinta, si pater filij sui furiosi curam neglexerit. Sexta, si pater filium captum redimere non procurauerit. Septima, si pater ortodoxæ religionis fidẽ relinquendo prophanauerit, vt in dicta Au-

Causæ 14. exhæredationis.

De prohibente facere testamẽtum, si exhæredari possit.

De filio nõ impendẽte curã parentibus.

cta Authen. vt cum de appellatio. cogno. collation. quarta. §. iustum autem. Visis causis ingratitudinis inter ascendentes & descendentes, videamus de causis ingratitudinis inter collaterales. Et hæ sunt tres. Prima, si frater fratri mortem inferre voluerit. Secunda, si criminalem contra eum accusationem instituerit. Et tertia, si grauem iacturam substantiæ eius facere procurauerit. hæc in Authen. de nup. §. ingratitudinem. colla. tertia. Scitis enim filium à patre posse exhæredari propter prælibatas ingratitudinis causas iuxta §. illud quoque capi. in dict. Auth. vt cum de appel. cogn. si tamen filius post exhæredationem fecerit patri exhæredanti aliquem notabilem gratitudinem, propter illam, tollitur ingratitudo præcedens, nec amplius ex ea exhæredari potest, ita Bald. in l. liberi. C. de inoffic. testamen. refert & sequitur Iason in l. ex hoc iure. in 5. colum, magna, in decimo effectu donationis antidoralis. de iustit. & iure. ff. nunc formo vnam quæstionem. Filia quædam 18. annorum iuuenili calore capta libidine viuere cœpit & flagitiosam vitam agere. Deinde cum certum per tempus perditissimè bacchata fuisset, se mercalẽ exhibendo, ipsam facinoris libidinisq́ pœnituit, ac parentum mores honestos recordata plorabunda ad patrem reuertitur, dicens, se nunquam peccaturam, sed probabilem vitam ac disciplinatam perducturam: sed pater ira plenus illam enutrire abnegat, & dotare. Me consuluit illa, quid nunc esset factura, cogitabam patrem ipsum potuisse filiam ob flagitiosam vitam exhæredare. Et quòd ex his causis, ex quibus pater potest filium, vel filiam exhæredare, ex illis eisdem causis posset alimenta denegare. vt not. Ioan. Andr. in d. c. Quintauallis. Ideo in quæstione parumper meditari volui. Et cum mecum tacitus contẽplarer, occurrebat mihi pro parte puellę illud diuinum, quòd declamatores semper prædicando pro rostris allegant, Quacunque hora ingemuerit peccator: omnium iniquitatum eius non recordabor. Et sicut semper Deus est clemens & misericors, sic & nos esse debemus misericordes. l. imperialis beniuolentiæ. C. de nupt. Item me mouebat dictum Saluatoris nostri dicentis: Quòd maius est in cœlis gaudium super vno peccatore pænitentiam agente, quàm super nonaginta iustis: vt patet de filio prodigo. Item veniebat in mentem, quòd attrahere peccatores, esset opus charitatis. cap. inter opera. extra, de sponsa. & ma. Sic dicebam patri illius puellæ, qui tamen omninò recusabat: nec vllis persuasionibus flectebatur. Tandem cecidit in manus meas resolutio Panor. in d. ca. Quintauallis. de iureiurando. tenentis patrem debere alere filiam pœnitentem de delicto, & luxuriosam vitam abnegantem. ar. ca. ferrum. 50. distin. & etiam ipsam dotare, cum causa dotis non sit minus, quàm causa alimentorum fauorabilis. Cy. in l. non om. C. de administra. tuto. Et sic consului. & ad meam instantiam pater filiæ suæ labẽ pudoris remisit. Sed quęro, an filius posset de æquali vel duriori causa, quàm sit vna de quatuordecim suprà enumeratis, à patre exhæredari: vtputa quia filius fuit rebellis, vel vt proditor patriæ, quo casu ipsi patri liceret filium occidere. l. minimè. ff. de religio. Et conclusio Doctorum est, quòd sic. ita tenet Ange. in l. lex Cornelia. ff. de iureiuran. Alexan. in l. si quis. id quod iurisdictionis, de iurisdi. om. iud. in 6. colum. licet contrarium tenuerit in Authen. non licet parenti. C. de lib. prę. vel exhæreda. Sed quod possit exhæredari, firmant Scribentes in d. Authen. non licet. & ista est Communis sententia, à qua recedendum non est. Nec obstat q allegari posset, q materia exhæredationis sit pœnalis. quia licet sit huiusmodi, non tamen est correctoria, sed solum limitatoria, vt latè per Scribentes in d. Authen. non licet. Stat igitur conclusio, quòd ex æquè dura causa filius possit etiam exhæredari, & multo magis ex duriori. Item nota, quòd filius cõmiserit aliquam causam ingratitudinis contra patrem, propter quam possit exhæredari. Si filius ipse per pœnitentiam viuo patre agat, vel ante conditum testamentum, tunc non potest ex illa causa exhæredari. Istud probatur per simile. Nam si filia peccauerit in corpus suum: est iusta causa per quam pater potest eam priuare dote, & ei negare alimenta secundum Specul. in titu. qui fil. sint legit. versicu. sed quid si filia. Et Bald. in l. fin. C. de dot. pro. Tamen si filia agat pœnitentiam, non potest amplius dote vel alimentis priuari secundum ipsum Speculum, & Anto. in l. 1. col. 17. solu. matrimo. ff. Et per Iasonem in dicta Authenti. non licet. in 2. col. Sed quid de maledictione paterna: an illa sit loco exhæredationis? vt quia pater dicit. Maledico filium talem: quia me verberauit. Respond. Baldus in prooem. decre. & sequitur Ias. in dicta Authen. non licet. quòd per talia verba videtur exhæredatus propter id quod legitur in veteri Testamento, quòd maledictio patris euertebat domos filiorum. Quæro insuper, quidam Franciscus nomine commisit in patrem aliquam ingratitudinis causam, pater autem propter hoc tamen illum non exhæredauit: defuncto patre alij filij vel hæredes opponunt contra dictum Franciscum, quòd ipse est insuccessibilis, & quòd nihil debet in patris hæreditate capere. replicat Franciscus quòd immò, eo quòd pater eum non exhæredauit isto conflictu duráte, alij filij probauerunt dictam causam coram iudice, quæritur nunc per iudicem, an ille Franciscus sit à successione repellendus? Et tenui quòd certè Franciscus erat à successione repellendus, quanuis pater in testamento eam causam non expresserit. ita etiam singulariter Angel. in §. ingratitudinem. in princ. in Auth. de nupt. & Ias. in Auth. non licet. in penul. colum. de libe. præte. ¶ Sed an

De causis ingratitudinis inter collaterales.

Quæstio.

Si filius pænitentiam egerit, amplius nõ potest exhæredari.

De maledictione patris.

An pater possit vendere bona in praiudicium liberorum.

pater qui vult filium exhæredare colorata via, possit vendere extraneo vniuersa bona, & promittere tradere post mortem. Et sic priuare legitima? dicit Bartolus in l. hæreditarium. ff. de bonis aucto. iud. poss. & Bald. in §. quarto, in l. Papinianus. de inoffic. testam. & Iason in Authenti. vnde & si parens. C. eo. in princ. lectu. quòd sic. Sed oportet tamen isto casu quòd appareat de vera & actuali precij numeratione, vnde non sufficeret quòd pater in testamento confessus fuisset se precium recepisse quo ad præiudicium liberorum, allegat Ioan. de Platea, in §. item si quis. in fin. Institu. de inuti. stipu.

X. ARTICLE.

Sil ya aulcun desdictz heritiers qui durant la vie de leursdictz pere & mere, ou aultres gens trespassez dont ilz viennent a succession: Ayans eulx aulcuns biens desdictz defunctz par mariage, ou en auancement de son droict naturel, ilz les doibuent rapporter ausdicts partaiges, en telle valleur que lesdictes choses valloient au temps dudit don, soient empirees ou meilleures, affin que chascũ desdictz heritiers en ayt sa contingente portion. Et si chascun desdictz heritiers ne rapportent lesdictz biens quilz auront euz durant la vie desdictz trespassez, iceulz biens leur seront precomptez & rabbatuz sur leur portiõ. Toutesfois ne se rapportent point a partaige les fruitz des heritages ainsi donnez, vestemẽs, despences de nopces, ne mise descolle. Et tous aultres fraitz qui se feront pour auancement des enfans se rapporteront.

Sil ya aulcuns desdictz, &c.

¶In hoc articulo bene venit examinanda materia, difficilis collationum. Nam, vt inquit Pau. de Castro, in princ. illius titu. de coll. C. ille titulus de collationibus, & titulus de transactionibus sunt difficiliores aliis titulis in C. positis, propter iurium multiplicitatem, & illorum subtilitatem. Et quamuis in iure iste terminus de collationib. capiatur multimodis. Tum principaliter & frequentius capitur bifariè. Primo pro collatione ecclesiastica, seu alicuius beneficij ecclesiastici. & collatio isto casu ꝓpriè est beneficij ecclesiastici assignatio. c. fi. extra. de insti. in c. collatione. de appell. in 6. Et ad quem de iure spectet beneficij ecclesiastici collatio, vide in ca. si tibi absenti. in c. statutum. de præ. lib. 6. & c. ne captandæ conces. præb. eo. lib. & in plusculis aliis locis, quia non est præsens materia. Secundo capitur iste terminus collatio pro contributione, vt in materia nostra. Et ista dicitur rei propriꝫ in commune collatio, vt sentit gl. in Rub. de colla. ff. Bart. in l. pater filium. ff. c. Doct. in l. si emancipati. C. eo. tit. de collat. Et sciendum est collationem fieri debere ratione æqualitatis seruãdæ inter fratres. tex. in §. illud quoq. in Auth. de triente & semisse. Quod sentit tex. noster dum dicit,

Affin que chascun desdictz heri. &c.

¶ Et omnia conferuntur, quæ in legitimam imputãtur: ista est communis theorica doctorum, in Authent. ex testamento. C. de collat. quod sentit tex. noster dum dicit.

Et tous les aultres fraitz qui se, &c.

¶Nunc formo duas principales quæstiones. Prima est, nunquid donatio simplex, facta filio in potestate, debeat mortuo patre conferri? Et loquor in puncto iuris, id est, breuiter respondeo, quòd non. Et quicquid dixerunt aliqui, ista est vera & COMMVNIS sententia, quòd ista donatio simplex conferri non debeat à filio in potestate constituto: quam sententiam amplexa est gloss. in l. quæ pater filio. famil. hercifcun. ff. Ioan. Andr. in addit. Specul. in titul. de dona §. 1. in addit. incipiente. Et scias, &c. Bartol. in l. 1. C. eo. Bald. in l. quoniam nouella. & l. omnimodo. C. de inoffi. testam. & l. filiæ. C. famil. hercis. Et mihi videtur esse horum vera & viua ratio: quia donatio simplex non valet in vita patris, sed tantum morte confirmatur: ergo tanquam quæsita post mortem patris conferri non debet. l. nec emancipati, cum ibi not. C. de coll. Ista tamen conclusio, scilicet quòd donatio simplex, facta filio in potestate constituto, non conferatur, fallit in casibus tribus per glossam ordinariam enumeratis. in dict. Authenti. ex testamento. Quartò limitatur ipsa commmunis conclusio, nisi pater donasset filio in potestate: dehinc illum emancipasset in vita, quia cum per emancipationem confirmatur donatio. l. donationes. §. pater. ff. de do. certè talis donatio debet conferri fratribus, ita Bartolus in l. 1. §. nec castrense. de col la. ff. & Bald. in d. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testam. & Iason etiam in dict. Authen. ex testamento. Et regulariter illa conclusio limitatur omnibus in casibus, in quibus statim donatio valet inter patrem & filium in potestate, quos enumerat ipse Iason in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb. nam in omnibus illis casibus debet fieri collat. ita firmat Alexan. d. Authen. ex testamento. C. de colla. Et hoc nisi pater donasset filio propter benemerita ipsius filij: quia valet statim donatio, sicut si extraneo donasset: sed quia censetur peculium aduenticium, & quæsitum per industriam filij. vt not. gloss. in l. si donatione. & Doctor. in Authen. vnde & si parens. C. de inoffi. testam. ideo talis donatio non confertur, cùm aduenticia hodie non conferantur. l. fin. C. de colla. Et ideo dicerem hodie si pater donaret filio, non vt filio, sed vt benemerito: &

rito: & quòd non moueretur amore filiali, quòd illa donatio remuneratoria non confe retur, etiam virtute conſuetudinis noſtræ, quia conſuetudo loquitur, ſi rectè inſpiciatur de habentibus in fauorem iuris naturalis, ibi dum dixit,

En auancement de droict natu, &c.

¶ Secunda principalis quæſtio, nunquid donatio ſimplex, facta filio emancipato debeat de iure conferri, iſte articulus eſt longè difficilior, quàm præcedens, in quo gloſſa in dict. Authent. ex teſtamento. voluit, quòd non teneatur emancipatus conferre huiuſmodi donatioẽ ſimplicem, ex quo ſtatim valet. Sed quia communiter reprobatur, igitur dicas, quòd filius emancipatus donationem ſimplicem conferre tenetur, text. eſt in l. vt liberis. C. de colla. & Docto. Moder. d. Authen. Nunc deſcendo ad verba noſtri textus. nam vult textus noſter ponderatus, quòd filia dotem conferre debet ibi.

Ayant eulx aulcuns biens par, &c.

¶ Et iſtud exploratum de iure. Et ſi realiter dos non reddatur, tamen illa confertur tanto minus accipiendo de hæreditate, text. in l. dotis. & Authen. quod locum. C. de colla. & etiam approbatur in textu noſtro, in fin. ibi.

Leur ſerõt precõptez & rabbatuz &c.

¶ Attamen attende ad effectum illius Auth. quòd locum. nam verum eſt dotem debere conferri, aut debere imputari in legitimam. l. vna. §. quod à nobis, C. de rei vxo. acti. quando maritus eſt ſoluendo, vel quando vxor dotata non fuit in culpa & negligentia agendi contra maritum ad inopiam fortè vergentem, iuxta l. vbi. C. de iur. dot. Nam ſi fuiſſet in negligentia: poſito quòd dos eſſet ſibi inanis: quia maritus non eſſet ſoluendo: certè tamen illa dos conferretur, ſaltem imputaretur, vt d. Authen. quod locum. Ideo opportunum eſſet videre quibus caſibus mulier poſſet agere pro dote, ſine conſenſu patris ad euadendum prædictum periculum. ideo vide in d. Auth. vbi Doct. referunt tres caſus, in quibus filius ſine conſenſu patris agere poteſt. Quartus caſus eſt, ſi pater ſit abſens. l. ſi longius. ff. de iud. ſecundum Bald. & Sali. in dicta Authen. quod locum. facit tex. in l. filiusfamiliâs. §. ſed etiam. de procu. ff. Intellige, dummodo caueat patrem habiturum ratum & firmum, ſecundum ipſum poſt Bart. Quintus caſus, quando pater eſſet præſens, ſed eſſet turpis & abiecta perſona: tunc conſenſus non requiritur, textus in l. fi. ſed vnius. §. filio. de iniur. ff. Sextus caſus, quando pater non haberet iuſtam cauſam contradicendi ſecundum Bald. Fulgo. Pau. de Caſt. in dict. Authen. quod locum. Septimus caſus in dote aduenticia habita à matre, vel auo materno. quia filia poteſt eſſe ſine conſenſu patris, ita Paulus de Caſtro in dicta Auth. quòd locum. Et tandem dicas, quòd in his, in quibus patri non acquiritur vſufructus: filiusfamilias habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, cap. fina. de iud. lib. ſexto. vbi vide gloſ. notabilem. & poſtremò videtur immorandum & inſtandũ in textu, dum dixit textus noſter expenſas ſcholæ non conferendas.

Caſus in quibus filiusfamilias agit ſine paterno conſenſu.

Et iſtud adeo procedit, quòd ſi pater dediſſet filio pecuniam pro libris emendis, ſeu cauſa ſtudij: quòd nullo modo filius tenetur illa conferre: etiam ſi exſtaret, & non eſſet conſumpta. nec computatur. l. quæ pater. & ibi gloſ. famil. herciſcun. ff. l. ſi filia. §. Veratius. eod. titu. Bart. in l. 1. §. nec Caſtrenſe. ff. eod. Bald. in d. Authen. ex teſtamento. C. de colla. Id eſt verum quòd talis pecunia cauſa ſtudij data non confertur, nec computatur, ſiue exſtet, ſiue ſit conſumpta, dummodo conſumpta ſit in bonos vſus. Nam quando filius talem pecuniã conſumpſiſſet in prauos, & flagitioſos vſus, tunc ſibi computatur in partem, & eſt ratio pulchra ſecundum Iaſo. in d. Authent. quod locum. quia tunc cauſa, propter quam erat donata pecunia, non eſt ſecuta, & ſic intelligitur tacitè reuocata. Et ideò quando dicitur, ꝙ de conſuetudine Turonenſi expenſa ſtudii nõ confertur, id verum eſt, quando conſumpta eſt per filium in bene ſtudendo. Idem dicerem ſi eſſet conſumpta in ſchola reprobatæ ſectæ, ſeu ſcientiæ damnatæ: quia quamuis filius bene ſtuduiſſet: tamen impenſa reſtitueretur, vel imputaretur tanquam in malos vſus conſumpta. Et nota quòd executio non poteſt fieri in libris contra ſcholarem. Iaſ. in l. ſecunda. §. mutui datio. ſi cert. pet. ff. & ibidem allegat glo. & DD. multos. Similiter in executione facienda contra colonum ſeu ruſticum, aratra, boues, & huiuſmodi ad culturam deſeruientia non poſſunt capi per executionem, vt dicunt Docto. in l. à diuo Pio. ff. de re iudicata. Confirmatur præcedens dictum per illud quod tenet Ang. in l. filiæ. C. de colla. vbi tenet quòd libri empti per patrem nomine filij ſtudentis, & ſibi traditi cenſeantur ſibi donati, & donatio confirmetur morte, ꝙ filius in diuiſione debet habere tales libros præcipuos, vt per Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe. de col. ff. Iſtud intelligit verum Ange. quando filius ad perfectionem ſtudij & doctoratus apicem peruenit: ſecus ſi miſer & ignorans permãſerit, quaſi cenſeatur donatio ob cauſam, quæ ceſſauerit. ideo tunc non debet habere libros præcipuos, ſequitur Alexand. in l. ſi donatione. in penult. colum. C. de colla. Item ſecundò limita, quòd impenſæ factæ cauſa ſtudij non repetuntur nec conferuntur: niſi filius haberet aliunde de proprio, puta ex ſucceſſione materna: quia tunc talis expenſa ſtudij bene computatur in eius partem. Ita tenet Barto. in d. l. 1. §. nec caſtrenſe. de collat. ff. vt refert & ſequitur Iaſ. in d. Authen. quòd locum. C. de collã. Nunc quæro quid de Doctoratu, an impenſæ in filio doctorando per patrem factę imputentur in ipſius legitimam? Breuiter dic quòd non. Barto. in d. §. nec caſtrenſe.

De pecunia pro libris emendis.

De pecunia ſtudij no.

Executio non poteſt fieri in libris.

Filius habet libros pcipuos ſi bene ſtuduerit.

Si filius haberet aliunde, an impenſa ſtudij valeat repeti.

Quid de doctoratu.

ſtrenſe. Bal. in d. Authen. ex teſtamento. Angel. in repetitione l. ſi emancipati. C. de colla. Sed quid in patruo faciente expenſam docto ratus pro nepote ſuo, an repetat? Reſpondeo iſtud eſt arbitrarium, debet enim iudex patrui affectionem inſpicere, & an poſuerit in rationibus ſuis. ita Alexan. in conſil. 141. in 2. volum. per l. ex duobus. §. Titium. de negotiis geſtis. ff. Nunc pone, patre mortuo filius in ſtudio facit plures expenſas, fratres cæteri, qui remanſerunt in communi, & qui poſſederunt bona paterna, pro indiuiſo, petunt impenſas per fratrem in ſtudio factas, an ſint illi fratres audiendi? Clarum eſt, quòd ſi filius viuo patre inchoauit ſtudium, eo mortuo alij fratres non tenentur ſibi facere de communi impenſa in ſtudio: ſed eam debet facere de ſua parte. Barto. in dict. §. nec caſtrenſe, in vlti. colum. & Bald. in d. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. teſtamen.

¶ Quæſtio ergo eſt, fratres ſunt cōtenti, quòd frater perficiat ſtudium, & ipſi ſubminiſtrāt expenſas fratri in ſtudio de communi patrimonio, an computabitur in eius partem, & iſtud procedit, quando eſt contracta ſocietas omnium bonorum. Bald. tenuit quòd ſi ſunt ſocij omnium bonorum, talis expenſa intelligitur facta de communi, nec in diuiſione poteſt illi imputari, ita Bald. in tract. de duobus fratribus. quem tractatum perfecit mortuo Barto. & in l. ſi patruus. C. commu. vtriuſque iudic. quia fratribus in communitate extantibus, non debet inſpici quis faciat maius lucrum, aut maiorem expenſam. ¶ Sed Lud. Ro. in conſi. 155. quod incipit, Præſentis conſultationis, &c. tenet oppoſitum. Nam, vt dicit ipſe, mortuo patre, ita demum impenſa per fratres in bonis communib. facta cenſetur eſſe de communi, quando illa eſt facta neceſſariò, vel vtiliter pro ipſa ſocietate, per tex. in l. ſi fratres. pro ſoci. ff. Comprobat inſuper ille Ludo. Roman. à ſimili. Nam ſi ſunt fratres ſocij omnium bonorum, vnus non poteſt maritare filiam de communi patrimonio: ſed de ſua parte tantum, eo quòd illud maritare filiam, non eſt neceſſarium communitati. Ita erit in propoſito in impenſa ſtudij. Certè his non obſtantibus, puto opinionem Baldi fore veriorem, per theoricam eius. Nec obſtat quòd ipſe Ludouic. Roman. inquit, quòd iſtud ſcilicet doctorari filium, nō eſt communitati neceſſarium: quia imo eſt non ſolum vtile, ſed perquam neceſſarium, ar. l. aduocati. C. de aduocat. diuerſo. iud. Et hoc ſi filius doctoratus, ſit in communitate aliquandiu remanſurus, & ſub vmbra nominis ſui doctoratus ipſam communitatem defenſurus, arg. d. l. aduo. quæ bene me mouet. Solet in dubium reuocari, an libri traditi à patre filio ſtudenti, debeant conferri? hic habes de conſuetudine quòd non. Sed quid de iure gl. l. filius cuius. C. famil. herci. Cyn. in l. filiæ licet. C. de colla. Alber. in l. ſi donatione. C. eo. tit. Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe. in

An frater poſſit maritare filiam de bonis cōmunibus.

1. colum. Bald. Paul. de Caſt. & Alex. de Imol. in d. l. ſi donatione. C. de collati. vbi ſe reſoluunt, quòd tales libri non conferuntur: quia donatio per patrem filio ſtudenti facta de libris ſuis traditis morte confirmatur. Ideo non conferuntur ſicut nec alia donata, quæ morte patris conferuntur. Attende tamen, quia ſi filius eſſet effectus Doctor, irreuocabiliter valeret ſtatim illa donatio, & eſſet peculium quaſi caſtrenſe. iſta eſt opinio Barto. vbi ſuprà. Sed quid ſi eſſet Licentiatus tantum? Breuiter attento, quòd in fauorabili materia idem iudicamus de Licentiato quod de Doctore, ſecundum Bald. in l. 1. pen. colum. ſolu. matr. ff. Et in materia fauorabili appellatione Doctorum veniunt Licentiati, ſecundum Imol. ac Gemi. in proœ. 6. & Bal. in Authen. habita. C. ne filius pro patre, dicendum eſſet, quòd liberorum donatio irreuocabiliter valuerit. Vera reſolutio, quòd libri non feruntur. Et quanuis filius nondum impleuiſſet ſtudium tempore mortis patris, tamen filius habebit hos liberos præcipuos ex ſpeciali fauore ſtudentibus tributo. per d. l. quæ pater. & tanto fortius, ſi pater prius filium emancipaſſet, ar. ff. de don. l. donationes. §. pater. & hoc ſecundum opinionem, Bart. Quid de armis, pone patrē dediſſe filio, cum Chriſtianiſsimo rege noſtro vltra montes eunti arma & cætera militib. neceſſaria. Certè hæc quæſtio non habet dubium, quia hæc tanquā caſtrenſia non conferuntur. text. in l. ſi filius. C. famil. her. & de col. bon. ff §. nec caſtrenſe, ſicut nec quaſi caſtrenſia, nec aduenticia. ¶ Et inſuper ad materiam articuli, quando dicitur, quòd hæredes tenentur cōferre, quando veniunt ad ſucceſsionē: cautè dicitur, quando veniunt ad ſucceſsionē: nam aliàs habentes titulum ſingularem, non tenentur conferre, ſi non velint ſuccedere. Bald. Salicet. & Paul. de Caſtro in l. penultima. C. famil. herciſcun. & hoc de iure.

De libris.

Licentiatus in materia fauorabili veniunt appellatione Doctorum.

XI. ARTICLE.

La deſpence des funerailles, & ordonnance de celluy des mariez qui eſt treſpaſſe le premier, ſera faicte ſur la portion des biens du decede.

La deſpence, &c.

¶ Hic vides, ꝙ de conſuetudine expenſa funeris ſpectat ad hæredes coniugis ſuperſtitis, ſeu viuentis. Sed quæro, an impenſa viri facta in curando ęgram mulierem, debeat fieri de bonis mariti, vel de bonis vxoris ægrę ſeu ægrotantis, an de bonis vtriuſque, ita quòd communiter? Breuiter, habemus tex. in quo fundatur conſuetudo noſtra, in l. quod in vxorē. C. de neg. geſt. vbi habemus, quòd maritus impendens in funerando eatenus repetit, quatenus dos ad patrem redit. Sed de funere habemus expeditum in noſtra præſenti conſuetudine. Reſtat ergo videre de impenſa morbi vel ęgritudinis: ideo diſtingue cum

quæritur,

quæritur, an maritus poſsit talem impenſam in ægritudine ſuæ vxoris erogatam repetere? Nam aut ægritudo non prohibet eam vxorem eſſe in obſequio viri, & tunc vir eam tenetur alere & curari facere. ar. ff. commodati. l. in rebus. §. poſſunt. & ff. de ope. liber. l. ſicut coniuncta. Aut ægritudo prohibet eam eſſe in ſeruitio viri ſui. & tunc ſi eſt dotata, vir tenetur facere expenſas ſecundum quantitatem dotis. l. ſi cum dotem. §. ſi autem in ſęuiſſimo. ſolut. matrimo. ff. Et intellige ſecundũ quantitatem dotis, id eſt, ſecundum id quod ex dote redigitur, vt. ff. de ali. lega. l. cũ vnus. in prin. §. fin. & ff. ad Trebel. l. Imperator. Vbi autem redditus dotis non ſufficerent, tunc videtur gloſſa dicere pro eo pluri, quod etiam tenetur. ideo in d. §. ſi autem. in nouiſsimo ſubaudit maxime, ſed veritatem collige ex ſequentibus. Sin verò non eſt dotata, & tunc mulier habet aliunde, vnde ſe poteſt facere curari, & tunc maritus nõ tenetur expenſam de ꝓprio facere. Ideo ſi facit, dicitur maritali feciſſe affectione, & non repetit. vt in d. l. quod in vxorem. quod intellige niſi proteſtatus tunc fuerit, vt l. Neſennius. ff. de nego. geſt. Aut non habet ipſa mulier aliunde, & tunc ſi habet patrem vel alium qui de iure tenetur eam alere, tunc maritus ſimiliter non tenetur. vt l. quòd ſi nulla. de reli. ff. quod ſi facit vir, tunc dubitari poteſt propter maritalem affectionem, ob quam videtur feciſſe vt dict. leg. quod in vxorem. In contrarium facit, quòd de matre alente filium dicitur, quem pater alere tenebatur. l. alimenta. C. de nego. geſto. act. vbi ponunt Doct. nam ibi dicitur quòd a patre repetit. & pro hoc facit d. l. quòd ſi nulla, licet aliqua diuerſitas videatur quia vxor fuit in ſeruitio viri, & curata ſperatur redire, ſed filius nõ fuit, nec curatus erit in ſeruitio matris, ſed patris. Sin autem alium non habeat, qui eam alere teneatur, tũc maritus facere tenetur. vt d. l. quòd ſi nulla. & Authen. propterea. C. vnde vir & vxor. & iſto caſu procedit gloſſ. in dict. §. ſi autem in ſæuiſsimo, & ita tenet Salicet. in d. l. quod in vxorem. Sed pone maritum neglexiſſe facere curari vxorem in caſibus, in quibus tenetur, & ipſa vxor obiit, quid iuris erit? Breuiter dic, quòd omne commodum quod eſſet habiturus ex dote, vigore pacti initi, perdit ipſe maritus. Et idem dicendum, ſi vigore ſtatuti partem aliquam debeat lucrari ipſe maritus, quod eſt notandum ſecundũ ipſum Sali. in d. l. quod in vxorem. Hic bene cadit, vt de impenſa funeris parumper dicamus. Et primo, de tumulo ſeu capulo. Et ideo dicendum eſt, voluntatem defuncti circa conſtructionem monumenti ſeruari debere, nec obmitti poſſe ſine læſione conſcientiæ. ita eſt textus in l. militis. C. de reli. & ſum. fu. Nec obſtat l. hæreditas. in fin. ff. de peti. hæred. quia quanuis ſtricto iure hæres nõ teneatur ad extruendum monumentum: tamen pontificali vel principali authoritate ad id compelli poteſt.

An maritus vxorẽ alere teneatur.

De impenſis funerũ.

An hæredes compelli poſſunt ad monumentũ alleuandum.

Et iſtud mandari poteſt executioni per iudicem ſecularem. vt per Paul. de Caſtr. poſt glo. in d. l. hæreditas. Sed quæro de quæſtio. practicabili, an credatur inſcriptionibus hodiernis, in quibus dicitur, hoc eſt ſepulchrum talis defuncti: an ſit præſumptio, quòd ita ſit? Bartol. & Salic. in l. monumentum. C. de re. & ſump. fu. dicit quòd ſic, & hoc ponderando expoſitionem gloſſ. in d. l. bene facit interrogatio & reſponſio, quam fecit Dominus, vt ſcribitur in Euangelio, quærentibus, an liceret cenſum dare Cęſari, dũ oſtendiſſent nummum, dicit, cuius eſt hæc ſuperſcriptio? Et ipſis reſpõdentibus, Cæſaris, inquit, quæ ſunt Cæſaris, reddite Cæſari. hæc Salicet. ibidem. Sed miror quòd non viderit glo. ordinariam in ca. cauſam. extra, de proba. quæ id dicit, & probat, faciunt notata per Panor. in c. ad audientiam. de præſcrip. extra. Item nota non eſſe prohibitum ornare ſepulchrum, quod optimè obſeruant Francigenæ, & ideo ſpolia ducum qui victi fuerunt, per illuſtriſsimum Regem noſtrum apud Venetias, & vexilla fuerunt Pariſiana in vrbe delata, & in ſacro diui Dionyſij ſacello oblata. Et quòd ſit permiſſum ornare ſepulchrum. eſt tex. in l. ſtatuas. C. de reli. & ſum. fu. Item tene menti, quòd iacente hæreditate, poteſt iudex decernere, vt fiant ſumptus in funere iuxta facultates & dignitatem defuncti, pro quibus exponet pecuniam hæreditariam ſi reperiatur. vel quæ hæreditati debetur, ſi poteſt exigi: aliàs poteſt iubere rem hæreditariam vendi vel obligari, etiam ſi ſit alteri obligata vel debita, ſi tamen ex aliis ſepeliri non poteſt, nec reſcinditur venditio, ſi poſtea hæreditas adeatur, ſed legatario de indemnitate prouidebitur, ſi fieri poterit: aliàs damnum patietur. l. ſi quis ſepulchrũ. §. ſumptus funeris de reli. & ſum. fu. ff. Et nota etiam quem non eſſe ſepeliendum, ſeu funerandum cum ornamentis, ſcilicet annulis & veſtibus. l. ſi quis. §. impenſ. eo. titul. ff. Fallit in epiſcopo qui ſepelitur cum pontificalibus. Et conſidera inſuper, quòd homini diuiti debet fieri honeſta funeris impenſa, aliàs ſit ſibi iniuria l. præal. & ſi quis. §. iudex. eod. titul. ff. Et non obſtante teſtatoris prohibitione, ipſe debet ſepeliri. Nam expedit mortuos funerari. vt l. præal. §. idem Labeo. Et iniuria eſt viro, ſi mulier iaceat inſepulta. l. quòd ſi nulla. eod. tit. ff. & debet ſepeliri in tumulo vltimi viri, cuius domicilium & honorem retinet. ca. is qui. de ſepul. in 6. Sed quæro de quæſtio. iocoſa, an mulier teneatur flere & lachrymari in morte mariti? Certe non. ita tenet Bald. Angel. Paul. de Caſtro in l. decreto. C. ex quibus cau. infam. irro. Sed an ſit verum, ꝙ omnes debeant tumulari? Certè non. nam ſunt qui propter criminis honorẽ non debent ſepeliri, de quibus in l. nunc maiores. ff. de reli. ſcilicet, ille qui ad patriam delendam, & liberos interficiendos operá dedit. Item in famoſo latrone, qui non debet ſepeliri, ſed eius corpus debet feris & volu-

An credatur ſcriptionib. monumentorum.

De impenſa funeris iacente hæreditate.

Epiſcopus ſepelitur cum pontificalibus.

Diuiti honeſta eſt funeris impẽſa faciẽda.

Quis nõ poteſt propriam prohibere ſepulturam.

Qui eccleſiaſtici priuentur ſepultura.

volucribus dari laniandum, text. in l. 2. arb. fur. cæsa. ff. secundum Ludo. Rom. Item monachus qui non reddidit in vita sua administrationis suæ rationes de bonis ecclesiæ, non debet sepeliri in cœmiterio, sed in stercore. ca. cum ad monasterium. §. 1. de sta. mo. Item qui seipsum occidit, non debet in ecclesia sepeliri. cap. placuit. iunct. gloss. 23. q. 5. Idem si voluerit se occidere, licet sit ei occursum. vt per Cy. in l. is qui. C. qui testamen. facere pos. Et regulariter qui nō potuit viuus in ciuitate morari, si sit mortuus, non potest in illa sepeliri, Bart. in l. 3. ff. de cada. puni. & vide per Iason. in d. l. is qui. C. qui testa. fac. poss. & tetigi infra titul. de criminibus. Item excommunicatus priuatur ecclesiastica sepultura. Item manifestè vsurarius, nisi pœniteat & det cautionem, ac in torneamentis mortuus. ca. 1. de torneamentis. Item raptor pertinax, qui non satisfecit, cum potuisset in vita satisfacere. c. 2. de rap. Ita blasphemans Deum & Sanctos. cap. 2. de maledic. hoc verum, si pœnitentiam contemnat. Item non communicans semel in anno, nec confitens. ca. omnis vtriusque. de pœni. & remis. nisi signa contritionis osten dat. Item in peccato mortali mortuus. ca. cū grauia. 13. quæst. 2. Item nominatim interdictus. Item cui est ingressus ecclesiæ interdictus. cap. is qui, de senten. excommunic. libr. 6. Item qui sacerdotem tutorem filiis instituit. 88. dist. neque apud. Item Iudæus vel Paganus. de consequen. distin. 1. ca. ecclesiam.

Qui non potest viuus in ciuitate morari, nō potest in ea sepeliri.

¶ Nunc consequenter quæro, quis possit sibi eligere sepulturam? Respon. omnis fidelis, & qui habet liberum arbitrium & ætatem legitimam, sed quòd sit pubes, quamuis sit in potestate patris: tamen potest eligere sine consensu patris. cap. licet, de sepultu. lib. 6. Quid de decapitando, an possit sibi sepulturam eligere? Respon. quòd si sententia est data appellatione suspensa, non potest, quia nullam vltimam voluntatem potest relinquere. l. eius. de testa. ff. quinetiam non potest aliquid pro anima relinquere. vt not. Ioan. Andr. in addi. ad Spec. titu. de instru. edit. potest tamen omnia sacramenta petere & recipere. cle. 1. de pœni. & remis. Si verò sententia non est data, vel si data est appellatione suspensa, tunc potest eligere. Sed vbi quis est regulariter tumulandus? Respon. quòd in tumulis maiorum. no. in cap. 1. extra, de sepul. Et dicuntur maiores hoc casu, pater & auus. vt ibi not. at hoc cessante, quis esset sepeliendus de iure in ecclesia vbi audiuit diuina, & percepit ecclesiastica sacramenta. Inno. in d. c. 1. de sepul. in an. Sed si esset parrochianus duarum parrochiarum, locus esset præuentioni, ar. ca. duobus. de rescrip. lib. 6. Sed peregrini & aduenæ sepeliuntur, vbi moriuntur, cū nescitur vbi sint busta parentum, vel cum difficile est eos ibidē perducere. vt no. Inno. & Hostien. ibidem. Et tene menti vnum quod sequitur dicēdum, scilicet, quòd mulier propter adulterium separata, non est in busto viri tumulanda, quia nō est amplius de domo viri hæc, nisi sit reconciliata. Item nota, quòd si sacerdos parrochia lis corpus eius qui alibi elegit sepulturā, violenter rapuerit, vel funus spoliauit, quòd tenetur restituere quicquid accepit, & ipsum corpus, & vltra hoc perdit quartam canonicam secundum Hostien. in ca. cum liberum. extra de sepultu. Nunc ergo pro explanatione nostri textus concludendo, quæro, cuius expensis fiet sepultura? Respond. si est vxor, quæ habet dotem, & alia bona, si hæc omnia remanent apud maritum, ipse tenetur facere omnes expēsas. Si verò solum dos apud eum remaneret, & alia bona ad alios irent. sic quilibet pro rata sua tenetur. Puta si dos sit centum aureorum, & alia bona ducentorum, tenebitur pro tertia parte, & alij ad quos dicta bona veniūt, pro aliis duabus partibus. Si verò dotem etiam restituit, sic tenentur hæredes vxoris. l. Celsus. de reli. & sump. fun. ff. Si verò non habet dotem, nec alia bona, sic tenetur vir facere eas. l. 1. & l. si quis, de re. & sump. fun. ff. Si autem sunt alij ab vxore, sic tenetur hæres aut pater respectu filij. Tandem, quia dicitur in textu nostro quòd expensa funeris debet fieri de bonis defuncti, quid si hęres nō vult adimplere voluntatem defuncti, nec facere statutam impensam, qualiter puniatur? Respondeo, aut est hæres extraneus, & sic perdit totam hæreditatem de voto. cap. licet. de testa. ca. hæredes. si verò hæres est filius, tunc si hæreditas est indiuisibilis, amittet, solum reseruata sibi legitima, vt autē hoc amplius. C. de fideicommissis. Si autem hęreditas esset indiuisibilis, puta Regnum, vel Ducatus, & huiusmodi, & tunc totam perdit: vt d. c. licet. in fine. & hoc intellige in dispositis, in testamento, quæ ipso iure habent authoritatē, vt sunt legata & substitutiones, & huiusmodi. Si verò pater statueret testamento, quòd fratres habitarent in communi, & huiusmodi, tunc illa pręscripta pœna non procederet, nec potest ad id hæredem obligare, nisi adiecta pœna. Tandem nota pro complemento, quòd mortuorum corpora non debent in ciuitate sepeliri. Sed cōtrarium seruant isti religiosi auiditate pecuniæ. multos mechanicos & inhonestos homines in honorabiliori loco ecclesiæ tradunt sepulturæ. Nam sepulchra talium qualium iuxta cornu altaris permittunt eleuata fieri, & summitati altaris coæquari. hæc Sali. in l. mortuorum. de reli. & sump. fu. C. quapropter inquit ipse ibidem. O clauiger pastor bone, cur oculos claudis, dum res mali exēpli, & inhonesti: quinimo detestabilis moris vides fieri in sanctis templis tuæ custodiæ commendatis, tene menti, quia lepidissima est exclamatio.

Qui possūt suas eligere sepulturas.

An decapitandus possit pro anima aliquid relinquere

Vbi quis sit tumulandus.

De parrochiano duarum ecclesiarum.

De vxore adultera.

Conclusio.

De hæredi iussa testatoris non implente.

XII. ARTICLE.

Et entant que touche les debtes personnelles desdictz trespasses & suruiuant, communs en biens meubles, & en

& en debtes, le suruiuant payera la moytie desdictes debtes, & les heritiers du trespasse lautre moytie.

Et en tant que touche, &c.

¶ Hic articulus est totus rationabilis, æquum quippe est, vt mulier partem debitorum personalium cognoscat, quæ habuit partem bonorum, idem in vno. Est enim mulier ipsa rei humanæ, & diuinæ domus socia. l. aduersus. C. de crimine expil. hær. l. 1. de ritu nupt. ff. l. nec quis. C. de iudi. l. fi. ad municipal. ff. & de debitis personalibus vide quæ suprà scripsi in titu. *De successions de fief non nobles, & aultres heritaiges.* art. 12. in apostilla.

XIII. ARTICLE.

En diuision de biens meubles, entre le suruiuant des conioinctz par mariage, & les heritiers du decede, ledict suruiuant aura par aduantaige ses vestemens de tous les iours, & celluy des dimenches. Et les aultres si aucuns en y a, seront departiz: mais si ledict suruiuant veult auoir le surplus de sesditz vestemens, il les pourra retenir, en payant la valeur de la moytie desdictz vestemens.

En diuision, &c.

¶ Ad enucleationem nostri textus, pone, maritus fecit vestes vxori, solutum est matrimonium morte viri, an vestes apud vxorem, vel hæredes debeant remanere? Inter antiquos patres variæ fuerunt opi. Et 1. glo. nostra singulariter in l. si vsufructus. ad l. Falc. ff. vult, quòd vestes quotidianæ, & sic necessariæ pro vsu mulieris, statim efficientur ipsius vxoris, in aliis verò non quotidianis, sed cultus & honoris mariti causa factis, non bene declarat illa glossa. Sed Guido de Suzaria dicit, quòd nec illæ debent hæredibus mariti restitui, quia maritus videtur eas donasse vxori, & donatio confirmatur viro præmortuo. vt l. 1. C. de dona. inter vir. & vxo. nec obstat ff. solut. matrimo. l. in his. §. seruus. quia ibi diuortiū fuit subsequutum, per quod donationes reuocantur: vt ff. eod. l. & ideo. §. 1. Item ibi de vestibus factis seruis dotalibus, ad quos talis affectio non habetur, & sic donatio non præsumitur. Dy. verò voluit, quòd omnes debeāt restitui hæredibus viri. Et probat ipse. Primò, de quotidianis & necessariis, quia illæ fiunt ex necessitate, & per consequens non dicuntur donatæ, sed ad vsum tantum cōcessæ, quia in necessitatibus nemo liberalis existit: vt ff. de adi. leg. l. rem legatam. & ff. de regul. iu. donari. Quòd autē maritus illius facit ex necessitate, probat ipse, quia alimēta tenetur præstare vxori. l. si cum dotem. §. si autem in sæuissimo. ff. solut. matrim. Sed appellatione alimentorum continentur vestes, vt de ali. & ciba. lega. l. legatis. ff. & l. verbo victus. de verbo. signifi. ff. Secundò, idem probat in preciosis vestibus, nam nemo, inquit, ipse dubitat, quòd illę concedantur ad vsum certi temporis, ideo non præsumitur donatio. l. mortis suæ causa. §. 1. de dona. inter vi. & vxo. ff. Gulielmus de Cuno, quippe tenuit cum Cyn. in vestibus preciosis ex eo, quia ad vsum tātum sunt concessæ. vt iussit Dynus. Sed in vestibus necessariis & quotidianis tenuit glossam nostram per iura per eam allegata. Et etiam probat tali ratione, quòd mulier quotidianas vestes recipiendo suum, & sibi debitum recipit, ergo repetitio nō competit. vt l. repetitio. de condit. indi. ff. antecedens probatur, quia maritus, qui necessariis oneribus succurrit matrimonij, non donat, nec datum reuocat: vt l. si quis pro vxor. ff. de dona. inter virum & vxor. vbi dicit esse quasi casum quæstionis. Breuiter, sic conclude post Salicet. in l. sicut. C. de donatio. inter virum & vxo. quòd quædam sunt quotidianæ, sed pro certo, puta, quia aliæ æstiuales, aliæ hyemales: & adhuc idem dicit, scilicet, quòd remanent vxori, nisi sint multum excessiuæ, quia quod excedit, restituēdum est. quædam sunt æstiuales, sunt hyemales & preciosæ, & illæ sunt hæredis viri. Idem in annulis, vt quotidiani dentur mulieri, alij sanè non. Insuper in præsentiū compositione & interpretatione consuetudinum, quærebam ab antiquis rationem diuersitatis, quare potius nobilis superstes lucrabatur mobilia quàm ignobilis, sed illi obmutescebant. Et cum sæpiuscule mecum cogitassem, credidi hanc fore consuetudinis condendæ rationem, scilicet, quia Atrides, scilicet nobiles, plus diligunt vxores quàm ignobiles. text. iuncta gloss. in l. si vxor. §. plane. de adul. ff. in verbo, inquit, ideo quia plus contristantur de morte ad solatium vxorum amissarum: æquitabile fuit, vt maiori solatio consolarentur nobiles. Attamen mors maritorum quibusdam mulieribus est lætitia. gloss. singul. in l. fin. C. de iur. don. Et de hac materia vestimentorum vide Bartol. in l. fin. solut. matrimo. ff. Bald. in l. cum te. Cod. de donat. ante nupt. Sed nunc quæro, an matrimonio viri morte finito debeat mulier vestiri pannis lugubribus expensis hæredum viri, an expensis suis? Dic breuiter, quòd vestibus lugubribus vestiri debet expensis hæredum mariti defuncti, secundum qualitatem personarum, & quantitatem patrimonij defuncti, si & inquantum in regione est talis consuetudo sic vestiendi: aliàs hæredes viri ad illam impensam luctus non tenerentur. Bald. & Angel. in l. decreto. Cod. ex quibus caus. infam. irroga. & decisio Capellæ Tholos. quæstio. 337. Quid de iocalibus. Bartol. in l. sed & si plures. §. in arrogato. de vulga. & pupil. substituti. ff. dicit, quòd debemus inspicere an sint donata à consanguineis viri, & eius contemplatione videntur donata, ergo acquiruntur viro, & sic hæredib. eius debent

De vestib. mulierū.

Maritus vxori præstare tenetur alimenta, de vestib.

Atrides plus diligunt vxores quàm ignobiles.

De vestimentis lugubrib. & vidualibus.

De iocalib.

debent reſtitui, aliàs ſecus. & vide in prædicta quæſtione.

XIIII. ARTICLE.

Les meubles communs des conioincts par mariage, roturiers, ſe departent par moytie entre le ſuruiuãt & les heritiers du decede. Toutesfoys femme roturiere peult renoncer a ſon droict du meuble cõmun. Et en y renonceant deuement, ſans fraulde, & aux acqueſtz communs deulx deux, & au douaire quelle deuroit auoir de ſon mary par la couſtume, elle ne ſera tenue aux debtes de ſon mary ſi expreſſement elle ny eſtoit obligee. Et fera ladicte renunciation en iuſtice dedans huyt iours apres la mort de ſon mary, venue a ſa congnoiſſance. Toutesfoys elle pourra retenir ſes veſtemẽs de tous les iours & des dimenches, & vng lict garny, & ſes heures, & patenoſtres.

Les meubles, &c.

¶ Nota quòd mulier faciendo renunciationem, de qua in textu noſtro, retinet tamẽ ſua quotidiana & feſtiualia indumenta, cum lectulo, horis, & aliis in textu declaratis, ad idem decedente bonis, qui non cogitur relaxare viles veſtes, cum illæ etiam reſeruentur damnatis ad mortem. l. diuus. de bo. damn. & Cyn. & Salicet. in l. 1. C. qui bo. ced. poſſ. Sed quæro, ſi mulier velit renũciare ſuis mobilibus, & aliis in textu contentis: an tunc illa teneatur indicare bona ſua ſuis creditoribus? Credo quòd ſic, ſicut diximus de cedente bonis. vt eſt gloſſ. & Bartol. & Salicet. Bald. & Alexand. in d. l. 1. C. qui bo. cede. poſſunt. Sed quid agitur de rebus emphiteoticis, feudalibus, vel aliter alienari prohibitis: vt, quia vir & vxor habẽt in conquæſtu rem aliquam alienari prohibitam, quomodo fiet illius rei renunciatio, vel habent rem feudalem, cui renunciari non poteſt inuito domino. vt in cap. 1. de capitaneo, qui curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidiſſe, in fin. & in cap. 1. de vaſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij Regis, in fin. Certè dico, quòd tunc commoditates iſtarum rerum alienari prohibitarum non venient in renunciatione inuito domino feudali vel emphiteotica. ſed conſuletur creditoribus, quia illarum rerum commoditates dabuntur ipſis in ſatiſfactionem eorum. ar. ff. de peri. & commodo rei vend. l. neceſſario. §. fi. Salic. in d. l. 1. C. qui bo. cede. poſ.

Damnatus ad mortem nõ tenetur de iure relaxare veſtes.

Mulier renuncians tenetur indicare bona, ſicut cedens bonis.

XV. ARTICLE.

Si le roturier a donne a aucuns de ſes enfans, ſoit en auancement de ſon droit naturel, ou autrement, & apres ſa mort il vueille renoncer a ſa ſucceſſion, il ny ſera pas receu ſil ne delaiſſe tout ce que ſondit pere ou mere luy aura donne, & fauldra quil le rapporte, a la valleur quil valloit au temps dudit don.

Si le roturier, &c.

¶ Sic dicimus, quaſi in ſimili, quòd hæredes ſcripti non poſſunt renunciare fundis hæreditariis, in fertilibus & tributariis, niſi renuncient toti ſucceſsioni paternæ. l. hæredes ſcripti. C. de omni agro deſerto, lib. 11. & hoc eſt, quaſi quod dicit text.

Silz ne delaiſſent tout, &c.

¶ Sed quid de iure? Vide quæ dixi ſuprà eod. tit. ar. 10. in fin. & Bald. Paul. de Caſtr. in l. fin. C. fa. her.

XVI. ARTICLE.

Le pere ou mere viennent a la ſucceſſion du meuble de leurs enfans decedez ſans hoyr de leur chair, & a layeul ou layeulle en default de pere ou mere, a la charge de payer & acquiter les debtes perſonnelles, les funerailles, & ordonnances perſonnelles, faictes par teſtament. Et aux immeubles & heritaiges leurs heritiers luy ſuccederont.

Et ordonnances perſonnelles, &c.

¶ Quid de legatis? Reſpondeo, vt in artic. ſequenti, vt dixi ſuprà, tit. *De ſucceſsions de fiefz, & aultres heritaiges entre gens nobles*. artic. 12. in apoſtil.

XVII. ARTICLE.

Et ſi le treſpaſſe na pere ne mere, mais ayeul ou ayeulle, chaſcun deſdictz ayeul ou ayeulle aura lautre moytie deſdictz meubles, & payera la moytie des funerailles, debtes, & laiz perſonnelz faictz par teſtament. Et ſes heritiers en la ligne ou il ny aura ayeul ou ayeulle auront lautre moytie, & payeront comme deſſus.

XVIII. ARTICLE.

Si bon leur ſemble, leſdictz pere ou mere, ayeul ou ayeulle y pourront biẽ renoncer, & les auront leurs heritiers, & payeront toutes debtes, & accompliront l'execution du teſtament.

XIX. ARTICLE.

Succeſſion roturiere qui aduient

a gens nobles, se depart roturierement es choses roturieres, & quant es choses nobles, elle se departira noblement.

¶ Hic vides, quòd succesio plebei aduenienis nobilibus diuiditur in rebus non nobilibus plebeio modo. istud intellige in succesione nouiter aduenta. Sed si ex antiquis nobilibus aliquis haberet res immobiles, tunc diuiderentur nobiliter.

XX. ARTICLE.

Succession d'hõme nouuellement ennobly, s'il y a des enfans au parauant lennoblissement, se departira pour la premiere foys roturierement, si les enfans precedens ledict ennoblissement, ou leurs representans, estoient viuans lors de la succession escheue. Et s'il ny auoit au temps que la succession escherra que les enfans nez depuis lennoblissement, ou leurs representans, ladicte succession se departira noblement. Et si ledict homme nouuellement ennobly decedoit sans hoyr procree de sa chair, sa succession se departira entre ses collateraulx roturierement. Scauoir est se les choses nobles escheuent en tierce foy noblement, & les choses roturieres roturierement, sinon que lesditz collateraulx fussent nobles dancienete. car en ce cas la succession se departira noblement, ainsi quil est declaire cy dessus.

¶ Hoc ideo statuitur per ea, quæ volunt sentire Bart. in l. secundo. § in filiis. de decu. quòd nobilitas nõ transit ad liberos natos ante acquisitionem dignitatis, vel nobilitatis & glo. Prag. in procemio super verbo primogenito allegat pro hoc l. pe. & fi. C. de decu. l. prim.

XXI. & XXII. ARTICLE.

Femme roturiere qui se marie a homme noble est reputee noble, & se depart sa succession noblement: sinõ qu'au parauant elle eust este mariee a homme roturier, & elle eust eu enfans dudict mariage qui feussent, ou leurs representans viuans, au temps que sa succession escherroit. Ouquel cas sa succession entre ses enfans se departira roturierement.

Et si ladicte femme apres ce que elle auroit este mariee a homme noble duquel elle auroit eu des enfans & par apres elle se remariast a homme roturier, duquel pareillement elle eust des enfans, neantmoins la succession se departira entre ses enfans du premier & second mariage noblement. Et se les enfans du premier mariage ou leurs representans estoient viuans au temps que la succession escherroit.

Elle se remariast, &c.

¶ Et isto casu dicendũ est, quòd dignitas accidentalis, quã habuerat ex fulgore nobilitatis primi mariti, contrario accedente, dicitur esse resoluta. l. cum te. C. de nup. & ibi Bal. hoc verum quo ad personam eius, sed nõ quo ad modum succedendi sibi per filios suos.

XXIII. ARTICLE.

Si femme roturiere mariee a homme noble, decedoit sans hoyr de sa chair, sa succession se departira entre ses collateraulx roturierement, comme il est cy deuant declaire en la succession de homme nouuellement anobly.

Se departira, &c.

¶ Hoc verum, vbi collaterales essent ignobiles. Sed vbi essent ab antiquo nobiles, quia fortè illa mulier erat illorum parens ex parte matris, quæ nobilis non fuerat, tunc diuideretur succesio instar hæreditatum nobiliũ. vt dicitur suprà eod. tit. ar. 20. quia verum est dicere, quòd ista mulier per fulgorem nobilitatis mariti remansit nobilitata.

XXIIII. ARTICLE.

Le suruiuãt des conioinctz en mariage, commũs en bien, apres la mort du premier decede, prent la moytie des meubles, & tiendra tous ses acquestz sa vie durant, moytie en propriete, & le tout en vsufruict. Sinon que la part des biens meubles, & patrimoine des enfans mineurs, saucuns y a du premier decede, ne fussent suffisans pour nourrir & entretenir lesditz mineurs, selon leur estat: Au quel cas ce sera en lelection dudit suruiuant de prendre lusufruict desdictz acquestz, meubles, & patrimoine desdictz mineurs, a la charge de les nourrir & entretenir, iusques a ce quilz soient en aage, & ayẽt industrie selon leur estat de gaigner leur vie, ou de leur bailler leurdicte moytie desditz

ditz meubles, acquestz, & leur patrimoine. Et s'il ny auoit enfant, ledict suruiuant iouyra desditz acquestz sa vie durant, moytie en propriete, & le tout en vsufruict, sans estre charge de alimenter ou nourrir les heritiers collateraulx du decede.

Communs biens, &c.

¶ Quod fit duobus modis, vel per lapsum anni & diei, vel per contractum, vt dicitur eod. lib. in titu. *De communaulte de biens, le tout vsufruict.* Sed tamen vltra partem suam alienare non poterit, cum ista subiaceant restitutioni, & si de facto alienauerit, vendicabuntur, & præscriptione non obstante, quia longũ tempus non obest. l. si duobus. §. si autem sub conditione. & in Authent. res quæ subiacent restitutioni. C. de lega. & hoc ideo, quia resoluitur venditoris morte adueniente, & resoluto iure authoris, resoluitur ius acceptoris. vt d. §. sinautem sub conditione. Sed dum in textu dicitur.

Le suruiuant des conioincts, &c.

¶ Vel pone, vtilius in practica dicitur, quòd superuiuens inter nobiles lucratur omnia mobilia. Pone, q̄ nescitur quis primò mortuus fuerit: quia vir & vxor erant in nauicula in mari, vel in aliquo fluuio, & periit nauicula: hæredes viri petunt mobilia. & ex contrario hæredes vxoris petunt ipsa: quia fortè illi, qui submersi sunt, fuerant aliàs vxorati & coniugati, & ex primo matrimonio vnusquisque illorum susceperat filios viuentes: & tunc petunt immobilia, eo præsertim, quòd in secundo matrimonio nulli fuerunt filij. Quæritur quis debeat habere mobilia, vel hæredes viri, vel hęredes mulieris, cum nescitur quis primò decesserit? De hac materia, quia longa, & dubitabilis est, videatis per Bart. & Doct. in l. qui duos. §. qui in bello & §. si maritus, de rebus dub. ff. vbi dicit Barto. quòd si statutũ dicit, quòd muliere decedente in matrimonio sine liberis, vir lucretur certam partem dotis, si simul decedunt, dicitur mulier in matrimonio decessisse. & vide per Doct. in l. quod de pariter. eo. tit. ff. & pulcher tex. in l. si possessor. de re. & sump. fu. vbi in casu illo lex præsumit mulierem prædecessisse: etiam filius masculus præsumitur primo fuisse natus, quàm filia, adeò, quòd si mulier nobilis vno partu enixa esset filiũ & filiam: esset præsumptio quòd filius primo fuisset natus. glos. & DD. in l. idem erit, de sta. ho. ff. per iura ibidem per gl. allega. & per Bart. in l. si fuerit. §. plane. de reb. dub. ff. Sed pone quòd pater nobilis habet filium militem secum præliãtem in bello, qui tamen filius est pubes. Et ipse pater & filius simul occubũt in bello, vt quotidie accidere potest: & nescitur quis primo mortuus fuerit, accidit quòd iste filius habet alium paruulum in domo filiũ. qui paruulus audita morte aui sui & patris vult lucri facere ea, quæ virtute cõsuetudinis vel statuti forte patri obuentura erant: quia dicit patrem superuixisse, & auum mortuum fuisse, an bene dicat. Dicunt Doct. in d. l. qui duos. §. cum in bello. & in l. cum impubere. de rebus dub. ff. & in l. ex facto. §. si quis autem ad Trebel. ff. quòd sic. Et in dubio pater prædecessisse præsumitur, cũ filius pubes est, & in casu nostro: alioquin secus. Sed quid est mobile vel immobile. vide in titul. *De successions de nobles.* art. 12. & melius in titul. *De choses qui sont reputees meubles, &c.* art. penul.

Dubia quæstio. (margin)

Bona quæstio. (margin)

TITVLVS XXVIII.

De successionibus nothorum, vtque nothi succedere debeant.

De successions de bastards.

PREMIER ARTICLE.



Les enfans de bastard, ou bastarde nez en loyal mariage viennent a succession de leur pere & mere, & se depart la succession entre lesdictz enfans roturierement par teste.

Viennent a succession, &c.

¶ Hoc non immeritò, quia iam vitium paternum est purgatum. vt no. Docto. in l. fin. C. de nat. lib. Sed ardua est quæstio, an per statutum, vel per consuetudinem possit fieri, vt bastardus spurius, vel aliquis qui aliàs est de iure incapax succedendi, an per statutum possit fieri, vt succedat? Bart. in l. testamenti. §. 1. versi. quæro an per statutum. ff. de testa. mouet hanc quæstio. & eam ponit etiam Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & in l. 1. C. de iur. aureorum annulorum, & Petrus de Ancha. in commento ca. canonum statuta. in 15. charta. de constitutionib. & Ioan. de Imol. in d. l. testamenti, ac Salicet. in d. l. 1. C. de iur. aur. anul. & Andr. Bartol. etiam in d. l. testamenti & breuiter est magnum inter. Scribentes certamen. Ex mente tamen dictorum Doctorum, dic resolutoriè, tale statutum valere, quando nõ supersunt filij legitimi, & hoc, nisi isti spurij essent nati ex damnato coitu, putà ex incestu. ita sentit ipse Petrus de Ancha. in cle. ne Romani. in 3. column. de elect. vbi ipse etiam ponit. aliàs autem vbi essent legitimi: tale statutum non valeret, tum quia ista pœna priuationis successionis imponitur ipsi spurio à lege. ergo non potest tolli per statutum, no. l. 1. de liber. & posthu. ff. Tum quia istud statutum esset contra ius diuinum, quo cauetur, quòd non erit hæres filius ancillæ cum

An bastardus per statutum vel consuetudinem possit succedere. (margin)

cum filio liberæ. 23. quæst. 4. ca. dicat aliquis, & 35. q. 7. cap. quid est. Bene verum est quòd Barto. in d. l. testamenti, dicit indistinctè spurium nõ posse succedere per statutum. & ista quæstio fuit disputata per Petr. de Cornetis, qui ita determinauit, per l. 1. ff. de nata. resti. & eandẽ quæst. disputauit Recuperus de sancto Miniato, qui idem determinauit secundũ eundem Bartol. in d. l. testamenti, & pro hac parte consuluit Cy. sicut refert ipse Bart. Sed mihi videtur quòd opinio Baldi est benignior, scilicet quòd tale statutum valet non existentibus filiis legitimis, & vbi isti spurij non essent ex damnato coitu nati. Sed videndum est quomodo succedat bastardus? Dic breuiter quòd patri, aut coniunctis per lineam paternam nullo modo succedit. quia non dicitur agnatus, not. Doctor. in c. per venerabilem, qui filij sint leg. extra. & in Authentic. in complexu. C. de incest & inutili. nup. & in §. nouissimè, ad Orficia. Insti. Imò nec pater posset circumscripto statuto talem bastardũ hæredem instituere. Authen. licet, cum ibi no. & trad. C. de natu. li. & Panor. in d. c per venerabilem, dicit quòd bastardi nobilium non dicuntur de parentela parentum, ar. l. si qua illustris. C. ad Orficianum: nec arma parentum portare possunt, vt Bald. in l. cum legitimè, de sta. homi. ff. no. Anto. in d. c. per venerabilem. Verum est tamen quòd pater potest istis bastardis, etiam filiis legitimis extantib. vnam vnciam hæreditatis relinquere cum matre eorum diuidendam, & non vltra, vt l. matre. C. de nat. lib. Sed si nihil ei relinqueret, in nihilum succedet bastardus, debebit tamen alimentari à legitimis, secundum Doct. At vbi non extarent legitimi, vel vxor legitima: tunc bastardi succederent ab intestato in duabus vnciis totius hæreditatis, vt in Auth. liceat patri. C. de nat. lib. Et vbi nullos haberet pater legitimos filios, poterit tales instituere etiam in totum, reseruata tamen parentibus (si quos habeat) legitima, vt in d. Auth. liceat, glos. & Doct. in c. tanta, qui fil. sint legi. Sed isti bastardi succedunt de iure matri cum legitimis, nisi mater esset persona illustris, vt d. l. si qua illustris ad Orficianum. Sed, an appellatione filiorum veniant naturales tantũ. Dic quòd aut apparet de tacita voluntate ipsius disponentis: vt quia eadem est ratio de legitimo sicut de naturali, & tunc veniũt naturales, siue tractetur de pœna, siue de cõmodo, siue in legibus, siue in statutis, aut in testamentis. Sed vbi non apparet de mente, tunc si tractatur de commodo, veniunt naturales, & hoc ex benigna interpretatione potius quàm ex propria significatione: vt latè per Panor. in c. in præsentia. extra. de proba. Et redeundo ad textum, dico quòd de cõsuetudine regni, bastardi possunt testari, ac de bonis suis disponere, quia ab eis incipit caput, & linea. & ideo de acquisitis testari possunt. Et quòd consuetudo possit habilitare intestabiles ad testamẽtum condendum, tenet Alberi. de Rosato in

Bastardi non deferũt arma, nec de parentela.

An appellatione filiorum veniant naturales tantum.

1. parte statutorum. q. 168. & Doct. in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. Sed bastardis vel spuriis ab intestato sine liberis decedentibus succedit fiscus. Sed illi ab intestato de consuetudine non succedunt, & illa consuetudo fundari videtur de iure diuino, quia non erit filius ancillæ hæres cum filio liberæ. vide Pau. de Ca. in consil. 34. Insuper, vbi memorat dominos aliquos temporales successiones bastardorum sine liberis descendentium prætendentes: sed ad hoc, vt tales succedant, tria hæc ad minus requirũtur. Primò, quòd bastardi fuerint nati in terra illorum. Secundò, quòd residentiam ibidem fecerint. Tertiò, quòd ibidem decedant. Sed Christianissimus rex noster optimo iure regali vendicat successiones bastardorum ac similium sine hæredibus decedentium, in tota hac castellianensi baronia, ac in aliis multis terris, sibi adiacentibus & subditis. Sed consilium est quòd pater habẽs duntaxat bastardum, & sic filium naturalem, faciat eum per principem legitimari, quia ipso legitimato habebit iura legitimorũ, quia restituitur ad iura naturæ. §. illud. in Authẽ. quib. mod. na. effici. leg. colla. 7. Hinc est q̃ Bal. dicit in l. cum notissimi. C. de fideicom. quia si per statutum filiæ excludantur à successione, extantibus filiis masculis, tale statutum habebit locũ in fil. legitimatis. Cũ in talibus legitimatis sit verus status legitimorũ, Inde dicunt DD. quòd legitimatus rumpit testamentum patris: quia si filius fictus rumpat testamentũ. Authen. si qua mulier. C. de sacr. eccl. longe fortius rumpetur ipsum testamentum à filio legitimato. alleg. l. filio, quẽ. ff. de libe. & posth. ff. de contra tabu. nõ putauit. §. si quis præsertim, vbi filius fuit legitimatus post obitum patris: quia, vt aiunt DD. legitimatus nõ retro flectit oculos. not. in lege Gallus. §. & quid si tãtum, de lib. & posth. ff. Sed licet, vt dictum est, filius legitimatus habeat iura legitimorũ, non tamẽ habet beneficium l. si vnquam, de reuoc. don. C. quia per superuenientiam legitimatorum non reuocabitur dona. à patre facta. Ita tenet Bald. in l. fi. C. ne quid in frau. cre. in l. 1. C. de inoffi. dona. & Sali. in l. si totas. C. eo. tit. Item & licet legitimatus habeat legitimorum iura: attamen bastardus alicuius nobilis viri si fuerit legitimatus, etiam adhuc tamen non erit nobilis, ita Bald. in ca. per tuas. extra. de maiori. & obedien. quod est menti semper tenendum.

Bastardus alicuius nobilis si fuerit legitimatus, non tamen erit nobilis.

TITVLVS XXIX.
De dote mulieris nobilis.

De douaire de femme noble.

PREMIER ARTICLE.

FEMME noble par la coustume prend par douaire la tierce partie

Sf de

de lheritaige de son mary quil auoit au temps & durant le mariage, & aura ledit douaire par la main de laisne & heritier principal de son feu mary, ou de celluy qui le represense. & si le mary durãt ledit mariage auoit faict aucune vẽte ou alienatiõ de sondit heritaige, ou sur icelluy auoit cõstitue aucune charge, ce sera sans preiudice dudit douaire, si elle ny auoit dõne cõsentement. Et se pourra adresser par action cõtre le detenteur si bon luy semble.

¶ Omnis procerum ornatissima Doctorũ caterua dicit dotis causam esse priuilegiatam, prout notant ipsi DD. in l.1. solu. matr. ff. in l. assiduis. qui poti. in pign. hab. C. & quasi per totum titulũ, de iure dotiũ. & in l. vna. de priuileg. dot. Et est optima propter exclamationem, quam in mediũ ponit Imper. in d. l. assiduis. vbi dicit per elegantia verba. quis enim eis non miseretur propter obsequia, quę maritis præstant propter partus periculum, & ipsam liberorũ procreationem, per quã multa nostris legibus inuenta sunt priuilegia. Sed ad intellectum nostræ consuetudinis quæro, quando propriè dicatur dos? Ad quod sciendum elicio quatuor vtiles conclusiones, quas ponunt ipsi Doct. in d. l. 1. solu. mat. ff.

¶ Prima conclusio est, quòd constante matrimonio dicitur propriè dos. l. fi. C. de don ante nu. quia propriè dos nõ potest esse sine matrimonio. l. 3. de iure do. ff. & dos ordinatur propter onera matrimonij.

¶ Secunda conclusio est, quòd soluto matrimonio ante restitutionem dotis dicitur esse dos: vt per to. titulum, quemadmodum dos petatur, & sic patet ex Rubrica, ꝙ soluto matrimonio ante restitutionẽ dotis dicitur dos.

¶ Tertia cõclusio est, soluto matrimonio persolutaq; dote non dicitur amplius dos: sed tunc dicitur proprium patrimonium mulieris. Sicut in simili dicimus postquam hæres apprehendit res hæreditarias, nõ dicitur amplius hæreditas. l. sed & si plures §. filio impuberi. ff. de vulg. & pupil. substi. gl. & Bart. in l. 2. de bo. pos. hære. pe. faciunt no. per Bald. in l. prædium. C. de iur. do.

¶ Quarta conclusio, vbi non est matrimoniũ, nec potest esse de præsenti propter defectum ætatis, tamen si pater vel alius destinauerat dotem tali puellæ: dicitur dos esse. Et istud est magnum verbum, quòd dos dicatur sola destinatione: quod facit optimè, quòd stante statuto, quòd existẽtibus masculis filia dotata non succedat. ergo si pater ei relinquit fortè centum aureos in testamento: cõprehenderetur etiam in statuto, quanuis non sit nupta: & sic excluderetur à successione. Ita firmat gl. & Bart. in l. qui puellam. de administr. tu. ff. & in l. non est nouũ. ff. de nup. & in l. Titio centum. §. genero. in vlti. col. de condi. & demonstr. ff. & in consi. incip. Quidam decessit intestatus. Bal. in l. Deo nobis. C. de epi. & cle. & Ias. in d. l. 1. solut. mat. ff. & in his terminis. *Dos dicitur sola destinatione.*

Notabis ergo has omnes cõclu. quãdo & quibus temporib. dicatur dos quæ multũ valebunt ad declarationẽ nostri tex. vt etiam sciamus quo tempore & quanto tempore durant & procedant dotis priuilegia, de quibus Deo duce in presentiarũ dicturi sumus Et pro intrando declarationẽ materiæ, hic vides in textu nostro, quòd maritus non potest in præiudicium mulieris non consentientis res dotis hypothecatas transferre: vidẽdum est in primis, quid sit dos? Dic breuiter secundũ Hostien. in c. Raynutius, extra, de testa. & secundum mentem scriben. in titu. & Rubro, solu. ma. ff. quòd dos est quædam donatio, facta à patre, vel extraneo ipsi mulieri, vel à muliere ipsi viro pro oneribus matrimonij sustinendis: & est proprium patrimonium mulieris. *Quid est dos.*

Secundò est vidẽdum quot sint dotis species. Respon. quòd duæ. Prima, profectitia: secunda, aduentitia. Profectitia dos est, quæ à patre auo, proauo, vel aliis huiusmodi pro filia, nepte vel huiusmodi maritanda proficiscitur. l. profectitia. de iure dot. ff. Aduentitia est, quã dat mulier pro seipsa, vel quilibet alius, qui aliàs non descendit à patre, vel auo, vel huiusmodi. Nunc videndum est, de priuilegiis dotis quæ plura sunt. *Duæ dotũ speciesq; profectitia scilicet, & aduentitia.*

¶ Primum est, quòd omnia bona viri sunt tacitè pro dote hypothecata, c. ex literis. de pig. extra, l. assiduis. cum ibi no. qui potio. in pig. hab. C. *Pro dote bona mariti sunt tacite obligata.*

¶ Secundum priuilegium est, quòd dos nec propter mariti, nec propter patris maleficiũ perditur. gloss. & DD. in d. c. ex literis. & in l. quisquis. in fin. ad l. Iuli. maiesta. C.

¶ Tertium priuilegium: quia mulier præponitur in dote omnibus prioribus creditoribus personales actiones, vel tacitas hypothecas habentibus, vt d. l. assiduis.

¶ Quartum priuilegium est: quia ecclesia se potest impedire, seu interponere de dote non solum in fauorem viduarum: sed etiã in fauorem mariti petẽtis sibi dotem promissam. Pro primo vide in c. nuper. de dona. inter vir. & vxo. Et pro secundo vide in c. per vestras. eod. tit. Facit quod vult impe. in ca. lator. qui fil. sint legi. extra. *Ecclesia se de dote interponere potest.*

¶ Quintum priuilegiũ est: quia viro vergente ad inopiam iudice iubẽte potest dari pecunia dotalis mercatori cum pacto, vt ca. sit saluum, & de lucro percipiant vir & vxor partẽ honestam compensato damno cum lucro & econtra: & hoc sine vsura. c. per vestras. cum ibi traditis, extra, de dona. inter vir. & vxo. & ibi Io. And. & Fulg. in l. cum duobus. §. Item, si in facto pro solio. ff.

¶ Sextum priuilegiũ est: quia fundus dotalis non potest alienari etiam de consensu mulieris. l. Iulia. de fundo dota. Authent. siue à me. ad SC. Vellei. C. nec etiam in hypothecam dari l. vna. §. & cum lex. C. de rei vxo. acti. & ita pa- *Fundus dotalis alienari non potest.*

ita patet, quòd consuetudo nostra in hoc puncto probatur, & est de iure sustentabilis. Bene tamen verum est, quòd si iuramentum interuenerit, quòd alienatio teneret. ca. cũ contingat. de iureiu. & c. quanuis, de pactis. in 6.

Dotis causa est summaria.

¶ Septimum priuilegium est, quod causa dotis est summaria: & sic in ea iudex potest ex suo officio dilationes abbreuiare. no. in l. 1. solu. matr. ff. & in cle. dispendiosam. de iudi. quod obseruatur in regno per ordinationes regias.

¶ Octauum priuilegium est: quia dos etiam incerta potest committi arbitrio patris, vel tertiæ personæ, nec eius incertitudo viciat stipulationem. l. cum post. §. gener. de iur. do. ff. licet regulariter contra. l. ita stipulatus, de verbo. oblig. ff.

Pro dote res quæ subiacent restitutioni alienari possunt.

¶ Nonum priuilegium est, quòd licet regulariter res quæ subiacent restitutioni non possunt alienari ante diei, vel conditionis euentum, vt Authen. res quę subiacẽt restitutioni. C. cõmunia, de lega. tamen in causa dotis, vel pro dote, siue nubẽtis, siue filiorum suorum, potest rerum restitutioni subiectarum fieri alienatio, nec adueniente conditione, vel die resoluitur: sed remanet firma & rata.

¶ Decimum priuilegium est, quòd pater compellitur iudicis officio ad dotãdam filiam secundum sui patrimonij vires. l. qui liberis, de ritu nup. ff. & l. fi. C. de dot. promis. & nuda poli. imò plus patre absente iudex posset de rebus paternis filiã dotare, ne perdat tempus nubendi sub expectatione paterna. l. profecticia. in princ. de iure dot. ff.

¶ Vndecimũ priuilegiũ est, quia sub obtentu rerum amotarum non potest impediri dotis restitutio. §. taceat. in l. vna. C. de rei vxo. act.

Patre absente iudex potest filiam alicuius dotare.

In dote aduentitia filia sine patris consensu iudicio stare potest.

¶ Duodecimum: quia filia etiam in potestate patris constituta potest sua pro dote in iudicio sine patris consensu consistere, quãdo dos est aduentitia: Secus verò, si profecticia: no. in Authen. quod locum. C. de colla. gl. & DD. in l. 2. §. quòd si in patris. solu. matrim. ff.

¶ Tredecimum: quia in dubio non præsumitur dos in sociis bonorum cõmunicata. l. actione. §. fi. cum l. sequenti. pro socio. ff. Alia autem plura priuilegia vide in Spec. qui enumerat multa. Et sanè sunt tanta, quòd infœlices mariti nihil, aut parum priuilegium sibi retinuerunt. Nunc intro aliam materiam, nõ minus practicabilem. An vxor matrimonio pendente posit aliquando repetere dotẽ? Respon, quod sic, his casibus. Primò, si maritus vergat ad inopiã, & iste casus practicatur in consuetudine nostra, vt probatur in tit. *De succession de fiefz, & autres heritiers entre nobles*, art. 33. & probatur etiam in l. si cõstante, & ibi. Bart. solu. matri. ff. Cy. Bald. & Sali. in l. vbi adhuc C. de iure dotium. glos. in c. per vestras. de do. inter vir. & vxo. Secundò, quando maritus in insulam deportatur. l. si marito. solu. matr. ff. Tertiò, quando matrimonium nullum fuit, vel non est secutum. l. quemadmodũ, de iure do. ff. Nunc quæro: quia certum est, quòd pater tenetur dotare filias suas, vt l. fina. C. de do. prom. & nud. pollic. & in Authẽ. sed quãuis. C. de rei vxo. action. cum similibus, cum sit officium paternum, dotare ipsas. Quid in auo? Bartol. in d. l. prima, solu. matrimo. ff. & omnes Doctor. tenent quòd auus tenetur nepotem dotare: & ita tenent Bald. & Salic. in d. l. fina. C. de do. prom. & nud. pollic. & text. in l. sequen. de in rem ver. ff. & l. qui liberos. de ritu nuptiarum. ff. & Lap. post Bartol. in d. l. prima col. 7. versicu. adde in simili, solu. matrimo. ff. Quid autem in matre? Respondeo breuiter, quòd non tenetur regulariter, Doctor. in l. neque mater. C. de iur. do. Bartol. Bald. Salicet. Fulgo. & Iason in d. l. prima, solu. ma. & hoc verum, nisi mater esset diues & pater pauper: quia tunc ipsa mater teneretur secundum ipsos Doct. Sed quid de fratre, an teneatur dotare sororem? Respondeo, quòd sic si soror ipsa sit ex eodem patre genita. sed si esset simpliciter vterina, non cogeretur dotare. l. cum plures. §. pen. de administr. tu. ff. l. qui filium, vbi puellæ educantur, gl. in l. nõ viuum & ibi Cyn. & Bart. C. de admini. tu. & Bald. in d. l. fina. C. de dot. pro. & nud. polli.

Tres casus repetendæ dotis etiam matrimonio cõstante.

Paternum officiũ est dotare filiam.

Si mater sit diues sit pater pauper, tũc tenetur mater filiam dotare.

Clericus de beneficialibus redditibus potest dotare sororem inopem.

Quid autem de clerico, qui habet plura beneficia, & habet sororem inopem, an ipse posit de redditibus ecclesiæ cum bona conscientia dotare ipsam? Respondet Io. And. in c peruenit, de arbi. & eum sequitur abbas, quòd sic, facit ca. non satis. 86. dist. & glos. in c. studeat. 50. dist. Quæro item, an mulier sterilis habeat priuilegia dotis, de quibus suprà vidimus: videtur quòd non, quia dos est priuilegiata ratione sobolis procreandæ, vt d. l. 1. solu. ma. Vnde à contrario mulier sterilis nõ debet habere priuilegia dotis: quia cessante caus. priuilegij debet cessare priuilegiũ. l. adigere. §. quanuis, de iur. patro. ff. & c. cum cessante, de appella. Itẽ mulier sterilis est maledicta: quia non reliquit semen super terram. 32. q. 4. c. recurrat. vbi etiam ibidem dicitur, quòd mulier sterilis est, vel dicitur saltem infamis. Sed Bart. & Ias. in d. l. 1. solu. ma. ff. tenent oppositum, & dicunt, quòd nihilominus illa habet dotis priuilegia quia ista priuilegia dantur doti non solum propter ipsam liberorũ procreationem: sed etiã propter sexus fragilitatem. vnde licet vna ratio deficiat, scilicet procreatio sobolis: altera tamen militat, scilicet sexus fragilitas. Et tertia ratio est, etiã propter onera matrimonij & obsequia, quę viris prestant, vt d. l. assiduis. ergo succedit ratio, quòd quando cõcurrunt plures rationes, si vna cessat, altera tamen limitat, vt §. affinitatis. Insti. de nupt. Licet procreatio natorum multum conferat, dicente Virgilio in 4. Æneidos.

Cessante causa priuilegij debet & cessare priuilegium.

Virgilius.

Nec dulces natos Veneris, nec præmia noris.

Et dixit tex. in Authen. de nupt. quòd matrimonium humano generi per filiorũ procreationem immortalitatẽ inducit artificiosè. Et in honoribus assequendis præfertur is qui habet filios nõ habenti. l. in albo. C. de decurio. lib. 10. quod est pulchrum dictũ: & sic transit Bart. in l. si quis posthumos, de lib. & posthu.

§. Sed quid dices? mulier quædã adulterium commisit, an tunc dotem perdere debeat? loquor auté de dote consuetudinaria. nã si velimus accipere doté prout cõsideratur in puncto iuris, certum erit ꝙ sic. Breuiter dic, quòd propter adulteriũ per eam cõmissum ipsa dote priuabitur, sic plerunq; cum concordantiis ibidé per gl. & DD. assignát. Quod est verum vbi maritus non commiserit: quia si ex parte sua cõmisisset, tunc quo ad lucrum dotis esset tenendum in conscientia: quia paria delicta mutua compensatione tollantur. l. viro solu. mat. ff. l. si duo. de dol. ma. ff. c. intelleximus, de adul. Etiã si constaret de impedimento tali, ꝙ non erat matrimoniũ, & hoc propter intentionem cum opere subsecuto, ar. c. nuper. & c. vlt. de biga. Nam si matrimoniũ appareat nullum, dic tamé ꝙ mulier propter suum adulterium perdit doté. Et insuper tene menti, ꝙ hęredes per exceptioné de adulterio possunt dotem retinere, vbi maritus in vita ignorasset adulteriũ per vxorem commissum: nec poterit mulier isto casu replicare de remissione facta. Cum maritus nõ possit videri dissimulasse, & remisisse iniuriã, quam ignorabat, vt l. nihil interest. §. si cũ filius. de inof. testa. ff. & l. mater, eo. tit. & l. legitimã. de pet. hære. Et no. ꝙ in dubio maritus præsumitur ignorasse. l. 1. §. illud. de libe. agno. ff. l. mariti. ad l. Iul. de adul. ff. Sed si maritus sciuisset, & conquestus non fuisset: tunc hæredes conqueri validè nõ possent, cum tunc maritus teneretur de lenocinio, & sic paria delicta mutua compensatione tollũtur. Facit optimè quod nota. Inno. in d. c. intelleximus. Et vide abundè per canoni. in d. c. plerunq;. de do. inter vi. & vxo. extra. Et tene menti, quòd intantũ considerat ur pudor, quòd vidua committens stuprum & petens doté ab hærede mariti, potest tunc per exceptionem de fornicatione repelli. facit tex. cum gl. & ibidem Doct. in l. pe. C. ad l. Iul. de adul. Et plus dico quòd pater propter filiæ adulterium perdit dotem, si stipulatus fuisset hanc sibi reddi secundum Ioan. And. in d. c. plerunq;: & hoc quando filia esset emancipata secundũ Anto. in d. c. plerunque. Nunc quæro, pater aliquis matrimonio filiam suam collocauit etiam matre pręmortua, an tunc in dubio videatur pater ipse filiã dotasse de bonis paternis an de bonis maternis, an de cõmunibus? Quidam verò tenuerunt, ꝙ tunc in dubio pater pręsumebatur filiam suam dotasse de bonis filiæ, ex quo filia aliunde habebat bona, puta bona materna. Ego verò tenui oppositum, & tenebo semper. pro qua opinione mea est tex rotundus in l. fi. de dot. prom. & nud. poli. C. & ibi Bart. Bald. & Sali. & late Ias. in Authen. res quæ subiacét. C. cõmunia de leg & in l. 1. col. 4. solu. ma. ff. Item quæsitũ fuit, an videlicet dos sit communicata, seu effecta cõmunis inter vir. & vxo. per annũ, & per dié secundũ ter minos nostræ consuetudinis quæ dixi in ti. *De communaulte de biens.* ꝙ maritus & vxor anno & die lapsis sunt cõmunes in bonis. Et dicũt aliqui, quod nisi mulier stipulata est nummos per se datos in propriũ eius patrimonium, seu in naturã patrimonij cõuertendos, ꝙ tunc nummi per vxorem dati essent communes. Ego verò admitterem illorum dictum de obseruãtia, vel vsu, sed nõ de iure: quia in dubio dos nõ pręsumitur cõmunicata cum sociis bonorum. l. actione. §. fin. pro soci. ff. dixi suprà in ista notul. col. 4. in duodecimo dotis priuilegio.

Paria delicta mutua compensatione tollũtur.

In dubio pater videtur dotasse filiã de bonis paternis.

Au temps & durant, &c.

¶ Intelligo mulieré dotari in bonis quæ maritus habebat tempore coniugij, & ipso constante habitu, & actu. secus equidem, si simpliciter de habitu, & ita videtur sentire nostra consuetudo.

II. ARTICLE.

Et si ledict mary auoit plusieurs chasteaulx, ou maisons, le principal heritier aura & prendra lequel chastel, ou maison quil luy plaira. Et ladicte veufue aura le second par douaire pour soy loger qui luy sera precõpte.

Lequel chastel ou maison, &c.

¶ Quanuis reuerentia, quæ debetur marito, debeatur vxori. l. 1. Cod. de in ius vocan. adeò quòd notabili modo dicunt Fulgo. & Alexã. in d. l. 1. de in ius voc. quòd sicut filius emancipatus non potest in ius patrem vocare sine venia, sic nec vxorem patris: & sic nouercam. quia loco matris illa habetur, vt §. socerum. Insti. de nup. faciunt no. in l. generaliter. de in ius voc. ff. Quod intellige verum viuo patre, licet oppositum teneant in d. l. 1. C. de in ius voc. ipsi Fulg & Alex. Et sic licet pater deberet inhabitare melius castrum, imò etiã omnia castra, quia sua sunt: tamen ista facultas, seu præeminentia non transit ad viduã suam: sed hæredi datur optio inhabitandi illud castrum, quod voluerit de plurib. Et ratio esse potest: quia hæres repræsentat personam defuncti. igitur nõ mirum, si in eligendo castro præferatur. Sed pone maritum defunctũ habuisse duas baronias, in quibus erát canonicæ, vel capelli fundati, quorum præsentatio spectabat ad ipsum, euenit quòd vna baronia cessit in dotem ipsi mulieri viduæ: nunc moritur capellanus, vel canonicus vnus: mulier vult præsentare, an sit audiẽda? videtur quòd sic. Nam ius præsentandi est fructus iuris patronatus, gl. in c. cum Bartolus in fin. extra. de re iudi. imò & Doct. in ca. consultationis, extra. de iu. patro. & iste est ꝓpriè fructus: quia renascitur. Et pro hoc facit textus in l. diuortio. §. si vir in fundo, solu. matr ff. Item quia istud ius patro. transit cum vniuersitate baroniæ, DD. in c. ex literis, de iur. patro. Facit pro hac parte iudicium dominorum de Rota, qui iudicauerunt, quòd quando castrum & villa fuerunt ab vxore ipsi marito dáta in dotem, ꝙ ius præsentandi spectabit ad maritum, tanquam

Ius præsentandi est fructus iuris patronatus.

quam percipientem fructus dotis, & referũt Cano. in cap. fina. de iur. patro. extra. Confirmatur insuper: quia si mulier dederit castrũ in dotem cum iurisdictione, tunc emendæ & condemnationes spectant ad maritum: quia dicuntur in fructu, eo quòd quotidie renascuntur saltem in genere, ita Bartol. in l. fina. solu. ma. ff. & Angel. d. l. diuortio. §. si vir. in fundo. eod. titul. Bald. in l. tertia. C. de fruct. & lit. expens. Angel. in l. si constante. §. quotiens. ff. solu. matri. Petr. de Ancha. in cap. secundo, extra. ne prælati vices suas, & cætera. Sed sic est, quòd collatio etiam beneficij ecclesiastici est in fructu prælaturæ, glos. singul. in ca. cum olim. de maiori. & obed. & And. Barba. in ca. cum te. de rescript. in 16. colum. igitur. Sed canonistæ in dict. cap. fin. de iure pa. tenent tale ius præsentandi non spectare ad maritum in re dotali. ideoq; nec spectabit ad mulierem sub nomine dotis villam possidentem, sed remanebit apud virum proprietarium. at cùm vxor dat marito villam in dotem, in qua est ius patronatus; tunc si vir & vxor ambo in præsentando concurrunt: præfertur præsentatus ab vxore. Vide per Felin. in ca. cum olim, in princip. extra. de maio. & per do. de Rota. decisione decima incipiente, fuit quæsitum, vbi dicunt, quòd de consuetudine ad maritum transit ad ius patronatus in re dotali. Nec obstat, quòd dicitur, præsentatio & collatio sunt in fructu, & consequenter, quòd debeant ad maritum spectare. per d. §. si vir vxori. quia intelligendum est, quòd maritus habet fructum dotalium rerum, quando fructus sunt tales, ex quibus reale commodum & emolumentum percipitur. Sed præsentare est solum quidem honor. ideo non spectat ad maritum. no. Pau. de Eleaza. in quæst. disputata, quæ incipit Patronus ecclesiæ sancti Martini, nona colum. & in repet. c. nobis. 28 colum. de iure patro. quod tene menti. Et ne des obliuioni, quòd dixi præsentationem esse in fructu, similiter & collationem, quod facit ad quæstionem, an sequestri destinati pro fructibus abbatiæ litigiosæ possint præsentare, vel conferre. de quo puncto est gloss. celebris in tit. de colla. §. Item voluit in verbo vicario, & in titul. de caus. §. neq; à grauamine, super verbo, nequiret. in fi. in pragmatica sanct. quæ vult quòd sequestri non possint præsentare, aut conferre: & ita est sententia Panor. & do. Anto. Sed Inno. in c. examinata. de iudi. tenet quòd præsentare & conferre possint cuius sententia & opinio fuit per arrestum curiæ confirmata in comitatu de stampis.

Collatio beneficij est in fructu.

Sequester iudicialis confert, & præsentat.

III. ARTICLE.

Sil y auoit chastel ès choses baillees en douaire, le capitaine sera tenu faire le serment au proprietaire. Et aussi le proprietaire recepuera les hômaiges deubz a cause des lieux baillez en douaire: mais sil y eschet rachaptz ou autres proffitz, ilz viendrõt au proffit de la douairerie.

¶ De hoc, & de materia articuli istius dixi suprà tit. *De rachaptz.* Et ad id quod dicitur in textu nostro proprietarium debere recipere homagia: nimirum, quia etiam dominus directus inuito vsufructuario potest custodire fundum pro salute, & sua interest fines tueri. l. si ita. §. primo de vsu & habita. ff. Doct. in l. diuortio. § si fundum. solu. matrimo. ff. *No. perpe.*

IIII. ARTICLE.

Femme noble, ou roturiere apres le deces de son mary ne doit estre contraincte a partir la maison ou logis de son feu mary iusques a quarãte iours apres icelluy deces. Et se defunct n'auoit que la maison ou il trespassa, elle y aura sa demeure en partie d'icelle par la main de l'heritier, ou cas que ladicte maison seroit si grande & spacieuse, que l'heritier & elle y peussent estre logez conuenablement: & quelle se peust diuiser.

Femme noble, &c.

¶ Patet mulierem non debere compelli ad relinquendum domum ante quadraginta dies. Sed certè de iure non deberet compelli ad dimittendum ipsam domum, seu habitationem durante anno mortis mariti. Nam mulier infra annum à die mortis censetur adhuc esse in primo matrimonio. Facit text. secundum Doctores in l. fi. C. de bo. mater. secundum Doctor. in l. diuortio. in princ. solu. matrimo. ff. Hinc est quòd illo anno pendente ipsa mulier vidua est ab hæredibus viri defuncti alenda, si non habet aliunde, vnde se alat. Et hoc quando dos consistit in mobilibus: quia tantum tempus habent hæredes ad restitutionem dotis: ideo æquum est, vt interim ab ipsis alatur, cùm ipsi dotem suam teneant: hæc est conclusio glo. in d. l. diuortio. in prin. quam glossam sequuntur Barto. Pau. de Cast. & alij scriben. ibidem. Et non absque causa dixi mulierem infra annum alendam, si non habet vnde se alat: quia si haberet, vnde se alere posset, non tenerentur hæredes. Cum sit theorica iuris nota. quòd quando alimenta debentur ex dispositione iuris statuti, vel iudicis, non potest quis petere alimenta. quando habet aliunde, vnde se alat. tex. in l. si quis à liberis. §. 1. de liberis agno. ff. Bar. in l. libertus. §. 1. de adi. leg. & in l. 1. C. de mendic. vali. lib. 11. Secus vbi talia alimenta deberentur ex dispositione hominis, vt testatoris, vel contrahentium. nam & tunc possunt peti, etiã si ille qui peteret, esset multum diues. Bald. in l. de alimentis. C. de transact. Ratio est: quia illud qđ debetur iure actionis, est efficacius, quàm

Mulier infra annũ mortis mariti dicitur esse in seruitio ipsius

id quod debetur officio iudicis: quia officiũ iudicis nullam præsupponit obligationem. l. qui per collusionem. ff. de acti. empti. Sed aduerte. nam mulier vidua non cogatur relinquere domũ mariti defuncti, nisi quadraginta diebus elapsis, quòd istud priuilegium extenditur ad hæredẽ mulieris: ideo si post viginti dies mulier vidua decedat, post mariti mortem hæres eius potest compelli egredi castrum, vel domum, nec habebit viginti dies restantes de quadraginta: quia istud concernit solum personam mulieris. ergo non competit heredibus ipsius, per l. vnicam. C. de priuileg. do. Facit quòd in simili dicunt Doct. in d. l. diuortio, in princ. quòd licet hæredes viri teneantur alere viduam per annum, vt suprà dixi, non tamẽ, si illa decedat, fortè infra tres menses post mortem mariti tenentur defuncti successores alere ipsius mulieris hæredes, licet dos non fuerit restituta, cum istud priuilegium alimẽtandi sit personale, mulieris personã non transgrediens: licet omnia priuilegia competentia mulieri propter dotem transeant ad quoscunque hæredes mulieris ipsius excepto priuilegio prælationis pro tacita hypotheca. vt per Bart. in l. 1. in 1. & 2. col. solu. ma. ff.

Priuilegia dotis transeunt ad hæredes vxoris vno duntaxat priuilegio excepto.

Ou cas que ladicte maison, &c.

¶ Ergo vbi vidua nõ posset congruenter morari cum hærede defuncti, nõ esset sibi aliqua pars domus relinquenda. Intelligo autẽ non posse mulierem conuenienti modo in domo defuncti morari: quãdo vel domus est insufficiens, vel indiuisibilis, vt dicitur statim in textu, vel si esset suspicio: vt quia vidua est iuuenis, & hæres qui est fortè nepos, vel cognatus defuncti, est iuuenis. arg. cap. inhibendũ. extra. de cohabi. clerico. & muli. Et facit ad id quod dicunt Doct. quòd si testator legat alimenta vxori suæ in domo: tamen, si mulier nõ potest honestè viuere in domo, debet seorsum habitare & habere alimẽta. l. Gaio. §. Imperator, & ibi Bart. de alimen. leg. ff. Barto. in consil. incipien. Quidam instituit sibi filios, quod est 301. in numero. Et Iason in d. l. diuortio. in octa. column. versicu. adde pro hac conclusione. Sed pone, quòd defuncto marito hæres dicit domum capacem pro se & pro vidua. & vult sibi dare partem pro habitatione in dotem, & sibi deducere illam secundum tenorem articuli secundi. suprà eo. tit. in fin. ibi in text. qui tex.

Qui luy sera precompte, &c.

¶ Ipsa porro vidua dicit oppositum, & dicit ipsam domum incapacem pro duobus: quis debebit probare capacitatem, vel incapacitatem? Respond. Petr. de Ancha. in consil. 246. incipien. super primo quæsito, non multum insistendo tenet mirabiliter, quòd mulieri incumbat probatio, quòd non possit commode viuere in domo cum hæredibus, non autem tenetur hæres secundum ipsum probare, quòd ibidem ipsa stare possit: & ideo dicit ipse, quòd mulier debet esse bene preparata antequam litiget cum hæredibus. Ad id insuper quòd tangitur, & dicitur in textu nostro, quòd mulier non cogitur ante quadraginta dies exire, vel egredi domũ mariti defuncti, Vide per Doctores in Authen. Item qui domum moribundi. C. de sepul. vio. & in l. vel qui cadauer. de in ius vocan. ff. qui textus loquuntur, cum glossis & Doctoribus de nouem diebus solum. Et si doeria moratur in castro, tunc debet maior natu & primogenitus defuncti tenere castri claues. Bart. in l. cũ pater. §. pluribus. de lega. 2. ff. Bald. in l. procurator. C. de eden. Iason in l. cum quid mutuum. in fin. si cer. pet. ff. scripsi suprà titul. *De succeßion de fiefz*. art. 24. vbi vide pulchrè. Et adhuc dicit Bartol. in l. interdum. ff. de iudi. se defendisse plures viduas quæ mortuo marito infra annum, non petierunt tutorem filiis suis: quæ tunc debeant priuari hæreditate filiorum, iuxta l. sciant. C. de legi. hær. nam secundum ipsum Bartolum ipsę habent vltra annum etiam nouem dies, infra quos non tenent exire domum, & ire ad iudicem. Accedat §. pen. in Authen. vt cum. de appel. cog. & Iason in l. in fi. de in ius voc. ff.

Quis debet habere claues.

V. ARTICLE.

Si a femme noble ou roturiere auoit este promis douaire conuentiõnel, suppose que icelluy douaire ne soyt aduenant. Si ne peult elle demander autre douaire a l'heritier du decede: mais s'il excede le douaire coustumier, il sera reduyt au douaire coustumier.

¶ Sed quid si habeat castrum in doeriũ, quod sit limitrophum, an poterit vidua compellere homines ad custodiam illius castri? Diceres, ꝙ sic, stante cons. Sed aduerte ad id quod scribit Iason in l. his verbis. in l. diuortio. §. impendia. solu. matrimo. ff. quòd ad custodiam fortalicij, vel ferarij existentis in ciuitate, comitatu tenetur dominus ad tales expensas tempore pacis & guerræ, non autẽ homines: idem pulchrè tenet Angel in l. turres. de ope. publi. C. & dicit Iason se alibi non legisse: & sic habuisse de facto in quæstione porrecta ex Pedemontibus.

Quis tenetur facere excubias.

VI. ARTICLE.

Et si la femme noble ou roturiere estoit par les pere ou mere, ayeul, ou ayeulle de son mary promis & assigne douaire conuentionnel, & le mary precedoit sesdictz pere & mere, ayeul, ou ayeulle: en ce cas ladicte femme prendra son douaire sur les heritaiges de son mary. Scauoir est la noble, la tierce partie. Et la roturiere, la

re, la moytie des choses roturieres, & la tierce partie des choses nobles escheues in tierce foy. Toutesfoys si lesdictz heritaiges dudit mary decede ne pouuoient porter tel ne si grãt douaire comme le conuentionnel, la dicte femme se pourra adresser pource quil luy defauldroit dudit douaire conuentionnel a lencontre dicelluy desdictz pere ou mere, ayeul ou ayeulle qui auroient promis & assigne ledit douaire leur vie durãt tant seullement. Et apres leur deces ce sera au choix & election de leurs heritiers payer a ladicte femme ledit douaire cõuentionel, ou luy bailler & asseoir douaire coustumier sur telle part & portion des heritaiges de celluy qui auroit assigne ledit douaire conuentionnel, que ledit defunct eust peu auoir par heridite, sil eust suruescu & succede a celluy qui ainsi auroit assigne icelluy douaire.

¶Sed quia de dotario conuentionali fit mentio in textu: & vt sanè intelligas, pono tibi exemplum familiare in practica, Gaius accepit Bertham in vxorẽ cum pacto doerij conuentionalis, videlicet vt post mortem ipsius Gaij, mulier Bertha acciperet fructus cuiusdam Coloniȩ: illa porro Colonia est tantum fertilis, quòd bis fructificat in anno: mulier extincto viro suscepit fructus primos, vult nunc etiam secundos, an sit ipsa audiẽda? Videtur ꝙ tãtum debeat habere primos, per illud quod dicunt DD. in §. quod in anno, in l. diuortio. sol. ma. ff. vbi dicũt, ꝙ si aliquis habens viridarium quod producit bis in anno vuas, & ipse vendiderit vuas viridarij illius, ꝙ tunc emptor habebit primas vuas, non secundas. ita dicit Ioan. de Imo. in d. §. quod in anno. post Cy. per eundem relatum. ergo idẽ in proposito, vt scilicet mulier quæ ex conuentionali dote debet percipere fructus coloniæ, debeat dũtaxat primos fructus percipere. Secundò facit, quia lex disponens quòd soluto matrimonio maritus lucretur fructus, intelligitur de primis, nõ de vltimis. no. in l. boues. §. hoc sermone. de verb. sig. ff. l. dotis promissio. ver. fin. de iur. dot. ff. vbi dicit Bart. quòd sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo. no. etiam Imo. in l. cum pater. §. qui ad certam. de leg. 2. ff. gloss. in l. singulari eum qui Calendis. de verb. oblig. ff. & Ioan. Andre. in regula, sine culpa, in 5. col. in Mercurialibus, vbi se resoluit quòd sermo simpliciter prolatus in omni materia intelligitur de primo actu. facit l. si socius pro filia. pro soci. ff quam alleg. Ias. in d. §. quod in an no. Vbi videtur notari, ꝙ si sint plures fratres

Sermo simpliciter prolatus de primo intelligitur.

& sit pactum inter eos, ꝙ dos filiarum soluatur de communi, intelligitur semel tantum, nisi expressè aliter fuerit actum. Tertiò facit quod notat Bald. in l. si. 2. col. de dot. pro. C. ꝙ stante statuto, ꝙ frater teneatur dotare sororem, quã semel dotauit, & casu fortuito perdidit ipsam dotem, non tenetur amplius dotare eam, quia statutum non intelligitur de duabus dotibus, sed de vna tantum. Itẽ facit quod no. Alex. in cons. 81. in 3. vol. incip. lecto & discusso laborioso. col. 15. quòd si Papa delegauit alicui, vt possit dare licentiam de alienando, aut dãdo in emphiteosim rem aliquã ecclesiæ: determinat ibidem, quòd intelligitur de prima vice tantum. Quintò facit glossa nota. in l. si duobus. in princ. de iureiur. ff. per quem dicunt Docto. quòd si quis promisit repræsentare aliquem malefactorem, si semel repręsentauit, est liberatus. & non tenetur amplius repræsentare, nisi dictum fuisset totiens, quoties. Sextò facit quod dicit not. Bart in d. l dotis promissio. de iur. do. ff. & in l. 1. ad l. Iuliam maie. ꝙ si princeps fecerit securitatẽ vno bannito, vel inimico regni veniendi, quod intelligitur pro vna vice tantum, & non plus. Septimò facit quòd etiam determinat Bar. in l. in hoc articulo, de hære. instit. ff. quòd si fiat statutum aut proclama, quòd qui intrauerit muros inimici, habeat tale præmium, vel si quis accipiat vexillum Florentinorum, intelligitur de prima captura tantum. Octauò facit quod decidit Barto. in l. adultera, §. fin. ff. de adul. quòd quidam scholaris iurauit in manibus creditoris sui sine eius licentia non recedere antequam sibi satisfaceret. Si scholaris habuit licẽtiam à creditore eundi Mutinã & reuertendi: si ipse deinceps reuertatur, non potest amplius redire. Nonò facit quod decidit Bart. in l. eum qui Calendis. de verborum obligat ff. & in l. cùm quid. de an. leg. ff. quòd si testator relinquit in testamento fratribus minoribus in festo sancti Francisci vnam pitantiam: intelligitur semel, & de prima tantum. Decimò facit, quod determinat Bald. in procem. decre. in 7. colum. vbi dicit, quòd si testator in testamento mandauit bona sua distribui in maritandis mulieribus pauperibus, & sic ordinauit executores, licet sic indistinctè disposuerit, & si essent aliquæ mulieres viduæ pauperes ac egentes, non possent executores aliquid ipsis dare, quia dispositio intelligitur de primis nuptiis, non de viduis. & sanè istud est mirabile dictu. Vndecimò facit, quod determinat idem Bald. in l. 1. C. de fruc. & lit. expe. quòd si sit statutum, quòd si malefactor confiteatur delictum, remittetur sibi media pars pœnæ. si ipse malefactor primò negauit, postea confitetur, non habebit remissionem statuti, quia statutum habebat locum in prima vice. Duodecimò facit, quòd not. ipse Bald. in l. fina. colum. 3. C. de indic. vidui. tol. quòd si testator sub nomine appellatiuo relinquat vxorem dominam massariam &

vsufructuariam, & condito testamento ante ipsum testatorem moriatur ipsa vxor, & testator accipiat secundam vxorem, quòd istud testamentum non extenditur ad secundam vxorem. Tertiodecimò facit, quod not. Bald. in l. licet, C. de loc. & condu. in 4. quæstione, quòd si aliquis conduxit molendinum destructum cum pacto reficiendi, intelligitur de prima refectione. Decimoquartò facit, q̃ si princeps facit ordinamentum propter aliquam publicam lætitiam, vt quia natus est sibi filius, & fecit ordinamentum publicum, vt incarcerati relaxentur: id intelligitur de prima incarnatione: quia si rursus incarcerentur, non relaxabuntur amplius. Et sanè ista sunt quæ pro hac parte possunt adduci, quæ cumulauit Iason in d. §. in anno. Decimoquintò facit adhuc quod not. idem Bal. in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex, quòd si alicui sit data potestas arbitrandi, intelligitur semel tantum. Stat ergo conclusio ex prædictis, quòd sermo simpliciter platus intelligitur de primo. & pondera, quia ego formaui in quæstionē doerio conuentionali signanter, non in doerio consuetudinario, hoc ideo, quia in dispositione legis vel statuti.

VII. ARTICLE.

Douairiere doibt tenir en tel estat les maisons, vignes, & aultres heritaiges, comme baillez luy ont este par douaire, & en vsera, reperera, & entretiendra les heritaiges comme vng vsufruictier, sans coupper ne extirper vignes, arbres fructuaulx, coupper truches & boys anciens, & non acoustumes a coupper, sinon que ladicte couppe se face pour reparer & ameliorer lesdictes choses de son douaire. Et si ille faict aultrement, elle perd son douaire.

Comme vng vsufructier, &c.

¶ Ergo tenebitur reficere ædes, vt l. vsufructu legato, in fine. & l. hactenus. de vsufructu. ff. modica enim refectio ad eam spectabit, viso quòd consuetudo eam æquiparat vsufructuariæ, vt d. l. hactenus. & ad collectas, vt l. quæro. de vsufruct. leg. ff. & apud Iulianum. §. hæres. ff. de legat. 1. Attamen si collectio esset tanta, quòd æquiualeret perceptioni fructuum, illa non teneretur, sed dominus, glo. singularis in l. qui concubinam. §. qui hortos, de lega. 3. ff. Barto. in l. his verbis. §. idem testator, de legat. 3. ff. Et idem de expensis pro refectione, quod tene menti. Insuper dico, quòd viso, quòd consuetudo nostra æquiparat vxorem in doerio suo alicui mulieri vsufructuariæ, quòd ipsa mulier non poterit iniuriosè, vti rebus sibi datis in doerio, q̃a scortum seu lupanar ibidem non poterit tenere.

Mulier quomodo teneatur reficere.

Mulier nō potest iniuriosè re dotali vti.

l. si pendentes. §. 1. de vsufruct. ff. iuncta glossella super verbo contumeliosè. & l. si cuius. §. fin. eod. titu. Imò nec ibidem de nouo poterit tabernam vel cauponam tenere, vt d. l. si pendentes. §. 1. de vsufruct. Et quòd taberna vel caupona sit vilis vltra scriben. adduco l. fi. C. si mancipium ita veniat, ne prostituatur. vbi eleganter dicit Bal. quòd illa videtur satis prostituta, quæ moratur in taberna vel caupona. Hinc est quòd clerici tabernas intrare inhibentur de iure canonico.

Sans coupper truches, &c.

¶ Vt intelligas textum. *Truches* Gallicè, vel Françè, dicuntur trunci Latinè: sunt ergo trunci ligna pedanea, vt refert Salycet. in l. querela. C. ad leg. Corne. de fal. in fi. & quòd mulier quæ reputatur vsufructuaria, non possit succidere ligna antiqua & glandifera, probatur in l. Item si fundi §. fi. & l. ex sylua, & l. sed si grandes arbores. de vsufructu. ff.

Si non que ladicte couppe se, &c.

¶ Facit ad hoc d. l. ex sylua. iuncta gloss. super verbo in vineam, de vsufruct. ff. l. arboribus. in princip. eod. titu.

Elle perd son douaire, &c.

¶ Supple declaratione facta instar vsufructuarij, non satisdantis qui ab vsufructu repellitur. l. hoc amplius. §. fina. de damn. infect. ff. gloss. in d. l. hactenus. de vsufruct. super verbo pertinet. Sed quid si rebus in dotem datis immineat impensa fienda, mulier dicit hæredem debere reficere, quia dicit, quòd impensa est magna. hæres ex aduerso dicit, quòd est parua: quæro quando, iudicabitur, in dubio magna vel parua, vt cognoscatur an ad hæredem, vel ad vxorem ipsa refectio pertineat? Respon. hoc esse arbitrarium: iudex enim arbitrabitur secundum valorem dotis & qualitatem personarum, vt in dict. l. hactenus. in glo. Vel etiam posset dici in parua dote quòd illa impensa est magna, quę excedit duos aureos, ar. in l. si oleum. §. finali. de dol. malo. ff. Sed quid si domus indigeat tecto, vel coopertorio. mulier vult succidere grandes arbores ad bardellum faciendum: hæres ex aduerso dicit, quòd mauult emere bardellum & conseruare grādes arbores suas, quid tunc erit? Breuiter, licet fructuaria prohiberi de iure non potest, quo minus reficiat etiam voluptatis causa, vt dict. l. hactenus. §. Neratius. attamen credo hæredem satis isto casu audiendum ad conseruationem suarum arborum viuencium.

Quid erit in viduam stupro viuente post mariti mortem.

VIII. ARTICLE.

Femme qui se forfaict en son mariage soyt noble, ou roturiere perd son douaire.

Femme qui se forfaict, &c.

¶ Hoc est de iure etiam, ca. plerunque. de dona. inter vir. & vxo. extra, cum ibi not. immò & dotalitium etiam perdit, ita id verum est, quòd

quòd si matrimonium pronunciaretur nullum propter consanguinitatem probatam. attamen propter adulterium adhuc illa perderet dotem, siue dotalitium propter intentionẽ, cum opere subsecuto: quia fecit quod potuit.c.nuper.de big.& l.si vxor.in princip. ad l. Iulia.de adulter. gloss.& scriben.in d.c. plerunque. De ista materia scripsi suprà articul. primo, in prima notula in medio ipsius notulæ, vbi ad plenum videas. Et nota insuper quòd vidua etiam propter stuprum petens dotem, ab hærede mariti potest repelli per exceptionem de fornicatione, Bartol. & Docto.in l.penult.C.ad leg.Iuliam.de adul. & stupro.

IX. ARTICLE.

Fille noble heritiere principalle de terre noblement mariee, ne peult auoir douaire sur les heritaiges de son mary, si par exprès au contract de son mariage ne luy est enconuenance.

Si par expres en contract,&c.

¶Sufficeret tamen, quòd doerium esset sibi limitatum, puta ad centum libras annui redditus, quo ad vixerit, licet pecia sibi correspondens de doerio, non fuerit certificata, vel aliter expressa: nec est tantum extendendus iste articulus, cum sit iuris quodammodo correctorius. ar.c.in nostra, de iniuriis & damno dato, extra.

TITVLVS XXX.

De dote inter plebeios.

De douaire entre roturiers.

PREMIER ARTICLE.

Femme soit noble ou roturiere, ne peult auoir, dō & douaire ensemble. & si don luy est faict, ce sera a son election de prendre lung a lautre.

Femme soit noble,&c.

¶Supple quando doerium & donatio procedunt à marito, quia si à marito doerium procedat: & ab alio donatio: tunc nihil est quod possit obstare vxori, quin vtrunque consequatur, quia isto casu duæ causæ lucratiuæ non concurrunt circa idem,& vide Scriben. in l.si cum dotem.§.pater.ff.solut.matri. Attamen de iure mulier potest habere relictum & dotem ex viro. l. vna. §. primum itaq;.C. de rei vxo.acti.& ita est glo.in c.illud quoq;. 21.q.1. Quæro, vir senex ac diues accepit in vxorem iuuenē, formosam ac mollissimam, vir post paruum temporis tractum obiit. Sed diu ante obitū ægrotauit, petebat ingenti cum prece ab vxore medicum, vt sibi subueniret cum aliqua medela: mulier autem protrahebat de cras in cras mariti sui propositū. accedit inter moras quòd maritus moritur absque medico, mulier iuuenis petit dotem: hæredes viri replicant, eam dote indignam, eo quòd non subuenit suo marito quærendo sibi medicum, quærebatur quid iuris; dixit ipsam perdidisse dotem. Nam sicut dicunt Doct. in l.si ab hostib.§.si vir vxorem. solu. mat. ff.quod maritus occidens vxorem.non debet habere dotem ex pacto, vel ex dispositione statuti de dote lucranda, quia nemo debet ex suo delicto præmiū reportare, id est relegatorū.ff.de rele. l.siue hæreditaria, de nego.gest.ff.ergo idem in vxore, cū vir & vxor non iudicantur ad imparia, & sunt correlatiua, vt per DD.in l.1.C.de in ius voc. cum simili. Sed sic est quòd à pari procedunt vel occidere aliquem, vel infirmum sine medico negligere. l. si seruum.de verb.oblig.ff. & Docto.in d.l.si ab hostibus. igitur concludendum, q; illa mulier debet perdere doerium. Imò plus dicunt Docto.ibidem q; paria sunt, nullum medicum adhibere, vel medicum imperitū conuocare.l.q; si nolit.§.mancipium.& ibi Ang.de ædil. edic.ff.sicut paria sunt aliquid nō facere, vel vitiosè, vel minus idoneè.l.quotiens.qui satisda.cog. ff. Item q; mulier quæ negligit adhibere medicum marito maximè petenti & locupleti, an perdere debeat doerium. Suadet ratio. quia ipsa est propter magnam proteruiam effecta indigna negligendo adhibere marito ægrotanti medicum doctum. Sed sic est q; indigni & odiosi non comprehenduntur in gratiis.l.testamento centurio.de manumis.testam.ff. Imò plus dicunt Bal.in l.quod in vxorem.C.de nego. gest. & Raphael Cuma.in d. l.si ab hostibus. quòd si maritus non prouidet vxori in alimentis, vel aliis necessariis ita quòd vxor moriatur, tunc dote (vbi est pactum de dote lucranda) priuabitur.

A pari pręcedunt aliquem occidere, vel sine medico infirmum negligere.

II. ARTICLE.

Femme mariee a homme roturier a droict dauoir sur les heritaiges demeurez du decez de son mary pour son douaire la moytie des choses roturieres, & la tierce partie des choses nobles escheues en tierce foy. Et ne court ledict douaire que apres la sommation faicte. Et semblablement de femme noble.

Femme mariee,&c.

¶Sed quæ est ratio, quare plus doerij habeat vxor plebeij, quàm nobilis, cum mulier nobilis indigeat ingentiori & ampliori doerio, eo quòd habet maiores pompas manu tenere, & grandiores expensas facere quàm plebeia? Et quia nihil potest lucrari, nec honeste negociari, sicut alia non nobilis eget ampliori dote. Credo quòd si consuetudo ista

do ista bene gustetur, ꝙ mulier plebeia non habet maius, vt ita loquar, aduantagium, quàm habeat nobilis. nam etsi media pars hæreditagiorum ruralium sibi pro doerio tribuatur: tamen considerandum est, quòd ista hæreditagia immobilia sunt semper sub magno deuerio, & cum magna renda possessa, quæ deueria ipsa vxor plebeia habet necessario soluere. igitur solutis rendis & omnibus deductis, ipsa non reperitur communiter habere vltra tertiam partem. Sed non sic est in muliere nobili, quia etsi non habeat in nobilibus, nisi partem tertiam, tamen communiter ista bona nobilia non tenentur sub grosso deuerio, sed communiter sub homagio simplici, vel ligio, vel aliquo nobili deuerio, vbi non est magnum dispendium. An autem mulier pro doerio teneatur facere homagium, vide quæ notantur suprà, titulo, *De rachaptz & ventes*. artic. 12. Nunc intendo hanc dotum materiam explicare, ac summatim singularia in materia doctorum dicta attingere per quasdam scribentium conclusiones.

¶ Prima erit talis, dos est intantum priuilegiata, ꝙ propter illam bona mariti sunt tacitè pro restituenda hypothecata, quod priuilegium etiam transit ad quemcunque extraneum qui dedit dotem pro muliere cum pacto restituendæ dotis. ita Bart. in repet. l. post dotem, in 6. quæstione prin. solut. matrimo. ff. Licet contrarium. & malè teneant Bald. & Ang. in §. fuerat. Institu. de acti. & vide etiam Barto. in l. 1. in fin. penul. colum. solut. matri. ff. & Doctor. in l. vnica. §. vt plenius. de rei vxo. acto. C.

¶ Secunda conclusio. Hoc priuilegium tacitę hypothecæ, quòd pro dote datur ipsi vxori non sponsæ per verba de futuro tribuitur, gloss. in l. eos. C. qui po. in pig. ha. Barto. in l. 2. de pri. cre. & Angel. in d. §. fuerat. Institut. de actio.

¶ Tertia. Tantus est matrimonij fauor, & dotis conseruandæ, quòd priuilegium tacitę hypothecæ competat etiam in matrimonio putatiuo. Bart. & Docto. in d. l. si cum dotem. §. fin. solut. matrimo. ff. Bart. & Bald. in l. 1. in fi. C. de condi. ob causam dat.

¶ Quarta. Quanuis stipulatio non possit concipi, nisi vtroque loquente. vt l. 1. de verb. oblig. ff. tamen fauore etiam hæc stipulatio, quę tamen ficta nuncupatur, locum sibi in multa vendicet. ita Ioan. Fab. in d. §. fuerat. & Bart. in d. l. 1. solut. matrimo. ff.

¶ Quinta. Mulier habet tacitam in bonis mariti pro dote sua hypothecam, & præfertur omnibus creditoribus tempore anterioribus, tacitas tamen hypothecas, non autem expressas habentibus. hæc est Doct. COMMVNIS senten. in l. assiduis. C. qui poti. in pig. habeantur.

¶ Sexta. Hoc tacitę hypothecæ priuilegium, licet locum habeat in dote effectualiter persoluta, non tamen in dote confessata. glos. & ibidem Bald. in d. l. assiduis. licet Bartol. ibidem dicat, quòd communiter contrarium obseruetur, dummodo renunciatum sit exceptioni non numeratæ dotis. Vel tēpus hanc exceptionem opponendi effluxum fuerit, quod sequitur Paul. de Castr. in l. si maritus publico iudicio. solut. matri. ff. Et licet hæc opinio fortè propter authoritatem Barto. in practica teneretur: attamen præcedens fortè de iure verior crederetur. Et sic esse in hoc passu dicendum, vt videlicet, mulier præferatur in dote solum confessata omnibus creditoribus mariti tacitas hypothecas habentibus, de quorum credito & debito non constat actualem numerationem. Sed vbi creditores probarent de vera & actuali numeratione, præsertim cum habeant causam onerosam, credo hoc casu in æquitate & iusticia, mulierem in dote confessata non esse eis pręferendam. pro hoc Iaso. l. fin. §. licentia. C. de iure delibe. & Bald. in d. l. assiduis. & Angel. in d. l. 1. solut. matrimo. ff. & Bald. in l. generaliter. C. de non numera. pecu. *An priuilegium generi dicet locū in dote confessata.*

¶ Septima conclusio. Maritus potest expellere vxorem, ex quo pater vxoris non dedit sibi dotem, quia maritus non debet habere vxorem sine dote. 30. q. 6. nullum. Bald. in l. si donaturus. de condi. ob causam. ff. & idem Bal. in l. quod in vxorem. C. de nego. gest.

¶ Octaua. Patre dotare filiam renitente, potest filia etiam inuito ipso se dotare de bonis patris, præsertim si faciat cum authoritate iudicis, quo casu pater ad consentiendum compelletur. Bal. in l. fi. C. de do. pro. Et si pater haberi non potest, iudex cōstituet dotem ipsi filiæ. Bart. in d. l. 1. solut. matrimo. ff.

¶ Nona. Si filia habeat aliunde bona aduenticia, & pater dotando eam expresse dicat, ꝙ ipse dotat eam de illis bonis aduenticiis, adhuc tamen præsumitur dotasse de suis, vbi ipse est felix & locuples. Docto. in l. obligamur. de act. & oblig. ff. & d. l. fi. de do. pro. C. quia cum pater ad dotandam filiam teneatur, non releuat ipsa protestatio quam facit, quod intendit dotare de bonis aduenticiis. vt in simili per Bart. in l. non solum. §. morte. de ope. no. nunci. ff. vbi loquitur de protestatione. Doct. in ca. cum Martinus Ferrariensis. extra, de constitu. & etiam quia in his quæ certo modo disposita sunt, & determinata à lege, protestatio nihil operatur. Barto. in l. Nesennius Apollinaris. de nego. gest. ff. Sed sic est, quòd ex determinatione iuris pater filiam dotare tenetur: ergo cum non releuat protestatio. *Pater præsumitur dotasse filiam de bonis paternis.*

¶ Decima. Licet mater filiam regulariter dotare non teneatur. l. mater. C. de iur. do. tamē vbi mater esset diues, & pater esset inops, nō habens vnde posset dotare, tunc mater filiam dotare compelleretur. Bartol. & Bald. in Authen. res quę subiacent. C. communia de leg. Bartol. in d. l. mater. de iu. dot. & Lud. Rom. in l. 1. solut. matrimo. ff. *Mater diues tenetur ad dotandam filiam.*

¶ Vndecima. Quanuis filiam pater dotare teneatur, tamen vbi filia esset ingrata, dotare non

non vrgeretur, quia ingratitudo tollit debitum naturæ.§.optimè.in Authenti.de nupt. Bald.in d.l.fina. C. de do.pro.Imol.in l.post dotem.solut.matrimo.ff.

Filia nubēs indigno viro, etiā sine patris assensu, tamen dotanda est.

¶Duodecima. Vbi filia accipit maritum vilem aut indignum, pater ipsam dotare non compellitur.Bald.in l.fin.C.de sen.quæ pro eo quod interest,profe.Ludo.Roma.in Rub. solut.matr.ff.allegatur. l.3.§.si emancipatus filius. de contra. tabu. ff.

¶Decimatertia cōclusio. Si filia nubat digno viro, quamuis nupserit sine consensu patris, dum tamen non contra patris voluntatem, tunc pater eam dotare tenetur. not.in c.hoc sacramentum.36.quæst.2.

¶Decimaquarta. Licet dos sit multum priuilegiata, non est tamen illa pia causa, nisi à pietate processerit.Bar.in l.cum his.§.si mulier. & ibi Ias. de condi. indebi. ff. Aduerte, quòd vt propter adulterium mulier dotem perdere debet,ita vidua propter stuprum.Insuper dico, quòd etiam contra corruptores vxoris maritus potest agere pro vxore corrupta.Ioan.Fab.Ioan.de Plat.Ias.& Ang.in §.omnes autem.in fi.Insti.de acti.Et ibidem Nicolaus de Neapol.ponit quæstionem quæ secundum Ias.aurea est. Aliquis pater habebat filiam quæ erat formosa, necnon bonis moribus ornata, adeo quòd eam benè & honestè collocasset pro trecentis libris in matrimonio. Aliquis scholaris eam corrupit,ita quòd oportet patrem expendere pro ea maritanda pro sexcentis aureis, cum teneatur eam maritare secundum conditionem personarum, & qualitatem patrimonij,iuxta l. si filiæ.de legat.3.ff.& l.final.de dot.pro.C.& Authenti.sed quanuis dos.C.de rei vxo.acti. nunquid in ista actione vtili filiæ corruptæ, quā pater potest intentare pro filia corrupta, veniat illa æstimatio?& dicit q̄ sic,cum in hac actione veniat omne damnum. Imò plus dicit Iason,quòd iste corruptor virginis non solum tenetur ad illam æstimationem, sed etiā tenetur plenè dotare filiam corruptam. & vbi pater vellet filiam corruptori collocare in matrimonio, tenetur corruptor illam accipere. allegat cap.primum,extra,de adul. & sic consului crebrò, quia tex.videtur in d.c.1.

Corruptor virginis qua pœna tenetur.

TITVLVS XXXI.

De Ablocationibus.

De Bailz.

PREMIER ARTICLE.



Entre gens nobles, le bail des mineurs vient a pere & mere, seulement pour le bien, faueur,& aduantaige du mineur, & de la chose publicque, autremēt cherront lesditz mineurs en tutelle ou curatelle, qui sera baillee par iustice, par election des parens & amys diceulx mineurs, pour en rēdre cōpte & reliqua ausditz mineurs,& en iustice,eulx venuz a leur aage. Et si la mere se remarie,ella perdra ledict bail,& dure ledit bail du masle iusques a dixhuyt ans accōplis. Et de la fille iusques a treize ans accōpliz. Et ne pourront lesditz bailz ceder ne transporter leurdit droit de bail.

Pour le bien & faueur,&c.

¶Sed vbi est iste fauor minoris, cū pater aut mater fructus durante baillia lucretur?Respon. quòd imò est fauor magnus,quia baillia suscepta, ipse baillistra tenetur ad persoluenda debita minoris,quia

Qui bail prend, quicte rend.

¶Vt dicitur infrà eo. art.fin.*Et de la publicque.* Dic, q̄ est fauor pro republica magnus,quia per bailliam,quā habet pater vel mater,bona ipsius pupilli melius conseruantur,augmentantur,& diriguntur.Tū primò,quia minor, vt dictū est,quictus redditur.Tum secundò, quia iterum ad minorē, bona quæ lucratus est pater vel mater ꝑ baillia reuertuntur, cū pater vel mater moritur: quia qcquid pater vel mater bailliæ occasione sibi acquisiuit,lucrifecit,adhuc ad filiū reuertitur,ipsis defunctis:& sic euenit, q̄ filius sine debitis: sed quictus inuenitur,& iterū bona bailliæ ad ipsum successionis iure deuoluuntur. Hinc fit,vt ditissimi minores reddantur,reperiantur q̄;,& reipublicæ interest locupletes sub se habere subiectos, & in hoc est reipublicæ fauor.

Cherront en tutelle.

¶Scilicet, cum sint infra annos pubertatis.

Ou curatelle.

¶Cum sunt supra annos pubertatis,& vsque ad 25.annos.

Par election.

¶Ista electio fit mediante iuramento eligentium,& intellige cōsuetudinē,vt fiat electio, & detur tutor datiuus, vbi pater non ordinauerit testamentariū tutorem. nam dato testamentario, non est opus hac electione. Sic intelligo, consuetudinem nostram, ne tendat ad correctionem iuris communis.

Des parens & amys.

¶Nota, quòd consuetudo copulat ista duo, scilicet, *Parens & amys*. Et copula de iure requirit concursum vtriusq; copulati. Sed dico, quòd sufficit parentes euocari,nec de amicis solis vsquam practicauimus.

Eulz venuz a leur aage.

¶Id est, post quatuordecim vel duodecim annos in tutela filij vel filiæ,& post 25. annos in curatella,seu cura.

Iusques

Iusques a dixhuyt ans accompliz.

Qua liceat minoribus finita baillia.

¶ Sed cur tam variè, quare potius finitur filię baillia quàm filij? Poteſt dici, quòd filia ſagacior præſumitur, ideo baillia citius ſoluitur in illa: vt in ſimili refert gloſſ. in l. 2. C. de his qui ve. æta. impe. C. Hinc olim & hodie pōt citius quam maſculus veniam ætatis impetrare. nã plebeia poſſet impetrare veniã ętatis, & ſuarum rerum adminiſtrationem poſt quam decimumoctauum annũ fuerit egreſſa, ſed mares cum viceſimi anni metas impleuerunt. vt d. l. 2. Et aduerte, quia & ſi de conſuetudine baillia ſoluatur, & finiatur poſt 18. annum completum in maribus, tamen mares non poterunt poſt illud tempus res alienare ſine decreto. res dico immobiles. Per hanc autem bailiam finitam datur eis ſolum rerum gerendarum authoritas, & paternam frugem, auorumq́ patrimonia gubernare. arg. d. l. 2. Sic nec tales res poterunt obligare ſine decreto. vt l. 3. eodem titulo. Erit ergo opus decreto, vſque ad 25. annum, vt conſuetudo noſtra limitetur ſecundum regulas iuris, alioquin reſtituerentur. Nec dicere debemus, quòd conſuetudo per finitam bailliam voluerit cōcedere nobilibus liberam rerum diſtractionem, quia iam iſtud beneficium bailliæ quod fuit nobilium gratia introductum, eſſet ipſis nobilibus contrarium & damnoſum, quod eſſe non debet. Pro hac opinione mea adduco text. in l. ſi Rufinus. C. de teſtam. milit. vbi patet, quòd per beneficium non tollitur diſpoſitio iuris beneficiatis, ſeu priuilegiatis ex alio capite competens. Sed aliàs quantum ad materiam tituli, plerumq́ dubitaui, vnde tanta licentia fuerit Conſuetudinis compoſitoribus attributa, vt diſponerent ſuper adminiſtratione rerum minorum nobilium in tam paruo tempore. Scilicet, in mare poſt 18. annum, & in femella poſt 14. cum ſit quędam ſpecies impetrationis veniæ, quæ ſummo principi videtur eſſe reſeruata. Ergo videtur quòd ſuper hoc conſuetudo non poterit diſponere. Breuiter iſtud dubium attigit Sal. in d. l. 2. C. de his qui ve. æta. impetra. & quærit ſic, Statuto Piſtorienſi cauetur, vt legitima ętas tam in maſculo, quàm in fœmina ſit 20. annorum. an tale ſtatutum valeat? & vdetur quòd non, quia ſolus princeps beneficium ætatis concedere poteſt. vt d. l. 2. ergo non populus, vel eius ſtatutum. vt not. in l. 1. de iure aureorum annul. C. & l. fi. C. de legi. & conſtit. princi. Contrarium dicit ipſe: ego conſului, & ita cōfirmatum fuit hic per Doctorem in Bononia & Florentia, quia regula eſt, vt populus poſsit ſibi ſtatuta condere. l. omnes. de iuſticia & iure. ff. Nec caſus iſte reperitur exceptus. igitur ad d. l. 2. C. de his qui ve. æta. impe. Reſpon. ipſe, quòd conceſsio ſingularis veniæ ætatis eſt principi reſeruata. Sed vniuerſalis diſpoſitio ſuper legitima ætate non eſt ex hoc populo ſublata. nam multa ſunt prohibita in particulari, quę non in vniuerſali. vt l. in tantum. de re. dubi. ff. in §. vniuerſitatis. & l. in modicis. de contrahen. emp. ff. Et ex iſtis dictis ſuſtinenda eſt conſuetudo noſtra, quæ diſpoſuit ſuper ætate & adminiſtratione rerum nobilium. Item quæro, quid prodeſt minoribus, vt baillia iſtis temporibus finiatur? Dic, quòd tunc poterunt res ſuas gubernare, fructus lucrificare, & ſibi, & eorum vtilitati appropriare, argumen. d. l. 2. Item poterunt legitimè in iudicio ſtare. argu. l. ſi actor. de appella. C. & glo. in l. 2. C. qui legi. perſon. ſtandi hab. in iudi. & not. Salic. in l. 3. C. de his qui ve. æta. impe. quæ iura optimè probant. Sed adhuc moueo aliud dubium: nos dicimus, quòd poterit nobilis adoleſcens in iudicio ſtare: quid ſi lędatur vel fortè contrahendo, an ſibi ſubueniatur? videtur quòd non, pręſertim ſi lædatur in contractu, argumen. l. c. 1. C. de his qui ve. æta. impetr. Contrarium opinor verum, quia, licet virtute conſuetudinis poſsit negocia tractare, in iudicio ſtare, & aliter quid vendendo ſeu alienãdo contrahere, attamen ſi lædatur, poterit reſtitui, nec per conſuetudinem reſtitutionis fauor perditur, argum. d. l. ſi Rufinus. C. de teſta. milit. probo per ea quæ ſcribit Iaſo. poſt Bald. per eum relatum in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, &c. vbi dicit, quòd quando dicitur, quòd epiſcopalis dignitas ſoluit ius patriæ poteſtatis, q́ illud eſt verum, vbi patria poteſtas eſſet contra filios. Hinc dicit, quod ſi ſtatuto vel conſuetudine caueatur, quod ſi quis decedat nō relicto aliquo filio in poteſtate, q̃d tunc Princeps ſibi ſuccedat, excluſis agnatis, quod tamen ſi deceſſerit relicto filio epiſcopo, & ſic relicto filio non in poteſtate conſtituto, non tamen ſuccedat princeps. Item comprobo per ea quæ ſcribit Alex. de Imol. in addit. ad Bartol. in l. ſub conditione. ff. de lib & poſthum. q́ quando dicitur, quod monachus nō eſt in poteſtate patris, ſed abbatis: id verum eſſe, vbi non eſſet fauor monaho eſſe in poteſtate: quia tunc retinet iura ſuitatis. Et pro hac opinione mea accedat l. quod fauore, cũ ſua materia. C. de legi. Et vide quæ ſcripſi ſatis concludenter in titu. *De emancipation.* art. 1. in 2. colum. verſi. Nunc aduerte.

Pulchra materia.

Ne pourront ceder ledict bail.

Quibus modis contractus ceſsionum dicantur ſimulati.

¶ Simile dicimus de iure retractus, de quo puncto ſcripſi ſuprà titų, *De retraictz.* articul. Et de iſtis ceſsionibus aduerte, quod contractus ceſsionum ex quinq́ cauſis præſumuntur ſimulati. Primò, ex modicitate precij. Secundò, quando in ceſsione non exprimitur titulus, vt quando dicit, Cedo actionem, nec exprimitur pro qua cauſa. Tertiò, quando ceſsio eſt pro parte vendita, & pro parte donata. Sed iſto tamen caſu admittitur ceſſionarius vſque ad quantitatem quam exburſauit, & in reliquo perditur actio. Quartò, quando res vel actio ceſſa pure venditur, tamen precium non ſoluitur, niſi pro parte, & de reliquo confitetur ſe recepiſſe. Et quinto, quando dicit ſe donare propter benemerita,

rita, quæ non sunt. Isti tamen quinque præsumptionum simulationis casus, non habent locum inter cohæredes, legatarios, & fideicommissarios, ac inter bonorum socios. Ita Doct. in l. per diuersas. C. mandati. Panor. in cap. fin. de aliena. iudi. mutan. cau. fac. & per Specu. in titu. de cessi. acti.

II. ARTICLE.

Et si succession directe ou collateralle, aduient audit mineur durant ledit bail, ladicte succession appartiendra pour le tout audit mineur, sans ce que ledit bail ayt aucũ droit. Toutesfoys il aura ladicte administration de ladicte succession, tãt de meubles que des fruictz de limmeuble, a la charge den rendre compte & reliqua audit mineur, ou son curateur luy venu en aage.

Directe ou collateralle, &c.

¶Vt puta, quia auus minoris qui superuixerat, moritur.

Ou son curateur, &c.

¶Isto sanè casu quærendus est curator minori, etiam baillia finita. Alius est casus specialis, vt sit curator dandus cum baillistra, in artic. 6. infrà, eodem titulo. Aliàs autem non est cogendus minor curatorem accipere. §. item inuiti. cum ibi notatis. de curatori. Institu. Sed, vt dixi in præcedenti articulo, poterit iuridicè bona administrare. Si tamen læduntur, poterunt restitutionem petere, & hoc planum est.

III. ARTICLE.

Et sera tenu ledict bail laisser les mestairies garnyes de bestial, & aultres meubles necessaires a agriculture, ledict bail fini ainsi quil les aura trouuez.

¶Vide quæ sum scripturus infrà, articu. fina.

Ainsi quil les aura trouuez.

¶Sit ergo cautus baillistra, vt faciat inuentarium in principio bailliæ suæ, ne filius baillia finita ab eo infinita petat.

IIII. ARTICLE.

Le bail faict les hommaiges, & recoit les hõmaiges de ceulx qui sont a entrer en hommaige, & non de ceulx qui sont en hommaige parauant ledict bail aduenu, & semblablement les tuteurs, ou curateurs.

Le bail faict, &c.

¶Sed de iure feudorum minor 14. annis, & sic impubes fidelitatem facere non cogitur, donec venerit in maiorem ætatem. Feudum tamen retinet, & si quis decesserit filio impubere relicto, fidelitatem nec ipse nec alius pro eo facere cogitur. vt in §. si minori. in titul. si de feudo contentio sit inter domi. & agnat. & vasal. in vsibus feudo. at vbi quis esset pubes, tenetur infra annum & diem à domino inuestituram petere, nisi iusta ex causa impediatur. vt in consti. imperialem. §. præterea si quis infeudatus. de prohi. feud. alie. per Fredericum. & ibi vide late per Feudistas. Sed hodie ex cõsuetudine, qua regimur, baillistra tenetur fidelitatem facere, non distinguendo an pubes sit, vel impubes minor. Et iste minor seruiet suo domino per baillistram, & sic per substitutum, quod nouum non est. vt in §. firmiter. etiam in eadem constitutione imperialẽ. Ad alias articuli partes, quibus dicitur, quòd baillistra recipit homagia antiquorum feudatariorum, id nouum non est. Cùm minor ipse talia homagia recipere posset de feudo veteri. Nam tunc nihil alienat, sed maiorum suorum factum cõfirmat. vt in c. inuestitura autem. in princi. per quos recipiatur, & hoc de iure feudorum. Sed hic baillistra recipit homagia pro minore in illis qui in fide iam intrarunt, quòd fieri potest. vt eod. tit. §. sed vtrum. & licitum est minori recipere per alium, quod per se sibi non licebat. facit l. quisquis. C. de episco. & cler. & l. nihil. solut. matrimo. ff.

V. ARTICLE.

Bail a attente dheritier, en actions reelles & petitoires intentees contre luy, ainsi quil est contenu es stilles au chapitre des delaiz ordinaires.

¶De isto termino vide infrà, artic. sequenti.

VI. ARTICLE.

Delay de attente dheritier qui est introduyt en faueur des mineurs de noble condition sera donne au bail quant ledict mineur sera poursuyuy en action reelle & petitoire de tout son bien & succession, ou de la principalle maison & seigneurie a luy aduenue a cause de la succession de ses predecesseurs, auquel cas il ne poura estre poursuyuy iusques a ce que ledict mineur soit en aage de puberte. Cestassauoir, la fille de 12. ans, & le filz de 14. ans. Auquel mineur sera pourueu de curateur auecques ledict bail, quãt a la poursuyte ou deffence desdictz prochains parens dicelluy mineur, tant en ligne paternel que maternel a ce appellez, & en tous aultres cas. & aussi sil ny auoit proces cõteste par celluy ou ceulx ausquelz

il succede, & fust il question de toute ladicte successiõ, ou de la principalle maison, il pourra poursuyuir, & estre poursuyuy, en luy faisãt pouruoir de curateur, auecques ledict bail, cõme dessus, & lequel bail sera cõtraint faire les fraiz & mises desdictz proces.

¶In hoc articulo videtur esse mihi introductum, quasi quoddam edictum Carbonianũ, quia vt hic vides, si filio impuberi moueatur quæstio hæreditatis, vel principalioris domicilij, ista quæstio mandatur differri vsque in tempus pubertatis. Simile in Carboniano, hoc dempto: ꝙ impubes satisdare tenetur, cum sibi & status, & bonorum hæreditatis quæstio mouetur, vt l. 1. C. de Carbo. edict. & l. 1. ff. eodem. & hoc cum filius non fuerit institutus, haberet secundum tabulas, not. in l. 1. §. Pomponius. eod. tit. ff. Sed de iure, vbi sola bonorum controuersia filio impuberi moueretur, illa nullatenus differetur ex Carboniano. nota. in d. l. prima, si quis filium. de Carbo. edict. ff. & in l. 1. eo. tit. C. in glo. verbi secundum formam. Et ideo videtur rigorosus articulus, & nimium fauens minoribus. Sed dic cum Impe. quod euenit, vt interdum quis vtatur rebus alienis. l. fin. C. de Carbo. edict. Et aduerte, quòd articulus noster non est expeditus, sed ad curiam, sicut alij multi, remissus, ideo vide quæ scripsi de his & similibus, non expeditis & accordatis in art. 1. suprà titul. *De donaisons faictes entre gens roturiers.* Sed stante articulo nostro, quæro, an ipse illo durante, ꝙ filio non potest moueri quæstio hæreditatis, an baillistra filij poterit debita illius hæreditatis exigere à debitoribus? Pulchra est quæstio. & fortè posset dici quòd debita recipere posset à volentibus: & quod possessorio agere posset, sed ab inuitis debitoribus petere, vel petitorio agere, tunc non, faciunt no. per glos. Cyn. Bald. & Salic. in d. l. 1. C. de Carbo. edict.

VII. ARTICLE.

Bail ne recoit adueu, & aussi ne le baille.

¶ Vide quæ dixi suprà, articu. quarto.

VIII. ARTICLE.

Le bail faict les fruictz siens des heritaiges & reuenuz du mineur tant quil est en bail, aussi recueille les meubles, ainsi que dessus a la charge dentretenir lestat dudict mineur des reparations de ses heritaiges & de payer & acquicter les debtes personnelles & arrerages de rẽte, & autres charges contenues esdictz stilles audict chapitre de laiz ordinaire: car qui bail prent, quitte rend.

¶Quæro, intra quæ tempora vidua teneatur acceptare bailliam filij sui? Dicunt quidam, quòd illa tenetur declarare infra quadraginta dies. Oppositum credo. nam ad minus habere debet quinquaginta dies à tempore notitiæ mortis viri. no. in §. qui autem excusa se volunt. Insti. de excu. tut. vel cura. si tamen ipsa vidua moratur infra centesimum lapidem. At vbi baillistra vltra centesimum lapidem moraretur, tunc sibi prouideretur secundum not. in d. §. habebit ergo tempus iuris postquam non habet aliquod tempus consuetudinis. Item adhuc probo, quòd non teneatur eligere bailliam infra quadraginta dies, quia si ipsa vellet repudiare, teneretur libellum excusatorum coram iudice præsentare, gl. & DD. in d. §. in verbo, excusare, cum iuribus ibidem allegatis. Sed sic est quod de consuetudine nostra vidua nobilis aut plebeia non compellitur egredi domum mariti defuncti, nisi quadraginta diebus elapsis ac morte mariti, vt in titul. *De douaire de femme noble.* art. 4. Ergo sequitur quòd infra dictum tempus ipsa non posset commode excusationem proponere. igitur.

TITVLVS XXXII.

De Tutoribus & Curatoribus.

De Tuteurs & Curateurs.

PREMIER ARTICLE.



Entre gẽs coustumiers les enfans mineurs estans soubz laage puberte. Cest assauoir les masles soubz laage de quatorze ans, & les femelles soubz laage de douze ans. Apres le deces de leur mere demeurent, & sont en la tutelle naturelle & gouuernement de leur pere qui a droict de prendre le reuenu & esmolument des heritaiges desdictz mineurs, seullement a la charge de les nourrir, alimẽter, & querir leurs choses necessaires. Et de payer les charges de leursdictz heritaiges. Et pareillement lesdictz mineurs apres le deces de leur pere cheent en tutelle naturelle de leurs mere qui a pareilz droictz & charges que dessus.

A droict de prendre, &c.

¶Hæc est consuetudo iuri optimè quadrans. pater enim in bonis filij habet vsumfructũ: de qua materia, quia trita est, vide per Doct. in l. 1. de bo. quæ libe. & per Ioan. Fab. in §. igitur. per quas perso. nobis acqui. & Barto. in l.

in l placet. de acqui. hære. ff. & ibidem per Alexan. Pater enim habet vsumfructum in aduenticiis, & quamuis in filiis Francigenarum (qui prorsus sunt absoluti) vt inquit gl. Institu. de pa. po. §. ius autem potestatis. & Alexan. de Imol. in d. l. placet. de acqui. hæred. in addi. ad Barto. in l. fi. C. de inoffi. testa. pater vsumfructum non habet, vt tenet dictus Alex. in d. l. placet. Tamen pater habet commoditatem illius iuris vsufructualis. allegatur ad hoc l. plenum. §. quenquã. & l. filiofamiliàs. in fi. de vsu & hab. ff. ita etiam firmat do. Nic. Boer. in gl. consuetudinis Bituri. §. 3. tit. 1. ad quem te remitto gratia breuitatis. & quòd pater habeat regimen & administrationem bonorum filij, firmant DD. Cy. Bar. Bal. Ang. Sali. & Alexan. in addi. ad Bart. in l. 1. C. de bo. ma. Nec etiã de iure tenetur pater præstare cautionem filio pro administratione bonorum. l. cum oportet. §. nondum autem. & ibi Bart. & Alex. in addi. de bo. quæ libe. & l. fi. §. vbi autem. & ibi Bal. & Sali. C. eod. titu.

Pater non tenetur pro bonis filij cautionem præstare.

En la tutelle de leur mere, &c.

¶ Istud intelligo, si mater non transeat ad secunda vota, in tempore enim viduitatis non reuoco in dubium, quin vtatur istis iuribus. At si conuolauerit ad secundas nuptias, non video cur tutelæ officio fungi debeat, cùm Consuetudines declaratiuam interpretationem à iure recipiant, Doct. in l. 2. C. de noxa. acti. cum similibus. accedat Auth. sacramentum. C. quando mul. officio tuto. fungatur, & istud firmatur in artic. fi. eo. titu. Idem dicendum, si mater aliter luxuriata sit, vt latè per glos. & scriben. in d. Auth. sacramentum. Nam mulierum natura est cogitare mala con filia. l. si pater. C. de spons. & arris sponsa. ibidem enim dicit Imperator, quòd consilium earum laborat contra propria commoda. Item forte non esset inconueniens intelligere nostram consuetudinem, vt mater fungatur (patre deficiente) tutelæ officio, vbi pater in testamentis non prouidisset de tutore: cum certum sit illam non esse testamentariis præferendam, vt in Auth. matri & auiæ. eo. ti. Et aduerte, quia licet textus noster loquatur de tutela, tamen idem dic in curatore, vt scilicet mater posit cura filiorum fungi paritate rationis, vt per DD. post gl. in d. Auth. matri & auiæ. Insuper intelligo consuetudinem nostram, vt scilicet patre deficiente, mater sit tutrix filiorũ & administratrix bonorum, vbi mater fuerit capax ratione ætatis: vt quia 25. annum excesserit. & tunc erit locus sequenti legitimo, vt per Bart. in d. Auth. sacramentũ. Limitanda est ergo cõsuetudo nostra loquẽs de matre, tribus præcedentibus modis. Primò, si non conuolauerit ad secunda vota: & ita dicitur infrà, articulo vltimo. Secundò, deficiente testamẽtario tutore. Et tertiò, subsistente debita ætate. Absurdum enim esset aliter dicere. Tum primò quantum ad rationem primæ limitationis, quia si ita Iudaicè intelligeremus consuetudinem nostram, vt mulier fungeretur officio tutelæ, cum conuolaret ad secundas nuptias, iam res infantum primi matrimonij perirent, vt experientia docet. Nam lex præsumit quòd pro secundo viro mulier excoriaret filios primi thori. l. lex quæ tutores. C. de adminis. tuto. ista etiam sunt propria verba Barto. in d. Authen. matri & aui. in 2. colum. ver. præterea ista solennitas, quę verba terrere debent vnũquenque sapientem virum, propter istud verbum excoriaret. Tum secundo quantum ad rationem secundæ limitationis: est dicendum, quòd si ita crudè consuetudinem intelligeremus, vt mater excluderet testamentariũ tutorem, esset dicere, quòd per subauditos intellectus fieret legũ correctio: & quod peius est, quòd pater in extremis cõstitutus cognoscens fortè mores incompositos ac peruersos vxoris suæ, non posset filiis suis prouidere. ac bonis illorum: & sic esset sine remedio filios in ægestatem relinquere: quod incongruum, imò leoninum est. Et quantum ad rationem tertiæ limitationis, scilicet, vt cõsuetudo intelligatur in matre 25. annis maiore. Aliàs quòd sit locus sequenti legitimo, patet, quòd in ista limitatione est optima ratio, cui respon deri non potest, ne scilicet mulier minoris ętatis, tum propter sexus fragilitatem, tum propter muliebrem volubilitatem, tum propter secundi sui viri luxuriam se filiósque suos perderet, ac illorum bona dissiparet. Non est ergo tam extendenda consuetudo, vt sine ratione, imò contra rationem tendat ad correctionem iuris. Sed est intelligenda, vt recipiat interpretationem declaratiuam à verbis iuris communis. Et vbi statuto aliquid cauetur, quod etiam disponitur à iure communi, tunc statutum recipit restrictionem, vt intelligatur secundum formam iuris cõmunis, vt l. 2. C. de noxa. acti. & scripsi suprà, titulo primo huius voluminis, art. 4. cum loquor de pulchra materia interpretationis statutorum, in 4. col. conclusione sexta.

Mater potest esse curatrix filiorum.

II. ARTICLE.

Et sera tenu chascun desdictz pere & mere suruiuant faire inuentaire par authorite de iustice des biẽs meubles demourez cõmuns les parens & amys desdictz mineurs, au lieu de la demeure du decede s'aucũs en ya appellez. Et s'il ne faisoit faire ledit inuentaire communaulte de biens aura lieu, & sera continuee au proffit, & aduantaige des enfans dudit mariage, si bon leur semble.

Et sera tenu, &c.

¶ Hoc verũ, nisi testator remisisset confectionem inuentarij: potest enim illam testator remittere. l. fi. & ibi scriben. C. arbit. tut. tamen

Testator inuẽtarij confectionem remittere potest.

isto casu iudex ex iusta causa potest recedere à voluntate testatoris confectionem inuentarij remittentis, vt per Bald. & Io. Fab. in d. l. fi. C. arbi. tu. & idem Bal. in l. fi. C. de iure deliberan. in §. cum igitur. Barto. in l. in confirmando. de confir. tu. ff. Et aduerte: quia consuetudo illud nõ aperit ꝙ istud Inuentarium est faciendum coram Iudice ordinario. Bart. in l. tutor qui repertorium, de admini. tu. ff. & Io. Fab. & alij Scrib. in l. tutores. C. eo. tit. licet secundum ipsum Fab. sufficiat de consuetudine si fiat coram tabellione vel graffario. Quod verum putarem, si iudice iubente faceret: alioquin non video quomodo graffarius, vel tabellio possit explicare, quæ sunt iudici reseruata. l. instar obtinere. C. de iu. fis. libr. 10. Quantum autem ad secundam partem articuli, vbi loquitur de societate seu cõmunitate, quæ causatur ad vtilitatem pupillorum ob defectum inuentarij per patrem vel matrem superstitem non facti, ego de istis communibus latè dixi in titu. *De communaulte de biens*. artic. 2. vbi vide si placet.

II. ARTICLE.

Et laquelle tutelle naturelle ladicte mere pert si elle se remarie. & en ce cas les parens & amys prochains desdictz mineurs appellez, & par election & aduis diceulx ausdictz mineurs par iustice doibuent estre donnez tuteur ou tuteurs, qui du faict de ladicte tutelle seront tenuz rendre compte & reliqua ausdictz mineurs en iustice eulx venuz a leur aage. Non sic du pere qui ne pert point ladicte tutelle naturelle pour se remarier.

Si elle se remarie, &c.

¶Iste articulus est quasi iuridicus rationabilis, & cum causa factus. quòd autem mulier transiens ad secunda vota, tutelam perdat filiorum, est tex. rotundus in d. Authen. sacramentum. & ibi per Scrib. sed quid de sponsa. an mulier statim contractis illis tutelam perdat? Respon. Bar. in d. Auth. sacramentum. se putare quòd sic. vide Specul. in titu. de tuto. §. nunc dicendum. & Bal. in l. cum precibus. de impub. & aliis substit.

Mulier propter sola sponsalia perdit tutelam.

Doibuent estre donnez, &c.

¶Hoc maximè ad postulationem matris: alioquin, si filiis tutores non petat, priuatur successione filiorum in pupillari ætate morientium. l. sciant. & ibi Doct. C. de legi. hær. Bart. in l. 2. §. quòd si pater. ad Tertullia. & in §. fin. eadem l. Docto. in cap. ex parte. de appel. cum similib. Et infra annum tenetur filiis tutores petere, si eis (vt suprà dictum est) velit succedere, vt per Bald. Salic. Ange. & Pau. de Castr. in dict. l. sciant. C. de legi. hæredibus. Aduerte tamẽ quòd licet dicatur, quòd mater teneatur filiis tutores petere, nullibi legitur ꝙ iudex teneatur suæ petitioni obtemperare, & personã quam nominauerit in tutorẽ dare: quia & si ipsius mulieris officium tuto. petere, iudicis tamen est explorare & deliberare: ita Bar. in d. Authen. sacramentum. versi. quæro an iudex.

Mater tenetur infra an. tutelã petere.

Non sic du pere, &c.

¶Habes hic patrem nõ amittere filiorum tutelam per transitum ad secunda vota. Sed in puncto iuris contrarium tenent Doc. scilicet Bald. in l. fœmi. C. de fœmi. nup. in Auth. ibi posita. Paul. de Cast. in l. mater. ad Tertullianum. C. Sed pone quòd mulier transiuit ad secundas nuptias, & sic amisit filiorum tutelam tam iure quàm consuetudine: est ipsa fortè per sex menses cum secundo viro: & tunc secundus vir moritur, an tunc ad tutelam filiorum redire possit? Profectò pulchra est hæc quæstio, & ad illam ponunt Spec. Sal. videlicet ipse Specul. ponit eam in tit. de tut. §. nunc dicendum. & ipse Salice. in Auth. sacramentum. C. quando mul. of. tu. fung. Et videtur primò, quod mater ad tutelam redire valeat. quia tunc cessat ratio prohibitionis, & consequenter eius effectus. l. generaliter. C. de episc. & cler. l. adigere. de iur. patr. ff. Secundò, paria sunt, à principio nõ esse: vel ad non essentiam deuenisse, vt ff. de condi. sine cau. l. 2. ff. rerum amotarum. l. fin. Tertiò, tutela legitima casu amissa, cessante casu redintegratur. l. si quis, siue sub cõditione, in fi. de testa. tu. ff. ergo, &c. In oppositum verò facit, quòd extincti non resurgunt, neq; resuscitantur. l. inter stipulantẽ. §. sacram. de verbo. oblig. l. qui res. §. aream. de sol. ff. Secundò, repudiata non restituuntur. l. postquam liti. C. de pact. Sed mater nuptias secundas contrahendo videtur repudiasse tutelam. vt l. 2. C. quando mul. tuto. off. fung. igitur. Et pro hac parte facit l. 1. in fi. C. de temp. appel. Breuiter ipse Specu. distinguit, aut res est integra: quia pueri nullum habent tutorem: nec habere possunt, & tunc admittatur: Aut alium legitimum tutorem habent, vel habere possunt, & tunc non admittitur, argu. ff. de procu. l. fœminis. & ff. qui satisda. cog. l. fideiussor. in prin. & l. vt gradatim. de mu. & hono. ff. & l. honor. §. fin. eod. tit. Sed mihi videtur quòd Cyn. bene fuit examinatus: nam dicit ipse quòd nunquam admittatur, quia durat suspitionis causa, quia potest in crastinũ ad alia vota transire, quia in eadem specie delicti semel malus semper præsumitur malus. l. si cui. §. idem. de accusa. ff. Et aduerte ad id quòd consuetudo dicit creandos fore tutores: vt scilicet tu iudex non facias militẽ tutorem. nam miles armatę militiæ non potest esse tutor aut curator. l. militiæ. qui dari tut. & curat. poss. C. nec cæcus ex vtroq; lumine. vt l. luminibus. eod. titu. Nec creditor minoris: alioquin actionem perdit. Nec debitor eius, alioquin solutione interim facta non iuuaretur. vt in Auth. minoris. eod. titu. Nunc quæro

An pater de iure trãseundo ad secunda vota tutelam perdat.

Quæstio. quæro primo. Pone pupillum habere originem in vna ciuitate, in alia vero sortitur ex accidenti domicilium, in alia autem habet vniuersum eius patrimonium, quis erit iudex competens in dando tutorem? Cyn. examinat hanc quæstio. in l. 1. C. vbi pe. tu. & alij DD. ibidem, & tandem cōcludunt ꝙ ille erit Iudex cōpetens, sub cuius iurisdictione persona pupilli residētiam facit, per tex. l. magis puto. §. illud. de re. eorū. ff. & sic est intelligenda l. pupil. de tu. & cu. da. ab his. ff. Et nihilominus erit iudex competens iudex originis: ideoq; si vterq; ipsorum iudicum dederit diuersum tutorem, ille tutor præferendus erit in administratione, qui prius datus fuerit, secundū ipsos DD. Et vbi de prioritate non apparet, tunc preferri debet ille, qui datus fuerit à iudice originis, arg. l. libertus. §. prescriptor. ad municipa. ff. Et aduerte quòd in istis dationib. tutorum exigitur ꝙ tam tutor vel curator qui datur, quàm etiam is cui datur, sit de iurisdictione dātis. l. 1. in fi. & l. ius dandæ. de tu. & cu. da. ab his. ff. & per gl. in l. etiā. ff. de tutel. & vide Barto. in l. pupillo. de tu. & cu. da. ab his. Secundò quero, an sicut testator potest remittere inuentarij cōfectionem, etiam possit remittere tutelæ redditionē: & facere tutorem analogistam? Et in hoc passu tenent doctores, ꝙ non: quia reddere rationem tutelæ, est introductum principaliter adulti vel pupilli fauore, ideoq; absolutè non debet per testatorem remitti. argum l. scire. C. vt in pos. leg. & l. 1. C. de vsufruc. Facit l. nemo potest. de legat. 1. Et dicunt id probari in l. quidam decedens. ff. de administra. tuto. Quæro tertiò, quod remedium erit pauperrimis filiis pupillis, vbi pater illorum infatuatus blandimentis vxoris callidè fecerit vxorem tutricem cum remissione inuentarij & analogistam? Certè consilium erit (ne res pupillares cadant in sinistrum) quòd iudex ex officio faciat descriptionem bonorum, sicut in simili dicunt Doct. in l. facultas. C. de iur. fi. lib. 10. & Barto. in l. 1. §. eligitur. de ventre in possessionem mit. ff. Formo nunc de prodigis quæstionem talem. Nunquid ille qui est notoriè & manifestè prodigus, possit contrahere, obligare se, & bona sua alienare anteq̄ sibi expressè interdicatur à iudice bonorum suorū administratio? Pro parte affirmatiua scilicet ꝙ manifestè prodigus possit contrahere & de bonis, suis disponere antequā sibi à iudice interdicatur suorum bonorum administratio, tenet glo. in l. is cui bonis, quam sequuntur Bar. & Pau. de Cast. ibidem & Bal. in c. ex parte. de consuet. Pet. de Ancha. & alij canonistæ. in c. 2. de testa. Et Paul. de Castr. & Alexan. in d. l. is cui bonis: videlicet ꝙ ista est Communis opinio, ergo quòd ab ea non est recedendū, secundum Io. de Imol. siue in iudicando, siue in consulendo. l. 1. versi. & sane crebrior, de offi. quæsto. ff. & per Bart. in l. fi. de pœ. iud. qui male iud. C. & quòd ista pars affirmatiua sit verior alia: cōfirmatur tali medio, quia si notoriè prodigo fieret ipso iure interdictio administrationis à lege, frustra sibi fieret interdictio à iudice. Sed sic est ꝙ ars & natura nihil faciunt frustra. l. non cogendum. §. Sabinus. de procu. ff. & l. qui bis. idē de verb. oblig. ff. ergo. Et pro hac parte Bart. in l. is cui lege. de testam. ff. allegat text. in l. tres. in fin. de administr. tuto. ff. vbi licet quis sit manifestè prodigus: tamen valent gesta per eum antequam sibi interdicatur à iudice. Et parte allegat Iason alium textum, cui vix responderi potest. in cap. veritatis. de dol. & contuma. vbi apparet de prodigo prælato qui ecclesiam dilapidabat, sicut publica predicabat fama. Et tamen dicit summus Pontifex, quòd potest administrare bona ecclesię antequam sibi interdicatur. & profectò ille textus vndecunque versus est, multum fortis pro communi sententia partis affirmatiuæ. Et pro hac parte allego tex. in c. fin. de accusa. & inscrip. extra, iuncta glos. ibidem posita. In contraria autem sententia quòd imo notoriè & manifestè prodigo ipso iure interdicatur à lege bonorum administratio: nec requiratur interdictio iudicis, tenet glo. in l. is cui. l. ff. de testamen. Alexan. in d. l. is cui bonis. de verb. oblig. Io. Fab. in §. furiosi. Insti. de cura. Bal. in consil. 258. quod incipit, quæritur an iuramentum notoriè prodigi. Vbi dicit, quòd huic opinioni multum applaudet ratio & æquitas naturalis. ꝓ ista parte adducit tex. in l. 1. de cura. furio. & dicit Alexan. quòd ibidem est verus textus pro ista contraria parte: si tamē non cauilletur, & verum dicit si bene gustetur. Secundo adducitur tex. in d. l. is cui, l. de test. ff. & in §. furiosi. Inst. de cura. vbi apperet quòd in illis iuribus per l. est in istis notoriè prodigis interdicta bonorum administratio. Et si tu respon deres quòd ille §. furiosi in fi. videtur velle, ꝙ istis ex inquisitione solebant præsides in prouinciis dare curatores. tamen gl. ibidem intelligit id verum in furiosis & dementibus. At prodigi ex lege duodecim tabularum curatores habent, vt ibidem dicitur. ergo, &c. Ista autem pars tali medio confirmatur. nam notorium, & sententia æquiparatur. Sed si esset lata sententia, non possit administrare: ergo eodem modo si sit notorie prodigus. Sed huic confirmationi respondent Doctor. primam partem tenentes, quòd illa regula quæ dicit quòd notorium & sententia equiparentur, illa intelligitur quo ad aliquid declarandum, non autem quo ad aliquid inducendum aut prohibendum. glos. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. de iureiurand. ff. vbi melius, quòd notorium & sententia æquiparantur quo ad faciendum rem certam: sed non quo ad aliud quid vlterius disponendum vel prohibendum. per text. in l. si quis sciens. de contrah. emp. ff. Breuiter omnibus digestis licet prima pars sit de iure fortior: at tamen ista secunda est æquior in conscientia, & melior, pro qua adduco istud latè. Verum

Testator non potest cura. analogistam facere.

Iudex potest facere descriptionem bonorum.

Redeunte ad sanos mores prodigo ipso iure euanescit curatio.

rum est, que si prodigus reuertatur ad sanos & cõpositos mores, quòd ipso iure desinat esse sub cura & interdictione bonorum. l. 1. in fin. de cura. fur. ff. & Bart. in d. l. is cui bonis, de verbo. obligat. ff. ergo eodem modo debet ipso iure fieri interdictio propter notoriam prodigalitatem: quia contrariorum eadem debet esse disciplina. vt l. prima, de his qui sint sui, vel alieni iu. ff. & idem debet operari oppositum in opposito, quod propositum operatur in proposito. l. hoc genus. de condi. & demonstrat. ff. Bartol. in l. inter stipulantem. §. sacramen. de verbor. obliga. ff. & credo quòd ista pars sit verior in æquitate: licet alia prima practicetur. Et tu qui tenes quod notoriè & manifestè prodigo sit interdicta bonorum administratio, antequam sibi interdicatur à iudice, istam partem limita subsequentibus notabilibus modis. Primò, nisi ille notoriè prodigus, nondũ tamen à iudice interdictus, contraheret in vsum manifestę prodigalitatis: nam tunc ille contractus non teneret, quanuis interdictio à iudice nõdum facta fuisset, per tex. in l. si quis cum sciret. de vsuca. pro empt. ff. & ibi Bar. & Doct. & istud sufficiat pro hac quarta quæstione.

Licitum est iudici prodigo etiam nemine petente dare curatorem

¶ Quæro quintò: An sit licitum iudici nemine petente dare furioso & prodigis curatores? Respon. Bart. in l. autem. ex quibus caus. in poss. eat. ff. quòd sic. Refert & sequitur Ias. in d. l. is cui bonis interdictum est. de verbo. obliga. Secus autem in pupillis, vel adultis, quod est notandum.

Si non prodigo, vt prodigo curator detur, illa datio vires non sortitur.

¶ Quæro sextò: Quid si iudex interdicit alicui administrationem, tãquam prodigo, qui in veritate non erat prodigus, an valeat talis interdictio? Et credo in æquitate, quòd talis interdictio non valeat, & hanc partem fouet gloss. in d. l. is cui bon. & in l. si putas. de peti. hæred. & in l. 3. C. quando prouo. non est neces. & vtrobique Cy. Idem tenent Ang. Imol. & Alexand. in d. l. is cui. Istam etiam partem tenuit Ioan. Fab. in d. §. furiosi. de cura. Inst. accedat. l. tutor, qui petitus. de tuto. & cura. da. ab his. ff. vbi apparet dationem tutoris esse nullum, vel etiã curatoris, quando falsa est causa adiecta: igitur idem in proposito nostro, quicquid dicant ibidem scriben. qui loquuntur in rigoroso puncto iuris.

Prodigus iurans in contractu obligatur iuramenti occasione.

¶ Quero septimò: An prodigus, cui est bonis interdictum, iurans in contractu, obligetur ad contractus obseruationem iuramenti occasione? Tenet Bar. in d. l. is cui, quòd non: & ista est Legistarum communis sententia. & ibidem per Scrib. contrariam sententiam tenent Ludoui. Ro. & Aret. in d. l. & Ant. & Ioan. de Imol. in cap. cum contingat. de iureiurand. Mihi autem videtur prima pars defensabilior. Secunda porrò pars mihi videtur in conscientia securior, eo presertim, quod sine detrimento salutis æternæ seruari potest. Et dicas, quicquid volueris. nam nec Barto. nec omnium DD. autoritas te à iuramento quod est diuini iuris, seruare poterit.

¶ Istud adeò verum est, quòd iudex debet esse calculator & condemnator in hac materia redditionis tutelæ, vel curæ, vt l. prima. §. officio, de tutelis & rationi. distrahen. ff. & l. 2. ff. vbi pupil. educa. debeant. Et coram iudice tutor, vel curator exhibebit inuentarium factum de bonis pupilli, in quo erunt descripta data & accepta, seu recepta: quibus omnibus visis & diligenter inspectis, si repertum fuerit, pupillum esse tutoris debitorem, condemnabit eum iudex: & si repererit tutorem debitorem, similiter eum condemnabit.

¶ Sed quæro octauò, In practica quid erit, si adultus, qui est doli capax, differt rationem petere maliciosè à tutore olim suo, & interim ipse tutor moriatur, vt postmodum vexet hæredes tutoris olim sui, qui non bene norunt missas ipsius defuncti tutoris? Dic quòd tutor debet denunciare ipso adulto, que vult sibi rationem reddere, quòd si obediens in hoc non fuerit, debet eum tutor coram iudice conuenire, per quem iudicem cogetur rationem suscipere, tex. cum glo. in l. fi. C. de vsur. pupil. Item nota, quòd in hac redditione tutelæ vel curæ tutor, vel curator imputabit, & computabit pupillo, vel adulto quicquid impenderit in vtilitatem ipsius, vt l. secunda. ff. vbi pupil. educ. debe. & l. sumptus. cum ibi tradi. C. de adminis. tut. & l. 1. §. præterea. ff. de contra. iudi. tute. Et sufficit ipsi tutori, vel curatori à principio bene gessisse, vel pecuniam pupilli bene impendisse, licet euentus secutus sit contrarius. l. 3. §. sufficit. de contra. iud. tu. ff. Et si plures fuerunt tutores diuersi fori, à quibus ratio exigenda est, solet interpretari à rege vnus iudex, corã quo omnes conueniantur, ne causę continentia diuidatur, per tex. in l. omnes tutores, arbit. tute. C. & sic quotidie practicatur. Est insuper quod quando sunt plures tutores, vel curatores, qui inter seipsos absque iudicis autoritate diuiserunt administrationem, quòd ista diuisio nihil præiudicat pupillo. Et quilibet tenetur in solidũ ad totum damnum, siue etiam omnes gesserint, siue non, & hoc de rigore iuris. Tamen ex æquitate quatuor eis beneficia competunt.

Plures tutores sub iudice conueniuntur ne causa continentia diuidatur.

¶ Primum beneficium est ordinis, & quando sunt plures tutores vel curatores, & vnus tantum administrauit: alij autem se non impediuerunt. ordo æquitatis est, vt primo loco conueniatur qui gessit, l. prima. C. si tutor non gessit, &c.

¶ Secundum beneficium diuisionis. Nam licet de rigore quilibet istorum tutorum, vel curatorum teneatur de per se insolidum, tamen si omnes tutores sunt soluendo, diuiditur inter eos pro rata: quia isto casu nihil interest minoris ex quo omnes sunt æqualiter soluendo.

¶ Tertium equidem priuilegium, seu beneficium

tium est cessionis, vt quando ex tribus tutoribus, vel curatoribus vnus tantũ est soluendo: alij autẽ nihil habent. Sanè si iste, qui est soluendo, conueniatur, & soluet totum, potest petere à pupillo nunc maiore, cui ipse tutor soluit, vt sibi actionem tutelæ cedat, quã habebat contra cõtutores, quia esto, quòd de præsenti nihil habeant in bonis, tamen si in futurum contingeret eos aliquid habere, vel fieri locupletes, posset ab eis repetere illud, quod soluit pro eorum partibus. Quartũ beneficium tutorum, vel curatorum est vtilis actionis: quia si tutor qui erat soluẽdo, soluit totum, & non fecit sibi cedi actionem contra contutores: tamen habet à lege vtilem actionem sine cessione, nec tamen propter hoc remedium cessionis est superfluum, cum directæ actiones, quæ possent intentari nomine cedentis, habeant priuilegia multa, quæ non competunt vtilibus, secundum Bald. in l.1.C. de trans. Item multæ exceptiones possunt cõpetere contra vtiles actiones, quæ non competunt contra directas. gloss. in l. emptor. C. de hære. vel ac. ven. glo. & Barto. in l.1. & 2. C. de acti. & obli. glos. in l. quotiens. & ibi Bart. de administra. tu. ff. ita tenent in effectu scriben. in d.l.1. C. de trans.

TITVLVS XXXIII.
De emancipatione.

Chapitre XXXIII. De emancipation.

Homme & femme mariez sont tenuz pour emancipez.

¶ Licet matrimonium nõ sit vnius de modis soluendæ patriæ potestatis, vt patet per iura communia: tamen vt hic vides, matrimonium soluit apud Turonenses ius patriæ potestatis: saltem filius vxoratus habetur pro emancipato. Et istud facillimè statutũ fuit à conditoribus nostræ consuetudinis. nã apud Francigenas patris potestas parumper est in consideratione. Franci sanè tenent filios suos prorsus absolutos, gloss. & scriben. in §. ius autem, de pa. pote. Institut. Licet de iure filius sit in potestate patris, nisi appareat, quòd fuerit emancipatus, Doct. in §. præterea quoque emancipatione. Instit. quibus mo. ius pa. pote. sol. l. si vxorem. C. de condi. inser. no. in l.1. C. de bo. ma. & l. fina. eodem titul. & l. prima. C. de bo. quæ libe. Doct. etiam in l. si longius. ff. de iudi. & l. prima. ff. de rei vendi. Adeò vt regulariter non possit filius sine authoritate patris in iudicio consistere, vt dict. leg. finali. §. necessitatem. Cod. de bo. quæ libe. Istud autem vltimũ fallit in his casibus singularibus. Primò, si pater & filius simul agant. Secundò, si in eodem instrumento sint obligati, ita Abbas in c. cum veteri, de elect. extra. Faciunt nota per Ang. in l. is qui hæres. §. fina. vbi etiam Paul. de Castro notat de acqui. hæred. ff. Tertiò, si filius in patris pot. cõstitutus se de consensu patris obligauerit, si enim occasione dicti contractus, vel obligationis filius iste conueniatur, tunc patris authoritas isto casu non requiritur. Baldus in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minori. Quartò, si filius annis 25. maior in actione personali, vel causa criminali conueniatur, tunc patris authoritas non attenditur, nec agendo, nec defendendo patris assensus consideratur. Faciunt tradita per Barto. & Doctor. in l. fina. de verb. obliga. ff. Quintò fallit in causa spirituali; no. in c. si annum quintumdecimum, de iudi. in 6. Sextò generalius potest esse filius in patris potestate etiam constitutus in iudicio absque patris sui assensu, vel authoritate in omnibus rebus, aut in omnibus casibus, in quibus patri nihil quæritur, secundum Doctor. in d.l. fin. C. de bonis, quę libe. & ponitur per Abba. in c. ex parte, de restit. spolia. Item si filius seorsum habitet à patre per decem annos, vtputa stat filius de per se negociando, tunc præsumitur emancipatus. Bal. in l. post mortem, de adop. ff. & in l. si filiusfamilias. Cod. de peti. hæred. no. Doctor. in l. Zenodorus, ad Macedo. Bene quadrant scripta per Doctor. in l.1. Cod. de testamen. vbi ponunt de teste seruo, qui communi opinione liber reputabatur. Aliàs autem in dubio semper præsumitur esse in potestate patris. firmat Iason in l. si emancipati: vbi est text. singu. & etiam ibidem ponunt Fulgo. & Alexand. de Imol. C. de colla. facit l. si filius. ff. de proba. Et est ratio quòd quis præsumatur esse in potestate patris, & non emancipatus: quia emancipatio est facti: & facta non præsumuntur, nisi probantur. l. in libello. §. facta. ff. de cap. faciunt tradita per Bartol. in l. fina. ff. de acqui. hære. Istam tamen generalem regulam limita in casibus prenotatis. Vltra quos limita notabiliter illam regulam quòd filius presumitur esse in potestate patris. istud enim limita, nisi filius esset in quasi possessione essentiæ sui iuris: nam tũc transfert onus probandi in aduersarium, glos. l. Titia. in glo. fin. solu. matrim. ff Bartol. in l. is potest, in 5. columm. de acqui. hæred. ff. vt quia filius seorsum habitauit à patre per decennium secundum Bald. in l. post mortem, de adop. & pro hoc bene videtur quadrare textus in l.1. C. de pa. pot. ibi in tex. cum diu passus sis, vt patris sa. rem eius agi, &c. Quæro, an si pater ingrediatur monasterium, filij efficiantur sui iuris, ita vt possint facere testamentum, & reliqua, quæ sunt existentiam sui iuris tangentia? Dicunt Doct. in l. patre furioso. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, quòd sic. Et etiã per ingressum monasterij filius à patria potestate liberetur, glos. in l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de mino. Bald. in Authen. ingressi. C. de sacros. eccl. & Docto. in d.l. patre furioso. & Panor. in ca. in præsentia. in 18. col. de probatio.

Filius in dubio præsumitur esse in potestate patris.

ext. Imò monachatio eſt potens liberare filium à poteſtate diaboli.gl.ſingu.in Authen. conſtit.quæ de digni.in verbo.occaſione.per tex.in Authen.de monach.in princ. Sed per ſacerdotium, vel clericatum nõ liberatur filius à pa.pot.ſunt enim filij quo ad temporalia: & ſi ſacerdotes, vel clerici ſint in patria poteſtate.ita Inno.& Docto.in c.indecorum, ext.de æta.& qual.facit Authen.presbyteros. C.de epi.& cleri.& l.ſacroſanctæ.& ibi Bald. C.eod.vbi habetur, quòd clerici dicuntur habere peculium. Ergo ſequitur quòd non ſunt ſui iuris, vt l.fina.C.de inof.teſta.& per ſcriben.in c.qui nos, de teſta.pulchrè per Docto. etiam in d.l.patre furioſo. Nunc intro declarationem noſtri text. nam hic dicitur, quòd filij vxorati tenentur pro emancipatis, id intellige eatenus, quatenus patria poteſtas eſſet contra filios, ſed eatenus quatenus pa.po.eſſet pro filiis, tunc dicerem filios non haberi pro emãcipatis. Probo per ea quæ ponit Bart. in l.item in poteſtate, de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.ff.& ſequitur Bald.in l.apud hoſtes, in fi.C.de ſuis & leg.& Io.Fab.Ioan.de Platea & Angel.Aretin.Inſtitu.quibus modis pa.po. ſolu.in prin.& Iaſo.d.l.patre furioſo. Vbi dicunt, quòd quando dicitur, quòd epiſcopalis dignitas ſoluit ius patriæ po.id eſt verum, vbi patria poteſtas non eſſet contra filios vbi ergo dicitur, quòd monachus non eſt in poteſtate patris, ſed abbatis: verum eſt, vbi non eſſet fauor monacho eſſe in poteſtate: quia vbi eſſet fauor: tunc dicitur eſſe in poteſtate, & retinet iura ſuitatis. Alexand.de Imol.in addi. in l.ſub cõditione.ff.de liber.& poſthu. Hinc dicunt, quòd ſi ſtatuto, vel conſuetudine caueatur, quòd ſi quis decedat non relicto filio in poteſtate, quòd Princeps ei ſuccedat, excluſis agnatis. pone quòd quis deceſſerit relicto filio ſuo epiſcopo, certè licet ſit epiſcopus à poteſtate patris liberatus, non ſuccedit princeps: quia patria poteſtas conſideratur, ne vergat in detrimentum filij illius, qui à lege eſt emancipatus. Hinc infero in practica, quod licet filius vxoratus teneatur vt emãcipatus: ſi tamen actus, de quo fortè filius ipſe impetitur, vel inquietatur, ſit in eius detrimentum: tunc non cõſiderabitur emancipatio, ſed patria poteſtas: ideo poteris impugnare actum illum pro filio. An autem pater poſsit filium emancipare, ad vnum actum duntaxat, dixi in tit. *De ventes & rachaptz.* arti.decimoquinto. Vbi videas, & Barto.in l.1.§.bonorum, ad Trebel.ff. Et an filius poſsit cogere patrem, vt eum emancipet? Dic vt in Authen.ſi lenones. C.de epiſco.audien.& l.lenones.de ſpectaculis.libr.11.C. Et ſic iudicaui pro filia cuiuſdam ſcelerati, qui ei peccãdi neceſsitatem impoſuerat. Sed eſt pulchrum dubium. An propter ingratitudinem filius poſsit cogi, vt emancipetur: & tanquam membrum aridũ abiiciatur de poteſtate patris. De quo dic, vt per Salicet.in l.nec auus.C.de emancip.lib. & Cy.in l.adoptiuo.C.de adopt.vbi concludunt, quòd ſic: & an filius propter ingratitudinem poſsit reuocari in poteſtatem patris, dixi in decimoquinto articul. *De ventes & rachaptz.* & tenui quòd ſic.de his autem emancipationibus ſi vltra videre cupis, recurre ad Doct.in §.præterea quoque emancipatione, quibus modis ius pa.po.ſol.& per Doct.in d. l.patre furioſo.& in titu.de emancipa.libe. & l.emãcipatione.C.de fid.inſtrument. Sufficit mihi pro nũc allegaſſe tibi illa loca: quia longa eſt materia: quia vt dicit Iaſon in l.frater à fratre, de condi.inde.ff. Francigenæ parum curant de patria poteſtate.

¶ Et nota quòd pater poteſt ad vnum tãtummodo actum filium ſuum emancipare. Bartolus in l.1.§.in filij ad Trebel.ff.Iaſ.in l.cum quid mutuum dederimus.in 2.colum.de iureiurando.ff. *Pater ad vnum duntaxat actũ filiũ emancipat.*

TITVLVS XXXIIII.

Vt ablocatio impoſitione, vel aſſignandi more fieri debeat.

Chapitre XXXIIII. comment lon doibt bailler rente par aßiette.

PREMIER ARTICLE.

Selon la couſtume aſſiette ſe doibt faire, la tierce partie en dommaines, lautre tiers en rentes de deniers, & lautre tiers en rentes de blez. C'eſt aſſauoir tiers forment, tiers ſeigle, & orge, & auoine, par moytie pour lautre tiers.

¶ Aduerte, quia textus noſter eſt parumper ambiguus. Et ideo intellige, quòd iſtud triticum diuidendum eſt in ſpecies tres ſcilicet. Primò in frumento. Secundò in ſiligine & ordeo. Tertiò in auena. Intellige etiam ſecundum valores & appreciationes, non ſecundũ æqualitatem numerorum. Verbi gratia. Debes mihi triginta libras redditus ſecundũm conſuetudinem aſsignandi: dabis mihi decẽ libras in argento, vel decem libras in dominio qđ appreciatur, vt patet in articulo ſubſequente: & decem libras ſeu valorem illarũ in blado & tritico, videlicet pro tertia parte dictarum decem librarum in frumento, pro ſecunda in ſiligine & ordeo: & pro tertia in auena: & ſic fiet ſi bene conſideres, quòd ego habebo maiorem quantitatem auenæ, quàm frumenti, vel ſiliginis: cum ſextarij auenæ precium ſit dũtaxat trium ſolidorum, ac nouem nummorum: & precium ſextarij frumenti

menti sit decem solid. ergo non erit equalitas numerorum ad valorem. Sed nunquid hos redditus petere teneatur? an sufficiat sola dies, vt interpellet pro homine, iuxta l. magnam, cum sua materia. Cod. de contrahen. & committend. stipula. & l. secunda. C. de iur. emphi. cum similibus. Et videtur, quòd sufficiat sola dies quæ pro homine interpellet, vt dic. ll. & c. potuit. de loc. cum ibi not. & in c. licet cano. de elect. in 6. Imò videtur interpellatio diei esse efficacior interpellatione hominis, quod patet: quia dies constituit debitoré in mora, etiam si sit ignorans. l. ad diem. de verbor. obliga. ff. Secus in interpellatione hominis, vbi ad hoc, vt ipsa hominis interpellatio constituat in mora, requiritur, quòd debitor sciat se debere. l. quod te mihi dare oportet. si cer. pe. ff. Barto. in l. si ex legati causa. de verbo. oblig. ff. Bart. in l. vinum. si cer. pet. in penul. colum. Stabit ergo conclusio, quòd vbi est dies certa & inuariabilis, quòd illa cõstituit debitorem in mora sine alia interpellatione: & sic efficacior est interpellatio diei interpellatione hominis, cum illa etiam ignorantem debitorem constituat in mora. quod tene menti. Plus dico, quòd interpellatio diei est tantæ virtutis & tanti effectus, quòd ipsa constituit debitorem in mora, etiam vbi illa dies non est omnino certa & inuariabilis: sed vbi est variabilis ad nutum creditoris, dummodo sit aliqua certificatio primi termini. Exemplum. Promisisti mihi soluere centum ad Pascha, & abundè in antea ad meam requisitionem. Certè dies Paschæ interpellat, & constituit in mora teipsum. ita Bart. Ange. & Imol. in l. cum stipulatus sum mihi. de verb. obliga. ff. Bart. & Angel. in d. l. magnam. C. de contrahen. & committen. stipu. Hinc dicit Bald. in c. mandatum. de rescrip. in anti. in fi. lecturæ, quòd papa mandet capitulo, vt recipiat in canonicum talem infra mensem: & postea quandocunque, quòd elapso mense non requiritur vlterior alia monitio: quia illa additio, & postea quandocunque, non facit dilationem per dictam l cum stipulatus. Item adhuc dico, quòd ista interpellatio diei est tãtæ authoritatis & roboris, quòd illa constituit debitorem in mora ad vnguem, sine alio spatio arbitrio iudicis limitando. Quod non ita facit interpellatio hominis: nam illa non constituit debitorem ad vnguem: sed cum spatio arbitrio iudicis limitando, ita Doctor. in dict. leg. magnam. & Ias. in dict. leg. si ex legati causa. Et est ratio: quia cum est certa & inuariabilis: tunc debitor potuit & debuit se prouidere ante diei euentum. ideo nimirum si ipsa debitoré constituat ad vnguem in mora. Sed in interpellatione hominis non sic est: eo quòd debitor non tam cito potuit esse paratus, cum ignorabat, quo tempore creditor volebat debitum repetere: non mirum igitur, si isto casu interpellatio hominis nõ constituat debitoré ad vnguem tunc in mora, sed demum elapso termino à iudice moderádo, Ideo soleo clamare contra versatos & querulosos, qui incontinenti post summationé faciunt adiornari suos debitores. debent enim adhuc aliquãtisper expectare, cum debitores non potuerint eorum tam subitas summationes diuinare. Quod autem dixi interpellationem diei fore fortiorem & efficaciorem interpellatione hominis: id fallit in casu singulari. l. 1. §. licet. de pericu. & commo. rei vend. ff. vbi dies apposita non interpellat pro homine: sed requiritur noua hominis interpellatio. Sed illud est propter magnum præiudicium, vt venditor possit tunc vinum venditum effundere pręterita die, cum noua interpellatione: vt per Bal. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. de acqui. hęr. ff. Ad id autem quòd etiã dixi, diem interpellare pro homine, & constituere debitorem in mora: id intelligo cum creditor & debitor sunt eiusdem fori. Nam tũc secus esset, si essent diuersi fori. Gloss. & scriben. in l. item illa. de consti. pe. & ibi Bar. Aduerte tamen secundum Pau. de Castro in consil. 178. quod incipi. videtur quòd dictus Ioannes Paulus, quòd in actu expediendo per iudicem dies non interpellat pro homine circa præparatoria iudicij. Ecce exemplum. Ego promisi iudici præsentare aliquem infra octo dies. certè elapsis ipsis octo diebus non ero in mora, quanuis non præsentauerim: nisi fuero interpellatus per iudicem, aut per partem. Sequitur Felinus in ca. si autem. de rescript. & Ias. in dict. leg. si ex legati causa. de verbor. obligat. Sed an sufficiat interpellatio extraiudicialis, vbi non est dies certa & inuariabilis? Respondeo breuiter, quòd sic, in his, quæ debentur iure actionis. Bartol. & Doctor. in d. l. si ex legati causa. & per gloss. & Doctores in l. vnum. si cert. peta. ff. & in l. denunciasse, ad legem Iuliam. de adul. Facit tex. in l. prima. §. nunciatio. de ope. no. nuncia. ff. Sed an sufficiat istam summationem fieri per verba incitatoria, seu incitatiua, an per verba enũciatiua: vt ecce ego mutuaui cuidam nobili & potenti mille aureos. promisit soluere totiens quotiens, &c. ego nunc indigeo, & accedo ad eum, & sibi dico extra iudicium. Domine scio te habere discretionem de pecunia, quam mihi debes: & non audeo aliter petere propter reuerentiam illius, an tunc ille per hæc verba enunciatiua constituatur in mora? certè dicite quòd sic: ita Bar. in dict. l. si quis mihi bona. §. sed quid se mandauit. de acqui. hæred. ff. & Bald. in repetitione l. quod te mihi dare oportet. si cer. pe. ff. in 8. colum. Angel. & Florian. in l. mora. ff. de vsuris, licet Cy. in l. minorũ. in 7. quæst. in quib. caus. in integr. resti. non est necessaria. C. tenuerit oppositum. Sed Bart. in l. non solum. §. morte, de no. ope. nuncia. ff. dicit talem interpellationem debitori fiendam debere esse solutionis incitatoriam, nec sufficere, si illa esset enunciatiua. Sed pręcedens opinio videtur admirabilior, vbi creditor ob debitoris reuerentiam non audet eum ita præcisè inter-

Sufficit interpellatio per verba enunciatiua propter reuerentiã personæ creditoris.

De interpellatione excitatoria

interpellare. esset hercle rigorosum, quod mercator, qui vendidit vestes magno baroni pro suis nuptiis: fortè teneretur eum interpellare de solutione per talia verba incitatoria: vt soluatis mihi, &c. vel interpello vos, vt mihi soluatis talem summã, &c. Sed sufficit, quando blandè & tracto pileo. Domine domine dicatis si placet, an bene vos habuistis de pãnis, quos tali tempore vobis vendidi: scio, & cõfido de vobis, quòd habetis discretionem de pecunia, quam mihi soluere respondistis, &c. Nam per talia verba enunciatiua satis deprehenditur interpellatio, & ista sufficere videntur: quia propter personæ reuerentiam, arg. l. 1. §. quæ honorandæ: quarum rerum acti. non datur. ff. Et aduerte insuper, quòd si tu mihi debes decẽ annui redditus in festo Paschæ, & tu non soluas mihi illa in termino illo, & ego paulò post te interpellem, vt mihi soluas: certè per istam secundam interpellationem purgatur mora præcedens. & per talem secundam interpellationem hominis videtur esse recessum à mora & interpellatione diei, ita pulchrè Bartol. in l. Æmilius, de minoribus. ff. quòd videtur esse cõtra tex. l. traiecticiæ, de actioni. & obliga. ff. Tandem nota, quòd si tu vis interpellare minorem, tu debes adire tutorem, & eum facere certum per offensionem instrumẽti patris minoris, aliàs non constitueretur in mora. Bart. in d. l. non solum. §. morte. de ope. no. nuncia. in d. l. si ex legati causa, de verbor. obligat. & in l. si quis inficiatus, depositi. ff. Et sic ex his habes succinctè de interpellationibus redditnũ, vel aliorum debitorum, & quando interpellatione sit opus, an non.

Interpellatio nominis quido peretur.

II. ARTICLE.

En demaines & heritaiges, n'a aucune appreciatiõ arrestee, par ce quil peuuent plus ou moins valoir selon lassiette desdictz heritaiges, & sen fera appreciation par gens en ce expers & congnoissans. Et ne seront tenuz les vendans, ou constituans lesdictes rentes faire ladicte assiette, sinon que adce ilz soient expressement obligez.

III. ARTICLE.

Vng septier forment mesure de Tours, est apprecie dix soubz de rẽte.

IIII. ARTICLE.

Vng septier orge, mesure dudict Tours, est apprecie cinq soubz. Et le septier dauoyne. 3. soubz. 9. deniers.

V. ARTICLE.

Vng septier seigne, mesure dudict Tours, est apprecie sept soubz six deniers tournois de rente.

VI. ARTICLE.

Et pource que les mesures dudict pays de Touraine different, sera faicte lappreciation alequipolent de ladicte mesure de Tours.

VII. ARTICLE.

Ouye de rente est appreciee. 5. den.

¶ Quam ocham debitor tenetur soluere viuam, sicut de illo qui debet quotannis vnum par caponum, qui tenetur soluere & reddere illos viuos: alioquin non liberaretur nec excusaretur, ita Bar. in l. 1. §. plane, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. ff. alle. l. qui hominem, de solu. ff.

VIII. ARTICLE.

Vng chappon est apprecie douze deniers: geline, huyt deniers: poussin, quatre deniers.

¶ Et tenetur debitor tales capones vel pullos reddere & soluere viuos, ac mediocriter bonos.

IX. ARTICLE.

Toutes choses qui sont baillees a ferme, soient dismes, moulins, ou autres choses, doibuent estre estimees a la valeur de la rente, le moyen de ce que pour troys annees, ou pour troys fermes elles auront este, & seront baillees.

¶ Vtputa habeo decimam, quam pro me liberando à certo redditu volo dare creditori meo. certe æstimabitur illa decima hoc pacto, quia si nomine firmæ habuerim in primo anno centum libras, in anno verò sequenti sexaginta solum, & in tertio anno quinquaginta duntaxat, illa tunc æstimabitur & appreciabitur sexaginta: quia ista summa & iste annus tenent medium & vtilitatis & temporis. Sufficeret tamen in casu nostræ consuetudinis, quòd teneret medium vtilitatis: licet nõ teneret medium temporis, vt si pro primo anno habuerim titulo firmæ centum: pro secundo solum quinquaginta: & pro tertio sexaginta, tunc considerabitur & appreciabitur ad illa sexaginta etiam. Sed quid intendit dicere textus, cum loquitur de decima appreciãda: cum laici tales decimas possidere in conscientia nõ possunt? Istæ quippe decimæ spiritualia iura sunt, quæ in laicos cadere nõ possunt. c. causam, de prescript. & c. prohibemus, & melius in c. quanuis sit graue, extra. de deci. Ad hoc ergo dicamus cum Lanfranc. de Oria. in repe. cle. dispendiosam, de iudi. in 2. col. vbi copiosè scribit. licet plures Doct in hac materia scripserint. Facit ergo dominus Lanfranc. has notabiles & practicabiles conclusiones.

Decimam non cadit in laicum.

¶ Prima

¶ Prima conclusio, laici sine peccato possunt detinere decimas in feudum, quas habuerũt ipsi, vel sui antecessores ante Lateranense consilium. hæc etiam conclusio Doctorum probatur per DD. in c. cum apostolica, de his quę fiunt à præla. sine consen. capi.

¶ Secunda conclusio, laici non possunt habere decimas in feudum quæ sint sibi datæ post Lateranense consilium: imò detinentes eas, peccant mortaliter. ca. prohibemus, cum ibi no. de deci. in anti.

¶ Tertia conclusio, vbi contentio inter rectorem ecclesiæ ex vna parte allegantem laicum non posse tenere decimas in feudum, quia habuit laicus citra consilium Lateranense. Et contradicat laicus, quòd sui antecessores habuerunt in feudum ante Lateranense consilium: Onus probandi incumbit laico, secundum Hosti. & Io. And. in d. c. cum apostolica, & secundum eundem Lanfranc.

¶ Quarta cõclusio, si laicus quæstione existente, vt in præcedenti conclusione probet se & suos antecessores tanto tẽpore fuisse in quasi possessione decimarum, cuius initij memoria non existat in contrarium: fundata est intentio laici, & transfertur onus probandi in ecclesiam, quòd illud feudum fuit post Lateranense consilium. hæc est notabilis doctrina Anto. de Butr. in d. ca. cum apostolica, pro qua dicit Lanfranc. quòd quando ius est probatum tanti temporis, cuius initij memoria non existat in contrarium, habet tunc vim priuilegij, & loco priuilegij habetur l. hoc iure. §. ductus aquæ, de aqua quotid. & æsti. ff. & de ista conclusione quasi omnes laici gloriantur.

Tempus de quo nõ existat memoria in contrarium loco tituli & priuilegij habetur.

¶ Quinta conclusio, à sententia lata super decimis affirmatiuè, puta, quia laicus est condemnatus ad soluendum decimas, appellari non potest, Doctor. in d. clemen. dispendiosam, quod est valde notabile: sed à sententia lata super decimis negatiuè bene rector parrochialis appellari potest. vides ergo quanto modo sint ipsæ decimæ in iure priuilegiatæ, adeò quòd per excommunicationem compelluntur homines ad soluendas decimas de molendinis, tam in aquis, quàm ad ventum. c. peruenit, & c. ex transmissa, de deci. in Authentic. Item de fœno, lana, piscaria, apibus, de hortis & nutrimentis animalium, vt cap. nuncios, & ca. ex parte, eodem titul. Et generaliter de omni fructu prædij, & de omnibus quæ fidelis homo licitè potest acquirere, decimas erogare tenetur. c. ex transmissa. eo. tit. imò solui debet decima de meretricio, quia & de illo etiam eleemosyna fieri potest, iuxta illud, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. gloss. & scrib. in d. c. ex transmissa. Et debent solui prædiales decimæ illi ecclesiæ, in cuius parrochia prædium situm est c. quoniam à nobis. cum simil. de deci. Sed decima personalis debetur ecclesiæ, vbi quis percipit sacramenta. d. c. apostolicæ. eod. titu. & insuper considera quòd decimæ ex debito requiruntur, quod est verbum grande, vt in c. parrochianos, de deci. Et non possunt transferri de laico in laicum. c. prohibemus. eod. titu. & ipsæ solui debent non deductis expensis. c. nõ est in potestate hominum. eod. tit. imò & debent portari in grano triturato, etiam vsque ad domum sacerdotis. Doct. in l. stipula. ista. §. interi. certam, de verb. obliga. ¶ Et aduerte quòd si laicus teneat decimas infeudatas, etiam legitimè in aliqua parrochia, si in illa aliqua noualia surgant, tamen non illa accrescent laicis. c. tua nobis. & gloss. & scriben. in d. c. quanuis sit graue. Et in c. ad decimas, de restit. spol. in 6. ¶ Sed supradicta imprime menti pro ecclesia, quia decimæ sunt cibus in domo Domini, 16. quæstio. 1. reuertimini, & quæstio. 7. Et quare fuerunt datæ in feudum olim laicis, vide gloss. singul. & scribentes in d. c. quanuis sit. dicẽtes quòd hoc ideo actum existit, vt defenderent ecclesias ab hæreticis, & aliis oppressorib. Et Gaguinus mirifice de hoc locutus est in Chronicis, vbi videas verbum tremendum & stupendũ quod ipse scribit, & hæc de decimis.

De molendinis aquariis, & ad ventum. De fœno lana, piscaria, venatione, hortis, apibus, & de fructu.

X. ARTICLE.

Menuz cens en deniers sont prisez le double daultres rentes.

¶ De isto censu no. in argumen. 2. suprà, eod. titul. *De prescription en coustume.* & vide per canonistas in ca. ad audientiam apostolatus, extra. de præscript. & in l. competit, de pręscrip. 30. vel 40. anno. Cod. & item in c. constitutus, de religio. do. & ibi retuli quandam nouam opinionem Felin. tenentis in d. cap. ad audientiam, in 7. colum. quòd census sit imprescriptibilis. Sed mihi plus placet opinio Panorm. in dict. ca. ad audientiam, in fin. dicentis censum posse præscribi, nisi præstetur in signum supremæ potestatis, vel vniuersalis dominij, vt etiam per Cyn. in l. competit, de præscript. 30. vel 40. anno. imò dicit Panor. quòd sicut subiectio alterius quàm supremi principis præscribi potest: ita etiã census, quanuis pręstaretur in signum subiectionis. nam sicut præscribi potest subiectio: ita & signum subiectionis, ne fortius sit signum quàm signatum. Accedant no. in cap. cum venerabilis. & ca. olim, de censibus. Et vasallus potest præscribere directum dominium contra dominum triginta annis non seruiendo domino, vbi vasallus tenetur dare certas pręstationes, vbi fuit in bona fide constitutus, secundum ipsum Panorm. in cap. ad audientiam. Secus autem vbi feudum esset honorificum quòd tunc nihil domino imputare potest, quare non exegerit. Et dico censum præscriptibilem bona fide accedente, per d. cap. ad audientiam, & d. cap. constitutus, de religio. domib. extra.

Census an præscribi possit.

Signũ non debet esse fortius quàm signatum.

XI. ARTICLE.

Foy & hommaige lige dix solz.

¶ Sed

¶ Sed quare homagium ligium plus simplici homagio æstimatur? Respondeo nõ sine causa. nam in ligio sunt maiores fidei expressiones, & multæ solennitates: & dicitur ligium à ligamine, quia in ista fidelitate homo est magis ligatus domino, quàm in simplici feudo, quia tunc in feudo ligio iurat vasallus domino, nullo alio excepto præter imperatorẽ. & quare fidelitas ligia plusquam simplex æstimetur, dixi pulchrè post Ias. in artic. primo. *Comment hommaige se doibt offrir à son seigneur.* versi. nunc quia apud Francos, vbi cõmemoraui quatuor singulares ligij feudi effectus, per quos plus æstimatur quàm feudum simplex. & alium effectum posui eodem versic. aliam differentiam afferunt Practici, & ibi videas, quia ibi glossaui hunc articulum.

XII. ARTICLE.

Foy & hommaige simple. 5. solz.

¶ Quid sit homagium simplex & ligium, dixi supra titu. *Comment hommaige se doibt offrir à son seigneur.* artic. primo.

TITVLVS XXXV.

De mulctis.

Amendes.

PREMIER ARTICLE.

HOmme ou femme roturieres, venant contre son obligation, paye damende soixante solz.

¶ Dicitur ergo in text. quòd homo veniens contra obligationem suam soluit emendam, 60. solidorum, intelligo autem cum venit contra simplicem suam obligationem. vt dũtaxat tam parua pœna consuetudo nostra sit contenta. vtputa, cum quis simpliciter verbo vel chirographo aliquid promittit. at vbi ista obligatio esset iurata, & promittens contra eam veniret, tunc credo talem contrauenientem incursurum pœnas legis, si quis maior. Cod. de transact. vbi dicitur quòd maior veniens contra transactionem iuratam, infamis efficitur, pœnam soluit: data restituit, & ab actione cadit, & ista applicantur parti transactionem obseruanti: & pœnæ illius l. si quis maior. non solum sibi locũ vendicant in transactione iurata, imò etiam in quocunque contractu iurato, contra quem venitur: si tamen ille contractus non fuerit metu celebratus vel simulatus. Nam tunc iuramentum non traheret secum istas pœnas in contractu simulato. ista est decisio Doctor. in dict. leg. si quis maior. Et per istam decisionem refert in specie Mathesil. in nota. & ad practicam quòd si vendidi tibi fundum pro centum, & obligaui me tibi de euictione, ad duplum soluisti mihi quinquaginta: residuum soluere iurasti in aliquo termino certo: si non soluis, potes cogi, & propter periurium perdis precium, & ego liberor ab euictione. Istam decisionem in practica sequitur etiam Iason in dict. leg. si quis maior. colum. 3. An autem mulier veniens contra contractum iuratum, in quo ipsa aliquid promisit in futurum, sit infamis? Vera scriben. opinio. in d. l. si quis maior est, quòd sic: licet lex illa vtatur verbo masculinæ significationis, cum dicit, Si quis maior, & hoc ideo quia in odiosis etiam, vbi odium est rationabile, lex loquens per dictionem, si quis, comprehẽdit fœminam, do. in l. si quis id quod iurisdictio nis, de iur. om. iud. ff. glo. & scribent. in c. generali. de elect. in sexto. & in clementina prima de sepultu. Bart. in l. prima, de verborum significatione. ff. & etiam quia illa l. certat de obseruantia iuramenti: & sic de fauore animæ. ergo est extendenda, vt per scriben. in Authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. Pe. de Ancha. & Imo. in cap. quanuis, de pact. in sexto. Sed pulchrum dubium est, an illius l. si quis maior, dispositio habeat locũ in vniuersitate, vel communitate: & quia ista soluit Iason ipso veniente Paduam ex ciuitate Causalen. & istam quæstionem late examinauit, ideo per eum videas.

Veniens cõtra quemcunq; contractũ spontaneũ iuratum, infamis est.

In odiosis etiam vbi odiũ est rationabile, masculinũ concipit fœmininum.

Venant contre son obligation.

¶ Quæro generaliter, quis intelligatur venire contra suam obligationem ad hoc, vt istam pœnam 60. solidorum soluere compellatur? Respondeo, cum soluere recusat, aut aliquid molitur, per quod pars molestetur. nam si impetraret rescriptum à principe, vt sibi liceret contra obligationem venire: tunc non incideret in istam pœnam, vt not. Doctor. in d. l. si quis maior. Nunc autem quia locuti sumus de materia illius legis: si quis maior, in qua patet periurum esse infamem, vt etiã per cano. in c. testationũ, de testi. igitur quæro qualiter quis de periurio puniatur. nã plures in practica vidi errantes propter l. 2. C. de rebus cre. quæ dicit periurum solum Deum habere vltorem, & propter l. ambiguitates, in fin. C. de indic. viduita. & lege. Iul. miscella tollenda, vbi text. videtur punire periuria. Et quia in hac materia Bald. Cyn. & Salic. abundè loquuti sunt in d. l. secunda. C. de rebus credi. & Angel. de Arc. in §. Item si quis, de acti. Institu. vbi ipse ponit octo pœnas quæ peiurantibus imponuntur. Tamen dicẽdum est cum Iaso. in d. §. obmissa tam longa filateria, hoc pacto. Aliquando quis iurat, vel peiurat per sacramenta prohibita & scelerata, aut per viscera Christi: & istud propriè appellatur blasphemia, & talis si faciat ex consuetudine, debet vltimo puniri supplicio, quia decapitari debet, vt in Authentic vt non luxur. homines contra naturam, colla. 6. Et aduerte, quòd idem est, maledicere Deum, & eũ blasphemare, seu de eo verba pudibunda proferre, vt refert Bal. in le. vnica. C. si quis Impe. maledix.

Qualiter dicatur quis venire contra contractum.

Pœna blasphematorũ ex consuetudine.

Vbi autem quis non blasphemaret ex cõsuetudine, non esset ita acriter puniendus, secun. Cyn Bald. & Salic. in d. l. 2. C. de rebus credi. sed ad cathenam deberet ligari secũdum eos. hodie vero sanctiones regię in hoc prouident aduersus blasphemantes, vt patet in ordinationibus Caroli Octaui regis quas glossaui, dum adhuc tondenti barba caderet. Aliquando quis iurat & peiurat sine blasphemia, & tunc aut calore iracundiæ: & tunc Deum habet vltorem. l. quod calore. de regul. iu. ff. l. secunda cum ibi no. C. de reb. cre. Aliquando quis iurat deliberatè, & peiurat, & tunc aut tale periurium non respicit interesse vel damnum alterius, & adhuc solum Deum habet vltorem, puta si aliquis iuraret non comedere carnes, vt etiam no. scriben. in l. Lucius, de his qui not. infa. ff. Aut tale periurium respicit damnum & interesse alterius, & tunc aut de præterito, vel de præsenti, & tunc punitur crimine stellionatus, vt l. fin. de crimine stellio. Aut est iuramentum de futuro ad aliquid faciendum, & tunc periurus punitur secundum dispositionem illius l. si quis maior. Et si dubitetis quæ sit pœna stellionatus, dicatis quòd illa est extraordinaria. vt l. 3. de crimine stelli. ff. & Salicet. in conti. Rubri. C. eod. titu. & vnde dicatur stellionatus, ibidem vide, & ipse exemplificat de scorpione, vt pulchrè per eum ibidem. Sed quomodo puniuntur falsi testes? Dicite quòd aut in causa publici & capitalis iudicij, & puniendus est similitudine supplicij. l. 1. ad legem Corne. de fica. Bald. & Salicet. in d. l. 2. de reb. cre. C. & dicit Iaso. in dict. §. Item si quis post Bald. per eum relatum, quòd falsus testis debet puniri simili pœna, quam subiret reus de crimine intentato: vtputa capitis, vel furcarum, si reus de tanto crimine erat accusatus. & falsus testis in causa homicidij punitur de homicidio. Bald. in capit. 1. §. iniurium, si. de pace iuramen. firmata. Aut verò testis fuit periurus in aliis causis, & tunc punitur lege Corne. de falsis, vt per Bald. & Salicet. in d. l. 2. C. de reb. cre. cuius pœna est, deportatio, & omnium bonorum publicatio. & de istis vide etiam per cano. in c. 1. de crimine fal. in c. querelam, de iureiurando. & in d. c. testimonium, de testi. in anti. Et aduerte quòd vbicunque dictum fuit in præcedentibus, quem puniri de periurio, in eisdem casibus quis incurrit infamiam gloss. & Doctor. in d. l. Lucius, de his qui no. infa. ff. & ex hoc sequitur, quòd repellendus est à dignitate & testimonio. l. quotiens. Cod. de dig. lib. 12. l. 2. §. miles, de his qui no. infa. ff. & Angel. in d. §. Item si quis. & quòd infamis infamia iuris à testimonio repellatur, firmant Doct. in l. cunctos populos, in fin. C. de sum. tri. & fi. catho. Sed vbi, aliquis iurasset non iurare si produceretur in testem, posset tamen compelli per iudicem iurare, quia in omni iuramento videtur esse excepta authoritas superioris. Ioan. And. in c. plerique, de offi. ord. Ludo. Roma. in repe. Rubricæ. ff. de arbi. Iaso. in his terminis in d. §. Item si quis. & allegat. glo. in c. constitutus, extra, de rescrip. & ca. venientes, de iureiuran. Adhuc aduertite, quòd si aliquis iurauit nõ fideiubere ꝓ aliquo, & proximus eius est in magno periculo constitutus, nisi pro eo fideiubeat, quòd non obstante iuramento, tenetur & debet pro eo fideiubere. Ioan. Andr. in addit. Specul. titul. de iureiurando, in Rubric. An autem iuramentum habeat executionem paratam, videte per Iaso. in d. §. Item si quis & per Bartol. & Iaso. in l. 2. ff. de iureiurando. & Paul. de Castr. in l. nam & postea. §. fin. eod. tit. ff. Et aduertite quòd iuramentum habet plures effectus. Primò, habet vim litis contestationis. Bart. in d. l. nam & postea de iureiurando. ff. Secundò habet vim perpetuationis actionis & interruptionis præscriptionis, vt ipse ibidem declarat. Tertiò habet vim peremptionis obligationis naturalis. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis, de solu. ff. Bartol. in l. 2. de iureiu. ff. Quartò habet vim nouationis & delegationis. Bart. in l. qui iurasse. ff. eod. tit. Quintò habet vim solutionis. l. duobus. § à fideiussore, de iureiu. ff. Sextò habet vim acceptilationis. l. iusiuran. à debitore. eod. tit. Septimò habet vim repræsentationis maioris ætatis Authent. sacramenta puberum, cum sua materia. C. si aduer. ven. Octauò iuramentum habet vim præcisæ obligationis, gl. & in l. si pecuniam. de condi. ob causam. ff. & Lud. Ro. in repe. Ru. de arbi. 39. colũ. Adeò quòd licet in obligationibus facti succedat obligatio ad interesse, & quis non cogatur præcisè ad factum: istud tamen fallit ratione iuramenti præstiti. Nonò habet vim sublationis pœnitentiæ. Anto. de Butr. in c. 1. de iudiciis. nam per iuramentum de respondendo coram iudice non suo, non habet locũ pœnitentia, etiam antequam iudex adeatur, & sic non vendicat sibi locum. l. si cõuenerit, de iur. om. iu. ff. Decimò iuramẽtum importat clausulã, vt actus valeat omni modo quo potest. l. cum pater. §. filius matrem vbi Bart. de lega. 2. ff. Vndecimò habet vim illius clausulę, rato manente pacto, de qua in l. qui fideiussore, de transac. ff. & in l. cum proponas. C. eo. ita Bart. in l. si quis maio. C. eo. Duodecimò habet vim impeditiuam moræ purgationis. Bart. in d. l. si quis maior, & l. si insulam, de verbo. oblig. Tredecimò habet executionem paratam, ideo si in instrumento interponatur iuramentum, tunc tale instrumentum habebit executionem paratam. Bart. in d. l. 2. ff. de iureiuran.

Pœna periurij deliberate facti.

Quæ sit stellionatus pœna.

In causa capitali falsus testis similitudine supplicij punitur.

Periurus à testimonio & dignitate est repellendus.

Pulchra quæstio de isto qui iurauit testimonium nõ dicere.

In omni iuramento videtur esse excepta authoritas superioris.

Duodecim practicabiles iuramẽti effectus.

XII. ARTICLE.

Pour saysie brisee ya damende soixante solz.

¶ Hic vides, quòd non est violandum iudicis saysimentũ. fauetur enim semper iudicis authoritati. nam reuerentia quæ debetur magistratui, est de iure quasi naturali. Iaso. in l. venia.

Vu

nia.C.de in ius voc.Non est ergo mirandum, si ob infractionem sequestri imponatur multa,cum videatur tunc contempta iudicis authoritas.Et scitis quòd iudex habet multa remedia,tam cõtra contumacem quàm inobedientes,vt per Bar.in l.vnic. si quis ius dicen. non obtempera. & in l. magistratibus.de iuris. om. iu. ff. Imò iudex potest inobedientes vel contumaces, non solum mulctare, sed & bannum contra eos potest proponere Bartol. in l.illicitas.§.fi.de offi.pręsid.ff.nam & bannũ & multæ æquiparantur, not.in l. 3. de suspe.tut.& in l.1.§.ex hoc rescripto.de ven. inspiciendo.ff. Item propter contumaciam potest imponi testi pœna confiscationis bonorũ.istud firmat Bald.in c.2.extra,de testi.cog. quòd perpetuò notatu dignum est. Et sequitur Ias.in d.l.vnic.col.8.si quis ius dicen.non obtemper. est ergo obediendum iudicibus, nec sunt eorum præcepta infringenda, adeo quòd personæ ecclesiasticæ, quæ contraueniunt rescriptis papalibus,quando ipsa rescripta papalia continent ista verba. Si aliqui ausi fuerint contrauenire, nouerint indignationem apostolorum Petri & Pauli incursuros. Isto casu sanè tales personæ ecclesiasticæ debent priuari suis beneficiis ecclesiasticis. Bal. in c.1 quæ fuit prima causa beneficij amittendi, in vsibus feudorum, in 2. colũ. & pro hoc bene facit glo.in d. cap. cum exponit ista verba, indignationem domini non euitabit, exponit gloss. id est, feudo debet priuari, tene menti contra murmurantes aduersus apostolicas indulgentias prædictam clausulam continentes. Sed an requiratur citatio illius infringentis sequestrum iudicia, de quo loquitur consuetudo nostra? Et videtur quòd nõ. nam dicunt alibi Docto. quòd si iudex videt aliquem deferre arma, potest eum punire de delatione armorũ absque alia citatione. Bal. in l.ad officium. Cod. finium regundorum. Item facit quòd dicit Angel.in l.ædiles. de ædili.cur. ff. quod in leuibus delictis inuentus in flagranti crimine sine aliquo processu potest poni ad cathenam,& dicit Ias.in d.l.vnic. Si quis ius dicen. non ob. quòd de facto sic seruatur sæpe. Sed licet Barto.ibidem teneat, quòd citatio requiratur, attamen pro taxanda emẽda, postquam cognita est infractio delinquentis,non fit aliqua noua citatio. Sed quæro de. q. quæ quotidie versatur in practica. Scitis, quòd pro infractione authoritatis iudicis imponitur 60. solidorum emenda, vt hic videtis: ponamus quòd ille qui infregit saisimentum, est egenus, & multum pauper. Iudex misericordia motus vult diminuere hanc pœnam. Sed firmarius emendarum non vult illud pati. Quæritur, quid iuris? Dic breuiter, quòd iudex potest illam pœnam diminuere propter ipsius soluere debentis paupertatem. Bald.in l.certa ratione.C.quando prouoc non fit necesse. Bart.& Ang.in l. quid ergo.§.pœna grauior.de his qui nõ.in fa.ff.nam sicut pœna potest ex causa augeri; sic ex causa potest minui. & alibi dicit gloss. singularis in ca.nisi specialis. extra, de offic.legat. quòd iudex ratione amicitiæ potest remittere pœnam gratis. licet non possit per pecuniã. Sed quid de illo qui iudici non obediens aperuit aliquibus incarceratis regios carceres vt carcerati fugerent? Respondeo, quòd talis incidit in legem Iuliam maiestatis, secundũ Bar. in l.addictos. C. de epi.audi. Sed eius opinio non sic indistincte recipitur, nec sic rigidè tenetur,ideo vide quę scripsi infra tit. *De crimes.* art.4.attamen tene menti, quòd faciens fugere incarceratos, pro debito ciuili, tenetur satisfacere omnibus creditoribus. text. in l. quotiens. de exact. tribu. libr. 10. etiam si illi denuo reducerentur ad dictos carceres. ita singulariter Sali. in l.1. in bonæ fidei cõtractibus.1.col.de reb.cre. C.

Bona quæstio.

De diminutione emendarum.

III. ARTICLE.

Pour deuoirs non payez a iour, & pour choiste de querelle ou il ny a liẽ de obligation & de foy, y a d'amende de sept solz six deniers sur le roturier, & sur le noble ou deglise cinq solz.

¶ Quia consuetudo nostra est odiosa, ideo est supplenda sic,

Pour deuoir annuelz,&c.

¶ Nam si deueria non essent nisi ad certũ tempus,credo,quòd consuetudo est odiosa,quòd tunc non esset imponenda emenda. Idem vbi deueria essent incerta. Sed quæro, an debitor qui conuenitur pro deuerio non soluto, poterit aliquo modo moram purgare, an verò ipse in pœnam emendæ impurgabiliter inciderit? Videtur quòd moram possit purgare, nam vbi dies est terminus solutionis. Sed vbi pœna est à lege inducta,purgatio moræ est permissa, etiam si dies ab homine esset apposita. Ita firmat Salicet.in l.si pacto. C. de pact.in nona conclusione allegatur. cap. potuit. extra, de loca. & conduc. quod capitulum bene facere videtur ad hoc. Sed contrarium de consuetudine obseruatur, quia purgatio moræ vsque ad litis contestationem in casu nostræ præsentis consuetudinis non admittitur secundum quod fieret, seu fieri deberet de iur. no. in l.interdum.§.fin. de verbor.obliga.ff.& l.insulam.eodem titu. & per Cyn.in l.magnam.C.de contrahen.& comit. stipul. Et quia hæc materia purgationis moræ quotidie cadit in practica, colligite has cõclusiones.

¶ Prima conclusio, vbi per pactum purgationi moræ renunciatur, tunc purgare volens non à iudice auditur. l.sancimus.§ siquidem. C.de fideiusso.

¶ Secunda conclusio, vbi est iuratum de non contraueniendo, mora tunc non purgatur. vt l.si quis maior. C. de transf. Et hoc operatur iuramentũ, quia contraueniendo iurãs efficitur

De mora purgationis

citur infamis, c. querelam. extra, de iureiurã. & sic infamiæ pœna statim est executio facta, & per consequens non potest mora purgari, quia solus princeps est is qui famam restituit.

¶ Tertia conclusio, vbi pœna & debitũ principale possunt exigi, mora non potest purgari. l. traiectitiæ. §. de illo. de acti. & oblig. ff. gl. in l. cum stipulatus sum mihi. eod. tit.

¶ Quarta conclusio, vbi mora est iuris vel facultatis prius morosa competentis in alium translatiua, ibi non admittitur purgatio moræ, probatur in l. fi. C. communia de lega. vbi in actu electiuo iuris eligendi in alium translato non purgatur mora. Et confirmatur ratione. nam ex quo ius est in alium translatũ, non debet ipse illo priuari absque eius facto. l. id quod nostrum. de regul. iur. ff.

¶ Quinta conclusio, licitè ad purgandũ moram debitor repellitur, si ab eo particulare interesse cum re debita creditori non offeratur. Hæc conclusio probatur ex eo, quòd super æquitate fundatur purgatio moræ. l. si seruũ. §. sequitur. de verbor. obliga. ff. Sed æquum non est, vt sine refusione interesse admittatur purgatio moræ. Et simile fit in interesse iudiciali, vbi cõtumax nõ auditur, nisi refectis expensis. l. sancimus. C. de iudi. Idem ergo in interesse extraiudiciali. & sic firmat gl. in l. qui Romæ. de verbo. obliga. ff. & in l. item illa. de consti. pecu. in fi.

¶ Sexta conclusio, mora non purgatur quando pœna est adiecta ab homine, & similiter dies certus prõ termino solutionis oppositus. ita Doct. in d. l. magnam. C. de cõtrahen. & committenda stipul.

¶ Septima conclusio, vbi est terminus in die, sed vbi pœna à lege est inducta, purgatio moræ est permissa. l. si ita quis. §. Seia. de verbo. oblig. Sed hæc conclusio non hic seruatur de cõsuetudine, vt in textu nostro videre potest.

¶ Octaua conclusio, vbi est pœna, sed dies incertus solutioni appositus, tunc euentus diei non impedit purgationem morę. ista est conclusio Cy. in d. l. magnam. Et pone exemplũ in practica, promisisti facere & curare, quòd tertius cõsentiet cuidam contractui, cum ille tertius peruenerit ad ætatem legitimã, tunc: quia probabiliter poterit errari in isto tempore, tunc poterit mora purgari.

¶ Nona conclusio, vbi est pœna, sed non dies expressa: quantumcꝫ sit pœna, tamen admittitur purgatio moræ, etiam si dies à lege tacitè subintelligeretur. probatur in l. qui Romę. §. Flauius Hermes. de verb. oblig.

¶ Decima conclusio, vbi à purgando moram principalis excluditur fideiussor, tamen conuentus admittitur. l. fideiusso. de doli except. ff. & hoc ideo, quia fideiussor alieno laborat vitio: ideo facilius est sibi subueniendum.

¶ Vndecima conclusio, clausula, Rato manente pacto, alio non adiecto, non est purgationis moræ impeditiua seu exclusoria. Bartol. in l. insulam. de verb. oblig. ff. vbi videas.

IIII. ARTICLE.

Homme noble en la court de son seigneur dont il est homme de foy, ou de suzerain duquel il soyt estaigier pour saisine brisee deuemẽt signifiee, ou qui vient contre son obligation faict amende arbitraire.

Paye de amende, &c.

¶ Sed cur vltra seu grauius punitur nobilis quàm plebeius? hoc ideo est, quia in pecuniariis plus punitur nobilitas quàm plebeitas. Doct. in l. nemo. de summa trinita. C. in l. seruos. ad leg Iul. de vi pu. in l. presbyteri. de episco. & cleri. & in l. Pedius. de incẽ. rui. naufra. ff. cum similibus. Et est euidẽs ratio, quare plus puniãtur nobiles contra suas obligationes venientes, quia

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Gloss. & Doct. in ca. inter corporalia. de transla. epis.

V. ARTICLE.

Qui dechet de requeste de lettre fermee deuement faicte & applegee, paye damende dix solz, tant le demandeur que le defendeur. Et pour ladicte requeste de lettre, & executiõ dicelle, le sergent en la ville & faulxbourges naura que cinq solz, tãt pour luy que pour ses recordz. Et sil va de hors sera paye selon lordonnance.

VI. ARTICLE.

Pour choiste dapplegement & cõtre applegement, silz sont frauduleux y a amende arbitraire. Et si non, ny a que la loy de sept solz six deniers sur le roturier, & sur les nobles & gẽs deglise cinq solz.

VII. ARTICLE.

En chose mobiliere chet adueu & contre adueu, & qui en dechet apres ce quil est deuement applege, paye damende soixante solz.

¶ Sed quare est tanta in istis adiornamentis emenda? Dic quòd ideo, ꝙ ille qui succumbit, videtur aspergi aliqua pudoris macula. l. inciuilem rem desideratis. & l. ciuile. C. de fur. & seruo. corrup. & ibi per Doct.

VIII. ARTICLE.

Pour bateurs simples au dessus des meres, y a damende soixante solz contre celluy qui a batu. Et au dessoubz

sept solz six deniers au regard des roturieres. Et des nobles cinq solz.

¶ Nota, quòd pro istis læsionibus fit pars formalis contra delinquentem, & pro istis iniuriis realibus fit pars formalis, vt cum alicui fit scissura, vel tumefactio. vt per Bald. & alios in l. prætor edixit, cum ll. sequen. ff. de iniuriis. Item dicitur iniuria realis, quando vestimentum hominis scinditur. Bartol. & scriben. in l. licitatio. §. illicite. ff. de public. & pro istis potest formari pars formalis. Sed an pro famoso libello, & credo quòd sic. ar. no. per Docto. in l. 1. C. de famo. li. vbi pro famoso libello imponitur pœna capitis, & alibi scribunt Doct. quòd causa honoris & causa sanguinis procedunt à pari. l. iusta. cum gl. ff. de manumis. vindicta. & faciunt not. per Iaso. in l. vt vim atque iniuriam populi, de iust. & iu. ff. in fin. lecturæ. Vbi quærit, an si tu dicis mihi iniuriam, possum tibi repellendo aliam iniuriam dicere, & dicit videri, quòd sic, & sic arguit. Si enim pro vitæ causa licitum est aliquem vulnerare, imò & occidere, vbi aliter aggressus, in discrimen vitæ constitutus mortem congruè euitare non posset. Idem videtur gratia honoris seruandi, quia, vt dicit ipse, causa honoris & causa vitæ procedunt à pari, allegat d. l. iusta. Nunc ergo viso, quòd causa honoris & causa vitæ procedant à pari, quare ergo pro causa honoris mei læsi non potero formare aduersus grauiter iniuriantem partem formalem: & credo quòd sic, & vide hac de materia Franciscum de Aret. in consil. 34.

IX. ARTICLE.

Pour non auoir paye le droit daubenaige au seigneur de fief du decede en Touraine qui nestoit du bailliage: auãt que le corps soit esleue de la maison dicelluy decede, y a damende soixante solz, qui se prendrõt sur les biẽs dudit decede.

¶ De albinagio dixi suprà titul. *Des droictz de moyenne iustice*, articul. 4. & de istis albinis vnde dicantur.

X. ARTICLE.

Qui faict denonciement contre aucun, & il en dechet, paye damende soixante solz.

XI. ARTICLE.

Lappellãt qui dechet dappel, paye damende soixante solz.

¶ Hoc cum bona ratione, quia appellans temerarius est puniendus. l. eos. §. ne temere. de appella. C. Sed quid si aliquis nõ appellauerit: sed obtento rescripto sententiam contra se latam nullam dixerit & succubuerit, an tunc debeat soluere emendam, ac si verè appellasset, & tandem succubuisset? Respon. Salic. in d. §. ne temere, quòd non, quia pœna temerarij appellãtis de iure fundatur, eò quòd dicit sententiam iudicis iniquam: nõ equidem quando eam dixit nullam, & sic non est extendenda illa pœna ad iudicium nullitatis. arg. l. post legatũ. ff. de his quibus vt indignis. Sed quid si habuerit probabilẽ causam appellandi? Sed quid si ex nouis productionib. in causa appellationis per aliam partẽ factis victus fuerit? Credo eũ excusari ab emenda, si tunc cognita veritate, & visis probationibus seu productionibus nouiter factis à lite recesserit. ita not. Barto. in d. §. ne temere. & faciunt not. per Doct. in l. properandum. §. sin autem. C. de iudi. vbi Doct. tractant de probabili causa litigandi, quę releuat litigantem ab expensis, si succubuerit. Sed quid si appellans non succubuerit, sed transegerit, an tunc soluet emendam? Ista quæstio dependet à quæstione sabatina, quam ponit Accursius in l. vna. C. de suffragio. in verbo debuisset. vbi dicunt Doct. quòd vbi causa est dubia, & nescitur an prudenter vel imprudẽter quis fecerit transigendo, isto casu aduocatus qui pactus est à clientulo, aliquid nomine palmarij, nihil pretendere poterit. licet gloss. ibidem sentiat oppositum. Ideo crederem isto casu appellantẽ non excusari emenda. Sed quid si appellans indeterminatè vicerit in certis articulis, & in aliis non, an tunc saluabitur ab emenda, an compelletur soluere pro media solum, aut pro rata victoriæ non habitæ. Et credo isto casu eum saluari à tali emenda, quia verum est eum vicisse, sicut in simili dicit gl. in d. l. vnic. de suffragio. quando quærit quid sit in aduocato stipulãti aliquid nomine palmarij. Nam dicit gl. si in aliquibus articulis vicerit clientulus, in aliquibus non: tamen hoc non obstante poterit palmarium petere aduocatus, eo præsertim quòd verum sit dicere eum clientulum vicisse. Ergo idem in proposito. Sed quid si appellatio esset in sua formalitate nulla, sed reperitur temeraria, an tũc debeat imponi emenda? Dic quòd sic. gl. celebris in d. l. 2. C. de episc. audien. quid autem si sententia, à qua appellatum est, sit ipso iure nulla, & sic citra appellationem rescindenda? Isto casu dic, quòd appellans emendam euitat, cum in appellatione, seu modo appellandi subintelligatur quædam nullitas. Salic. in l. eos. in 2. col. de appella. C.

XII. ARTICLE.

Le clamif qui dechet en cause de clã de poursuyte en tort faict, & droit denye, qui equipole a appel, paye damende soixante solz.

¶ Ergo de similibus necnon æquipollentibus, idem est iudicium, & de similibus ad similia procedendum est. Doct. in l. de quibus. de legi. ff.

XIII. AR-

XIII. ARTICLE.

Qui dechet de clam faict de principal demande paye damende. Assauoir, le roturier sept solz tournoys, & le noble, ou deglise cinq solz.

XIIII. ARTICLE.

Toutesfuoyes si ledict clam estoit faict de court ecclesiasticque, y a damende soixante solz.

Iurisdictio causarũ tẽporaliũ pertinet ad regem in toto regno.

¶ Merito possunt laici reclamare ad iudicem suum, vbi trahuntur inuiti ad iudicium episcopale. nam ecclesia non debet se intromittere de iudicio laicorũ, cum iurisdictiones sint distinctæ. iurisdictio enim ciuilis, & iurisdictio ecclesiastica diuersę sunt. c. nouit. cum ibi no. de iudi. c. causam. & c. lator. qui fil. sint legiti. Et papa iurisdictionem suam non potest exercere in temporalibus, quia nõ habet executionem iurisdictionis temporalis, & iurisdictio causarum temporalium pertinet ad regem in toto suo regno, & sic de iure reges habent iurisdictionem in regno. ita in his terminis Panor. in d. c. causam. Et quòd laicus non possit laicum super re ciuili coram iudice ecclesiastico conuenire, nec etiam clericus laicum, est tex. in c. licet ex suscepto. & c. si clericus laicum. de foro compe. Et quia crebro est de isto punctulo quæstio, dic quòd regulariter iudex ecclesiasticus nõ cognoscit inter laicos super re ciuili, nec potest etiam papa adiri à puris laicis, nisi his qui sequuntur casibus. Primò, nisi ratione consuetudinis. no. in ca. si duobus. de appella. & d. cap. si clericus laicũ. de fo. compe. Secundò, nisi essemus in terris subiectis ecclesiæ quo ad temporalem iurisdictionem. vt d. c. si duobus. eo. tit. quòd clericus. de fo. compe. Tertiò fallit, vbicunque causa spectat de iure ad forũ ecclesia. vt c. tuã. de ordi. cog. & c. cum sit generale. de fo. compe. Quartò fallit, vacante imperio, vt d. ca. licet ex suscepto. Quintò fallit, vbi datur negligentia iudicis secularis in iusticia administranda. vt not. in d. c. licet ex suscepto. Sextò fallit in persona miserabili. Sed aduerte, quia est verum quòd à miserabili persona potest adiri iudex ecclesiasticus, etiam spreto iudice ciuili, vbi illa miserabilis persona est oppressa, vt quia est vidua & spoliata. vt cap. ex parte quondam Angliæ Reginæ. de fo. compet. ex. & 24. q. 3. si quis de potentibus. Nam ecclesia habet istas miserabiles personas sub sua protectione. 84. & 87. distinc. & c. super quibusdam. de verbor. signif. extra. Idem si sint pauperes, licet non fuerint expressæ, tunc ratione suæ paupertatis & indigentiæ possunt tales immediate adire iudicem ecclesiasticũ. Sentit Innocentius in cap. significantibus. de offi. delega. & sequitur Panor. in d. ca. licet ex suscepto. colũ. 2. Sed vbi miserabiles personæ essent alias diuites, vt quia sunt viduæ, orphani, aut infirmi, sed sunt, vt dictum est, diuites, & tunc licet etiam possint adire iudicem ecclesiasticum, tamen literæ per eos impetratæ erunt in pendenti in euentum negligentiæ iudicis secularis. Septimò fallit, vbi iudex ciuilis, qui nõ habet maiorem, recusaretur. ista Hostien. in d. c. nouit. de iud. & de Authen. in d. c. licet ex suscepto. de fo. compe. Octauò fallit, in causa reconuentionis. l. Papinianus. & Authent. & consequenter, de qua habetur in quæstio. 8. Nonò fallit in causis mortuariorum à defunctis relictorum. vt in Authen. de eccle. eo. tit. §. si autem pro redemptione. col. 9. Decimò fallit, si serui ecclesiarum vel homines fatigentur indebitè, vel collectentur per laicos. c. ecclesiarum seruos. 12. quæst. 2. not. Authen. Item nulla communitas. C. de epis. & cleri. Vndecimò fallit, vbi iudex secularis est negligens in iusticia administ. vt d. c. licet ex suscepto. Duodecimo fallit, quãdo agitur per viam denunciationis euangelicæ. vt d. c. nouit. de iudi. Tredecimò fallit, ratione connexitatis. vt in dote, quæ venit accessoriè ad matrimonium. c. de prudentia. ex. de do. post diuor. resti. Nunc esset opportunum videre quæ sunt causæ quæ ad iudicium ecclesiasticum de iure pertineant inter quascunq; personas. Respon. gl. quòd sunt causæ sacrilegij vsurarum, hæresis, simoniæ, periurij, adulterij. ita dicit gl. in c. cum sit generale. de fo. compe. Item ratione pacis fractæ secundũ Panor. in d. c cum sit generale. Sed quid si laicus delinquat ipso existente in ecclesia, an possit adiri immediate iudex ecclesiasticus? & de tali crimine cognoscere? dicit Cy. in l. pręsenti. de his qui ad eccle. confugiunt. C. quòd sic. Sed Panor. in d. c. cum sit generale, tenet contrarium. nã vt dicunt, ecclesia non habet territorium, nisi respectu clericorum, quòd tenementi. Sed an saltem possit clericus cõueniri coram iudice seculari in materia euictionis? Videtur quòd sic. vt l. vẽditor. ff. de iudiciis. Sed oppositum tenet gl. in cap. clericorũ. 11. q. 1. & videtur pro ista parte multum stringere tex. in d. c. clericum.

Papa nõ potest etiam adiri à puris laicis nisi in his casibus.

Casus in quib. ecclesia cognoscit.

Casus fori ecclesiastici.

Ecclesia nõ habet territorium.

XV. ARTICLE.

Qui dechet de clam de poursuyte faicte en demande de torsonniere, paye damende soixante solz.

XVI. ARTICLE.

Pour dõmaiges de bestes ya amendẽ coustumiere.

¶ Sed in tota terra regis in hac sede Castellionensis debẽtur solùm quinq; solidi pro damno simplici animalium.

XVII. ARTICLE.

Pour dommaiges de bestes faictz es tailliz du seigneur au dedans de troys ans & vng moys ya amende soixante solz.

¶ Aliqui habent in text. *au dedans de troys ans & vng moys*: aliqui porro, *au dedans de troys ans & vng may*. Sed prima placet, vt citius ac velocius currat tempus conſuetudinis pœnalis & rigoroſæ.

XVIII. ARTICLE.

Pour delay dappel faict au dedans de huyct iours, apres le temps declare es ſtilles ou chapitre de appel, en court ſubiecte, ou de ſergent ya de amende ſept ſolz ſix deni. ſur le roturier, & ſur le noble, ou degliſe. 5. ſolz & en court royal. 60. ſolz.

¶ Eſt ergo verum, quòd ab appellatione interpoſita poteſt appellãs recedere. l. ſi quis libellos. C. de appel. & de ſtylo Turoniæ debet deſiſtere appellans infra triduum, vt ipſe emendam euitet. ſcripſi late in notulis quas edidi ſuper ſtylo noſtro.

¶ Ideo pono quæſtionem in practica. Ad vtilitatem Gaij fuit ſententia lata contra Mæuiũ, ipſo tamen Mæuio abſente. Iſta ſententia data, Gaius leuauit ſententiam è graffariatu, & dedit eam cuidam ſeruienti executioni demandandam. iſte executor illam ſententiam Mæuio ſignificauit extra iudicium, vt quotidie fieri videmus. Mæuius autẽ ab illa ſignificatione appellauit præſente à caſu iudice, ſed extraiudicialiter. Accidit attamen quòd elapſis quinq; diebus, Mæuius ipſe iuſta pœnitudine ductus deſiſtentiam ab appellatione reliquit: & illa deſiſtentia viſa, ſentẽtia ſortita eſt effectum ſuũ. Nunc agitur de emenda & eius impoſitione: firmarius enim emẽdarum regis petit talem emẽdam, quęritur quid iuris? Dicunt Practici quòd indubiè erit emenda: eò quòd ſero facta eſt illa deſiſtentia. Sed oppoſitum teneo. pro quo probando facio tale fundamentum. Omnis appellans poteſt recedere ab appellatione interpoſita: & poteſt illam reuocare, & idem dico in prouocatione, vt d. l. ſi quis libellos, cum ſua materia. & ibi Cy. Bal. & Sali. Ergo iſtud eſt beneficium iuris, quod nemini eſt auferendum: & iſta iuſta pœnitentia appellationis fit lege permittente, ergo pœnam nõ meretur. l. Grachus ad l. Iul. de adul. C. ca. cognoſcentes. extra, de cõſtitu. Nec obſtat ſtylus noſter, quo cauetur, quòd pro renunciando appellationi datur duntaxat triduum: quia reſpondeo, quòd ſtylus noſter vendicat locum in appellatione, quæ quidem fit in iudicio: at caſus meus eſt in prouocatione, & ſic in appellatione extraiudiciali. Scitis enim quòd appellatio fit in iudicio, & prouocatio extra iudiciũ. Sed ego habeo theoricam iuris: quòd in odioſis nomine appellationis non venit prouocatio, vt Panor. in c. cum ſit Romana. extra, de appella. in 1. col. & notabili quinto. vbi dicit iſtud eſſe tenendum menti pro ſtatutis & aliis diſpoſitionibus. quare ſequitur quòd pro tali differentia appellationis extraiudicialis etiã poſt triduum facta: nulla eſt imponenda ipſi appellanti, & deſiſtenti emenda, cum talis deſiſtẽtia ſit de iure permiſſa: vt d. l. ſi quis libellos. Et id quod fit lege permittente, pœnã non meretur. Et ſic ſtylus & conſuetudo qui deſiſtenti & appellanti imponunt emendã poſt triduum, ſunt de appellatione iudiciali intelligendi, non autem de prouocatione: quia illa non venit ſub nomine appellationis in odioſis, ſed venit in fauorabilib. Sed quia iſta appellationum materia eſt lucroſa & practicabilis: ideo recolligam ex variis patrum ortulis concluſiones.

Differunt prouocatiõ & appellatio.

¶ Prima concluſio, Appellationes regulariter ſunt permiſſæ: niſi expreſsè inueniantur vetitæ. Probatur hæc concluſio per ſcriben. in l. qui reſtituere. ff. de rei vend. ſunt enim appellationes introductæ, vt eſſent innocentiæ præſidium, vt c. cum ſpeciali. & c. ad noſtram. de appel. extra. Et corrigendos inferiorum iudicum errores. Barto. in l. 1. ff. de appel. & Panor. in Rub. de appel. Caſus autem certi ſunt in quibus non permittitur appellatio, & ſunt 37. qui late enumerantur per Spec. in titul. de appel. § 2.

¶ Secunda concluſio, Appellatio non fundatur ſuper iniuſtitia & iniquitate. Probatur in d. l. 1. ff. de appela. in l. & in maioribus. C. eod. tit. & in ca. 1. de appell. extra eodem. Hinc eſt quòd in cauſis modicis valet appellatio: licet paſsim dicatur quòd pro modico non detur in integrum reſtitutio. l. ſcio. ff. de minorib. c. 1. de in integ. reſtit. Nec pro dica læſione fit reductio arbitramenti ad arbitrium boni viri. Barto. in l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. vbi dicit quòd pro bono pacis arbitrator poteſt de iure vnius alteri concedere. ponunt canoniſtæ in ca. niſi eſſent viri prouidi. extra. de præben. dum tamen aliam partem immodice non lædat.

¶ Tertia concluſio, Appellatio iudicialis eſt tanti effectus vel virtutis, quòd etiam reſpectu vnius articuli tantum ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, à quo in tota cauſa, licet illa cauſa principalis articulo appellatorio non fuiſſet connexa. not. in c. præterea. & c. ſuper eo. extra, de appel. & in l. ſi quis prouocationem. C. eo. Pone exemplum in practica de appellante à tortura. nam tunc ſuſpenditur iuriſdictio in tota cauſa.

¶ Quarta concluſio, Appellationis cauſa, licet non ſit eadem cauſa cum principali, vel idem iudicium: cenſetur tamen idem negotium. Declaro. Cauſa appellationis non cenſetur idem iudicium cum principali cauſa, eò præſertim quòd ſunt diuerſæ inſtantiæ ſecundũ Panor. in c. dilectæ. de excep. Item diuerſi iudices, ſcilicet iudex à quo, & iudex ad quem. & ſunt diuerſæ inſtantiæ. Probatur; quia in cauſa appellationis non allegata allegabo, & non probabo. l. per hanc, & ibi Bart. & Bald. C. de tempo. appellation. Doctor. in ca. cum Ioannes Heremita. de fide inſtrumen. Item procu-

procurator in causa principali nō cogitur appellationem prosequi: licet appellare teneatur inuitus, cum sua materia. C. de procu. Nec tenetur causidicus pro eodē salario, aut suffragio patrocinari in causa appellationis. no. in l. 1. C. de suffragio. Ioan. And. in c. fi. de testi. in 6. Sed quòd non sit idem negotium cum principali, pater per not. in d. c. fina. de testi. in 6. vbi procurator vel aduocatus appellantis in causa principali non est testis in causa appellationis. Ex supradictis patet, an sit danda dilatio propter absentiam aduocati in causa appellationis, licet fuerit data in causa principali? Et dicendum est quòd sic, quia diuersa sunt iudicia.

¶ Quinta conclusio. Appellatio licet sit regulariter permissa in iudicio, tamen extraiudicialis est prohibita excommunicato. ista conclusio probatur per Panor. in cap. significauerunt. extra, de except. & per Innocent. in cap. cum inter. Ratio autem nostrorum dictorum est appellatio. extraiudicialis est quędam prouocatio ad causam, & certum est excommunicatum non posse ad iudicium prouocare, pro primo allegat. cap. cum sit Romana. de appel. pro secundo cap. intelleximus. extra, de iudic. & in cap. pia. de except. libro 6. Attamen ipse Panormi. in cap. intelleximus, illud intelligit verum, vbi ex non appellando non generaretur pręiudicium excommunicato, vel quòd molestaretur de facto. nam tunc non audiretur prouocans, & ita Panor. in c. dilecti. extra, de maio. & obed. do exemplum. Excommunicatus etiam spoliatus de facto non auditur petens restitutionem, not. 23. distin. In nomine domini. & in cap. dilecta. de rescrip. & in cap. veritatis, de dol. & contu. cap. prudentiam. cum ibi not. §. sexto, de offi. deleg. & c. ad decimas. de resti. spol. libro 6. Sic nec audiendus est prouocando. Item facit à simili quòd Doct. dicunt, quòd excommunicatus agere non possit pro iniuria sibi tempore acrimoniæ vel excommunicationis illata, glo. & Scriben. in c. omnibus. 4. quæst. 6. ideo murmuro, si ipse prouocare non possit.

Excommunicatus nō potest agere pro iniuria sibi illata.

¶ Sexta conclusio, Appellatio ritè interponitur, non solum si iudex grauet partem contra ipsum ius scriptum, sed etiam, si deneget iuris beneficium vel suum officium. probatur in c. fin. de secun. nup. Nam ab illo officio denegato implorato, tamen licitè potest appellari, no. in l. 1. C. si secun. in integr. restitu. postul. notanter dico, si officium iudicis fuerit imploratum. Nam iudex non tenetur impendere officium suum ad vtilitatem priuati, nisi imploretur. l. 4. §. hoc autem iudicium. & ibi Bart. & Paul. de Cast. de dam. infect. ff. & Panor. in c. fin. de rescrip. Immo qui iustitiam denegat, principis indignationem incurrit, in Authenti. de mand. prin. in §. sit tibi, colum. 3. Et tenetur iudex ipso casu resarcire omne damnum, omnemq; iacturam parti, & insuper extraordinariè puniri potest, vt in Auth. de quæstio. § super hoc. colla. 6. Bart. in l. prima. C. quomodo & quando iud. Et quod à denegatione iustitię possit appellari, firmat Hostien. in c. interposita, extra. de appel.

Iustitiā denegās principis indignationem incurrit.

¶ Septima conclusio, appellatio licet sit aggrauato obmissa contra iudicem, tamen perperàm iudicantem non est ipsi grauato via agendi ad interesse, præclusa. Ista cōclusio est singularis, quā latè determinat Pan. in Rub. de app. vbi affert multos patres cōcordantes.

¶ Octaua cōclusio, appellatio per ipsum temporis iuris, vel statuti deserta, non est sententię vsquequaq; amplius executioni mandandæ exclusoria: quinimò iudex à quo, non amplius appellantis parte accita potest sententiam suam finali executioni demādare, Bart. in l. à diuo. §. in venditione. de re iud. ff. Panor. in c. personas: & in c. sequen. extra, de appel. Hoc verum secundum Doct. si executio est fienda in specie adiudicata, & constet appellantem nullum impedimētum habuisse, quin appellationem prosequeretur, aliàs in dubio adhuc appellans euocādus esset ex regula quæ est q vbicunq; absenti potest competere defensio, semper requiritur citatio etiam in notoriis. Inn. in c. de coha. cle. & muli. extra, & legitur & no. in c. fi. de offi. de. l. in 6. & in vestra. coha. cle. & muli.

Citatio partis requiritur etiam in notoriis.

¶ Nona conclusio, appellatio ad quem porrigatur, non est declaranda: quia tractim, seu gradatim ad proximum superiorem est facienda. probatur ista concl. quia appellatio obmisso medio non valet. ideo quia appellando simpliciter videtur ad immediatum proximum superiorem appellare: & genus quod non potest verificari, nisi in vna specie: tunc incertitudinem non inducit. faciunt not. per Panorm. in c. quoniam abbas. de offi. delega. Barto. late in l. 1. §. si quis. de appel. ff. gloss. & Bal. in l. cum proponas. C. de bon. auth. iud. possi. Sufficit ergo quòd ipse dicat, Appello ad competētem iudicem. Et nota quod dixi ad proximiorem superiorem fore appellandum, & non ad parem, aut minorem iudicē, 2. quæst. 7. anteriorum. §. illo videlicet. Ideo de Locumtenente ad dominum bailliuum non appellatur: est enim vnum auditorium, vel tribunal. c. Romana. de appella. libr. 6. & c. non putamus. de consuet. lib. 6. Et aduerte tamen quòd si appellans per errorem appellauerit à pari ad parem: talis error non sibi oberit. Secus si ad inferiorem appellauerit, vt dict. l. prima, §. si quis. ff. de appella. & Hostien. in Summa, titu. de appell. §. à quo. versicu. quid si quis.

¶ Decima conclusio: appellatio licet per lapsum decennij ex consensu partis victæ interpretatiuo in rem transeat iudicatam: nunquā tamen transit si ex notorietate facti talis sententia foueret iniustitiam. facit l. si fullo. de condi. si cau. ff. l. in commodato. commo. ff. immo in c. cum Barto. & ibi canonistę. extra, de re iudi. Panor. in c. suborta. eodem titu. &

Doct. in c. quia plerique, de re iud. facit quod not. Bart. in l. admonendi, de iureiurand.

¶ Vndecima conclusio, causa appellationis tam grande est priuilegiata, quòd prorogatio iurisdictionis est in illa causa partibus denegata. probatur hæc conclusio per not. per d. Bald. in extrauag. de pace Constantiæ. nam dicit ipse quòd in causa appellationis litigare partes non possunt, etiam consentientes coram iudice competente.

¶ Duodecima conclusio, appellatio sit causarum deuolutiua, non tamen est fructuum ex vi possessoria perceptorum & percipiendorum suspensiua. probatur per ea, quæ not. & l. in c. 2. de in integ. restit. & in c. ex literis. extra, de iu. patro. Vbi patet quòd non solum is qui obtinuit in possessorio: sed etiam simplex recredentiarius potest beneficia conferre, & tenet eius tale factum irreuocabiliter, nec pendere videtur ex futuro euentu processus possessorij. Item etiam qui obtinuit in possessorio, nunqnam fructus restituit, licet victus fuerit in petitorio secundum Docto. An autem à possessorio iuris & facti posfit de iure etiam ciuili appellari, pulchrè Ias. videas in l. 1. C. de bo. pos. secundum tabulas.

¶ Decimatertia conclusio, appellationis causa licet de iure non sit omnino delegabilis, cum sit imperij, tamen de iure cano. est delegabilis. probatur pro 1. dicto in Auth. ad hæc. vbi Bald. Salic. & Paul. de Castr. C. de iud. & Doct. in c. super quęstionum articu. §. intentionis. extra, de offi. deleg.

¶ Decimaquarta conclusio, Paria sunt occidere innocentem, vel occidere appellantem. Probatur per Bald. in l. addictos. C. de appel. Vbi pulchrè dicit, quòd Iudex, qui sententiam capitalem spreta appellatione executus est: puniri debet capitaliter. Hoc limita, nisi appellatio esset manifestè friuola. vt quia reus sponte confessus fuit crimen morte piandum, vel fuit honestissimis testibus superatus, ita vt vix negare posset: vel si crimen esset notorium. iam Iudex spernere potest appellationem de iure, præsertim in enormibus. Doct. in l. 1. quorum appellationes reperiuntur. Sed aliter obseruatur in regno, quia auditur omnis criminosus appellans. Vtinam fieret à rege bona constitutio iurisona, per quam iudices regij, accersito causidicorum certo bono numero, hos vilissimos latrones, homicidas & facinorosos mortis condemnarent, spretaq́ appellatione executioni demandarent. Sic fieret, vt nephariorum nequitiæ melius compescerentur, & plures nummi regis & dominorum temporalium, quos ponunt pro ducendis & reducendis criminosis, non consumerentur. Nam domini temporales hos sumptus pro illis nephariis Parisium ducendis & reducendis timentes sæpenumero iustitiam facere declinant in graue bonorum hominum dispendium.

¶ Decimaquinta conclusio, Appellans à pluribus articulis obtinésq́ punctualiter in certis partibus, & succumbens in aliis partibus saluatur ab expensis & emendis. faciunt no. per Bart. in Authen. hodie. C. de iud. Facit c. Raynutius. & cap. Raynaldus. de test. vbi fit compensatio expensarum hincinde. vide Iasonem in l. properandum. in §. sin autem. C. de iudi. Nota insuper quòd licet à citatione verbali non possit appellari: eo præsertim, quia ipse citatus comparendo potest suum grauamen iustificare secundum Bart. in l. 2. de appella. ff. Id tamen verum est, nisi citatus non possit secure comparere: quia tunc poterit appellare coram honestis personis. ar. no. de his qui propter metum iu. non appel. ita dicit Bald. in d. l. 2. C. de epi. aud. & Lanfran. de Oria. in repet. c. quoniam contra falsam, super expositione verbi appellationis. Et etiam licet de stylo Turoniæ appellandum illico, quod exponitur in l. litigatoribus. C. de appel. Attamen incarceratus potest omni die appellare, quia ipsa incarceratio est grauamen instans & successiuum: ita tenet ipse Lãfran. ibidem post multos Doct. per eum relatos. *Incarceratus potest omni die appellare.*

¶ Decimasexta conclusio, Appellari licet ab omni grauamine: sed tempus appellandi vel prosequẽdi, statutum augeri vel minui, non tamen potest in totum tolli. glos. Bal. & Moder. in l. præscriptione. C. si contra iu. vel vtili. pub.

¶ Decimaseptima conclusio, Appellationis instantia non currit pendente compromisso. no. in clem. quandiu. de appel. Bal. & Ang. in Authen. eo, qui. C. de temp. appel.

¶ Decimaoctaua conclusio, Appellatio potest interponi etiam die feriato. Baldus in l. prima. C. de feriis. & not. in no. l. miles. §. sexaginta. ff. ad leg. Iuliam. de adult.

¶ Decimanona conclusio, Appellatio iudice notoriè absente potest interponi coram graffario curiæ, no. in Authen. quæ supplicatio. C. de prec. Impe. offe. & ita dicit se obtinuisse Raphael Fulgosius.

¶ Vigesima conclusio, Omnis persona licet non fuerit in iudicio tanquam pars, poterit appellare, si ex sententia grauamen præsentiat. c. cum super. extra, de re iud. l. si suscepta. ff. de inoffic. testa. l. sententia. & l. si perlusorio. ff. de appella. Nunc incidenter est examinandus practicabilis passus. Quæro, an sit verum quòd tertia persona interesse prætendens, possit se adiungere causæ? est planum quòd sic, vt per Bald. in d. l. si suscepta. & Innoc. in d. c. cum super. Et aduerte, quia aut se adiunxit ante litem contestatam, aut post sententiam latam: sed appellatione suspensam, id est, vero casu licet non possit offerre aliquem libellum, quia ille offerendus est à principali, potest tamen coadiuuare reum, & poterit producere testes. vt per Bart. ibidem. Imò & vltra poterit producere testes publicatis attestationibus & productis testib. per reum conuentum: poterit etiam super nono articulo producere, vt tenet Lanfranc. post Innoc. in d. c. cum super. & poterit eum conuentum,

uentum, si viderit eum suspectum vel colludentem, remouere, & ipse subire defensionẽ, vt not. in d. l. si perlusorio. Aduerte tamen quòd iudex in sententia sua non tenetur facere mẽtionem de isto simpliciter adiuncto: ratio quia non fuit petitum in libello, quia libellus non fuit datus, & sententia debet esse conformis libello. Tamen ista sententia nocebit in consequẽtiam & per indirectum, vel proderit huic tertiæ personæ coniunctæ secundum ipsum Innocen. Aut ista secunda persona comparet post sententiam latam in causa principali appellando, vel appellationem emissam per reum conuentum principaliter ignorante tertia persona, quæ prætendit interesse. ista tertia persona poterit appellare, non obstante, quia de iure non liceat in vna, eadẽq; causa tertiò prouocare. Eodẽ modo, si in tertia persona ignorasset, ꝓcessum causæ principalis, & ꝓcessum primæ appellationis, sed sciuit processum secundæ appellationis, & nõ appellauit: nihilominus lata tertia sententia poterit appellare. Si sciuisset agitari omnes processus, scilicet causę principalis & binarum appellationum, & nunquam voluerit comparere defendendo vel appellando, non amplius erit audiendus, secundum eundem Innoc. in d. c. cum super. Et quando ista tertia persona comparet in iudicio appellando, appellauit hoc modo: Domine persensi talem sententiam esse latam taliter tali modo, & sub tali forma, & cætera. verùm, qa talis sententia fertur mihi in magnum preiudicium, ideo appello. Quare à vobis domine iudex peto dictam sententiam pronunciari & esse nullam, & me ritè appellasse: ita dicit Innoc. Officium autem iudicis erit tunc in sententiando hoc modo, quia si ille qui appellauit, appellauerit ratione præiudicij, iudex pronunciabit sententiam iniustè latam, si ita erit: si autem illi, qui appellauit, non inferebatur plenum præiudicium, sed talisqualis pręsumptio, tunc sententia iudicis appel. erit talis, si illam fert pro illa persona. Dico & pronuncio talem sententiam per talem iudicem latam, non debere afferre aliquod præiudicium, nec etiam talem qualem præsumptionem Titio, &c. Ista sunt verba singularia dicti Innocen. & Lanfran. in locis suprà allega.

¶ Vigesimaprima cõclusio, Appellatio est tantæ fortitudinis & tanti effectus rei iudicatæ fauore, quòd tempus interponendę appellationis currit de momento ad momẽtum absque retardatione. gloss. in cap. exceptionem. de excep. in 6. Angel. in Authenti. hodie. C. de appel. gloss. in l. 1. ff. quando appellan. fit. & Bald. in l. si quando. de testibus. C. incipit tamen tale tempus à tempore rescientiæ ipsius sententiæ. & nota hanc conclusionem quæ procedit etiam à stylo introducto.

¶ Nunc videamus casus, in quibus de iure non appellatur. primò in sententia interlocutoria, quia in illa non appellatur de iure ciuili. Sed de iure canonum à quocunque grauamine appellari licet, Doct. in d. l. 2. C. de episcop. audien. & cap. super eo. de appella. Sed apud Francos etiam de iure non licet appellare, vbi grauamen est reparabile in diffinitiua, vt habes per prag. Sancti. Attamen Barto. dicit in l. 2. de appella. ff. quòd vbi grauamen esset difficulter reparabile, appellare liceret. quod tene menti.

¶ Secundus casus est in executione, à qua non appellatur. l. ab executione. C. quorum appella. non recip. Poterit tamen appellari à sententia lata de exequẽdo, vel non exequendo, no. in l. ab executor. ff. de appella.

¶ Tertius casus est in sententia lata super debito fiscali, à qua non appellatur. l. abstinendum. C. quorum appella. non recip. Et dicit Bald. quòd etiam à sententia lata super decimis, non poterit appellari, quia æquiparantur iuri fiscali. 2. quæst. 7. si episcopi. & sequitur Lanfranc. in d. c. quoniam contra falsam. dixi suprà titu. *De droictz de basse iustice*. artic. 19. vbi vide. *Appellari non licet à sententia lata super decimis.*

¶ Quartus casus est, vbi sentẽtia esset lata contra conuictum gestibus, vel contra propria voce confessum, qui talis non potest appellare. l. 2. C. quorum appel. non recip.

¶ Quintus casus, vbi sententia fertur super apertura testamenti, vel super missione in possessionem bonorum hæreditariorum, not. C. eod. titu. in l. quisquis.

¶ Sextus casus, quando sententia contra virum contumacem fertur, quia ab ea non appellatur. l. ex consensu. ff. de appe. in l. & post edictum. ff. de iud.

¶ Septimus casus est, quando lata est sententia per principem, vel eum, cui princeps commisit appellatione semota. quia tunc ab ea non poterit appellari. l. 1. in fin. ff. à quib. appella. non licet.

¶ Octauus casus est, si interuenerit pactum de non appellando, quia tunc appellari non poterit. l. fi. C. de temp. appel. gloss. & Docto. in l. tale pactum. §. qui prouocat. ff. de pact. & ibi Bald. & Angel. in antiq. lecturis. & est id quod suprà in principio huius notulæ dixeram meretricem appellare vetant stylus, excellentia, pacta, &c.

¶ Nonus casus est, si sententia fuerit præfecto prætorio lata. l. à proconsulibus. C. de appel. & l. vni. C. de senten. præfec. præt. Item à sententia Cardinalis, à qua non appellabitur, quia præfecto præto. assimulatur. & gloss. in l. 1. de offic. præfec. præto. ff.

¶ Decimus casus est à sententia arbitri, qui arbitratus est de iure. l. diem proferre. §. si stare. ff. de arbit. & l. si societatem. in §. arbitriorum. ff. pro socio. not. Docto. in l. 1. C. de arbitr.

¶ Vndecimus casus est in sententia arbitratoris, à qua non appellatur. Sed si interuenerit deceptio vsque ad sextam partem, debet reduci ad arbitrium boni viri. l. si nolle pro socio. ff. Bart. in d. §. arbitriorum.

¶ Duodecimus casus est, si sententia fuerit

per

per episcopum lata ex eius prorogata iurisdictione.l.si quis ex consensu.C.de epis.aud.

¶Decimustertius est, vbi causa esset commissa alicui Iudici in sua conscientia : nam tunc non poterit appellari. glos. in c.statutum.§. insuper, de rescrip. in 6. Bald. in l.2. C.de sen. ex pericu. reci. & Lanfranc. post eum in cap. præalleg. & iste est singularis passus.

¶Decimusquartus casus est, si sententia fuerit nulla: quia ab ea non est opus appellare.l. si constiterit. ff. de appel. & l. si expressum.eodem titu. ratio, quia appellatio habet extinguere pronunciatum.l.1.in fin.ad Tertullia. ff. sed quod nullum est, id extingui non potest, vt d.l.1.igitur.

¶Decimusquintus casus est in sententia reductionis ad arbitrium boni viri, Bart. in l. 1.ff. de leg.1. Bald. & Salic. in d.l. si societatem. §. arbitrorum.

¶Decimussextus casus, quando quis appellat ab vno statuto dicens statutum esse iniquum, & hoc si statutum est generale, Bald. in l. quisquis. C. quorum appella. non recipi. Sed aduerte, quòd Panormi. tenuit in conti. Rub. de constitu. quòd à statuto, vel consuetudine etiam generaliter concepta appellari potest. Si verisimiliter possit deprehendi, ꝙ statutum fuerit in detrimentum aliquorum factum, quod est verbum singulare.

¶ Decimusseptimus est, si fuerint latæ tres sententiæ super eo. artic. confirmatorio, amplius non posset appellatione vti. C. ne lice. in vna eademq; causa. tert. prouo. per totum.

¶Decimusoctauus casus est, vbi sententia est lata à Syndicatore. not. in l. nulli. C. quorum appella. no. reci. Nam, si potestas syndicat vicarium, non poterit appellari: sic quando iudex syndicat apparitores, qui tanta mala sciunt, vt dicit gloss. in l. defensionis facul. C. de iure fisci. lib. 10.

¶Decimusnonus est, vbi statuto, vel consuetudine haberetur, quòd à sententia non liceret appellare. Nam, vt dicit Lanfranc. si pacto potest tolli appellatio: multo magis & tollitur statuto.

¶ Vigesimus casus est, in sententia lata super possessorio, vt not. in l. vnica. C. si de mo. pos. fue. appella. Fallit tamen, nisi istud possessorium saperet naturam proprietatis gloss. & Docto. in dicta l. vnica. vt est videre à sententia lata secundum tenorem constitutionis illius, si quis in tantam. C. vnde vi. fallit secundò, & notabiliter possesso. iuris, vt per Iaso. in l. prima. C. de bon. possessione secundum tabul.

Appellare vetant scelus, excellentia, pacta,
Contemptus patris, & interdictio facta,
Arbitrium, res quæ perit, & si longius acta.

XIX. ARTICLE.

Pour auoir trop abonde au sort principal par lacquereur, en faisant la congnoissance du retraict au lignagier: ya d'amende soixante solz.

XX. ARTICLE.

Pour auoir nye par lacquereur, au lignagier d'auoir riens acquis de son parẽt ou lignagier, & il en est succombe, paye d'amende 60. solz.

XXI. ARTICLE.

Si lacquereur adiourne en clam de retraict nye au lignagier auoir baille deniers, ou equipollent a meuble, paye d'amende 60. solz.

XXII. ARTICLE.

Qui nye son seel, ou signe manuel, & il en est succombe, ya amende sur le roturier 60. solz. & sur le noble arbitraire.

XXIII. ARTICLE.

Pour ventes recollees apres 8. iours passez, ya sept solz six deniers. Et si elles ont este recellees par an & par iour, au moyen iusticier & autre superieur, ya d'amende 60. solx. Toutesfois pour plusieurs cõtractz recellez & exhibez en vng mesme iour, nya que vne amende.

TITVLVS XXXVI.

De Criminibus.

Crime.

PREMIER ARTICLE.



Qui faict, ou forge faulse mõnoye, doibt estre traine, bouilly, & pendu. Et la maison ou elle est forgee, au sceu du seigneur dicelle maison confisquee au roy. Et de ce aux iuges royaulx en appartient congnoissance.

¶Hic titulus de criminibus merito à consuetudine introductus est, attamen pœnæ sunt delictis commensurandæ. l. respiciendum. ff. de pœnis, cum similib. Et quia de moneta in præsentiarum scripturi sumus: igitur de illius antiquissima origine parumper videamus. Et primò, quis primus fuerit fabricator monetæ. Alber. de Ros. in suo dictionario dicit, ꝙ fuit Thares pater Abrahæ, qui primã fabricauit monetam, & ibi recitat, vnde processerunt illi 30. nummi, quibus mundi redemptor IESVS Dei filius, & almus verbigena iustitiæ sol, venditus est. Sed Philippus Beroal-

Beroaldus, elegans orator in prima orationum suarum dicit, Theseum apud Grecos signasse nummũ bouis nota, siue figura. & Seruum Tullium regẽ Ro. apud Romanos, inde dicit pecuniam dictam esse à pecore, ꝙ in rusticatione quęstuosissimum est. Nunc videndum cui ius cudendi monetam cõpetat. Dic resolutoriè quòd ad imperatorem spectat, vt in c. quę sint regalia. li. feudorũ, vel ad Christianissimum regẽ Franciæ, qui in regno suo imperat, nec aliquem in temporalibus superiorem recognoscit, etiam de iure, quicquid subaudiat glo. in c. vulgato per venerabilem. extra, qui filij sint legit. Attamen de iure speciali, vtpote ex priuilegio, vel consuetudine bene potest ius cudendi monetam acquiri. de priuilegio probatur, quia ea quæ competunt principi, bene possunt per eum committi, & in priuilegium dari. l. fi. cum ibi not. C. noua vectiga. inconsult. prin. institui nõ pos. ibi in textu vltra antiquam consuetudinem, & nostrę terminos iussionis, &c. Vt videmus de rege Iuetoti, de quo legitur in Chronicis, quæ Chronicę probant glo. in cap. inter dilectos, de fid. instru. Doct. in l. 1. si cer. pet. ff. De consuetudine verò patet, & probatur l. 1. de fund. limitrop. & l. 1. de pascuis. li. 10. C. nam quæ potest princeps, potest & consuetudo. c. super quibusdam. de verb. sig. in §. præterea. Cyn. in l. 1. C. de emenda. lib. Henricus Bohi. in ca. quanto. extra, de iureiuran. Sicut dicimus de iure exigendi vectigalia, quod est de iure regalium, vt eod. ca. quæ sint regalia. Attamen ius istud per consuetudinem acquiritur. Bartol. in l. si publicanus. de public. ff. & per Guy. Pap. quæstio. 498. Et nota quòd appellatione monetæ continetur etiam aurea moneta. l. pecuniæ. de verbo. signi. ff. Et scias quod 77. aurei faciunt libram auri. l. quotiens. C. de discussoribus, libro 10. Panormita. in cap. conquerente. de cle. non residen. Sed quinque aurei faciunt libram argenti. C. de argent. pretio quod thes. infer. l. prima, libr. 10. Et ita libra auri valet quatuordecim libras argenti cum duobus aureis. gloss. pragma. in titulo, de annatis. §. item fuit deliberatum, in verbo, aureorum. Et qui falsat monetam regis Franciæ, vel falsam monetam in eius regno portat, est excommunicatus ipso iure, vt in extrauaganti, Ioan. 22. prodiens. vbi ponuntur quatuor modi falsitatis monetæ. & gloss. dict. pragma. in dicto titu. de causis. §. præallega. in verbo. Item facit. Quærendum nunc est de quæstione: pone ꝙ tempore dispositionis, seu contractus, vel debiti currebat certa moneta cursu temporis: illa moneta est deteriorata, seu diminuta: quæritur nunquid solutio debeat fieri secundum æstimationem antiquam, vel prout currit: & maximè, si reperitur noua melior? Hanc quæstionem tangit gl. sed succinctè in cap. olim. de censi. & in cap. quis ignoret. 22. quæstio. 4. & Hostiens. in dict. capit. quanto. extra, de iureiurando. Et Cyn. in l. in minorum. C. in quibus causis in integ. restitu. non est necessa. Barto. in l. Paulus. aliàs est lex creditor. ff. de solut. diffusè satis. per Speculato. titu. de solut. §. nunc aliqua. versic. pone. Vbi etiam Ioan. Andre. & multum latè per domi. Ant. de Butrio, & Panor. qui liquidius loquitur. Bar. Et, vt ipse dicit, expediendo materiã clarè, ac conclusiuè dicendum, quòd duobus principalibus modis potest moneta deteriorari, seu minui. primò, respectu cursus: secundò, respectu ponderis. Respectu verò cursus, vt quia pecunia non valet tantum, sicut soluere solebat stante eadem bonitate intrinseca. Respectu autem ponderis: vt quia fuit tonsa circumcirca, & per longum vsum est effecta erosa: vtputa quia erat de ære: sed insuper habebat aliquid de argento, quod ex lõgo vsu corruit. Primo ergo casu, id est, cùm moneta est diminuta respectu cursus in totum reprobata, quia Princeps interdicit in totum illius vsum: & tũc debet solui de moneta secundum æstimationem antiquam, ar. no. in l. eleganter. §. qui reprobos. de pigno. actio. ff. & ista est communis sententia. licet Cyn. in d. l. in minorum. voluerit contrarium. & bene facit d. c. olim. de censi. Aut non est in totum sublata ipsa moneta, vel reprobata, sed tantum alterata: quia valet tantum, sicut valere solebat. Et tunc subdistingue: quia aut hæc alteratio valoris monetæ contingit in perpetuum, vt quia princeps sic voluit: & tunc licet Bart. in d. l. Paulus. dixerit, quód isto casu damnum pertineat ad creditorem, si debitor non fuerit in mora soluendi: tamen Anton. & Panormit. in d. c. quanto. tenent contrarium: & dicunt quòd hoc in casu debet etiam solui ad æstimationem antiquæ monetæ, duplici ratione & fundamento. Primò, quia si aliàs diceretur, quòd debitor posset soluere in illa moneta alterata in valore, esset periniquum cum bonitas pecuniæ consistat principaliter respectu vsu ipsius. ideo debet in bonitate fieri restitutio. l. cum quid mutuũ dederimus. si cert. peta. ff. Secundò, quia, vt prędictũ est in primo membro: vbi in totum vsus pecuniæ esset reprobatus, deberetur æstimatio: ergo idem si in parte est diminuta. argumen. l. quę dotata. de rei vend. ff. & cap. pastoralis. de offic. deleg. & pro hac opinione facit optimè dict. ca. olim. de censib. Secundo sanè casu, cum monetæ alteratio non fit in perpetuum, sed ad tempus. & communiter tenent Doct. quòd in illa moneta potest fieri solu. quia sicut creditor vellet, quòd sibi solueretur, si nunc plus valeret: ita & velle debet recipere, si minus valet, cum speratur augmentum, secundum Barto. in dict. l. Paulus. Sed tunc notabiliter dicit Panormi. in d. cap. quanto. quòd si non esset spes: ꝙ de proximo haberet augmẽtum, quòd tunc deberet haberi ratio ad æstimationem, quæ erat tẽpore mutui, maximè: quia potest esse ꝙ nunquã cresceret. ar. l. iurisperitos, in princ. ff. de excu. tut. & eius quod not. glo.

De moneta deteriorata.

De alteratione monetæ.

4

glo. in Cle.2.de rescrip. Nunc veniendum est ad secundum casum principalem, scilicet quando defectu ipsius monetę contingit deterioratio: & non respectu solius cursus: & tunc Communiter tenetur, q damnum pertinet ad debitorem, quia moneta non habet tunc suam bonitatem intrinsecam, quam habebat tempore mutui, etiam si debitor non fuisset in mora: tamen adhuc damnum ad eum pertinet ob defectum bonitatis intrinsecę, vt quia fuit contaminata moneta, vel effecta erosa, vt no. in d.l. cum quid. si cert. pet. ff. quod est bene notandum. Sed pone testatorem legasse 100. florenos: nunc floreni sunt in valore aucti, vel diminuti. quid iuris? Respon. q isto casu debet attendi pro vel contra legatarium valor, qui currebat tempore testamenti, quia de eo videtur testator sensisse. l. vxorem. §. testa. de lega. 3. ff. l. fin. de auro & argen. leg. ff. Pet. de Anch. in d. c. olim. de censibus. & Panor. in d. c. quanto. de iureiuran. Idemq; dicendum est secundum ipsos Doct. in iudice in certa quantitate aliquē condemnante: quod non est obliuioni tradendum. Aut in statuto pœnali quod fortè pro aliquo delicto mandat, quòd soluentur decem libræ, isto casu, si alteratur perpetuò ipsa moneta, debet solui de moneta currenti: quia de tali videtur statutum sensisse: vnde mutata pecunia, videtur mutatum statutum. arg. c. translato. de constitu. extra. Etiam facit, quia omni die statutum videtur loqui. ar. l. Arriani. de hæret. & Mani. ergo dicendum, ac si hodie adhuc statutum loqueretur. ergo de pecunia nunc currente, licet Panormi. ibidem dubitet: sed ego non dubitarem Accedat cle. secunda. de decimis. vbi solutio fit de pecunia currenti. Nunc est videndum de quęstione, quam tam sæpe vidi in medium adduci. Mutuaui tibi centum in auro, nunquid tenear recipere in argento, vel contra, vel an tenear recipere in eadem materia? Si tamen forma sit diuersa? Barto. in d. l. Paul. dicit quòd si mutuaui tibi centum libras in florenis, isto casu satis est, quòd restituantur etiam in alia moneta: quia videor æstimando illos florenos pro centum libris sic vendidisse, sicut dicimus in dote cum traditur æstimata. l. cū dotem. de iur. dot. C. Aut fuit simplici modo factum mutuum. Et tunc aut quærimus, an tenear recipere in alia materia. Et tunc dicendum est quòd teneor, quia nec argētum pro auro recipere compellor, cum mutuum debeat restitui in eodem genere, & eadem bonitate, vt d. l. cum quid. si cert. pet. ff. Item quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest. l. secunda. si cer. pet. ff. Aut quærimus an tenear recipere in alia forma, sub eadem tamen materia, vtputa aureos solis pro aureis coronæ. Et communiter tenetur, quòd ego recipere debeam, vt d. l. Paulus. cum ibi notatis. & hoc nisi isto casu: scilicet recipiendo in alia forma essem ego, qui creditor sum, aliquod damnum passurus. Si enim essem damnum passurus pro recipiendo in alia forma: tunc non teneor recipere. Et ita tenet Barto. in d. l. Paulus. & Panormi. in dict. ca. quanto. Item nota q in moneta requiruntur quantitas, pondus, materia, & publica forma. gloss. & Doct. in d. c. quanto. Et debet esse formata ad imaginem principis. l. prima. C. de vete. nummismatis pote. Qua autem pœna debeat puniri fabricans falsam monetam de iure, vide Doct. in l. 1. C. de fal. mon. Et breuiter dicas quòd aut falsat quis monetam principis de nouo eam adulterando, & talis comburi debet. l. 2. C. de fal. mone. Aut falsat monetam ciuitatis, sed principis inferioris ab imperatore: & talis capite punitur. gloss. in dict. l. 1. C. de fal. mon. Aut non fabricat de nouo: sed fabricatam radit eam diminuendo, vel tingit, vt moneta ęrea appareat aurea, & talis punitur vltimo supplicio, vel datur ad bestiam secundum cōditionem personæ. l. quicunq;. ff. de fal. & Barto. ibidem. Aduerte tamen ad id quod dictum est, quod falsarius monetæ inferioris à principe supremo, vel monetæ æreæ ipsius principis debet capite puniri, id non intelligas de pœna mortis, sed mortis ciuilis solum. Quia pœna capitis est triplex, vt l. secunda. ff. de publi. iud. Et not. Innocen. in cap. qualiter & quando, de accusa. Debet ergo intelligi de mitiori, scilicet de pœna mortis ciuilis. quia pœnæ sunt restringendæ. l. pe. ff. de pœn. & c. in pœnis. de regu. in 6. & de pœni. distinct. primo. §. pœnæ. Et in hoc grauiter errant Franci iudices. & ideo tene menti. Et propter ista Ioan. Cremo. defendisse fertur quendam, qui falsauerat monetam ciuitatis Bononiæ, vt morte naturali non moreretur, sed morte ciuili plecteretur, vt refert Hostien. in dict. cap. quanto. de iureiurando. Tādem quia vidimus de pœna falsam monetam fabricantis: nunc videamus de pœna falsam monetam expendentis: quia textus noster non aperit, responde breuiter, quòd talis tenetur pœna legis Corneliæ, de falsis: cuius pœna est in libero homine deportatio, & omnium bonorum publicatio. In seruo equidē vltimum supplicium, vt l. prima. cum ibi traditis. ad l. Cor. de fal. ff. Et quòd talis expenditor teneatur hac pœna, videtur textus in hac lege. ff. eod. titu. Sed Barto. ibi dicit hoc procedere, quando expendit nummos plumbeos, vel stanneos: quia de his tantum facit mentionem illa lex: aliàs dixit, quòd deberet puniri extraordinariè. arg. l. saccularij. ff. de extra. cri. & dicit Bartol. se multos defendisse à pœna l. Corneliæ, de falsis, quod est notabile verbum. Et ita refert etiam Panormita. in dict. cap. quanto. Sed remedium eximendi erit tale: quia si Cardinales obuiant ei qui ducitur ad mortē, habent ex consuetudine hoc priuilegium, quòd possunt eum eximere & à morte liberare. Bald. & Salic. in l. additos. C. de appel. Iason in § pœnales. Inst. de acti. & Bart. Veronensis in suis cautelis: teneto menti.

Quæ in moneta requiruntur.

Pœna capitalis est triplex.

De illo qui falsam monetam expendit.

Practica pro eximēdis condēnatis.

II. Arti-

II. ARTICLE.

Femme qui tue ſon enfant par malice & a ſon eſſient doit eſtre arſe & bruſlee.

¶ Sed qualiter puniatur de iure, vide in l.1.ad l Pom. de parrici. & l.5. de his qui parẽtes, vel liberos occiderũt. Et nota quòd ſi filius adulterium committat cum vxore patris ſui: tũc iſto caſu filius perdit priuilegium filij, ſeu filiationis: & iſto caſu poteſt à patre occidi. Nec tunc pater tenetur pœna parricidij.

¶ Item ſi pater occideret filium, qui commiſiſſet cauſam aliquam ingratitudinis, quòd pater non teneretur pœna legis Pompeiæ, de parricidiis, Bart. in l. diuus. ad legẽ Pompei. de parricid. allega. l. necare de libe. agn. ff. Sed an pœna legis Pompe. habeat locum in occidente patrem ſpiritualem? videtur quòd ſic arguẽdo. nam iſte eſt pater ſpiritualis, ſed cognatio ſpiritualis eſt maior, quàm carnalis. Iaſ. poſt gloſſ. decretorum per ipſum relatam in l. apertiſsimi. C. de iudici. igitur.

Idem de filio ingratitudinẽ committente.

¶ Item ſpiritualis pater magis eſt diligendus, quàm carnalis. c. pitatium. in glo. 2. 30. quæſt. 3. ergo.

¶ Item illi maior debetur reuerentia & retributio, à quo maius bonum ſuſcipitur: notatur in l. ſecunda. C. de in ius vocan. Sed à patre ſpirituali maius bonum ſuſcipitur. Quia fides ſine qua ſaluari non poſſumus. cap. firmiter extra. de ſumma trini. quia à fide ordo noſtræ reparationis ſumpſit exordium, ergo, &c. Item ſi pœna parricidij habeat locum pro patre naturali, qui tantum corpus effigiat, quanto magis pro patre ſpirituali, qui animã labe originali denigratam in fide ſua deo conciliat, argument. l. ſancimus. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Item de hoc ſolet allegari text. pro iſta parte ſcilicet, quòd tantum puniatur occidens patrem ſpiritualem, quàm occidẽs naturalem, de pœnitent. diſtinctio. prima. ca. aut factor. in gloſſ. Et iſtæ rationes ſunt per ſua ſiuæ, igitur non ſpernendæ. Sed cõſultius eſſet tenere, quòd occidens patrem ſpiritualem tali pœna acerrima non teneretur: quia, vt inquit Salic in dict. l. vnica. Cod. de pa. qui fili. occide. non reperitur in iure pœna, ita acerbiſsima; ſicut hæc pœna parricidij. ideo in pœnis debemus id quod dulcius eſt ſequi & tenere. l. ſancio legum, & l. interpretatione. ff. de pœnis. Attamen de hac quæſtione vide Barbaciam in addi. ad Barto. in d. l. diuus ad l. Pompe. de par. Quæro ſtante ſtatuto, quòd bannitus poſsit & debeat occidi. filius quidam occidit patrem bannitum, an teneatur pœna parricidij? & an filius poſsit ex forma ſtatuti patrem occidere? non videtur, quòd non, arg. l. ſi adulterium. §. liberto. ff. ad leg. Iu. de adul. Sed contrarium fuit deciſum per Docto. Peruſinos, vt tenet Salice. in d. l. vnica. C. de his qui pa. vel libe. occide. & vide etiam Bartol. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto, ad leg. Iuli. de adult. ff. an occidens patrem naturalem tantum puniatur, ſicut parricida. dic quòd ſic, Doct. in l. quoniam ſemper certa, de in ius vocan. ff. Cyn. & Bald. in l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſta. Bal. in ca. per tuas extra. de proba. text. in l. hos accuſare. §. omnis. ff. de accu. DD. in §. pœnales. Inſtitu. de actionibus.

III. ARTICLE.

Si homme faict adiourner autre a luy dõner ſeurete ou treues, & pendant ladiournement auant quil les ait donnees il luy meſfaict, il en doit eſtre puny comme de treues enfrainctes, combien qu'elles ne ſoient donnees.

¶ Nota quòd de conſuetudine aliquis poteſt conuenire aduerſarium pro ſibi danda ſecuritate, cum timet offendi ab illo. Sic etiam eſt de iure. l. denunciamus, & ibi Docto. C. de his qui ad eccle. confug. late per Barto. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de officio præd. Et quia textus noſter loquitur primo de ſecuritate, videndum eſt quid ſit ſecuritas. Et quia etiam loquitur de treuga, videndum eſt quid ſit treuga. Deinceps videbimus de effectu ſecuritatis, & de pœna eam infringentis. Ad primum igitur, cum quæritur, quid ſit ſecuritas, Bartol. in dict. §. ne potentiores, quod eſt legitimum præſidium, quod per officium præſidentis iuſte timenti datur. quod autem ſit legitimum præſidium, probatur in dict. l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confu. Et quòd detur iuſte timenti, & cauſa cognita detur, probatur in l. metus cauſa & l. ſequen. quod metus cauſa. ff. Et ſecundũ ipſum Bartolum, ſciendum eſt, quòd ſecuritas tripliciter præſtatur: primo à re rei, vt per totum titul. de damno infec. ff. ſed de iſta nihil ad preſens. Secundò à re perſonæ, vt ſi domus tua minatur ruinam: quia nolo ibidem tranſire, debet per me implorari officium iudicis, vt faciam eam refici; ſi ſum vicinus ſecundum eundem Bartol. ibidem Et etiam procurator regis debet ad hoc inuigilare. l. ad curatoris. de damno infec. ff. & de iſta etiam nihil ad præſens. Tertiò petitur præſtari à perſona perſonæ: & ſic præſtatur officio iudicis, & cauſa cognita ſecundum ipſũm Bart. Sed de conſuetudine nulla eſt cauſę cognitio, ſed ſolummodo datur dubitantis per iuramẽtum affirmatio. & iſtam ſecuritatem poſſum petere, non ſolum pro me, ſed pro amicis meis. l cum precatio de preca. ff. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri, de verbor. obliga. & l. 2. ff. de vſu & habita. Et etiam tenetur promittere quis ſecuritatem pro ſe, familiaribus ſuis & aliis ſuis complicibus. l. 1. ff. Ioca. & Barto. in d. §. Et nota quòd ſecuritas iſta extenditur etiam ſi ſit offenſus extra territorium loci, in quo iurata fuit ſecuritas, quia quotiens pro-

Improbat' ſecuritas pro implorante & amicis ſuis.

promittit non offendere, generaliter loquitur, & sic generaliter debet eius promissio intelligi: imò & etiam conueniri posset offendens coram iudice loci in quo fuit facta offensio. l. 3. de offi. præ. ff. secundum ipsum Bart. Sed quãto tempore duret securitas? quidam quòd vsque ad triginta dies per. §. sed neque in Authent. de manda. princ. Sed Bartol. post Guillermum de Cu. dicit istud esse arbitrarium. l. si finita, de damn. infec. ff. & l. nonnunquam. ff. de appel. Nunc quæro quid sit treuga. Respond. Bart. glossato. iuris canonici in decretalibus, quòd treuga est securitas præstita in rebus & personis discordia nondum finita, ita diffiniuit in ca. 1. extra, de treuga & pace. & differunt treuga & pax, patet quia ista & ponitur inter ista duo tanquam inter diuersa, vt liquet ad plenum in dicta Rubrica de treuga & pace. Et differentia patet ex diffinitione supra posita, quia vbi dixi, treuga est securitas ad tempus solum, restat videre quid sit securitas præstiti effectus, seu qualiter puniatur effractor securitatis, quia textus noster hic in consuetudine nostra non aperit. Breuiter dic secundum ipsum Bart. in dicto §. ne potentiores, quòd effectus erit quòd iudex acrius puniet ipsum offendentem, quia hoc potest iudicis officio considerata cõditione ar. l. quid ergo. §. pœna grauior de his quæ not. infa. ff. Item nota singulariter quòd si timeo vim fieri in possessione mea, possum implorare officium iudicis, nec mihi vis fiat, ar. l. si super possessione vbi Bal. & Ias. C. de transac. Bart. in l. qui bona. §. qui damni. de dam. infec. ff. & Alex. in addi. ad Bar. in dict. §. ne potentiores.

Quanto tẽpore duret securitas.

De securitate et eius effectu.

IIII. ARTICLE.

Pour bateures enormes faictes au sergent royal en faisant son exploit on doibt auoir le poing couppe.

¶ Quæro qualiter intelligatur ly verbũ *enormes*? Dicunt quidam quòd intelligitur de atrocibus. Sed dic quòd enormis dicitur sine norma regula vel modo, scilicet cũ quis seruiens excedit enormiter, & sine modo, quod relinquitur arbitrio iudicis considerando excessus enormitatem & magnitudinẽ. Nam in dubio quando dicatur enormis læsio, statur arbitrio iudicis glos. Abbas, & Feli. in ca. cum illorum, vbi vide Feli. in 3. colum. extra. de senten. excommu. & de hac materia vide Guid. Pa. questio. 557. Non mireris ergo si nostræ consuetudinis conditores tantum exasperarunt pœnam hanc. nam iniuria illis seruientibus illata (dum sunt in officij executione) censetur domino regi illata. sic etiam iniuriam iudici illatam dicimus domino regi illatam, cum ipsum præposuerit iudicaturæ, intellige dum iniuria infertur officium exercenti. ar. ff. de officio eius cui mãdat. iurisd. l. & si prætor. Et etiam princeps reputat iniuriam illatam militibus iuxta latus suũ tanquam sibi factam. l. quisquis ad l. Iuliam maiesta. C. & Cy. in l. si non conuitij. C. de iniuriis. Et ex his sumpta est practica in regno Franciæ, vt verberantes seruientes regios, dũ exercent eorum officia, capite puniantur secundũ ipsum Guid. Pa. quæst. præallegata. Qualiter autẽ puniantur qui faciunt rebellionem seruientibus, dic vt per Cy. in d. l. si nõ conuitij. & per Bar. in l. si quis. ff. de pœnis. Et aduerte, quia super istis excessibus non debet stari relationi solius reseruientis, ita DD. in c. cum parati, de appella. & Pet. Iaco. in tit. de consti. pecu. per no. in l. ea quidem. C. de accu. Sed quæro, pone enim quòd iudicis mãdato quis capitur à seruiente, & illius manibus eripiatur, quæritur quomodo eripiens puniatur. Bald. in l. addictos. C. de epis. aud. tenet quòd eripiens tenetur, ac si pro reo fideiussisset in omnem casum. l. 3. C. de pac. tribu. libr. 10. Si autem seruiens iam posuisset eum in carcerẽ, tunc eximens eum, tenetur lege Iuli. maiestatis. l. 3. ad l. Iuliam maiesta. Quod intellige verum quando iam erat condemnatus malefactor, vel crimen coram iudice confessus, vel de crimine conuictus: de quo crimine malefactor esset decapitãdus, vel morte affligendus. & vbi reus qui eximitur à carcere, vel à familia fuisset per officiarios imperij captus secundum Ioan. Fab. in §. pœnales. Institu. de acti. Et hoc verũ nisi quis appellasset pro eo, isto enim casu posset eximi ne iniuste moriatur: & potest iudici resti. Innoc. in c. si quando. extra. de offi. iudi. deleg. Bal. in l. addictos. C. de appel. aliàs autem eximẽs punitur iuxta. §. arripiat. vt omnes obedi. iudi. prouincia. col. 5. Nisi in casu. l. fina. C. de mathe. vbi punitur ad mortem, & vide latè Bal. in l. addictos. C. de epis. & cleri. & per Ioan. Fab. & Iaso. in §. pœnales. Institu. de actionibus. Sed qualiter punitur amouens de manibus seruientis literas. Respond. quòd talis incidit in pœnam falsi, ita dicit Bal. in l. si quis id quòd iurisdictionis perpetuæ causa de iurisdi. om. iudicum. ff. Et vide Gui. Pa. ibidem. intelligo autem de amouente literas curiæ parlamenti. De alio autem extraordinarie iudicis arbitrio esset puniendus, & si pro debito sit incarceratus & vi eximatur, tenetur eximens ad principale debitum, Io. Fab. in d. §. pœnales. At vbi erat maleficium confessus eximens lege Iul. maiestatis tenetur.

Iniuria iudici regio illata dum officium exercet censetur regi illata.

V. ARTICLE.

En crime de leze maieste & de heresie le crimineulz confisque corps & biens.

¶ Sed quando dicatur quis incidere in hoc grauissimum læsæ maiestatis periculum, dic ꝙ ille proprie dicitur commisisse hoc crimen læsæ maiestatis. Primò quando tractauit principis alicuius qui nõ recognoscit aliquem in superiorẽ, mortem seu necẽ. Secundò quãdo quis in hoc, & super hoc recepit vel dedit sacramen-

cramentũ. Tertio, quando quis tractauit necem alicuius consiliarij tanti principis, vel alicuius socij ipsius principis qui sunt iuxta latus illius: quia censentur esse pars corporis istius principis. l. quisquis ad leg. Iul. Maiest. & in istis casibus propriè committitur crimen læsæ maiestatis secundum Cy. & Bar. de Salic. in d. l. quisquis. Improprie autem committitur hoc crimen in casibus notatis in l. 1. & sequen. ff. eod. titu. Sed inter istos qui verè & propriè hoc crimen commiserunt, & alios qui improprie illud commisisse & perpetrasse dicuntur, est nobilis differentia. Nam licet in quolibet casuum sit pœna capitis, vt l. 2. ff. eo. & publicationis bonorum, vt l. eorum. ff. eo. Differunt tamen, quia filij eorum qui primo in principem vel in consiliarios circa eius latus existentes deliquerunt, sunt successionum incapaces tam parentũ quàm extraneorum. l. quisquis. §. filij. C. eo. Item differunt quo ad extinctionem criminis propter mortem rei: per Sali. in d. l. quisquis, in prin. vers. sed iuxta hoc quæro. Stante ergo hoc dicto ꝑ constanti, quòd propter crimen lęsæ maiestatis commissum in supremum principem vel in consiliarios qui ad eius latus sunt, & stante pro vero, quòd ob istud flagitium filiũ istorum delinquẽtium sint penitus suorum extraneorum successionum incapaces, vt d. l. quisquis, in d. §. filij. quærendum est quid si sit ipsa mater quæ commiserit hoc læsæ maiestatis delictum. an tunc filij portabunt iniquitatem matris, vt excludantur à successionibus? dicit Cy. in d. l. quisquis, cui cohæret Bartol. quòd sic. & hoc propter identitatem rationis. l. illud ad l. Aquil. ff. cum similibus quòd Salic. in d. l. quisquis. §. filij non credit fore verum, nec etiam ego credere possum, tũ quia materia est pœnalis & odiosa, ideo statuta in patre non sunt trahẽda ad matrem, arg. notato in l. 2. C. de patri qui filios distraxere, & in l. raptores. C. de epis. & cleri. iuncto secundo quòd in istis, scilicet in patre & matre non est omnimoda ratio: ideo illa l. quisquis in d. §. filij, non est extendenda. Addito præsertim quòd in sacra pagina dicitur & scribitur, quòd pater non portabit iniquitatẽ filij. Et licet Sali. ibidem respondeat id intelligendum fore quo ad pœnam animæ, non quo ad bona temporalia, quia in illis Deus punit interdum iustum propter peccatorẽ, vt dicit patere in Sodomitis & Gomorrhæis. Ac tamen quia inter patrẽ & matrem non est omnimoda ratio: ideo statutũ pœnale vnius non traham ad aliud prorsus in ratione diuersum. Et ꝙ nõ sit eadem ratio patet ad sensum, quia in filiis paterni criminis exempla metuũtur, nõ materni delicti formidantur. Sed an istud rigorosum, scilicet ꝙ filij sint funditus successionum incapaces extendatur ad filios naturales, tantum concludit Cyn. in d. l. quisquis ꝙ sic, ne plus habeat iuris luxuria quàm castitas. Sequitur quòd Sali. tali valido fundamẽto: quia simplex appellatio filij in casu odij rationabilis comprehendit etiam naturalem tantũ. l. 4. C. de interdi. matri. inter tu. & pu. Sed nota vnũ, videlicet quòd huic criminoso læsæ maiestatis interdicitur à lege bonorum administratio. l. meminisse. C. ad leg. Iul. maiest. & memoria criminosi potest post mortẽ illius damnari, vt eadem l. dicitur. & hæc de primo puncto articuli nostri. De secundo vero scilicet cum loquitur de hęresi, videndum est quid proprie sit hæresis, & dicendum est propriè quòd hæresis sonat ab vnitate fidei diuisionẽ. 7. q. 1. Deniq;. 24. q. 2. c. Cyprianus. Et inter plures pœnas quas hæretici patiuntur, hęc est vna, vt ipsorum bona ipso facto fisco applicentur in terris imperij si sint hæretici seculares. Si vero in terris ecclesiæ, vel si tales hæretici sint persone ecclesiasticę, applicantur tunc bona ecclesiæ Doct. in c. ad abolendum hæreti. & hoc est quòd voluit cõsuetudo nostra. Sed aduerte, quia ad hoc vt quis dicatur hæreticus, oportet quòd hæc tria concurrant. Primò, falsa credulitas præsertim directe & principaliter. Secũdò, peruersa voluntas. Et tertiò impugnationis peruersitas. vide Alex. des Hales. secunda secundæ in tit. de hæresi. & hæreticis, vide Iason in Rubr. de sum, trini. in prin. C. vbi ponit eleganter verba, & vide in ca. vergentis, de hæreti. & in ca. cum secundum, de hære. libr. 6. vbi habetur & notatur quòd bona illorum hæreticorum sunt confiscata ipso iure. & qua pœna puniantur hæretici, vide per Barto. & Doct. in l. 1. C. de sum. trini. & fide catholica.

VI. ARTICLE.

Crocheteurs, aussi larrons qui ont faict briz, doibuent estre penduz & estranglez.

¶ Hic habes quo pacto puniantur isti fures qui furando effregerunt, sed de iure diurni effractores fustibus castigati in opus perpetuum, vel tempo[illegible]rium dãdi sunt, nocturni siquidem fustibus cæsi in metallum damnari solent. l. fi. de effrac. ff. sed de furibus nõ effractoribus nihil dicit consuetudo, ideo eorũ pœna remanet in dispositione iuris communis. cum casus obmissus relinquatur dispositioni iuris cõmunis. l. commodisse. ff. de libe. & posthu. & l. si extraneus. ff. de cond. da. cau. non secut. ideo oportet nos videre quo pacto ipsi puniãtur de iure communi. Breuiter dic quòd pœna castigationis, quia castigantur vt notatur in Authent. sed nouo iure. C. de ser. fugi. vel minori pœna secundum quòd iudex arbitrabitur: quia pœna est extraordinaria. l. ff. de fur. Sed quid si furtum sit multũ grande, quia fur surripuit quingentos aureos quę est summa magna (quæ requirit in donatione insinuationẽ) qualiter tunc punietur, dicit Bal. i. d. Authent. sed nouo iure quòd tũc debet suspendi, quia vnum magnum æquiualet tribus paruis. l. si quis de excu. tu. ff. & licitũ est propter immanitatem delicti leges transgredi,

gredi, Innoc.in c.1. extra. de consti. Sed salua pace tanti Doctoris non credo fore verũ.quia lege non cauetur,tum quia non consideratur quantitas seu preciositas rei quæ surripitur, sed assuefactio mala secundum Sali.& Pau.de Cast.in d.Authen.sed nouo iur. & Iaso.in l.1. C.de preci. impe. offeren. & breuiter dic, ꝙ de iure communi quis pro furto non moritur, sed relegatur vel punitur pœna dationis in metallum.l.capitaliũ.§.crassatores. ff. de pœ.quãuis tenuerit Bart.quòd propter furta sit suspendendus fur, qui tria furta commiserit. Sed Salic.cuius opinio est sustentabilior, tenet quod supra dixi. ¶ Vnum præterea tene menti ꝙ stante statuto quòd pro furto multiplicato quis debeat mori.tamen plura delicta & furta eodem tempore facta non censentur, vt quia mens legis vel statuti intellexit punire malam consuetudinem furis, ar. l. de epi. aud.& l.defensionis.C.de iure fisc. li.10.quia delicta iterata plus puniũtur,vt d.l. & ita sentit ipse Sali.in d.Authen.sed nouo iure. C. de ser.fug.& de istis effractoribus,vide pulchrũ tex.in l. in effractores. de effra.& expilatoribus.ff.& vide latè Ias. in paraphello ex maleficiis in 3.col.Insti.de actionibus.

VII. ARTICLE.

Le domestique qui faict furt a son maistre sans briz, si ledit furt est iusques a vingt solz, doibt estre batu par les carrefours pour la premiere fois.

¶ Sed quid si furtum domesticum non ascendit vsque ad viginti solidos. Sane consuetudo nostra nihil aperit: ideo qualiter hoc casu fur domesticus puniatur, vide in l.respiciendum.§.furta.ff.de pœ. vbi habetur quòd furta domestica de vilibus rebus non sunt vindicanda per iudicem: sed paterfamiliãs intra domum suã illa vindicabit. Et nota quòd hodie in pluribus locis furta acrius puniuntur, & leges exceduntur, & tunc necessitas pacis communis & frequens incorrigibilitas huius malitiæ facit vt valeant consuetudines acrius quàm de iure fures punientes. Sed pone q.quotidianam,vtrum fures ex necessitate peccet,dicit Panor.in ca.quoniã,extra,de simo.quòd quædam sunt mala in se,vt adulterare, periurare, & huiusmodi, & illa prætextu paupertatis,aut obtentu necessitatis non sunt committenda per not.in c.sacris de his quę vi met.ve.cau.fiunt.extra.quia potius debet quis omnia mala tolerare, quàm malo consentire. nec est ignoscendum alicui, qui prętextu paupertatis turpissimam vitam egit.l.palam.de ritu nup.ff. Quædã sunt mala quæ tamen necessitas excusat, vt furtum, cum tempore necessitatis omnia bona sunt communia. Et ideo non cõmittitur furtum, nec peccat ille qui furatur, qui tẽpore extremæ necessitatis cibum vel vestimentũ surripuit. Si autem necessitas magna non esset extrema sed magna, tunc surripiens excusatur à tanto,sed non à toto, vel posset excusari à toto si ille à quo surripitur, multum abundat.& not.per Doct.in c. si propter necessitatem, extra, de furtis. Et tene menti,quòd ille qui in extrema necessitate surripit,non tetur etiam restituere, si peruenit ad pinguiorem fortunam,si ille à quo surreptum est tũc abundat: quia per extremam necessitatẽ suũ factum est,l.2.cũ ibi tradi.ad l. Rod. de iactu. Sed vtrum ille qui non potest habere sibi debitum,possit furtiue sibi satisfacere? Respondeo quòd sic.l.si non sortem.de condi.indeb. ff.ar.de ordin.cog.cum dilecti.Imo dolus cũ dolo compensatur.l.si duo.de dol.ff.Et paria delicta mutua compensatione tolluntur. c. intelleximus. extra de adu. Et hoc crede verum istis concurrentibus, vt quia non potest per iudicẽ rehabere quod sibi debetur, quia aliàs si posset rehabere per iudicem, non liceret sibi propria authoritate ius dicere.l.generali.C.de decuri.lib.10. Secundò si potest accipere illã rem scandalo sui vel alterius. Tertiò quòd non immineat propter hoc periculũ mortis vel alterius læsionis. Quartò quòd non inueniat periculum peccati mortalis, scilicet periurij & huiusmodi.faciunt quæ no. Panor.in c.olim *le premier*. extra de resti. spolia.hæc sunt pulchra.

An qui nõ potest recuperare debitum possit furto tollere.

VIII. ARTICLE.

Le corps de celuy qui se faict mourir a son essient doibt estre traine & pendu sil est homme. Et femme doibt estre enfouye, declaration premiement faicte quil sest faict mourir a son essient.

¶ Hic patet quòd isti qui mortem sibi consciuerunt, de cõsuetudine nostra priuentur ecclesiastica sepultura: & est ratio. nam de iure qui sponte se interimunt, non debent in cœmiterio vel ecclesia sepeliri. 24. q. 5. placuit, & gloss.& Doct.in c. ex parte parentum martine,extra.de sepul. idem est in furibus & latronibus. cap.fures. extra de furtis. Idem in his qui moriuntur in torneamentis.cap.primo de torneamen. extra. Idem in raptoribus extra de raptor.cap.super eo. Idem in his qui presbyteros instituunt in testamentis tutores filiis suis. 38.dist.neq; apud. Idem in quolibet quem constat decessisse in mortali peccato. 13. quæst.2. non æstimemus. & cap. pro obeuntibus. Idem in his qui post mortem conuincuntur de hæresi. 23. quæst. sanè profertur.Idem in blasphematoribus Dei & sanctorum.cap.2.de maledi.hoc verum si pœnitẽtiam sibi iniunctam contemnunt. Idem in manifestis vsurariis. cap. quanquam de vsu. lib.sexto.Idem in his qui non communicant semel in anno,nec confitentur. c.omnis vtriusque sexus,extra de pœni. &remis.nisi signa contritionis ostendant. Sed vnum est in textu nostro mirabile, ꝙ ipsum cadauer punitur, cum nihil amplius sentiat.patet quia suspenditur.

Nota illos qui ecclesiastica sepultura carent.

ditur. Sed hoc ideo est, quòd isti puniuntur, an puniatur seipsum vulnerans, eo quòd se ipsos interfecerūt, & eorum cadauera suspenduntur? Sic & aliàs puniuntur, qui se ipsos vulnerant: nam vulnerans se ipsum ita punitur, sicut si alium vulneraret. l. fin. §. si quis. ff. de re mili. l. 1. §. excusantur ad Silla. ff. l eum. §. excipitur de ædili. edict. l. si quis aliquid. §. fina. & ibidem Bart. ff. de pe. Et dicit no. text. 23. quomodo. 5. cap. placuit, vbi dicitur, quòd qui seipsos interimunt, non possunt in ecclesia sepeliri, nec etiam pro talibus debent in ecclesia orationes fieri. & Ioan. de Ana. in c. 1. de tor. Bald. in l. 1. C. de ser. fugi. vbi refert, quòd stante statuto, quòd bannitus posit impune offendi. Si tamen quis esset bannitus, & talis seipsum vulneraret, non excusaretur virtute statuti, & ibi Fulgosius & Paul. de Castro. Et si monachus trahat sibi sanguinem percussiue in ecclesia, certè illa ecclesia dicitur interdicta. Doct. in d. l. sed & si damnum, de pecu. ff. Et si quis commiserit delictum ex quo debeat imponi pœna mortis, si seipsum interficiat, redditur intestabilis, id est testamentum eius per prius conditum, est nullum, Cy. & Ias. in l. 2. C. qui testa. face. poss. Et quanuis de iure post mortem quis non debeat amplius pœna affici. l. 1. & 2. C. Si reus vel accusator mor. fue. tamen etiam cadauera puniuntur pœna ignominiæ: quia suspenduntur. Hinc dicit Ludou. Ro. in d. l. 2. quòd in famoso latrone, qui vltra publicam mortem etiam punitur, quòd eius cadauer non potest sepeliri, sed debet bestiis dari laniandum. l. 2. cum ibi not. arbo. fur. cæsa. ff. Plus dicit Cy. in d. l. 2. C. qui testa. face. poss. quòd si quis se occidat, debet eius cadauer suspēdi, licet sensu careat: quod apud nos obseruatur. & crebro ea quæ sensu carent etiam puniuntur. Nam videmus in c. mulier. 15. quæst. 1. vbi habetur, quòd si animal irrationabile, vt canis, ascenderet mulierem, debet comburi. facit etiam cap. cum ad monasterium. de sta. monach. vbi habes de monacho, qui non reddidit administrationē ecclesiæ suæ: nec rationes villicationis suæ qui debet in stercore sepeliri. Ecce ergo quomodo ipsum cadauer punitur. Et tene menti, quòd mulier non tenetur lugere virum seipsum interficientem. l. liberorum. cum ibi

Pro quibus ecclesiarū orationes fieri non debent.

not. in §. solent de his qui no. infa. ff. Est ergo resolutio secundum Cyn. & Doct. in d. l. 2. C. qui test. fa. pos. quòd cadauer illius qui se interfecit, debet ad patibulum suspendi. quod facit pro cōsuetudine nostra sustinenda. plus dico ad confirmationem nostræ consuetudinis, non esse nouum quòd cadauer delinquētis, licet sensu careat, puniatur. Et hoc per dictum Bald. in d. l. qui dicit, quòd si criminosus in carcere intoxicatus fuerit: quia & parentes & affines nolunt pati tantam cōtumeliam, quòd ille publice suspendatur, quod tūc est in arbitrio ipsius iudicis facere suspendi eius cadauer, cum tale cadauer, fit effectū seruum pœnæ, allegat. no. in Clem. 1. de pe. in glos. in verbo pœnitentiæ. Et non quòd licet isti qui mortem sibi cōsciuerunt, reddantur intestabiles, non tamen illorum bona publicantur, sicut antiquitus publicabātur, ita Bal. Fulgo. & Ias. in d. l. 2. C. qui testa. fa. pos. & Salic. in l. 1. in fi. in vlti. quæst. C. de bo. eorū qui mor. sib. consciue. quia hodie publicatio bonorum in talibus est correcta per Authen. bona. damnatorum. C. de bo. proscriptorum: quia prouisio illius Authen. est facta in fauorem agnatorum. ideo non est curandum de multiplicatione delictorum scilicet, vt dicatur quòd quis cōmiserit delictum aliquod, & quòd adhuc seipsum interfecerit: quia illa multiplicatio delictorum non est in præiudiciū agnatorum attendenda. ideoq; in istis qui sibi mortē consciuerunt, insurgit dispositio Authent. bona damnatorum per quam Authenticam bona damnatorum debentur ascendentibus, & descendentib. vsque ad tertium gradum excepto crimine læsæ maiestatis, & de hoc iure: & excepto crimine hæresis, & hoc etiam de consuetudine. Et per ista sit impositus finis huic opusculo in laudē virginis Mariæ Dei genitricis intemeratæ ac beatorū Augustini Christophoriq; ac almæ Mariæ Magdalenes, quod opusculum disposui stellifero militi princiq; domino meo domino Trimollo etiam præsentandum, quia sua strenuitate omnē collustrat militū cuneum,

Abolita est hodie publicatio bonorum.

Vt nitido totum radios diffundit in orbem.
Cum Titan puro splendidus axe micat.

FINIS.

IN CONSVETVDINES TVRONENSES RERVM ET VERBORVM INDEX.

Appel-

Consul-

Dignum

G.

H.

Iudicis

L.

Modera-

N.

O.

P.

Q.

R.

Statu-

Tutor

FINIS.

Impressum Francofurti ad Mœnum, per Nicolaum Bassæum.

Anno M. D. LXXV.

Consuet:
Galliæ





colorchecker CLASSIC

calibrite